Scipionis in po. Roma. merita. 124.
Scipiõis Africani pietas erga patrem. 129.
Scipionis Africani pietas erga fratrem. 133.
Scipio fraud captus 259.
Scipio à Næuio notatus. 163.
Scipionis non ignare dicta. 170.
Scipio trecentos equites Romanos ſine publica pẽſa armauit. 175.
Scipio gloriæ cupid. 121
Scipionis honores. 124.
Scipionis temeritas. 133
Scorta. 49.

S Ante E & I

Seianus contra Cæſarem. 138.
Semeſtris infans locutus. 16.
Senectuti habitus honos. 36.
Senaculum. 39.
Senatus motus. 56.
Sequeſtris periurii. 120.
Series. 2.
Seruii Tulii pueri caput arſit. 15.
Seruilius conſul inuiſus plæbi. 118.
Seuerus 149.
Sextertium 79.
Signum prælii, 14.
Signator teſtamẽti. 186.
Sigilla textoria. 121.
Simonides. 24.

S Ante O & p

Sõcrati ærea ſtatua erecta. 172.
Socratis dictum ſapiẽtia plenum. 171.
Socrates. 20.
Socrates philoſop. 201.
Solonis exilium. 187.
Somnii mira fides. 12.
Sophocles à labore nũquam abſtinuit. 101.
Spartanæ uenatrices 45
Spurina aruſpex. 106.
Spurina adoleſcens faciem uulneribus dformauit. 105
Spurii melii cædes. 125.

S Ante T V & Y

Statui. 62.
Staſippi moderatio. 93.
Stipulari. 54.
Studiũ & induſtria differunt. 197.
Sublitius pons 5.
Subſeſſor. 35.
Subſeſſor alieni matrimonii 171.
Sigillare. 69.
Sulpitii galli ſeueritas in uxorem. 152.
Sulpitiæ caſtitas. 116.
Sulpitia flacci uxor. 216.
Sumere. 66.
Sura pcõſul ĩ ſicilia. 245

S Ante Y

Sylla gloriæ cupidꝰ. 121
Syllæ crudelitas. 121.
Syllæ mors. 128.
Sylophõſãnii tyrãnꝰ 122
Syllæ repulſa. 183.
Syllæ ſacrificanti prodigium. 16.
Syllæ dominatus. 56.
Symphonia. 44.
Syracuſæ. 9.
Syracuſæ ui captæ. 89.

T Ante A & E

Tabernacula. 133.
Tamyris uita mortem filii. 135.
Tantum non. 108.
Tarentum. 38.
Tauromi nium 50.

T Ante E

Tegulæ. 8.
Tegæum. 92.
Tempeſtas. 6.
Templorũ ornamenta conflata. 184.
Temeritas quid. 133.
Tertio ſcipiõis uxor pelicem patiens. 160.
Terracina oppidum. 192
Terentia ſaluſtio nupſit. 109.
Teſtamenta rata aut reſciſſa. 185.

T Ante H & I

Thermopylæ. 70.
Theogenis. 71.
Theodori patientia. 73.
Themiſtoclis erga patriam pietas. 136.
Thẽiſtoclis induſtria. 102
Theodectis retorica. 123
Tibe. Grac. mors. 17.
Tibicem in epulis. 37.
Tiberi. Grach. moderatio. 89.
Tiberii cæſa. erga Druſum fratrẽ amor. 133.
Tibe. Grac. filii tres. 132
Timantes pictor. 107.
Tinæi pietas ĩ caſſiũ. 135

T Ante O R & V

Torquatus unde. 64.
Torquati ſeueritas contra filium. 139.
Traſimenus. 138.
Trebia ciuitas 52.
Tribu moueri. 42.
Triumphandi ius 54.
Triginta tyranni. 93.
Tributum. 98.
Trigemina porta. 109.
Triple uiut creati. 150
Trophæum. 49.
Tubero repulſam paſſus. 182.
Tuditanus. 7
Tulli hoſtili genus. 74.
Tulliæ crudelitas contra patrem. 136.
Tullius annalis paternæ necis author. 137.

V Ante A & E

Vacatio. 5.
Valerius max. Sex. põp. comes. 112
Valerii aſſentatio. 108.
Valerius cor. cẽtenarius ſenex. 109.
Valerii ornamenta. 118
Varrus flu. 24.
Varrus tri. ple. 80.
Varronis induſtria. 127.
Veientes romanos legatos uiolauerunt. 135.
Velia. 5.
Veneficii quæſtio quando Romæ 44.
Ventidius fortunæ beneficio illuſtris. 164.
Verriculum. 93.
Verecundia quæ. 104.
Veturius in eũ qui ſe de ſtupro interpellauerat. 144.

V Ante I L M & N

Viator tribunitius. 120.
Vibii uirtus 67.
Villicus. 2.
Virtus oibꝰ expoſita. 74
Viriatus contra Ro. bella geſſit. 132.
Vita erumnoſa. 48.
Vltioni adhibendus modus. 135.
Vmbracula. 43.
Vnguentorũ multitudo in ſyllæ funere. 106.
Vnio à cleopatra abſũptus. 118.

V Ante O T & V

Volones cur dicti. 135.
Volſcinẽſiũ luxuria. 122
Vtica ciuitas 66.
Vulturni Fluuii natura. 182.
Vulcãi claudicatio. 107

X Ante E

Xenophontis cõſtãtia ĩ morte filii. 142.
Xenocrates pbus. 166.
Xenophili ſenectus. 125
Xerſis ſuperbia. 131.

Z Ante A E & O

Zaleuchus filio non pepercit. 158.
Zenocleates. 73.
Zeuſis pictor. 81.
Zopyrus perſa. 180.

FINIS.



¶VALERII Maximi Factorum, ac dictorũ memorabilium. Liber primus, ad Tiberiũ Cæſarem.

PROLOGVS.

VRBIS ROMAE, EXterarumq; gentium facta, ſimul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffuſa ſunt: q̃ ut breuiter cognoſci poſſint: ab illuſtribus collecta authoribus deligere conſtitui: vt documenta ſumere uolentibus longe inqſitionis labor abſit. Nec mihi cuncta cõplectẽdi cupido inceſſit. Quis enim omnis çui geſta, modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mentis, domeſticç, peregrinæq; hiſtoriæ ſeriem, felici ſuperiorũ ſtilo conditam, uel attentiore cura, vel preſtantiore facundia, traditurum ſe ſperauerit? Te igitur huic cœpto, penes quem hominum, deorumq; conſenſus, Maris: ac Terræ regimen eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ Cæſar inuoco: cuius cœleſti prouidentia, virtutes, de quibus dicturus ſum: benigniſſime fouentur: vitia ſeueriſſime vindicantur. Nam ſi Priſci Oratores ab Ioue Opt. Maxi. bene orſi ſunt: ſi excellentiſſimi Vates a numine aliquo pncipia traxerũt: mea puitas eo iuſtius ad fauorẽ tuũ decurrerit: quo cętera diuinitas opinione colligitᷣ: tua pñti fide, paterno, auitoq; ſyderi par vſ: quorꝫ eximio fulgore, multũ cærimoniis noſtris iclitæ claritatis acceſſit. Reliquos. n. deos accepimus. Cæſares dedimus. Et qm̃ initiũ a cultu deorum petere in animo eſt: de conditione eius ſummatim diſſeram.

OLIVERIVS.

VRBIS ROMAE, exterarumq; gentium facta ſimul, ac dicta memoratu digna quæ apud alios latius diffuſa ſunt. In hac prefatione Valerius ſeruat quod proprium eſt exordii, ut attentionem captet: & docilitatem. Proponit enim quibus de rebus dicturus ſit & ſe rem utilem ſcripturum pollicetᷣ, idq; quam breuiſſime facturum. Beneuolentiam quoq; comparat a perſona ſui cum officium ſuum ſine arrogantia laudet: extenuat quoq; meritum ſuum: cum dicat: ſe non tantum ingenio: & induſtria ualere, ut omnia complecti poſſit: neq; confidat, ea etiam: de quibus tractaturus ſit: ſe uel ornatius, vel copioſius quam cæteros eſſe ſcripturum. In reliqua uero parte nihil aliud agit: niſi ut plane aduletur Tiberio, nam inuocat eius numen: quod proprium eſt poetarum: idq; ſine adulationis ſuſpitione fieri nõ poteſt. ¶ Vrbis Rome: eo ordine hiſtoriam exequitur: quo nunc proponit: nam ubi primo domeſtica ponit exempla: deinde externa ſubiungit. ¶ Exterarumq; gentiũ. Quia omnia ferme omnium rerum exempla: ex multis: & pene innumerabilibus tam græcorum quam Latinorum uoluminibus: in unum congeſta propoſuit. Exterarum dicitur & externarum, nam & exter inuenitur Statius: exter honos dixit. Virg. lib. iiii. Et nos fas extera quærere regna: at li. vi Externiq; iterum thalami. Heſternus uero aſpiratum cum, ſ, aliud eſt: nam ab heri deducitur. ¶ Facta ſimul ac dicta: ut quiſq; recte fecerit: aut dixerit: oculis noſtris ſubiciatur. ¶ Quæ apud alios: utilitatem oſtendit operis ſui dicit enim apud alios eiuſmodi prolixe tractata eſſe & ob eam rem non facile comprehendi poſſe. ¶ Latius diffuſa ſunt: latius diſperſa ſunt: ut non breuiter cognoſci poſſint, & breuiter. Bene hic breuiter: quia apd̃ alios latius: ſic quidem ita percipi oportet: quemadmodum apud eos ſcripta inueniuntur. ¶ Illuſtribus authoribus: Ab authoritate etiam comparat fidem ſcriptis ſuis ¶ Documenta. Hic nititur beneuolos reddere auditores: qui profitetur ſe illis minuere laborem. ¶ Documenta: exempla & monumenta uirtutis: uel uicii, uirtutis ad ſuadendum: uicii ad deterrendum: ut alterum immittemur alterum fugiamus. ¶ Labor abſit: Nam alioquin neceſſe foret ut apud multos eiuſmodi exempla inuenirentur: quod ſine maximo labore confici non poſſet. ¶ Nec mihi cuncta complecten. quia non ſatis eſt ad beneuolentiam contrahendam officium ſuum laudare: niſi id quoq; extenuaueris: ideo hoc facit & attentionem parat cum breuiter id ſe facturum polliceatur. Nam cum dicit: ſe nolle cuncta complecti ſignificat ſe hiſtoriam breuiori libro uelle comprahendere. ¶ Quis enim omnis æui. Non enim, inquit, ego mihi: uiribuſque meis ita confido: ut audeam omnia polliceri: immo uero de multis pauca perſcribam: neq; enim ita ingenio meo fretus ſum: ut ornatius quam cæteri ſcriptores ſcribere audeam. ¶ Voluminum numeros: utpote nouem libris hoc inter uolumen & librum intereſt: quod uolumen ſignificat partẽ operis: non autem totum librum: liber uero & pro toto codice: & pro uolumine accipitur. Idq; Pli. oratoris teſtimonio comprobatur: qui dixit libri tres in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſi. ¶ Aut quis compos mentis: bene dixit: niſi ſtultus fuerit. nam qui ſupra uires aliquid audet: hic prope inſaniam acceſſiſſe uidetur. Vnde Flaccus. Sumite materiam ueſtris: qui ſcribitis æquam. Viribus: et uerſate diu quid ferre recuſent. Quid ualeant humeri. Quis ergo, inquit, niſi male ſanus audeat cæteros ſcriptores eloquentia & induſtria ſuperare? ¶ Seriẽ: ordinem aſerendo: hoc eſt ordinando dictam. ¶ Felici: fœcundo: & copioſo. ¶ Superiori: maiori: & elegantiori. ¶ Conditam: compoſitam. ¶ Quis ſperauerit: quaſi dicat nemo. ¶ Te igitur penes quẽ iam adulari incipit: ſic & Virgil. Tuq; adeo: quem mox: quæ ſint habitura deorum. Concilia incertum eſt: & cætera. Nec mirum eſt: quod tã plane aduletur: non enim mos eſt ſcriptoribus inuocare. Hoc autem loco inuocat imperatorem quaſi deum: quod ſine adulatione facere non poteſt: quod mos non ſit. Liui. Cum bonis potius hominibus: uotiſq; ac precationibus deorum: dearumq; ſi ut poetis: nobis quoque mos eſſet libentius inciperemus, ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. ¶ Conſenſus hominũ. Quia dii: & homines ita conſenſerunt: ut totius orbis terrarum: mariſq; imperium obtineres. Certiſſima ſalus patriæ: quia ſalus patriæ in te uno poſita eſt, nam imperatores per adulationem parentes patriæ dicebãtur: quod Ciceroni non per adulationem datum fuit poſt extinctam nefariam Catilinæ coniurationem in conſulatu ſuo. Iuue. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. ¶ Virtutes fouentur: & uicia uindicantur. Id fortaſſe dicit quod facere deberet, ut uirtutes foueret: & uitia uindicaret. cum enim dicimus hominem aliquid magnum

Exter. Exter-nus. Heſter-nus.

Liber Volu-men.

Series.

Docu-mẽtum.

ſacere: ſi facit confirmamus: ſi non facit hortamur ut faciat. ¶ Fouentur. Suſtentantur. ¶ Nam ſi priſci oratores: oſtendit ſe rectius inuocaſſe Cæſa. numen quam cæterorum deorum: quos ab oratoribus & poetis inuocari conſuetum eſt: dicit enim ſi antiqui oratores: & poetæ ab aliquo numine incepere hi a Ioue: illi ab alio numine: ego quo minor ſum cæteris: hoc iuſtius ad te confugio: quem uidemus diuinos honores meruiſſe: ꝙ autem priſci oratores inuocauerint numina antequã orationes inchoarent: oſtdit Vir. in. ix. Aene. Præfatus diuos ſolio rex infit ab alto. Nam & Ser. in enarratione huius carminis ſic inquit. More antiquo nam maiores nullam orationem niſi inuocatis numinibus inchoabant: ſicut ſunt omnes orationes Catonis: & Gracchi: nam generale caput in oĩbus legimus. Vnde Cicero per irriſionem ait. Si quid ex uetere aliqua oratione Iouem ego optimum maximum &c. ¶ Ab Ioue. o. m. Cice. in oratione contra clodium. Quo circa te capitoline: quem propter beneficia populus Romanus optimum: propter uim maximum appellauit. Item libro. iii. de finibus bonorum & maiorum. Cum dicimus Iouem optimum maximum: eundemq; ſalutarem: hoſpitalem: ſtatorem: intelligi uolumus ſalutem omnium in ſua eſſe tutela. ¶ Numine: quia ita incipere ſolebant oratores antiqui. ¶ Orſi ſcilicet exordia ſumpſere. ¶ Numine, ut ab apolline: a libero: a cerere. Vnde Vir. Vos o clariſſima mundi: Lumina labentem cælo quæ ducitis annum: Liber & alma Ceres. ¶ Cætera diuinitas: cæteri inquit dii tantum opinione colliguntur, id eſt, tantummodo homines opinantur: cæteros eſſe deos ꝙ eos nunquam uiderint ¶ Cæſares autem uident. ergo cæterorum deorum quidem fides eſt: ſed incerta. Cæſarum autem preſens & certa quia dii cæſares oculis ipſis conſpiciuntur: ergo quando de cæſaribus fides eſt certior, atq; preſentior quam de cæteris diis, tanto iuſtius ego tuũ numen inuocaui: quam cæterorum deorum ab oratoribus: & poetis inuocantur. Paterno: auitoq; ſyderi. Pli. lib. i. na. hiſto. dicit: non multo poſt obitum. C. Cæſaris in ludis: quos faciebat auguſtus ueneri genitrici: apparuiſſe ſydus crinitum per. vii. dies in regione cæli ſub ſeptentrionibus: quod oriebatur circa uodecimam horam diei: Eo ſigno ſignificari uulgus credidit, Cæſa animam inter deorum immortalium numina receptam. ¶ Et hoc teſtatur ipſe Pli. ex uerbis auguſti: qui quidem interiori gaudio ſibi illud natum: ſeſeq; in eo naſci interpretatus eſt: hoc inquit ſalutare terris fuit. Vnde Vir. Ecce dionei proceſſit Cæſa. aſtrum. In cuius tamẽ carminis expoſitione. Seruius non ueneri genitrici: ſed patri Cæſari funebres tunc celebraſſe ludos auguſtum dicit. Bene ergo dixit paterno auitoq; ſyderi. id eſt, ¶ Paterno Octauiani ¶ Auito. Iulii Cæſaris. ¶ Cærimoniis noſtris: quia maxima lætitia celebrantur ſacra patris: & aui: quorum diuinitate auctæ ſunt cærimoniæ noſtræ. ¶ Reliquos enim deos accepimus: Nec immerito quidẽ factum eſt: ut uirtute Iulii Cæſaris romani dicerentur deorũ auctores. ¶ Accepimus ſcilicet ab aliis gentibus. ¶ Dedimus ſcilicet a nobis. ¶ Et quoniam initium. Quando quidem huc animus intendit: ut principium noſtrum ſummatur a religione: ab ea dicere incipiemus.

ASCENSIVS.

VRBIS Romæ. More oratorio: quo ordine rem proſecuturus eſt, proponit. Deinde inueterato ſui temporis errore, inuocat non deum ipſum patrem luminũ, unde omne datum, & omne donum perfectum eſt deſcendens, ſed Tyberium Cæſarem, quem recepto iam tum conſenſu in diuorum numerum aſciſcit: quem quidem errorem Laurentius Valla: ut acri uir eſt ingenio, acerbe ſatis deteſtatur. Poſtremo loco propoſita exequitur ut ſuis locis declarabimus. In propoſitione reddit lectorem ex ordine rerum, quo prius, domeſtica, quam extera ſe ſcripturum dicit, docilem, ex difficultate ſuſcepti negocii attentum, & ex utilitate, & breuitate, beneuolum, ſimulq; breuitatem, ne uitio detur, purgat, ut cum ordine latius aperiemus. quem ab ultima primæ periodi parte auſpicabimur, quia fere in conſtruendo, & reſoluendo, contrarius eſt ordo, ut quæ hic ultima fuerint, ſint illic fere prima Ordo, igitur eſt. Conſtitui. id eſt, maturo conſenſu, & præuia deliberatione ſtatui, deligere. id eſt, de multis legere, & decerpere, facta ſimul, ac dicta urbis Romæ, & gentiũ exterarum id eſt, aliarum nationum extra ciuitatem Romanam, digna memoratu. id eſt, que memorentur, hoc eſt recitentur, & ad memoriam reducantur. Notum eſt, Valla authore: omnes urbes oppida poſſe dici, præter Romam. quæ tãtum urbs dicitur, uſq; adeo, ut ſi per ſe ponatur, urbs Roma intelligatur, quo circa poſſit ſuperflua uideri appoſitio, nam ſatis eſſet urbis, exterarumq; gentium, uerum quia dignitas quædam ex nobilitate rerum geſtarum acereuit Romæ, noluit id nomen premittere, unde autem Roma dicta ſit, an ab Romulo, an ab Ruma: an ab ῥώμη in aliis authoribus, ubi plus ſermonis, quam morũ elegantiam uenera mur. diſquirendum cenſeo. Bene autem preponit facta, utpote, in quibus plus eſt ponderis. & quæ plus ad imitandum ſultant, quam dicta. Et reuera, Romani prius præclare facere ꝙ dicere cœperunt, quæ ſcilicet facta & dicta, ſunt diffuſa apud alios ſcilicet authores, ſeu ſcriptores, latius id eſt, extenſius, & diffuſius, quam ut elegans ſermo dici poſſet etiam, quã quæ in eadem elegantia, & ſententia poſſint cognoſci breuiter, ut modo cognoſci poterunt, conſtitui inquit ea deligere, electa. id eſt, excerpta cum iudicio ab authoribus illuſtribus. id eſt, claris, nihil ergo triuiale, aut protritum adducetur, ideo autem conſtitui, ut labor longæ inquiſitionis abſit uolentibus. id eſt, iis qui uolent aut uoluerint. Credo autem uolentibus datiuum eſſe communem nam ablatiuum termini a quo regit, ut abſum domo &c. Sumere. id eſt, capere per ſe documenta. id eſt, exempla, & monumenta, quibus moneantur, quid in faciendo aut dicendo, & imitari, & deuitare debeant, qui maximus eſt legendæ hiſtoriæ fructus, unde Liui. in præfatione. Hoc illud eſt præcipue in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri, unde tibi tuæq; reip. quod imitere capias, unde fœdum inceptu, fœdumq; exitu, quod uites &c. ¶ Nec (ne forte prolixitate detereris) cupido. id eſt, cupiditas complectendi cuncta ſcilicet facta, & dicta memoratu digna: inceſſit. id eſt, irrepſit mihi. dicitur etiam inceſſo te, quaſi laceſſo. Quis enim comprehenderit modico numero uoluminum geſta omnis, æui. q. d. nemo, in ea tamen re ingentem laudem meruit Antonius ſabellicus. Aut quis (ſi uidelicet magno uoluminum numero omnia complecti tentauerit) compos mentis. id eſt, non inſanus, ſperauerit ſe traditurum, uel attentiore cura, uel preſtantiori facundia ſeriem. id eſt, rapſodiam, & coordinationem hiſtoriæ domeſticæ, id eſt ciuitatis tuæ, & peregrinæ id eſt externæ conditam felici. id eſt fœcundo & benefortunato ſtilo ſuperiorum. id eſt priorum ſcriptorum, quaſi dicat etiam nullus. Et eſt argumẽtatio ſic concludens. Qui quæ ab aliis ſcripta ſunt, reponunt, difficillime poterunt omnia complecti, nam paucis uoluminibus non poterunt omnia dicere, & prolixis, aut eadem ſimiliter dicent, & erunt ſuperuacanei, ac ridiculi, aut cura attentiore ſcilicet ad ueritatem reſeruandum, aut facundia præſtantiore, quod polliceri uidetur arrogantis animi, aut ſibi non ſatis conſtantis. Alterutrum tamẽ polliceri habent. qui alios imitari uolunt. Quia ut inquit in dicta præfatione Liuius, dum noui ſemper ſcriptores, aut in rebus certius allaturos aliquid ſe, aut ſcribendi arte rudem uetuſtatem ſperaturos credunt. ¶ Te igitur huic cœpto &c. poſtquam propoſuit, inuocat, ut dixi. Tyberium Cæſarem tẽpi magis inſeruiens quam ueritati. Quo uitio, aut adulationis, aut meticuloſitatis laborauerunt & Luc. qui Neronem inuocat, & Martialis, qui domitianum teterrima hominum monſtra. Sed ſtilum contraham, ideo breuis futurus, ꝙ ab Oliuerio bene dicta, neq; inculcare, neq; delere uolui. Ordo igitur eſt. Igitur quia hoc facere conſtitui. O Cæſar Tyberii, uidelicet appoſitorie, certiſſima ſalus patriæ ſcilicet noſtræ (unde pater patriæ dici mereatur) ego inuoco id eſt in fauorem & auxilium uoco, te penes quem id eſt in cuius poteſtate, conſenſus hominum, & deorum (forte propter auſpicia fauſta deorum addit) uoluit regimen. id eſt imperium maris, ac terræ eſſe, cuius cæleſti prouidentia uirtutes, de quibus ſum dicturus, fouentur benigniſſime, & uitia uindicantur ſeueriſſime. Probat deinde, ꝙ cum rite inuocet, Nam ſi priſci oratores, ut Cato, Gracchi, & cæteri (de quibus Oliuerius exacte) orſi ſunt, id eſt exordia fecerunt incipientes bene. id eſt decenter, aut potius ab Ioue optimo maximo, epitheta ſummo deo congrua, qui cum optimus dicitur, intelligitur ſumme bonus & ſumme ſciens, nam bonos etiam ſcientes dicimus, cum maximus potentiſſimus. Si excellentiſſimi uates. id eſt poetæ ut Orpheus, Homerus.

tus, Verg. traxerunt principia. ſ. canendi. A numine. i. deo ali quo, mea paruitas, ideſt modicitas decurterit eo iuſtius ad tuum fauorem, quo legendum eſt, ꝙ ideſt quia. Cetera diuinitas, ideſt cæterorum, qui cum homines eſſent, pro diis recepti ſunt, colligitur opinione, ſcilicet hominū, ideſt perſuaſione, tua ſup. diuinitas, uidetur fide, ideſt fideli approbatiōe, preſenti, ideſt corā oculis noſtris uerſanti, par ideſt æqualis, ſydere paterno, ſcilicet Octauii patris tui adoptiui, & auito, ideſt Iulii Cæſa. Octauii Augu. patris adoptiui, quorum, ſcilicet duorum imperatorum, Iulii, & Octauii fulgore, quia ſyderi dixit eximio, acceſſit. i. additū eſt multum iclytæ claritatis noſtris cerimoniis. i. ſacrificiis, nā per ſydus, quod i eorum ludis apparuit, ratificata fuit eorum diuinitas, & approbatæ Romanæ cærimoniæ. Probat alia uia, quod dixit. Nos enim accipimus, ſcilicet ab aliis nationibus, preſertim a troianis, teliquos deos, quia apud alios natos, & nos dedimus ſup. aliis Cæſ. ſup deos quos alii quoꝗ colerēt. Et quoniam In animo eſt, ideſt conſtitui petere initium, ſcilicet dicendi, a cultu deorum, eius diſſeram. i. diſerte, hoc eſt expreſſe diſputabo, de cōditione. i. origine, qua conditū eſt, eius. ſ. cultus deorum.

De cultu deorum. Cap. I.

MAiores, ſtatas, ſolēneſꝗ cærimonias pontificum ſcientia: Bene gerendarū rerum authoritates, augurum obſeruatione: Apollinis prædictiones, uatum libris: Portentorum depulſa, hetruſca diſciplina explicari voluerunt. Priſco etiam inſtituto rebus diuinis opera datur: Cum aliquid commēdandum eſt, precatione: Cum expoſcendum, voto: Cum ſoluendum, gratulatione: Cum inquirēdum, vel extis, vel ſortibus: impartito eum ſolenni ritu ſacrificio. quo etiam oſtentorum, ac fulgurum denunciationes procurantur.

OLIVERIVS.

MAiores ſtatas. Aggreditur nunc quod pollicitus eſt, ut exempla proponat memoratu digna, & primo quidem de religione quibus facile percipi poteſt, eam pre cæteris curæ fuiſſe maioribus, ut nihil ne minimum quidem prætermitterent, quod ad religionem ꝑtinere uideretur. Primo igitur dicit de inſtitutis maiorū, quæ ad religionem ſpectabant, ꝙ illi omnibus in rebus diligentiſſime ſeruabant. Eſt autem religio uirtus, quæ ſuperiori cuidam naturæ, ideſt deo cultum cærimoniamꝗ affert, dicta a relegendo teſte Cice. lib. de na. de. qui ſuperſtitioſos a religioſis ita diſtinguit, ꝙ totos, inquit, dies precabantur, & immolabant: ut ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati, quod nomen primo latius patuit. Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanꝗ relegerent, dicti ſunt religioſi ex relegendo. Maiores, Antiqui & ueteres illi quorū mores fuere meliores, nam ipſi deorum cultum præ cæteris rebus procurarunt, maiores & minores quotiēs de priſcis, & poſteris dicimus, numero tātum plurali declinatur. Statas cærimonias, ſtatæ cærimoniæ, ut uult Feſtus Pompeius, dicebantur, ſacrificia, quæ certis quibuſdam diebus, & ſtatuit celebrabantur. Vnde Cato. Sacra ſtata, & ſolēnia ſancta deſeruiſti: alii ſtatas pro ſtatutas dicunt, quidam etiam Iouis ſtatoris ſacra. Sed feſti melior eſt ſententia, & expoſitio. Solēnes, anniuerſaria ſacrificia, quæ ſingulis quibuſꝗ annis fiebant, nam ſolēnis a ſolo, & anno componitur. Cærimonias, cærimoniæ apud latinos generaliter dicuntur omnes ritus ſacrificiorum, a cerete oppido, ut ipſe paulopoſt dicturus eſt, uel a charitate ut aliis placet. Pontificū ſcia, iure canonico, ut nos nūc dicimus, ſiue pontificio, nā pontifices docebant, quibus templis, quibus diis, quo tempore, quo ritu, quibuſꝗ in hoſtiis ſacrificia fieri debent. Gerendarum rerum, Quia ſacrificia, quæ pro rebus gerendis ſuſcepiſſent, earum rerum auctoritate confirmata ſolēnia habebantur, niſi imperator rem cum hoſte cōmiſſurus, taurum marti immolaſſet, & poſtea uictoriam conſecutus eſſet, id ſacrificium ex re bene geſta comprobatum ſolenne habebatur, nam ex eo quod rem bene geſſiſſent intelligebant, ea ſacrificia diis accepta fuiſſe, & ita confirmata auctoritate, ſolennia haberi incipiebant. Augurum obſeruatione, ut quæ capris auſpicus augeres diis grata & probata fuiſſe dixiſſent, ea ſolēnia haberent. Apollinis prædictione, uatum, ut quæ ſacrificia phœbades oraculo Appollinis fieri debere dixiſſent, ac diis placere, haberentur ſolennia, ſicut ſæpe conſultus Apollo, quomodo ſacrificia fieri deberent, uel ad iram deorum placandam, uel ad uictoriam conſequendam, uel ſi quid aliud opus eſſet, reſpondebant phœbades, uel tauro, uel agno, uel hoc ritu, uel illo, uel Ioui, uel Marti, uel his, uel illis ſacrificium eſſe faciendum. Vatum, phœbadum, nam phœbades Apollinis uates dicuntur, erant autē uirgines ſic a phœbo denominatæ, quæ templum Apol. ingreſſæ, cum ad ipſius adita, hoc eſt penetralia ueniſſent, Apollineo ſpiritu afflatæ, futura prædicebant. Libris portentorum depulſis, ideſt ſuperſtitioſorum hominum reiectis libris, nam ut Liuius tradidit, Sacrificuli quidam externi uenerunt Romam, qui ſuperſtitione potius ꝙ religione animos hominum aſtringerent. Aut libris portentorum depulſis, quia Romani nunꝗ magicam artem admittere uoluerunt, quod Vergi. per Didonē teſtari uidetur, cum eam ita loquentem inducit. Teſtor cara deos & te germana, tuumꝗ, Dulce caput, magicas inuitam accingier artes, ubi Seruius. Cū multa, inquit, ſacra Romani ſuſciperent, magica ſemper dānarunt. Cic. quoꝗ & Plin. magicos, & mathemathicos impugnant. Auguſti. quoꝗ in ciuitate dei tradit, aduerſus magicas artes legem xii. tabularum eſſe. Libris ergo potentorum, ideſt magorum, qui portentis quibuſdam denunciatis, in terrorem homines conuertunt, ita ut eos ſui compotes eſſe non ſinant. Hetruſca diſciplina, ſecundum morem hetruſcorum, quem a thage in agro targinienſi didicerunt, nam inde ſacra, & cærimonias omnes Romani ſumpſerunt. Conſtat enim hetruſcos omnis diuini cultus ſtudioſiſſimos fuiſſe, hæc autem omnia Cice. in oratione contra. P. Clodium pleniſſime oſtendit, qui illorum, inquit, prudentiam, non dicam aſſeꝗ, ſed quanta fuerit perſpicere poſſunt, qui ſtatas, ſolenneſꝗ cærimonias, pontificum rerum bene gerendarum auctoritates, auguria fatorum, ueteres prædictiones Apollinis, uatum libros, portentorum explanatiōes hetruſcorum diſciplina cōtineri putarunt quæ tanta eſt, ut noſtri memoria primum, italici belli funeſta principia, poſt ſyllani, cinanicꝗ temporis extremum pene diſcrimen, tum hanc recentem urbis inflammandæ, delendiꝗ imperii coniurationē non obſcure pauloante prædixerit. Explicari, euolui, exponi, diffiniri. Priſco etiam inſti non ſolum, inquit, in obſeruando cultu deorū hetruſcam diſciplinam ſecuti ſunt Romani, ſed & alii ritus quidam ſacrificandi a ueteribus inſtituti ſeruantur, ergo priſco inſtituto, quia non ſolum ſacrificatur ſcdm hetruſcam diſciplinam, ſed etiam ſcdm inſtitutionem maiorum, nā ſicut illa maiores inſtituerunt, ita quæ ſequuntur, maiorum inſtitutis ſunt præcepta. Rebus diuinis opera datur, ideſt ſacrificia diis exhibentur, nam diuinis rebus operam dare nihil aliud eſt niſi ſacrificare. Cum aliquid commendādum, ut cum aliquod bellum ſuſciperent, & diis exercitum. P. R. commendarent, diis ſacrificabant, deinde cum iam bello ſuſcepto prælium inituri eſſent, numinibus aliquid uouebant, uel templum, uel aram, uel munus aliquod, ſi Po. R. uictoriam conceſſiſſent, poſtremo uictoria potiti, quam a diis petierant, in actione gratiarum uota perſoluebant, & hos ritus oſtendit inſtituiſſe maiores. Commendandum Ordinem ſecutus rectiſſimum, cum dicat, commendandū præcatione expoſcendum uoto, ſoluendū gratulatione, primo enim anteꝗ bella ſuſciperentur, commendabātur exercitus, deinde cū prælium commiſſum fuerat, uotis expoſcebatur uictoria, poſtremo uictis hoſtibus quod uotum fuerat, cum gratiarum actione perſoluebantur ergo commendandum ſuſceptis bellis, expoſcendum cōmiſſis, prælis ſoluendum, debellatis hoſtibus, & deuictis belloru caſibus. Gratulatione. Quia diis gratias agebant pro re bene geſta, nam gratulari, cū ad deos refertur, gratias agere, alias uero cum alio pariter de re aliqua, lætari ſignificat. Cum inquirendum, uel extis, uel ſortibus. Sunt, inquit, & alii ritus ſacrificandi a maioribus inſtituti, ut cum irati ſunt dii, & ſacrificiis iram eorum placare uolumus, primo inquirendum eſt, cur irati ſint, & poſtꝗ explorata fuerit ira deorum, pro qualitate piaculi adhibendum eſt ſacrificium, explorabatur autem ira deorum, uel per exta, uel per ſortes, per exta hoc modo, ſi

Religio.

Pomp. Cato.

Phœbas.

Magica ars a romanis neglecta.

Gratulari.

triſtia fuiſſent, uel pallida, uel aliqua parte mutilata, ſignificabant deos iratos eſſe, ſi uero læta, uigétia, & integra, dii ſignificabantur eſſe placati. ¶ Vel ſortibus. Duplex fuit apud priſcos præcipuum diuinandi genus per ſortes, unas quidem ſortes Virgilianas appellabant cum aperto Virg. codice, deſtinati, qui occurriſſent uerſus excipiebantur, de quo genere helius Spartianus i adriani uita, quo quidem tempore cum ſollicitus de imperatoris erga ſe iudicio uirgilianas conſuleret ſortes, in hos incidit uerſus. Quis procul ille auté ramis inſignis oliuæ. Sacra ferens noſco crines, incanaq; menta, Romani regis, primam q legibus urbé, Fundauit, curribus paruis, & paupere terra. Alterum fuit ſortiũ genus uetuſtiſſimũ, a ſacerdotibus confictum reſponſiſq; oraculorum non diſſimile, quod iſcripta foliis arborum, tabelliſq; diuerſorum euentũ; eulogia ad deorum puluinaria erant ita diſpoſita, ut quod petitioni conducere uideretur, artificio quodam in ſpem, uel in metum ſuſcitantem inducerét, hinc illud Liuii lib. xxii. ſortes attenuatas, unamq; excidiſſe ita ſcriptam. Mauros telum ſuum concutit. Quomodo fierent procurationes idem Liui. docet. ¶ Impartito, adhibito ſolenni ritu. primo inquirẽdum eſt, poſt inquiſitionem pro qualitate piaculi adhibendum eſt ſacrificium, ergo ubi cauſam cognouiſſent, iræ deorum in extis uel ſortibus ſtati expiabantur ritu ſacrorum. ¶ Quo. ſ. ſacrificio: non eodem dicit ſacrificio purgari denunciationes fulgurum: & oſtentorum: quo purgabant ea: q̃ ſortibus: uel extis inq̃ſita ſunt: ſed alio ſacrificio: uidelicet ſacrificio oſtentorum. ut uerbi gratia ſi lapidibus pluiſſet nouendali ſacrificio expurgabatur quia nouem diebus ſacrificiis operam dari oportebat. Liui: id multis in locis, ſed lib. v. ſecũdi punici belli. ꝑ aliquot; inquit, dies conſules diuinis rebus operam dederunt, & per omnes dies ſacrum nouendiale fuit. ¶ Ac ful. ut ſi tecta publica de cœlo tacta fuiſſent, maiorib⁹ hoſtiis expiari oportebat. ¶ Denunciationes. quia denunciabant aliquid inſtare reip. ꝓcurantur, expiantur, purgantur.

ASCENSIVS.

Maiores ſtatas. Quemadmodum promiſit de religionis, & deorum cultus origine, diſſerit, docens quorũ authoritate diuerſa eius genera fulciantur, ut cum ordine explanabimus. Ordo autem eſt Maiores ſup. noſtri, ideſt priſci Romani, uoluerunt cærimonias, ideſt operationes, aut res diuinas, aut ſacrificationes, ſtatas, ideſt certo die cõſtitutas. & ſolennes, ideſt anniuerſaria ſacra, quæ ſolẽniter ſemel quotãnis fiebant, explicari ſcientia pontificum .i. iure pontificio, quod nunc canonicum dicunt, & uoluerũt authoritatem bene gerendarũ rerum, ideſt auſpicia. ¶ Explicari, ideſt declarari & denunciari, ideſt obſeruatione .i. animaduerſione augurũ, & uoluerunt prædictionem .i. uaticinia, & oracula apollinis, explicari libris uatum, præcipue ſybillinis, & uoluerunt depulſa .i. depulſiones, & amotiones portentorum, quæ mali quippiam portenderent, explicari diſciplina hetruſca, quia hetruſci in ea ſuperſtitione periti ſſimi habebantur. Hæc autem, quam in uno dumtaxat exemplo cognoui, uera mihi uidetur lectio qua ſuos quæq; authores habet, cærimonia, alii legũt omnia in ablatiuo, præter principium, ut ſit ordo, maiores noſtri uoluerunt cærimonias, ſtatas, & ſolẽnes explicari, ſcientia pontificum, auctoritate rerum gerendarum, obſeruatione augurũ, prædictione Apollinis, depulſis portentorum, hetruſca diſciplina, quæ lectio certe, non placet, præcipue in ſecundo articu. nam quæ eſſet authoritas bene gerendarum rerum, qua cærimoniæ explicentur. Sed pergamus ſuum cuiq; iudicium relinquentes, id tamen (tacere enim non poſſum) quod ſequitur lectionem noſtram, cui ſimile eſt approbat. Opera datur rebus diuinis, ideſt cærimoniis & ſacrificiis etiam quaſi dicat non tantum dictis modis, ſed etiam aliis priſco, ideſt ex anti-

¶ De cerere placanda.

TAntum auté ſtudium antiquis nõ ſolũ ob ſeruande, ſed ẽt ãplificãdæ religionis fuit vt florẽtiſſima tũ, & opulentiſſima ciuitate. xii. principũ filii S.C. ſingulis Hetruriæ populis, ꝑcipiẽdæ ſacrorũ diſciplinæ gr̃a traderent Cereriq; q̃ more græco venerari iſtituerant, ſacerdoté a Velia: cũ id oppidũ, nondũ ciuitatis noĩ accepiſſet: Chalcitanã peterẽt, vel vt alii dñt Caliphenã: ne deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet Antiſtes. Cui⁹ cũ in Vrbe pulcherrimũ tẽplũ haberent: gracchano interitu moniti ſibyllinis libris, vt vetuſtiſſimã Cererẽ placarẽt. Ennã qm̃ ſacra eius inde orta credebãt. xv. viros ad eã propitiandã miſerunt. Itẽ matri deum ſæpenumero imperatores noſtri, cõpotes victoriarum, ſuſcepta vota Peſſinuntem profecti ſoluerunt.

quo inſtituto, ideſt more, utpote præcatione, cum aliquid ut alicuius ſalus aut honur, eſt commẽdandum, ſcilicet diis, uoto, ideſt re uota, cum aliquid eſt expoſcendum, ideſt quaſi iuſte a deo petendum gratulatione, ideſt quaſi gratiarum actione, cum aliquid eſt exoluendum, ſcilicet deo pro ſuſcepto beneficio, & extis, uel ſortibus, cum aliquid eſt inquirendum. Exta ſunt eminentiora inteſtina, ex quibus iudicabãt. Sortes in hetruria inuẽtæ dicuntur, demonum nimirũ fraude, unde eas latere q̃ noſci præſtet. ¶ Sacrificio impartito, ideſt diis, nõ uoto, ſed iam impenſo, cum peragendum ſit ritu ſolenni, quia prius offerebant, & deinde operabantur, quo, ſcilicet ſacrificio licet non eiuſdem rei, denũciationes oſtentorum, ac ſuis gurum, ideſt quæ augures, aut aruſpices denunciauerunt procuranda procurantur, ideſt cura præuia, ne quod minuãtur, eueniat, purgantur.

THEOPHILVS.

Maiores ſtatas. Non abre priſci Grammatici inter officii ſui ptes, haud ultimam ſtatuerunt poſituræ rationem, Nicanorq; in eo genere tantum ſtudii collocauit, ut inde ſ στιγματίας appellari meruerit. Emendatus enim codex, niſi diſtinctus eſſet, qui poteſt? Ecce cõfuſo in hoc Valerii capite textu oratiõis, aut nullus, aut certe inſulſus extabat ſenſus. Accepit hæc (ut ad rem ueniam) Vale. ex Ciceronis culus in ea, quam de Aruſpicum reſponſis inſcripſit oratione uerba ſunt hæc. Ego uero primum habeo auctores, ac magiſtros religionum colendarum maiores noſtros, quorum mihi fuiſſe tanta ſapientia uidetur, ut ſatis ſuperq; prudentes ſint, qui illorum prudentiam non dicam aſſequi, ſed quanta fuerit proſpicere poſſunt. Qui ſtatas, ſolenneſq; cærimonias pontificatu, rerum bene gerendarum auctoritates, augurio fatorum. Veteris prædictiones Apollinis. ¶ Vatũ libris, Portentorum explanationes, Hetruſcorum diſciplina contineri putarunt &c. Ex iis arbitror, ut apparet, aliter eſſe diſtinguenda cõmota, q̃ compitalici magiſtri conſueuerunt hoc ordine, atq; ſenſu. Maiores noſtri ſtatas, & ſolennes cærimonias. pontificum ſcientia uoluerunt explicari, nam tota ſacrificandi ratio a collegio pontificum petebatur, ut diſcimus ex Cicer. Liuioq;. Sed auctoritatem rerum bene gerendarum uoluerunt explicari obſeruatione augurum, quippe Romani publice niſi auſpicato, nihil inchoabant, ut auctor eſt ipſe Tullius. Prædictiones, & Apollinis oracula Vatum, ideſt Sybillarum, uel Martiorum libris. Depulſa uero portentorum, ideſt procurationes ad auertendas portentorum minas. Etruſca diſciplina explicari uoluerunt. Priſco etiam inſtituto, ideſt ueteri ſacrorum conſuetudine, impartito ſacrificio: cum ſolenni ritu rebus diuinis opera datur, quomodo præcatione aliquid eſt commendandum, quomodo eſt expoſcendum uoto, quomodo exoluendum gratulatione, quomodo inquirendum, uel extis, uel ſortibus, repetendum ſemper eſt, priſco inſtituto rebus diuinis opera datur, per ſingula commota, ſicut illud, explicari uoluerunt in ſuperioribus. Hæc eſt Elegans, & uera Georgii Merulæ expoſitio, quam Dominus eruditus admodum iuuenis eius auditor excepit, & mecum communicauit. Is affirmabat Merulam iuſſiſſe induci, uerbum peragendum, quia ſenſum deſtrueret. Aliqua Codrus Vrceus & Raphael Rhegius ad hanc rem prodiderunt, ſed utroq; prior, ut accepi, Merula iam promulgarat, & ſi præuentus eſt editione, nõ propterea ſua laude fraudari debet.

OLIVERIVS.

TAntũ aũt ſtudiũ commẽdat antiquos, quod adhibuere ad religionẽ colendã cum, inquit, hetruſci eo tempore cæteris gentibus religione præſtarent: ſenatuſcõſulto decem principum filii ſingulis ciuitatibus hetruriæ tradebantur, ut plene diſciplinam ſacrificandi perciperent, cuius rei Cicer. meminit libro de diuinatione dicit enim Bene apud

Etruſcã diſciplinam q̃ti facerent Romãi

maiores

maiores noſtros ſenatus tum, cum florebat, imperium decreuit, ut de principum filiis ſex electi, ſingulis hetruriæ populis, in diſciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatē hominum, & religiōis auctoritatem adduceretur ad mercedem, & quæſtum, in quo tantum a Val. de numero diſſentit. ¶ Tantum autem ſtudium. Tametſi hæc religio ſuperſtitio potius dicenda ſit, quippe dæmonum cultrix. & quæ uerum deum non inuenerat, hæc tamen exempla non parū nobis prodeſſe poſſunt, nam ſi dæmonum cultores adeo religionis obſeruantes fuiſſe uidentur, quid nobis faciendum eſt, qui uerum deum uera religione colimus, & ueri cultus certa præmia expectamus? ¶ Florentiſſima tum. Reſpicit illud, quia dici poſſet, hoc ideo faciebant Ro. ut placatis diis urbem ſuam ex parua magnam, ex paupere ditem facerent, immo, īquit, ciuitas tum erat florentiſſima, & opulentiſſima. ¶ Cereri quoq;. Hinc quoq; diligentia, quam circa religionem habuere maiores, oſtendi poteſt, q cum uellent cereri ſuo ritu ſacra celebrari, miſerunt in græciam, unde ſacrificia orta eſſe dicebantur, deinde in Siciliam, quia inde ceres pro dea coli cœpiſſet, cum filiam ſuam Proſerpinam a Plutone raptam inquireret, inde enim ſacra Cereris principium habuiſſe credebāt, ergo nequid omnino deeſſet, nullum locum prætermiſerunt, ubi dea aliquando culta diceretur. ¶ Cereri quoq;. Ad ſpeciem ſenſim deſcendit, ergo cereri ad honorem cereris ¶ More græco. Ne ſi mutato ritu ſacrificaretur, piaculum committeretur. ¶ Sacerdotē. Tantum ſtudium fuit, ut etiam ſacerdotem peterent, quæ docta, & perita antiſtes, ſacrificia deæ ſuo ritu, & more celebraret. Fiebant autem cereris ſacra a ſolis matronis, teſte Liuio. lib. ii. ſecundi punici belli. Sacrum, inquit, anniuerſarium cereris intermiſſum eſt, quia nec lugentibus facere id fas eſt, nec ulla illa tēpeſtate matrona luctus expers fuerat. ¶ A uelia. Velia oppidum eſt calabriæ, ſic a paludibus, quibus circundatum eſt, appellatum, nam eli ſignificat paludem, daſea uero, hoc eſt aſpiratio in digama conuertitur, ideſt in. v. conſonātem, ſicut multis in nominibus fieri ſolet, ut henetus uenetus, heſpera ueſpera, & multis aliis ſimiliter. ¶ Vetuſtis ritibus, deeſſet antiſtes. Ne quid de ritu ſacrorum eius prætermitteretur. ¶ Perita, Quæ ſacrorum eius peritiam haberet, ritēq; ſacrificare & ſciret, & poſſet. ¶ Antiſtes, ſacerdos, ab ante ſtando, eſt autem cuſtos, & princeps templi. ¶ Cuius cum in urbe pulcherrimum templū. Nec ſatis habuere maiores accerſitam a uelia ſacerdotē ſacrificandi peritam, quæ uetuſto ritu cereri ſacrificia faceret, quin etiam cum in urbe templum ei conditum eſſet ampliſſimum, & oſtentis ciuitas laboraret, moniti libris ſibyllinis, ut cererem uetuſtiſſimam placarent, Ennam. xv. homines miſerunt ad eam placandam, quoniam inde ſacrificia eius principia, ut diximus, habuiſſe credebantur, nam Etna mons eſt Siciliæ a poetis decantatus, & in cuius radicibus eſt eiuſdem nominis oppidum, teſte Stra. lib. vi. in deſcriptione Siciliæ, dicit enim Cetoripis autem propinquum eſt, exile ſane oppidum uocatum Enna, ex monte conſenſuros accipit, atq; tranſmittit, hic enim primus montis aſcenſus inchoat, illuc miſſi fuere legati. Nam cum ꝓſerpina cereris filia cum cyane nimpha & ſirenibus flores colligeret a Plutone rapta eſt, mater inſcia a quo ſibi filia ſurrepta fuiſſet, errādo cum tempus ei diurnum non ſufficeret, noctu eam facibus accenſis per triuia, & quadriuia ululando querebat, unde permāſit in eius ſacris, ut certis diebus a matronis exerceatur ululatus ad imitationē eius. ¶ Moniti libris ſibyllinis, hoc etiam refert Lactan. de falſa religione, dicit enim rep. tandem perturbata ſeditionibus & oſtētis, cum moniti eſſent carminibus ſibyllinis, cererem debere placari, legatos Ennam miſerunt. ¶ Item matri deum, & hoc eſt ſeruatæ religionis exemplum non mediocrem, q imperatores Ro. quæ matri deum pro conſequenda uictoria in bello uota feciſſent, eadem peſſinuntem profecti, cum ſumma deuotione perſoluerent, q ibi numen eius coleretur in primis. ¶ Item, Ruſſus uel ſimiliter non ſolum cereri, ſed etiam matri deum eſt habitus honos ¶ Compotes uictoriarū, cum uictorias obtinuiſſent. ¶ Peſſinuntem. Oppidum eſt Phrigiæ, ubi Cybeles ſimulacrum colebatur, quod cum a peſſinunte oraculo apollinis Romam trāſlatum eſſet, apud Scipio. Naſicam conſenſu ſenatus collocatum eſt, quia reſponſum fuerat ab oraculo, ut cum Romam dea ueniſſet, tum curarent, ut eā qui uir optimus eſſet, Romæ hoſpitio acciperet, de cuius aduentu ſuo loco dicemus lib. viii. c. ultimo.

Cereris ſacrificium.

Velia.

Cybeles templum.

ASCENSIVS.

TAntum autem ſtudium. Vt uere, & pie monet Oliue. Ingens nobis propoſita eſt cura obſeruandæ piæ religionis cum priſci romani ſuperſtitionis ſacrilegæ, nedum ſtultæ, & ab impiis ſpiritibus in perniciem, ac ſeruitutem generis humani introductæ, tam anxie obſeruantes fuerint. Quis itaq; uerbis explicet, q̄tum debeamus ſaluatori noſtro, qui nos non ſolum a peccati iugo, ſed etiam a ſuperſtitione miſerrima liberauit? Nihil enim miſerius q̄ quos mortales nouerimus, tanq̄ deos uenerari, tantumq; deorum numerum cōſtituere, ut nulla fere uirtus, nullumq; uitium ſit, quod non diuinitate donauerit ſtulta gentilitas, unde honorem, uirtutem, uictoriam, pallorem, febrem, fortunā, ut numina adorabāt, & ſi quis dicat a prudentioribus creditum unum fuiſſe numē, Nam ut Pli. aſſerit: fragilis, & laborioſa mortalitas in partes iſta & digeſſit plures, fragilitatis ſuæ memor, ut portionibus quiſq; coleret, quo maxime indigeret, dicam perpaucos fuiſſe, aut nullos. qui id ſyncere crederēt, nam ſi unius dei ueri cætera numina membra quedam crediſſent, non cenſuiſſent inter ſe tam diuerſa, ut uno ſacello coli non poſſent. Nos enim ſic ſanctorum communionem credimus, ut quod uni placere conſtet, omnibus placeat. Verum iuxta inſtitutum noſtrū ordinem proſequamur. Autem pro ſed tātum ſtudium, ideſt tam ſtudioſus conatus, non ſolum obſeruandæ religionis, ſcilicet ſemel inſtitutæ, ſed etiam amplificandæ religionis fuit antiquis, ideſt priſcis Romanis, ut ciuitate ſup. exiſtente, tum florentiſſima, & opulentiſſima, quæ res negligentiam religionis generare ſolent, In aduerſitatibus enim & timore deum inuocamus unde illud, primus in orbe deos fecit timor, & illud Gre. Mala quæ hic patimur, ad eum nos ire compellunt, iuxta quod pſal. Ad dominum cum tribularer clamaui &c. Et cōtra. impinguatus eſt dilectus meus, & recalcitrauit. decem (Cicero ſex dicit) filii pricipum, ideſt maiorum ciuitatis, cum pauperimus quiſq; nunc religioni deſtinetur, niſi honores eum q̄ſtu potentiores inuitent, traderentur ſenatuſconſulto. i. ex decreto ſenatus ſingulis populis hetruriæ, ſunt qui. xii. populos hetruriæ fuiſſe dicant, & ab illis. xii. lictorum numerum ſumptum, unde centū uiginti fuerint filii mittendi aut ſecundum Ci. lxxii. qui numerus diſcipulorum Chriſti fuit, traderentur dicit gratia diſciplinæ ſacrorum pcipiendæ, in qua hetruſci habebantur peritiſſimi. Et (repete a ſuperiore, nam lectio condependet) ut peterent cereri. i. ad honorem cereris chalcitanā uel ut alii dicunt, caliphenam ſacerdotem, ideſt que eſſet ſacerdos cereri, q̄. ſ. Cererem. Inſtituerant. i. inceperant aut propoſuerāt uenerari more græco, ideſt ut græci, a quibus primū uenerata eſt eam uenerabantur, peterent, dico a uelia, cum hæc ſcriberētur oppido calabriæ, cum id oppidum nondum, ideſt nō adhuc accepiſſet, nomen ciuitatis, non omnia ergo oppida ciuitates conſtituunt, ſed ea dumtaxat, in q̄bus communibus legibus, & iure conſtituto ſolēniter uiuitur, q̄ dignitatem nunc galli traxerunt ad ea oppida, in quibus eſt epalis ſedes cum & aliæ ciuitates ſint. Pertinet aūt ad ſtudium religionis q opulentiſſima ciuitas non dedignata ſit ab oppidulo nondū ciuitate ſacerdotē petere, notū aūt eſt ſacerdotem cōis eſſe generis unde hic fœmininū eſt, ideo aūt petierunt. Ne Antiſtes. i. princeps ſacerdotū, perita. i. exercita, uetuſtis ritibus deeſſet deæ. ſ. Cereri. Cuius. ſ. deæ, cum haberent pulcherrimum templum in urbe, & pollutum ſup. haberent, aut eſſet interitu gracchano, quia alter gracchorum in eo interiit, antiqui ſup. aut maiores noſtri, moniti libris ſibyllinis, a ſibylla Cumana ſcriptis, & ad Tarquiniū allatis, in quibus fata Romana continebantur, ut placarent cererem uetuſtiſſimā, aut uetuſtiſſimo more, aut antiquiſſimā, q eam a prima ciuitatū inſtitutione coluiſſent mortales, Nam non eſt ciuitas ſine legibus, legū aūt inuētrix Ceres, Vnde Maro, legiferæ cereri dixit, miſerunt Ennam oppidulū ſiciliæ, non procul ab Ætna mōte, de qua dicit Stra. lib. vi. Intra inſulam eſt Enna, modicis q̄dem poſſeſſa inquilinis, ſuper collem iacēs, in qua Cereris ædes eſt. Ea montanas amplectitur planicies totas arabiles, &c. xv. uiros ad eam ꝓpitiandam, q̄m credebāt ſacra eius. ſ. deæ Cereris orta inde. Item matri deū Oſtendit ſimil. diligentiā factam in ſeruanda religione circa cultū matris deū Cybeles noīe, cuius cum antiq̄ſſima ueneratio peſſinunti eſſet in phrygia, miſerūt ſæpe illuc ad gratulādū poſt obtentā uictoriā. Declinatur aūt peſſinus peſſinūtis, ut hiericus hiericuntis, opus opuntis, amathus, amathūtis.

terrorem coruorum, qui plerunq; ſacrificantibus ſuperuenientes, non obſeruantibus exta ſacerdotibus, correpta protinus auferebant, ſcdm alios, quia æſtatis tempore, cum caloe intenſius ferueret, ut Pileum ferre non poſſent, nec capite detecto eſſe liceret, ad ſatisfactionem huius, & temperamentum illius uirgam illam lanatam in capite geſtabant. ⁋ Ad bellum. Mittebatur enim cum imperio. ⁋ Sacris. Quæ. ſ. marti debebat & facere ſolebat, quia Martialis flamẽ eſſet. ⁋ Multa indicta. Iniuncta pœna, ſi urbe egrederetur. ⁋ Religioniq; ſummum. Nunc cauſam ſubiungit, quare hoc exemplum poſuerit, ut oſtendat maiores nihil habuiſſe potiſſimũ preter religionẽ, quoniam iuſtam cauſam ſubiungit, cur ille ſe religioni ſubiecerit. Nam ſi ſacra Martis deſeruiſſet, quo ſperare potuiſſet Martem ſibi futurum ꝓpitiũ.

THEOPHILVS.

Velia. non Calabriæ, ſed Lucaniæ ciuitas, de qua Strabo, Pliniusq;, & Gelius ex Higynio. ⁋ Gracchano interitu. Cice. de ſignis in Verrem in deſcriptione Siciliæ. Apud patres, inquit, noſtros atroci, ac difficili reip. tempore, quomodo Tibe. Graccho occiſo, magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur. P. M. L. Calphurnio Conſſ aditum eſt ad libros Sibilinos, a quibus inuentũ eſt, Cererem antiquiſſimã placari oportere. hæc Cl. Locum Codrus explicauit. ⁋ Etnam, quidam ſcribendum putant Ennã cum Liuio Silliocq; & aliis auctoribus, inde Ceres Ennea author obſcæni carminis. Enneæ Cererem nurus frequentauit. ⁋ Peſſinuntem, Corrige Peſinuntem, ſicut apud Liuiũ frequenter admonuit Ianus Herodiani teſtimonio, quum minutianus ubiq; Peſinuntẽ per perã ſcripſiſſet. Herodiani uerba ſunt hæc. Cybeles, inquit, ſimulachrum decidiſſe ferũt in quendam phrygiæ agrum: cui nomen Peſinunti a caſu eius ſimulachri factum putant, ibi enim a principio comparuiſſe. Licet apud alios comperiam, pugnam illic illum phryga. Tantalumq; lydum inter ſe cõſeruiſſe, ſiue de uia ortam, ſiue potius ob raptũ ganymedis, quomodocunq; diu æquis uiribus decertatum foret ac peremulti utrinq; cecidiſſent nomẽ ex ea clade loco eſſe impoſitũ. hic etiam fama fert Ganymedẽ ipſum, trahentibus in diuerſa, amatoris, ac germã i manibus uita eſſe orbatum, ſublatumq; è medio, pro calamitatis ſolatio relata ad Iouem raptorem fabula, diuinis fuiſſe honoribus affectum.

Peſinus unde.

OLIVERIVS.

Metellus uero pontifex maximus Sub cui' poteſtate ceteri omnes põtifices, & ſacerdotes poſiti erãt. Vnde etiam maximus dictus eſt, quia reliqui omnes ipſo erant inferiores. ⁋ Eundemq; flaminem, ideſt ſacerdotem, Flamines, ut Varro teſtatur, dicti ſunt, q caput uinctum habent filo, & cognomẽ accipiunt ab eo deo cui ſacra faciunt, ſed partim ſunt aperta, ut Mart. Vulcanalis, obſcuriora partim, ut dialis à Ioue, furialis à furia, cuius in faſtis feriæ erant furiales. Liui. uero ſcri. numam flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotẽ creauiſſe, inſigniq; eum ueſte, & curruli regia ſella adornaſſe huic duos flamines adieciſſe, Marti unum alterum quirino. Creati ſunt etiã a pontifice maximo flamines, & à dictatore in oppidis, ſeu municipiis, ſcribunt Cic. & Liui. ergo flamen dictus ut quaſi filamẽ à filo lanæ, quo caput uinctũ habebat, q apto oĩno capite eſſe non liceret. Dio tñ alicarnaſe li. ii. à flãma aſſumpta, inqt, oĩ diuini cultus inſtõne, atq; conſcripta in octo diuiſit ptes, quot erant ẽt ſacrorũ ordines, tradidit aũt unam ſacroꝝ miniſterioꝝ conſtitutionem triginta curiõibus, quos dixi hoſtias imolare publicas ꝓ curris, ſecundã uero iis, q uocantur à græcis ſtephenori, à Ro. uero flamines, quos à geſtatione pileoꝝ & infularũ, quas adhuc ferunt, flãmam uocantes, hoc noĩe appellant. inueni ẽt qui dicant, ideo flamines dictos eẽ quaſi filamines, q in ſummo flaminis apice eſſet uirgula qdã lanata. i. uirgula, in cuius extremitate modica lana erat alligata, qđ conſtat ab Aſcanio apud albã prio fuiſſe inſtitutũ, & ſcdm quoſdã ad

Flamines.

⁋ De metello pontifice.

Metellus vero Ponti. Max. Poſthumiũ conſulem, eundemq; Flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne a ſacris diſcederet: multa indicta, vrbem egredi paſſus non eſt. religioniq; ſummum imperium ceſſit: quo tuto ſe Poſthumius Martio certamini commiſſurus non videbatur: cærimoniis Martis deſertis.

⁋ De Tiberio Graccho.

Laudabile. xii. faſcium religioſum obſequiũ: laudabilior q̃tuor & viginti in conſimili re obediẽtia. a Tiberio enim Graccho, ad collegium augurum literis ex ꝓuincia miſſis: quibus ſignificabat ſe cũ libros ad ſacra populi pertinentes legeret: animaduertiſſe vitio tabernaculũ captum, comitiis cõſularibus, q̃ ipſe feciſſet: eaq; re ab auguribus ad ſenatum relata: iuſſu eius. C. Figulus e Gallia, Scipio Naſica e Corſica Romam redierunt: & ſe conſulatu abdicauerunt.

⁋ De. P. C. M. Cor.

Conſimili ratione poſt. P. Cœlius, Marcus, Cornelius. M. Cethegus: &. C. Claudius propter exta parũ curioſe admota aris deorum immortalium, variis temporibus, belliſq; diuerſis, Flaminio abire iuſſi ſunt, coactiq; etiam.

⁋ De Sulpitio.

At Sulpitio inter ſacrificandum e capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit.

⁋ De Fabio Maximo.

Occentuſq; Soricis auditus, Fabio Maxi. dictaturam. C. Flaminio magiſterium equitum deponendi, cauſam præbuit.

ASCENSIVS.

Metellus uero pontifex M. ſenatuſconſulto, & quaſi communi totius ciuitatis decreto tranſit ad ſingulorum, & primo ſummi põtificis in ſeruanda religione, authoritatem, & flaminis Martialis obediẽtiam, nam utriq; laudi dat, & illi, q iuſſerit, & huic & obediuerit.

THEOPHILVS.

⁋ Famines. Dio. ait flamines à flammeis appellatos, non ut iſti legunt à flamma. grecus. n. Dio. codex habet, flamma uocant, & ita Parraſius olim caſtigauit. ⁋ Multa indicta, Immo dicta ex antiqui. exemp. Nam multa dicit ſole, non indici. ⁋ Inconſulto. d. ueuſti codices hoc non habent. At ſaltem ſi placet, emenda, inconſulto eo, ſcilicet Poſthumio.

OLIVERIVS.

Laudabile. Tiberius gracchus ſequentis anni conſules creauerat. C. Figulum. & Scipionem naſicam, q cum magiſtratum iniiſſent, & in prouincias uterq; ſuam diſceſſiſſent, paulopoſt à Tiberio Graccho, qui tunc proconſul erat in aſia, literæ miſſæ ſunt ad collegium augurum, quibus ſignificabat, ſe uicio conſules creaſſe, non recte capto tabernaculo, hoc autem ſe cognouiſſe, dum libros augurales inſpiceret Augures enim continuo rem deferunt ad ſenatum, qui ſtatim iuſſit utrumq; Romam redire, ſeq; abdicare magiſtratu. ⁋ Duodecim faſcium. Faſces erant inſignia conſulatus à faſciculis uirgarum ſecuribus alligatis, quas lictores conſuli præferebant ad terrorem, lictores autem à ligando dicti ſunt, quod nocentes ad palum ligarẽt, uirgiſq; cæderent, & ſecuri ꝑcuterent, erant autem. xxiiii. quorum. xii. cũ alteri conſuli totidem parebant, ergo. xii faſcium. i. unius conſulis obedientia laudabilis fuit, quia poſthumius, qui conſul erat, &. xii faſces habebat, paruit pontifici, ſed quatuor &. xx. i. duorum conſulum obedientia laudabilior fuit. ⁋ Obſequium. Obedientia, & in bona parte accipitur, at illud terentianum, obſequium amicos, ueritas odium parit, ꝓ aſſentatione quedam uidetur accipi, cum dicat Donatus, obſequium aſſentator debet, ueritatem amicus. ⁋ A Tiberio, qui eos conſules uitio creauerat. ⁋ Collegium, augures plures erant, & qui in eodem magiſtratu plures ſunt, collegæ dicuntur, ipſorum uero cœtus collegium ⁋ Animaduertiſſe. Compræhendiſſe, aĩaduertere cũ acuſatiuo ſine præpoſitione cõſiderare, & comprehendere ſignificat. Ci. Animaduerti Brute

Faſces lictores

Aiaduerſ- Aiaduerſio.

ſæpe

ſæpe Catonem animaduertere cum actio cum præpoſitione in aliquem iuſta de cauſa punire, hinc fit animaduerſio punitio. ☞ Vitio ca. tabe. Plu. ita diffinit quid ſit capere uicio tabernaculum ſi tabernaculum, inquit, cœpiſſet is, qui augurium capturus eſſet, ita ut anteq̃ auſpicium cœperis, aliquid aliud egiſſet, quod ad augurium non pertineret, tamen id tabernaculum uicio captum eſſe dicebatur, & ſi auſpicia cœpiſſet in eo, nihil ualebant. Cice. quoq; lib. de diuinatione ita, inquit, quid apud te ſcriptũ eſt de Tib. grac. nonne, & augurum, & auſpicum comprobat diſciplina, qui cum tabernaculum uitio cœpiſſet imprudens quod in auſpicato pomerium tranſgreſſus eſſet, comicia conſulibus creãdis habuerit ☞ Libros ad ſacra perti. Vel augurales, uel ſibyllinos. ☞ Comiciis conſu. Quæ ad creandos conſules habuerat. Comicia ut ſcr. Aſconius, furrunt ædilitia, pretoria tribunitia, & conſularia. Aulus uero Gelius dicit comicialia fuiſſe curiata, alia cẽturiata. Comicium autem erat locus dictus, teſte Varrone, q̃ ibi cohibãt comiciis curiatis magiſtratus creandi cauſa, nam in campo Martio eligebatur magiſtratus, habitis comiciis, de ordie autem comitiorũ multa apud Liuium plura apud Diony li. viii ubi de coriolani dãnatione loquitur, uidere licet ☞ Corſica, hæc inſula procul eſt è ſardinia. lx. ſtad. auct. Stra.

ASCENSIVS.

LAudabile, tranſit ad aliũ exemplum dicẽs. ☞ Laudabile ſup. fuit obſequiũ religioſum duodecim faſciũ, ideſt conſulis. cui. xii. erãt lictores cũ faſcibus, ſed ſup. obedientia quatuor & xx. ſup. faſcium ideſt duorum conſulum, ſup. erat laudabilior. ☞ Enim pro quia, literis miſſis à Tiberio grac. ex prouincia ad collegium augurum, quibus, ſcilicet literis ſignificabat, ſe animaduertiſſe cum legeret libros pertinentes ad ſacra populi, ſcilicet Romani, animaduertiſſe dico, tabernaculum captum uitio comiciis conſularibus, ideſt quibus conuenerant ad conſules creandos. q̃. ſ comicia ipſe, ſcilicet tyberius feciſſet, & ea re relata ab auguribus ad ſenatum.

THEOPHILVS.

GRaccho. Gracchus, & ortus ſine aſpiratione dici debere. Var. ait, & ortum quidem q̃ in eo oriantur omnia. Gracchum uero à gerendo, q̃ eius mater. xii. menſib' eum geſtauit, unde à gracilitate corporis, ut quidam uolunt, gracchus, ſed conſuetudo, & gracchos, & hortos cum aſpiratione uſurpauit. hæc olim Ianus ex charſrot recitauit.

OLIVERIVS.

COnſimili ratione, Eadem ratio fuit q̃ tres flamines ſacerdotium deponere ſunt coacti, quia uidelicet parum diligenter exta altaribus admouiſſent. ☞ Exta parum curioſe, quia cæſa uictima, & immolata ſacerdotes primo lance impoſita debebant exta diligenter altaribus admouere, deinde quaſi ſacrata ſuſcipere, & ſic, ueſci, quod cũ illi negligenter feciſſent ſacerdotio priuati ſunt. ☞ Conſimili ratione, ut religioni cederent. ☞ Admota, oblata, appropinquata. ☞ Flaminio, Sacerdotio flaminis, nã ſicut à pontifice pontificatus dicitur, ſic à flamine, hoc eſt ſacerdote flaminium ſacerdotium. ☞ Coacti, quia ſacerdotio abire nolebant.

ASCENSIVS.

¶ De Publio Licinio.

ADiiciendum his, quod. P. Licinio pontĩfici Maxi. virgo veſtalis, quia quadam nocte parum diligens æterni ignis cuſtos fuiſſet: digna viſa eſt: quæ flagro admoueretur.

¶ De virgine Aemilia.

MAximæ vero Virginis Aemiliæ diſcipulam extincto igne, tutã ab omni reprehenſione Veſtæ numẽ præſtitit. qua adorante, cum carbaſum, quam optimam habebat: foculo impoſuiſſet: ſubito ignis emicuit.

¶ De Marcello, & templo Honoris.

NOn mirum igitur ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoq;, pertinax eorum indulgentia deorum ſemper excubuit, quod tã ſcrupuloſa cura, paruula quoq; momenta religionis examinari videntur: quia nunquam remotos ab exactiſſimo cultu cærimoniarum oculos habuiſſe noſtra ciuitas exiſtimanda eſt. In qua cum Marcellus quintum conſulatũ gerens, templum Honori, & Virtuti, Claſtidio prius, deinde Syracuſis potitus, nuncupatis debitum votis conſecrare vellet: a collegio pontificum impeditus eſt: negãte vnam cellam duobus diis recte dicari. futurum enim, ſiquid prodigii accidiſſet in ea: ne dignoſceretur, utri rem diuinã fieri oporteret: nec duob', niſi certis diis vna ſacrificari ſolere: ea pontificũ admonitione effectũ eſt: Vt Mar. ſeparatis ædibus, honoris, ac Virtutis ſimulachra ſtatueret: neq; aut collegio põtificũ authoritas ampliſſimi viri, aut Marcello adiectio ipenſæ, ipedimẽto fuit: quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaq; obſeruatio redderetur.

COnſimili &c. Ordo eſt, Publius Cælius. M. Cornelius Cethegus, & C Claudius iuſſi ſunt, & etiam coacti, quod plus eſt ideo autem coacti, quia parere recuſauerunt, unde cogentium non coactorum hoc loco commendatur religio, coacti itaq; ſunt conſimili ratione plus, ideſt deinceps uariis tẽporibus, & bellis diuerſis, abire flaminio, ideſt ſacerdotio, ꝓpter exta admota, ſcilicet ab eis, aris deorum immortalium parum, ideſt nõ ſatis curioſe, ideſt accurate. Vbi ſignandũ curioſum non ſemper in malum accipi, nam hic uitio datur. non curioſe egiſſe.

OLIVERIVS.

AT Sulpitio iter. Ob nullam aliam rẽ Sulpitius ſacerdotio priuatus eſt, niſi q̃ apex è capite ceciderat, erat autem apex in ſummo flaminis pileo uirga lanata, ut ſupra diximus, hoc eſt, in cuius extremitate modica lana erat alligata. Virg. Ecce leui ſummo de uertice uiſus iuli Fundere lumen apex, & circum tempora paſci.

ASCENSIVS.

AT ſulpitio. Superiores, qui propter exta nõ ſatis curioſe admota aris uidentur ſatis iuſte coacti a bire flaminio, ſeu ſacerdotio, q̃ uulgo dicimus degradari.

OLIVERIVS.

COncentus. Vix, inquit, creati fuerant dictator, & magiſter equitũm, cũ ſacrificantes uocem ſoricis audiuere, & magiſtratum deponere coacti ſunt. Pli. ait concentu ſoricum dirimi auſpicia, annales referti ſunt.

ASCENSIVS.

OCcentuſq; &c. Alii cõcentus legunt, ſed rectius occentus quaſi à ſtrependo ſonus factus intelligatur.

THEOPHILVS.

¶ Cõcentus, Lego occentus ex antiquis codicibus.

OLIVERIVS.

ADiiciendum his. In æde deæ ueſtæ ignis æternus ſeruabatur, cui ſemper una ex ueſtalibus diligentiſſima cuſtos adhibebatur, quæ uigilando ſeruaret, ne aliquo caſu extingueretur ignis forte, accidit ut una oppreſſa ſomno ignem extingui permiſerit, quod cum pontifici cognitum eſſet, flagellis tota ferme confecta eſt. Li. viii. ſecundi punici belli, plus, inquit, omnibus, aut nũciatis peregre, aut uiſis domi prodigiis terruit animos hominum, ignis in æde ueſtæ extinctus, ob q̃ cauſam cæſa flagro eſt ueſtalis uirgo, cuius cuſtodia eius noctis fuerat iuſſu pontificis. P. Liui id q̃q̃ nihil portẽdentibus diis cæterum, quia negligentia humana acciderat, tamen & hoſtiis maioribus procurari, & ſupplicationem haberi ad ueſtæ aram placuit. ☞ Virgo ue. ideo uirgines ueſtales perpetuum ignem ſeruabant, ut ad ſimulacrum cæleſtium ſyderum cuſtos imperii flamma uigilaret, teſte Floro, qui dicit. Numa Pompi. focum imprimis ueſtæ uirginis colendum dedit, ut ad ſimulacrum cæleſtium ſyderum cuſtos imperii flamma uigilaret. Alii dicunt, q̃ ideo ſeruabant, ut ſignificarent, ſe ita perpetuo puras, & inuiolatas eſſe debere, ſicut inuiolatus ſeruabatur ignis, his enim teſte Liuio ſtipendium de publico dari ſtatuit Numa pompi. qui hoc ſacerdotium inſtituit, ut aſſidue templi antiſtites eſſent, eaſq; uirginitate, & aliis cærimoniis uenerabiles, & ſanctas fecit, eſt autem ueſta quæ ἑστία græce dicitur, hanc autem terram eſſe perhibent, quam

ignem habere manifeſtum eſt. Fla. admoueretur, uerberibus cederetur.

ASCENSIVS.

ADiiciendum his, & cætera. adducit ſcrupuloſæ obſeruationis exempla, quæ ſi non aliud, hoc tamen utilitatis nobis afferre debent, ut memores ſimus quantum in uera religione obſeruanda diligentiæ habere debeamus, cũ ethnici in ſuperſtitione ſua tam anxii obſeruatores fuerint, ut pro igne per negligentiam extincto, ſacerdotula eius cuſtos flagris ſit admota, idest uirgis acriter cæſa.

OLIVERIVS.

MAximæ uir. Dion. alicar. deficiente, inquit, aliquando negligentia quadam igne cuſtode tunc eius æmiliæ, aliaq; uirgini nuper electarum, & tunc diſcentium tradente, cuius curam perturbationem fuiſſe tota in urbe, multam & inquiſitionem per pontifices, ne pollutio aliqua circa ignem ſacerdotibus extitiſſet, tunc autem æmiliam ferunt inſontem quidem, ſed dubitandam ex huiuſmodi caſu pontificibus, ſacerdotibus, & aliis uirginibus manus ſuper aram tendẽtem ita dixiſſe, ueſta urbis Romæ cuſtos, ſiquidem pie, & iuſte ſacra tibi perfeci, annis paulominus .xxx. & animum purũ habens, & corpus caſtum, demonſtra mihi ſiſq; auxilio, neq; paruipendas ſacerdotem tuam, morte mori miſerrima, ſi uero impium aliquod geſtum eſt à me, meo ipſius ſupplicio urbis pollutionem expia, hæc dicentem, & ſcindentem à carbaſea ueſte, qua tunc amicta erat, faſciam, poſt preces factas, iecisſe eam ſuper aram dicunt, & ex frigido multo ante, nullamq; ſeruante ſcintillam cinere flammam emicuiſſe multam per carbaſum, ita ut nec ciuitati luſtratiõe, nec nouo opus eſſet igne; dicit ergo Vale. illa quidem, quæ negligens fuerat, flagellis cruciata, at uero æmilia, tametſi neſcio quomodo ignis extinctus eſſet, tantam tamen animo religionem concepit, ut cum ſupplex deæ miſericordiam imploraret, foculo carbaſum ſuũ ſuper imponens, metuit incenſo carbaſo, ignem extinctum ſuſcitare, ad id ego ualet aduerſatiua coniunctio uero, illa quidem pœnas dedit negligentiæ. At uero hanc tu tam præſtitit numen, & eſt argumentum, quod nõ ſolum à pœna, ſed etiã à repræhenſione tutam ſeruauerit, nam non minor plerunq; ſolet eſſe repræhẽſio q̃ pœna. ¶ Diſciplina. Cuſtodiendi ignis. ¶ Carbaſum. Materiam poſuit pro forma, eſt enim carbaſus tenuiſſimi lini genus, quod nunc & frequentiſſime pro uelo ſumitur, & eſt metonymia, Foculo. Diminutiuũ à loco, eſt autem focus locus, ubi fouetur ignis ipſum uero elementum ignis eſt, ergo foculo loco, ubi erat ignis extinctus. ¶ Non mirum igitur. Nunc dicit, quid nam pro tanta religionis diligentia Pop. Roma. meruerit ut uidelicet, deos propitios ſemper habuerit, qui pro imperio ſuo non ſolum conſeruandõ, ſed etiam augendo inuigilauerit.

Carbaſus.

ASCENSIVS.

MAximæ uero. Contra dicit, approbata eſt diligentia Aemiliæ etiam dea approbante, ut Oliue. latius declarat. Ordo eſt. Vero pro ſed quaſi dicat econtrario, Numen, ideſt diuinitas ueſtæ, quæ nutu, quæ uultu, facit, aut dea ipſa præſtitit diſciplinam, ideſt religioſam obſeruationem q̃ à maioribus, ut diſciplina accepit.

THEOPHILVS.

MAximæ uirginis. Maximæ dignitatis nõ familiæ nomen eſt, aut proprium. Nam maxima ſic appellatur, ut Pontifex Maxi.

OLIVERIVS.

NOn mirum igitur. Quando quidem igitur adeo diligentes in ſeruanda religiõe fuere Ro. nihil eſt, quod quiſq; admiretur, ſi tanta fuerit deorum indulgentia in conſeruando, augendoq; imperio Ro. ¶ Pertinax, Perſeuerans, & notandum pertinacem plerũq;, & in bonam partem accipi poſſe, ut hoc loco, cum in malam ut plurimum poni conſueuerit, eſt enim pertinax is, qui ubi non debet, tenax, & obſtinatus eſt, ſed hoc loco pertinacem curam perſeuerantem dixit. ¶ Scrupuloſa. Solicita, & exquiſita diligentia, ut nihil omnino prætermitteret, nam ſcrupulus lapillus breuis eſt, qui breuitate ſua ferme non uidetur, ſed calcatus ſolicitudinem creat, unde ſcrupulum ſolicitudinem, & difficultatem dicimus. Te inieci ſcrupulum, & ſcrupuloſum ſolicitum & anxium dicimus. ¶ Paruula. Sicut de occentu ſoricis, de apice lapſo. ¶ Momenta, Inclinatiões. ¶ Examinari, exquiri. examen proprie dicitur lingua bilancis, hoc eſt libre, q̃ rectiſſimam eſſe oportet, cum aliquid penſamus, quæ ſi huc, aut illuc inclinauerit, plus, minuſue eſſe intelligimus id, quod pẽſamus, & propterea examen interdum dicitur iudicium. Vnde Perſius. Examen ue improbum in illa, caſtiges trutina, examen dicit iudicium, ſ. Po. Ro. ¶ Exactiſſimo, exquiſitiſſimo, nam exigere, preter alias ſignificationes, exquirere quoque ſignificat ¶ Cærimoniarum. Cerimoniæ, ut ipſe Paulo poſt dicturus eſt dictæ ſunt, quia urbe à gallis capta, cum ueſtales uirgines, ſimulacra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, cærete oppidum potiſſimum conuenere, ubi benigne fuerunt hoſpitio ſuſceptæ, donec à gallis ciuitas per Camillum recuperata, & liberata fuit, in huius beneficii memoriam Ro. præſtiterunt, ut omnis cultus diuinus, omniſq; ſacrorum ritus cærimoniæ dicerentur à cærete oppido. ¶ In qua cum Mar. Marcellus conſul primo claſtidium galliæ ciſalpinæ oppidum, quod nunc caſtigium dicitur, oppugnãdo fortiter cœperat, deinde magno labore, atq; uirtute ſiracuſas expugnauerat, itaq; ex duorum oppidorum expugnatione duobus diis uota fecerat, honori, ſcilicet & uirtuti templum ædificaturum, parta uictoria Romam uenit, & cum uota perſoluere uellet utriq;, ſcilicet templum unum ædificare, pontificẽs reſtitere, quia dicerent, id contra religionem eſſe. Liui. ſecundi punici belli lib. vii de hac impeditiõe ſic breuiter refert. Conſulum alter. Q. Criſpinus ad exercitum, quem. Quin. Fla. humerat cum ſupplemento in lucanos eſt profectus. Marcellum aliæ, atq; aliæ obiectæ animo religionis tenebant, in quibus, q; cum bello galli. ad claſtidiũ ædem honori, & uirtuti uouiſſet, dedicatio eius à pontificibus impediebatur q; negabant unam cellam duobus diis recte dicari, q; ſi de cælo tacta, aut prodigii aliquid in ea factum eſſet, difficilis in ea procuratio foret, q; utri deo res diuina fieret, ſciri non poſſet, neq; enim duobus, niſi certis diis, rite una hoſtia fieri ita addita uirtutis ædes à properato opere, neq; tamen ab ipſo ædes eæ dedicatæ ſunt, tum demũ ad exercitum, quem priore anno uenuſiæ reliquerat, cum ſupplemento proficiſcitur. ¶ Nuncupatis, Votum duplex eſt, conceptiuum, & nuncupatiuum. Conceptiuum, quod animo, & mente ſolum concipitur, ſed uerbis non exprimitur. Nuncupatiuum uero, quod nominatum uoce declaratur, atq; uouetur, ut ſi dixero, ſi ualetudinem recuperauero, ſtatuam argenteam in templo Mariæ uirginis conſtituam, & erigam. Qui uota nuncupaſſent, ea libellis inſcripta templorum porticibus affigebant. ¶ Siquid prodigii, ut ſi ſerpẽs in eo templo apparuiſſet dignoſci non potuiſſet ab utro profectum, & illud oſtentum eſſet, propterea nec utri eſſet ſacrificandum, aut ſi templum de cælo tactum fuiſſet, pari ratione dignoſci non potuiſſet, quomodo illud expiandum eet. ¶ Rem diuinam fa. Sacrificare ſignificat. ¶ Niſi certis diis. Vt polluci & caſtori, ut Apollini & dianæ, ut ueneri & adoni, ut cybele & atti. hæc numina ſocietatem quandam inter ſe habere dicebantur. Itaq; ambobus una ſacrificabatur, præſertim caſtori, & polluci, ita tamen, ut utriq; ſuus haberetur honos, & ideo Marcel. coactus eſt hac admonitione, & ſuperſtitione pontificum, non unam ædem duobus diis, ſed duas ædificare, & conſecrare. ¶ Separatis ædibus, ædes licet plurali numero, ut plurimum, priuatum uniuſcuiuſq; domum ſignificet, ſingulari uero templum, tamen in plurali plerunq; & pro templo accipitur, ut hoc loco, ſunt qui dicant cum adiectione aliqua eſſe dicendum, ut in æde ſacra, in æde pacis, in æde apollinis, eodem modo in plurali, ut ſacræ ædes, deorum ædes, aut nympharum ædes, ſi uero abſolute dixerimus ædes, domum tantummodo deſignare, & propterea apud iuriſconſultos inueniri ædes pro omni ſpecie ædificii. ¶ Collegiu, quia collegium non reſpexit ampliſſimi uiri auctoritatem uoluit enim religionis ritum, ſanctitatemq; ſeruatam, nec duplicata quidem impenſa Marcellum à ſoluendo uoto deterruit, nam duo templa conſtituit, qui unum tantummodo uouerat, & in hoc Va. diſſentit à Liuio, qui non dedicata ab eo fuiſſe dicit, ſicut ſupra oſtendimus. ¶ Adiectio impenſæ. Acceſſio expenſæ, ut ubi templum unum uotum eſſet, duo dedicarentur. ¶ Suus te. Suus ordo, ſuaq; lex. ¶ Obſeruatio. Honor, & reuerentia ut religio ſuum ordinem, ſuamq; obſeruationem retineret. Differt tñ inter obſeruantiam, & obſeruationem, quia

Pertinax in bonũ.

Examinare.

Claſtidium.

Obſeruatio.

obſeruatio

obſeruatio pro quadam animaduerſione accipitur in modum ſpeculationis, obſeruantia uero eſt ueneratio quædã, & honoris exhibitio.

ſe, uidelicet binarum ædium fuit impedimento. Marcello, qua uota perſoluit, non fuit, dicit, impedimento, quo minus .i. ut non ſuus, id eſt debitus tenor, & ſua obſeruatio redderetur religionibus.

De lucio Furio Bibaculo.

OBruitur etiam tot illuſtribus conſularibus L. Furius Bibaculus: exemplicꝫ locum uix poſt Marcellum inuenit. Sed pij ſimul, ac religioſi animi laude fraudãdus non eſt: qui prætor a patre ſuo collegii Saliorum magiſtro iuſſus ſex lictoribus præcedentibus arma ancylia tulit. quanuis vacationẽ huius officii, honoris beneficio haberet. Omnia nãque poſt religionem ponenda ſemper noſtra Ciuitas duxit etiam in quibus ſummæ maieſtatis cõſpici decus uoluit. Quapropter nõ dubitauerũt ſacris imperia ſeruire. ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ bene, atq; conſtanter fuiſſent famulata. Quod animi iudicium in priuatorum quoq; pectoribus uerſatum eſt; Vrbe enim a Gallis capta, cum Flamen Quirinalis, uirginesq; Veſtales ſacra onere partito ferrent. eaſq; Pontem Sublicium tranſgreſſas, & Cliuum, qui ducit ad Ianiculum, deſcendere incipientes L. Aluanius plauſtro coniugem, & liberos uehens aſpexiſſet, propior publicæ religioni, quam priuatæ charitati, ſuis, ut plauſtro deſcenderent, imperauit, atq; in id, Virgines, & ſacra impoſita, omiſſu cœpto itinere, Cerere oppidum prouexit, ubi cum ſumma ueneratione recepta grata memoria, ad hoc uſq; tempus hoſpitalẽ humanitatẽ teſtantur. Inde enim inſtitutum eſt, ſacra Cærimonias uocari, quia Ceretani ea, infracto reipub. ſtatu, perinde, ac florente, coluerunt. Quare agreſte illud, & ſordidũ plauſtrũ tẽpeſtiue capax cuiuſlibet fulgentiſſimi triũphalis currus, uel æquauerit gloriam uel anteceſſerit.

ASCENSIVS.

NOn mirum. Tranſiturus ad religionis in Marcello narrationem more ſuo præfatur dicens, igitur, id eſt quandoquidem tam anxie religionem ſeruarint, ut concentu ſoricis mouerentur, nõ mirum ſupple eſt, ſi indulgentia id eſt opera clementer impenſa pertinax, id eſt perſeuerans, quaſi obſtinato animo, unde licet in bono ſit hoc loco tñ neſcio quid quaſi nimiũ, ſiquid in his nimium eſſe poſſit, notatur, tractum eſt uerbale a pertinendo, id eſt perpetuo tenendo contra omnes eripere uolentes, indulgentia uero ab indulgendo, indulgere autem eſt clementi, aut facili animo operam dare, & quaſi diſſimulando ignoſcere, unde mollis educatio liberorum indulgentia, authore Quintiliano, uocatur, & quia deus quando citra condignum punit, immo miſericorditer ignoſcit, aut culpã remittit, nobis quodãmodo indulgere uidetur, id eſt affectione paterna peccata noſtra tegere, ideo indulgentiam pro uenia eccleſia liberius ſæpe q̃ uocabulum patiatur, accipit, non tamen tam abſurde, ut nonnulli cauillantur. Si inquã pertinax indulgentia eorum deorum, id eſt talium quales coluit, excubuit, id eſt more excubantium intenta fuit, & quaſi uigilans cum utrunque. Hominis non dei ſit, pro eo id eſt tali, & tam religioſo imperio augendo, & cuſtodiendo, ne imminuatur, quod, id eſt quia quoq;, id eſt etiã paruula momenta, id eſt pondera religionis, ut eſt concentus ſoricis, uidentur examinari, id eſt experiri, diſcuti tam ſcrupuloſa, id eſt anxia cura. quia noſtra, id eſt romana ciuitas nunquam, id eſt nonnunquam non eſt exiſtimanda, id eſt iudicanda, aut cenſenda, habuiſſe unq̃ oculos remotos ab exactiſſimo cultu cærimoniarum. id eſt rerum diuinarũ. In qua ſcilicet ciuitate cum Marcellus gerens. v. cõſulatum uellet, potitus prius claſtidio oppido, in ciſalpina illis, nobis, tranſalpina gallia, deinde potitus ſyracuſis urbe opulentiſſima in Sicilia, hoc eſt poſtquam uoti compos factus eas urbes expugnauerat, conſecrare honori ſcilicet deo ſic dicto, & uirtuti ſcilicet bellicæ. id eſt fortitudini, quæ proprie uirtus dicitur, templum ſcilicet commune debitum, ſcilicet illis, uotis, nuncupatis, id eſt expreſſis uocaliter, & non ſolum animo conceptis, impeditus eſt a collegio pontificum, negante, id eſt quod collegium negabat. unam cellam (quam imperiti capellam uocant) id eſt ſacellum dicari, id eſt conſecrari, recte id eſt decenter duobus diis. Quorum diuerſa eſſent numina? Enim pro quia ſup. dicebant futurum ſup. eſſe, ſi quid prodigiũ accidiſſet, in ea ſcilicet cella, ne id eſt ut non dignoſceretur, utri ſcilicet deorum oporteret rem, ſcilicet diuinam fieri, nec ſolere ſacrificari, id eſt unum ſacrificium fieri, duobus diis, niſi certis, ut polluci, & caſtori, apollini & dianæ & ſimilib⁹, quorum una, aut ſubalterna putaretur poteſtas. Effectũ eſt ea admonitione, ut Marcel. ſtatueret ſimulacra honoris, & uirtutis, ædibus ſeparatis, neq; aut autoritas ampliſſimi uiri, uidelicet Marcelli, fuit impedimento collegio pontificum, quia ei obtemperatum eſt, aut adiectio, id eſt incrementum impẽ

OLIVERIVS.

OBruitur tot illuſtribus cum ancylia. xii. ſalii per urbem, uetuſto more, geſtarẽt, illiq; ſacro urbis prætor intereſſet. Luci. Fu. bibaculus, forte pater eius tunc ſaliorum magiſter iuſſit eum ancylia tollere, & ferre per urbem, tanquã non prætor, ſed unus eſſet e ſaliis, paruit ſummum prætoris imperium præcepto patris, quanq̃ honeſte negare potuiſſet, quoniam officii maioris gratia uacationem & immunitatem habebat, tamẽ quoniã, quod diis exhibetur officium laudabile ſemper habetur, & eſt, non duxit indignũ ancylia ferre præeuntibus lictoribus, fuit autem prætor ſecundo pu. bel. Obruitur, quaſi, inquit, Fur. bibaculus opprimit ut emergere uix poſſit in tanto fulgore, & claritate ſuperiorũ exemplorum. Conſularibus. Vir conſularis dicitur, qui aliquando geſſent conſulatum ſicut prætorius qui præturam, Cenſorius, qui cenſuram adminiſtrauerit. Vix poſt marcellum. Vix dignus eſt, inquit, q ſubiungatur Marcello. Sed pii. Quia paruit patrui. Religioſi. quod principi ſaliorum collegii. Collegii ſaliorum, Salii, ut Liu. tradit. xii. in urbe fuere a Numa cõſtituti, & marti gradiuo conſecrati, qui totidem ancylia per urbem cũ ſaltibus geſtabant, atq; tripudiis, canentes ueterem mamurii memoriam ancylia uero ſcuta erans, quæ oras. id eſt extremitates habebant in ſimilitudinem labiorum. Vnde & ancylia dicta ſunt ab oris, quæ ſunt circum labrum, ſecundum alios uero ab auſu qua ciuitas laborabat, tunc cum de cælo lapſum eſt ſcutum, conſtat enim regnante Numa breue ſcutum, atq; rotundum de cælo lapſum, de quo Ouidi. Ecce leui ſcutum uerſatum leniter aura. Decidit a populo clamor ad aſtra uenit. Conſulti deinde auruſpices reſponderunt, ibi futurum totius orbis imperium, ubi ſcutum illud ſeruaretur, quo accepto reſponſo, & honoris gratia, & quo idem tutius ſeruaretur, ne ab hoſtibus ſurripi poſſet. Numa Pompili. xli. alia ad ſimilitudinem cœleſtis illius fabricari iuſſit, quæ fuere in templo Martis repoſita, & cum duodecimo ſacerdotes adoleſcentes numa ipſi Marti gradiuo delegiſſet, illiſq; dediſſet inſignia pictas tunicas, & ſuper tunicas Aeneum pectori tegmen, iuſſit ipſa cœleſtia arma, quæ ancylia nominauit, ſuſpenſa collo ab aliis per urbem portari, cum ſalio, atque tripudiis carmina decantari. & ſalii dicti ſunt a ſalu. teſte Ouidio, qui dicit. Iam dederat ſaliis a ſaltu nomina dicta. Armaque. & ad certos uerba canenda modos. Inter cætera carmina hoc fuiſſe dicunt. Veterum mamurii memoriam, quia cum numa acciuiſſet undiq; fabros, qui ſcuta alia cœleſti ſimilia fabricarent, inuentus eſt quidam Mamurius, qui cæteros artificio ſuperauit, nam adeo ſimilima fecit, ut a cœleſti diſcerni non poſſent. Iuſſus itaq; primum petere quod uellet, nihil aliud petiiſſe dr, niſi ut Salii ancylia geſtantes per urbem canerent in ueterẽ Mamurii memoriã. Vnde Oui. Tũc ſic mamurius

Saliorum collegium. Ancylia.

ℂ De Caio Fabio.

EAdem reip. tempeſtate. C. Fabius Dorſo memorabile exẽplum ſeruatæ religionis dedit. Namq; Gallis capitolium obſidentibus, ne ſtatutum Fabiæ gentis ſacrificiũ interrumperetur: Gabino ritu cinctus, manibus, humeriſq; ſacra gerens, per medias hoſtium ſtationes, in quirinalem collem peruenit: ubi omnibus ſolenni more peractis, in Capitoliũ, poſt diuinam uenerationem uictricium armorum perinde, ac uictor, rediit.

merces mihi gloria dixit. Nominaq; extremo carmine noſtra ſonent. Idq; ſacedotes operi promiſſa uetuſto. Præmia perſoluunt mamuriumq; uocant, Fuit autem tantæ reuerentiæ ſaliorum collegium ut aphricanus non erubuerit unũ fieri de ſaliis teſte. L. lib. vi. de bel. Mace nec. L. Furius Bibaculus, ut in hoc exemplo patri ſuo ſaliorum magiſtro parere recuſauit quamuis prætor eſſet, omnes autem ſalios ex gente patricia fuiſſe creatos teſtatur Dio. de antiquitatibus Ro. dicit enim. Sexta autem pars inſtitutionis circa diuina his diſtributa eſt, qui uocantur a Ro. ſalii, quos numa ipſa ex patriciis creauit iuuenes xii. ſpectatiſſimos deligens, quorum ſacra manent in palatio, uocanturq; palatini. Hi quidem agonales, a quibuſdam uero collini uocati ſalii, quorum quidem ſacrarium in collino eſt mõte, poſt Numã conditum ab hoſtilio rege ex uoto, quod idem bello ſabino nũcuparat, hi autem ſalii omnes iactatores quidem ſunt, & laudatores armatorum deorũ Solennitas autem eorũ eſt circitus panatenea menſe Martio, q̃ ſumptu agitur publico, multaq; alia de his Dio. tradit, quæ hic referre longum, & tedioſum eſſet. Sex lictoribus conſul. xii. lictores habebat, prætor ãt ſex. ℾ Vacationem, quia præ-

Vacã: tio.

tura faciebat illum huius officii, & laboris immunẽ, ergo uacationem Immunitatem officii. ſ. geſtandi ancylia ℾ Honoris, Magiſtratus ſ. præturæ Omnia poſt religionem. i. oia cædere religioni. ℾ Etiam in quibus, Subauditur ea, hoc eſt imperia. ℾ Summæ ma. de. Vt in conſularibus, prætoriiſq; uiris ℾ Regimen Exiſtimabant ſe reges eſſe futuros. ℾ Bene, atq; cõſtanter, bene utrunq; coniunxit, quia neceſſarium nam potuiſſent bene certo tempore ſeruire, ſed non conſtanter. i. perſeueranter, ideo dixit bene & conſtanter. ℾ Quod animi iudicium. Vere inquam maiores noſtri ita exiſtimarunt, ſe futuros reges, ſi diligenter, piæq; religionem ſeruarent, ut nihil, q̃d ab eius fructum pertineret, omitterẽt, nam &. L. Aluanius quamuis plebeius eſſet, & humilis, in diis immortalibus tãtã reuerentiam exhibuit, ut liberorũ ſuorũ curã religioni poſtpoſuerit. ℾ Veſtales uirgineſq;, uirgines deæ ueſtæ conſecratæ ℾ Onere partito, quia æqua portione diuiſerant inter ſe ſimulachra deorũ & reliqua ſacra, quæ cum multa eſſent, niſi a multis ferri non poterant. ℾ Sublicũ pontem. Sublicium, quaſi ſub Lucium, nam ſublucari purgare ſignat, unde ſubliciũ, lignum purgatiuũ ergo pons ſublicius pons ligneus a ſublicis dictus, ſunt enĩ ſublicia ligna, quæ ſuſtinent pontem, hic autem primũ factus eſt a pontificibus, & ſæpe reſtitutus, unde etiã pontifices dicti ſunt. ℾ Cliuum. Cliuus dicitur locus molliter arduus. ℾ Ad ianiculum. Quia ianiculum amnem tiberis ponte coniunxit, dictum, quod ianua ſit euntibus in hetruriam. ℾ L. Alua, hæc idem L. teſtatur li. v. dicit enim Flamen interim quirinalis, uirgineſq; ueſtales, omiſſa rerũ ſuarũ cura, quæ ſecum ferenda ſacrorũ, quæq;, quia uires ad omnia ferenda deerant, relinquenda eſſent conſultantes, quiſue ea locus fideli aſſeruaturus eſſet cuſtodia opomũ ducẽt, condita in doliolis ſacello proximo ædibus flaminis quirinalis, ubi nunc deſpui religio eſt defodere, cætera inter ſe onere partito ſruuntur uia, quæ ſublicio ponte ducit ad ianiculum. in eo cliuo eas cũ. L. alua. de plebe Ro. homo conſpexiſſet, plauſtro coniugem, ac liberos habens inter cæteram turbam, quæ inutilis bello ex urbe excedebat, ſaluo etiam tum diſcrimine diuinarum, humanarumq; rerum irreligioſum ratus, ſacerdotes publicos, ſacraq; Po. Ro. pedibus ire, ferriq; ſe, ac ſuos uehiculo conſpici deſcendere uxorẽ, ac pueros iuſſit, uirgines, ſacraq; in plauſtrum impoſuit, & cærete, quo iter erat, ſacerdotibus ꝑuexit. ℾ Propior. i. publicæ

Cærete oppi. Agyllina.

religioni magis conſentiens ℾ Cærete oppidum, indeclinabile eſt, ſicut præneſte, hoc autem oppidũ primũ appellabatur agyllina, ſed cũ latini ingrederentur hanc urbem, & ignorantes nomen eius inquirerent, oppidani, q̃ græci erãt, exiſtimãtes ſe ſalutari, aut optimum eſſe putantes, ſi eos prius ipſi ſalutarent, reſponderunt χαῖρε in de ciuitati nomen remanſit, ut cære, ſiue cærete diceretur, & q̃ a dixi eſſe indeclinabile, ſunt tamen qui uolũt declinari, hoc cærete huius cæretis. Li. tamẽ ut ſupra uidimus. hoc cære indeclinabile dixit, & nomen patriũ, hic & hæc cæres huius cæretis. Virg. lib. vi. Eſt ingens gelidum lucus prope cæretis amnem, qui teſte Seruio minio dicitur, ut idem lib. x. Qui. cærete domo qui ſunt minioꝛs in aruis, fuit autem cerete, ut uult Strabo, a pelaſgis e theſſalis profectis conditum, & a thyrrenis aduerſus agyllinos belligerantibus denoiatũ, cũ quidã murum ſubiens urbis nomen ꝑcũctaretur, pro reſponſo a theſſalis, accepit ſalutem renunciantibus χαῖρε q̃d tuſ bonũ omẽ accipientes captã urbẽ ſub mutato uocauere noie. x. aũt milibus paſſuũ diſtat ab urbe ℾ Teſtantur, teſtificantur & quaſi ꝓbat. ℾ inde, ex hac hoſpitalitate ℾ Quare agreſte illud. Tãtum ualuit occaſio ſuſcipiendi ſacra Ro. ut plauſtrum agreſte par, uel etiam maius fuerit, & haberi potuerit, triũphali currui, q̃ tanto ornamento & apatu inſtructus impatores ad capitolium uehere conſueuerat. Tempeſtiue capax, q̃ ſuo tpe onus accepat egregium. ℾ Anteceſſerit, ſupauerit, fulgẽdiſſimi quãtocũq; apparatu ornatiſſim' fuerit.

ASCENSIVS.

OBruitur &c. Ordo eſt, Furius Bibaculus, uir clarus q̃dem, ſed non conſularis, obruitur id eſt opprimitur etiam tot illuſtribus ſup. uiris, conſularibus id eſt qui conſulatum geſſerint, uix inuenit locũ exempli. i. ut eius exẽplum de obſeruata religione recitetur poſtquam Marcellum, de quo iam dictũ, ſed. q. d. licet poſt conſulares, tñ non eſt fraudandus laude animi pii ſimul ac religioſi. ℾ Qui prætor. i. cũ eſſet prætor iuſſus a pr̃e ſuo magiſtro collegi ſaliorum, q̃ ꝑſul dici poſſet. i. primus ſacerdotum Martis. dũ ancylia ferrent per urbem ſaliẽtũ, tulit arma. ſ. martis ancylia dicta. ſex lictoribus ꝑcedentibus, cum conſulibus duodeni eſſent, quamuis haberet uacationem. i. exemptionem huius officii. ſ. portandorum ancyliũ, uel ancyliorum, utrumq;. n. dicitur, beneficio honoris. ſ. prætorii. Namq; noſtra. i. Romana ciuitas, duxit ſemper oia habenda poſt religionem. i. cultum deorũ, etiam ſup. illa in q̃bus uoluit decus ſũmæ maieſtatis conſpici. Quapp impia. i. imperatores, non dubitauerunt ſeruire ſacris. i. rebus diuinis, exiſtimantia. i. iudicantes ſe futura. i. ſe futuros, regimen. rectores rerũ humanarum, famulata. i. ſi fuiſſent famulata. i. ſi ipſi fuiſſet famulati. (Nam ut ſeruitia pro ſeruis paſſim ponũtur, ita impia ꝓ imperatoribus ponit) bene. & conſtanter potentiæ diuinæ. ℾ Quod animi iudiciũ tranſit ad aliud exemplũ di. Q̃d iudiciũ animi uidelicet diuina humanis eẽ anteponenda, uerſatũ eſt quoq; in pectoribus priuatorũ. i. non gerentium magiſtratũ, aut, ut dicunt, officiũ publicũ Vrbe. n. uidelicet Roma capta a gallis, cum flamem. i. ſacerdos q̃rinalis. i. Quirini. ſeu Romuli, & uirgines ueſtales, q̃ illis erant, quales nobis ſanctæ moniales, ferrent. i. portarent, ſacra. i. res ſacras, onere ꝑtito. i. inter ipſas diuiſo, & Lucius Aluanius uehens plauſtro. i. curru coniugem, & liberos aſpexiſſet eas trãſgreſſas põtẽ ſubliciũ. i. ligneũ tyberi ĩpoſitũ, & ĩcipientes deſcendere cliuũ. i. de cliuo, q̃ ducit ad ianiculũ ſuburbiũ urbis, qua in hetruriam itur. ℾ Propior. i. uicinior, hoc eſt magis ꝓpinquus in affectione religioni publicæ, quam charitati priuatæ, imperauit ſuis, ut deſcenderent plauſtro, atq; omiſſo itinere cœpto prouexit cærete oppidũ ſic ab euentu dictum, uirgines. ſ. ueſtales, & ſacra ĩpoſita in id. ſ. plauſtrũ, ubi ipſa ſacra recepta cũ ſũma ueneratione teſtantur uſq; ad huc tẽpus, quo hæc ſcripta ſunt humanitatem hoſpitalem. idest in hoſpitalitate exhibitam, memoria grato. ob gratitudine conſeruata. Enim pro quia, inſtitutum eſt inde, ſacra, id eſt ees diuinas uocari cærimonias (quaſi a cærete, cum tamen a cerere alii malint, nam prima corripitur) quia ceretani coluerũt ea perinde. i. æqualiter in ſtatu reipubli. fracto, ac florente. Quare illud plauſtrum agreſte, & ſordidum, capax ſcilicet maiorum. i. tempore diuinorum tempeſtiuæ. i. in tẽpore neceſſitatis, uel æquauit, uel anteceſſerit gloriam cuiuſlibet currus triumphalis, ſubaudi etiam fulgentiſſimi.

Oliuerius.

ℭ De. P. Cornelio & Bebio Pamphilo COSS.

MAgna conſeruandæ religionis etiam Pub. Cornelio: & Bebio Pamphilo COSS. apud maiores noſtros acta cura eſt. Siquidem in agro Lucii Petilii ſcribæ ſub Ianiculo cultoribus terram altius verſantibus, duabus arcis lapideis repertis: quarum in altera ſcriptura indicabat corpus Numæ Pomponii filii fuiſſe: in altera libri reconditi erant latini ſeptem de iure pōtificum, totidemq; græci de diſciplina ſapientiæ, latinos magna diligentia aſſeruandos curauerunt: Græcos, quia aliqua ex partæ, ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur: Petilius prætor Vrbanus ex authoritate ſenatus per Victimarios facto igne in cōſpectu populi cremauit. Noluerunt enim priſci uiri quicquam in hac ciuitate aſſeruari: quo animi hominum a deorum cultu auocarentur.

OLIVERIVS.

EAdem reipubli. tempeſtate, Cum capitolium obſideretur a gallis, quo pauci admodum Romani ciues, urbe iam capta, confugerant, inter cæteros erat C. F. dorſo cui pariter & familiæ ſuæ quirini ſacra fuerant demandata, ut certo tempore ea in quirinali colle celebrarent, cum igitur ſacrorum dies inſtaret, iamq; urbem totam galli occupaſſent, non dubitauit ſalutem ſuam pro deorum ſacris exponere, nam de capitolio deſcendit, & gabino ritu incinctus per medias hoſtium acies in quirinalem collem peruenit, debita ſacrificia peregit, & in capitoliū ſaluus & incolumis rediuit, ꝙ idem Li. Teſtatur, eodem lib. dicit enim Sacrificium erat ſtatutum fabiæ genti in quirinali colle ad id faciendum. Caius Fabius dorſo gabino cinctus ritu, ſacra manibus gerens, cū de capitolio deſcendiſſet, per medias hoſtiū ſtationes egreſſus, nihil ad uocem cuiuſq;, terroremue motus, in quirinalē collem peruenit, ibiq; omnibus ſolenniter peractis, eadem reuerſus, ſimiliter cōſtanti uultu, graduq; ſatis ſperans propitios eſſe deos, quorum cultum, ne mortis quidem metu prohibitus deſeruiſſet, in capitolium ad ſuos rediit ſeu attonitis gallis miraculo audaciæ, ſeu religione etiam motis, cuius haud quaquam neligens eſt. ℾ Eadem tempeſtate. Eadem calamitate, ſed & tempeſtas aliquando, pro tempore ponitur. in qua ſignificatione frequenter utitur Sal. Dorſo. Multi legunt dorſo ſuo, ſed ut Li. & Cic. Docent, dorſo cognomen fuit, ergo legentium imperitia ſuo additum eſt. ℾ Interrumperet. Nā ſtatuto die ſacra quirino exibebant. ℾ Gabino ri. inci. Videlicet toga per tergum reiecta ſub lacerto, ita ut ad dexteram partem laciniam traherent. & ſub ueſte exteriore laciniæ manus dextera teneretur, hoc factum eſt, quia cum gabini ſacra celebrarent, hoſtes ſuperuenere, illi autem reiecta per tergum lacinia ueſtis, ut eſſent expeditiores, hoſtem inſecuti fuderunt, atq; fugarunt, de hoc ritu Luca. turba minor ſequitur ritu ſuccincta gabino. ℾ Perinde. Non aliter quam ſi hoſtes uiciſſet, qui uictores urbem occupauerant.

Tēpeſtas.

Gabin' cinctus.

ASCENSIVS.

EAdem Reip. tempe. Affert C. Fabii dorſonis in ſeruanda religione memorabile exemplum ab Oliuerio ſatis explicatum. Ordo igitur textus ē. C. I. Caius profertur tamen Gaius, quia a gaudio prænomen illud inditum uolūt. Fab. ideſt in gēte fabia, quæ a fabis quas feliciter ſeuit, cognomen ſumpſit, dorſo ſcilicet nomine aut agnomine nam quæ aliis cognomina aut agnomina aliis poſſunt fieri noia, dedit eadem tempeſtate. ideſt calamitate reipu. id eſt qua reſpu. Romana multis urgebatur aduerſitatibus, exemplum memorabile. id eſt memoratu dignum, religionis ſeruatæ. id eſt obſeruatæ, & non prætermiſſæ, Namq; gallis. ſ. ſenonibus obſidentibus capitolium. id eſt arcem tarpeiam a capite humano cū fundamenta eius iacerentur, illic inuento, aut ꝙ caput eēt urbis dictū, ne ſacrificium ſtatutum gētis fabiæ. id eſt ſtatuto die a fabia gēte. Quirino fieri ſolitum interrumperetur. id eſt prætermitteretur, ipſe cinctus ritu. id eſt more Gabio. id eſt toga per tergum reiecta, & ſub lacerto altera eius lacinia, aut nexa aut tenta, gerens manibus, humeriſq; ſacra. id eſt ſacrificiis neceſſaria, peruenit per medias ſtationes hoſtium (Stationes autem ſunt ubi, aut naues, aut milites ſtant ad tempus, erectæ uidelicet, & erecti in omnem occaſionem, & reſiſtendi, & inuadendi, ſumpto uocabulo a ſtando, quod qui in periculo ſunt aut diu quieſcere nolunt, ſtare dicamur) in collem quirinalem, ubi Quirino ſacra fiebant, & eſt unus e ſeptem collibus Romæ. Vbi. id eſt in quo colle, omnibus ſcilicet ad ſacrificium pertinentibus, peractis more ſolenni, rediit in capitoliū perinde ac, id eſt tanquam uictor euaſerit, aut quia iam hoſtes per quorum ſtationes euaſerat, uiciſſe ſibi uidebatur, aut quia poſt ſacrificium de uictoria ſpei plenus erat, aut quia in cinctu gabino exierat, ut gabini olim uictor rediiſſe uiſus erat, poſt diuinam uenerationem, armorum uictricium quibus Romulus uictor euaſerat, quibus uerbis ſignificat haſtam, aut aliud quippiam armorum Quirini illic fuiſſe, cui diuinos exhibebant honores. Niſi forte de cinctu gabino, in quo ut gabini olim, ipſe iam uicerat intelligi malis.

OLIVERIVS.

MAgna conſeruandæ religionis. Liui. de bello macedonico libro decimo. Eodem inquit anno in agro. L. Petilii ſcribæ ſub iaculo, dum cultores altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octenos ferme pedes, longæ quaternos latæ, inuentæ ſunt, operculis plumbo deuinctis, literis latinis, græciſque utraq; arca inſcripta erat in altera Numam pompilium Pomponii filium regem Romanū ſepultum eſſe, in altera libros Numæ Pompilii ineſſe, eas arcas. cum ex amicorum ſententia, dominus aperuiſſet. quæ titulum ſepulti regis habuerat, inanis inuenta ſine ullo ueſtigio corporis humani, ac ullius rei per tabem tot annorum omnibus abſumptis, in altera duo faſces candelis inuoluti, ſeptenos habuere libros, non integros modo, ſed recentiſſima ſpē. vii. libri latini de pontificio erant. vii. græci de diſciplina ſapientiæ, quæ illius ætatis eſſe potuit. Addit Antias Val. pythagoricos fuiſſe uulgatæ opinioni, qua creditur pythagoræ auditorem fuiſſe numam, mendatio probabili accommodat fidē, primo ab amicis, qui in re præſenti fuerunt libri lecti, mox pluribus legentibus cum uulgarentur. Qu. Petilius prætor urbanus ſtudioſus legendi hos libros. L. Petilio ſumpſit, & erat familiaris uſus quod ſcribam eum quæſtor. Qu. Petilius in decuriam legerat, lectis rerum ſummis, cum animaduertiſſet pleraq; diſſoluendarum religionum eſſe. L. Peti. dixit, ſeſe eos libros in ignem coniecturum eſſe prius quam faceret, ſe ei permittere uti ſi quod ius ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experirentur id integra ſua gratia eum facturum. Scriba ad tribunos pleb. adiit, a tribunis ad ſenatum res eſt reiecta, prætor ſe. & iuſiurandum dare paratū eſſe alebat, libros eos legi, ſeruariq; nō oportere, ſenatus cenſuit ſatis habendō, ꝙ prætor iuſiurandum polliceretur. libros primo quoq; tempore in comitio cremandos eſſe, precium pro libris quantum. Qu. Petilio prætori, maiorique parti tribunorum plebis uideretur, domino eſſe ſoluendum, id ſcriba non accepit, libri in comitio igne per uictimarios facto in conſpectu populi cremati ſunt. De numero. Pl. Plinius libro decimo tertio natu. hiſto. uarias refert ſcriptorum opiniones, ut alii. xiiii. alii plures, alii pauciores fuiſſe dicant. L. Petilii ſcribæ. Varro non Petili, ſed Terent. agrū fuiſſe dicit, teſte Auguſtin. de ciui. dei, quod ita ſoluitur, ut intelligamus agrum fuiſſe Petilii, eius cultorem fuiſſe Terent. lib. de diſciplina ſapientiæ. ideſt de philoſophia, erant enim compoſiti de ſapientia, uidelicet quid eſſet ſapientia, Sapientia aūt eadē eſt, q̄ phia. Sed phi, ut plurimū, irreligioſi eē ſolent, nihil .n. credūt, ꝙ rōne naturali probari poſſit. Petilius ꝑtor, cū ad ꝑtorē delati eēnt, iurauit contra rēpu. eē, ut legerentur, q̄ a ad ſoluendā religionē q̄ reſp. fouebatur, ptinerent ℾ Victimarios Per miniſtros uictimarū, q̄ uictimas ligabāt cultrū, aq̄, et molā parabant & reliq̄, q̄ ſacris erant neceſſaria, uictimarii dicebātur erant igitur miniſtri ſacrificiorū ℾ Auocarentur. Amouerentur, abſtraherentur. ℾ Noluerūt. n. Reddit ratione, cur id fecerint maiores, ut animos Romanorum religioni deditiſſimos eſſe oſtenderent. In hoc autem imitati ſunt lacedæmonios: qui archilochi libros, qui contra religionem eſſent, exportari e ſua ciuitate iuſſerunt.

❡ De Tarquinio rege.

TArquinius autem rex: M. Tullium Duūuirum, quod librū ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribē dum dediſſet: culeo inſutum in mare abiici iuſſit. idq; ſupplicii genus non multo poſt parricidis lege irrogatum eſt. Iuſtiſſime quidem, qa pari uindicta parētum, ac deorū uiolatio, expianda eſt.

❡ De Marco Regulo Attilio.

SEd quæ ad cuſtodiam religionis attinent, neſcio an omnes. M. Attilius Regulus præceſſerit, qui ex uictore ſpecioſiſſimo, iſ[?]diis Haſdrubalis, & Xantippi Lacedæmonii ducis ad miſerabilem captiui fortunam deductus, ac miſſus ad. S.P.Q.R. legatus, ut ex ſe & uno, & ſene, complures Pœnorum iuuenes penſarentur: in contrarium dato conſilio, Carthaginem petiit non ignarus ad quam crudeles, quamq; ēt merito ſibi infeſtos deos reuerteretur, uerum qa his iurauerat, ſi captiui eorum redditi nō forent, ad eos ſeſe rediturum. Potuerunt profecto Dii immortales, efferatam mitigare ſæuitiam. cæterum quo clarior eēt Attilii gloria, Carthaginienſes moribus ſuis uti paſſi ſunt, tertio Punico bello religioſiſſimi ſpiritus tam crudeliter nexati. Vrbis eorum interitu, iuſta exacturi piacula. Quanto noſtræ ciuitatis Senatus uenerabilior in deos, qui poſt cannenſem cladem decreuit, ne matronæ vltra. xxx. diem luctus ſuos extenderent, uti ab his ſacra Cereris peragi poſſent, qa maiore pene romanorum uirium parte inexecrabili, ac diro ſolo iacente, nullius pœnates mœroris expertes erant. Itaq; matres ac filiæ, cōiugesque, & ſorores, nuper interfectorum abſterſis lachrymis, depoſitiſq; doloris inſignibus, candidā induere veſtem, & aris thura dare coactæ ſunt. qua quidem cōſtancia obtinendæ religionis magnus cæleſtibus iniectus eſt rubor: ulterius aduerſus ſæuiendi gentem, quæ ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri potuerit.

ASCENSIVS.

MAgna &c. Laudat factum petilii, qui authoritate ſenatus quoſdam libros numæ, qui contra religionem facere uidebantur, cremandos curauit. Qđ non omnes fortaſſis laudandum cenſerent: quia peiores ſuſpicari liceat, ꝗ fortaſſis erant, aut etiam non nihil ad noſtram pietatē faciens continuiſſe, quod in aliis arcis cōpertum eſt. Sed illud aſſerere planum diuinantium eſſet. Mihi certe piū uidetur ea concremaſſe, quæ contra religionem facerent, etiam ſi non bona erat, nam bonam putabant Et nobis ex hoc exemplo curādum, ſi quid contra religionē noſtram oouerimus, id ſtatim aboleamus. Titulus autem inſcite poſitus eſt, nihil enim conſules egerūt. Ordo ē magna cura conſeruādæ religionis acta eſt apud maiores noſtros i. priſcos Ro. etiam. P. Cor. & Bebio Pamphilo conſulibus, id eſt cum illi eēnt conſules. Si quidem. id eſt quia cultoribus ſcilicet terrarū, uerſantibus. ideſt fodiendos inuertentibus, altius. id eſt profundius, terram, i agro lucii petilii ſcribæ (Var. tamen, ut eſt apud Auguſt. de ciui. dei. Teren. fuiſſe dicit, ſed forte Petilii dn̄s erat fundi. Ter. cultor, aut cōductor) duabus arcis lapideis reptis. ideſt poſtꝗ repertæ erant duæ arcæ. ❡ In. ꝗrū altæra ſcriptura, quæ erat in froote, idicabat corpus numæ filii Pomponii ſcđi regis Romanorum fuiſſe. i. ex titulo cognoſcebatur quod in altera arcarum fuerat corpus numæ, in altera. ſcilicet arca libri ſeptem latini de iure pontificum, & totidē. i. alteri ſeptē græci de diſciplina ſapientiæ erant recōditi. i. diligenter cōſeruati Patres ſup. ubi id reſciuerunt per prætorem urbanum curauerunt latinos ſup. libros aſſeruandos. id eſt ut aſſeruentur magna diligentia. Petilius. ſ. Quinius nō lucius prætor urbanus cremauit in conſpectu populi, qoia i comitiis, igne facto per uictimarios, id eſt qui uictimas cremandi, & mactandi curam habebant, cremauit, dico græcos, quia exiſtimabantur pertinere ad ſoluendam, ideſt relaxandam, & imminuendam religionē (Bene ſolueodam dicit, ſiquidem a religando dictam uolūt) ex aliqua parte. etenim pro quia priſci uiri noluerunt quicquā aſſeruari, ideſt cuſtodiri, in hac ideſt noſtra. hoc eſt Romaoa ciuitate, quo, ideſt per quud animi hominum auocarentur a cultu deorum.

THEOPHILVS.

VIctimarios, Sacerdotes, aut ipſi percutiebāt uictimas: & Agones appellabantur, aut ipſis tenentibus, alter impigebat cultrum, quem uictimarium uocabant, & popam. Virgi. Supponunt alii cultros, hæc ex Aelio Spartiano, Lutatio, Placido, Phoca grammatico. Propertius. Succinctiq; calent ad nuua ſacra Popæ. M. Tullium, Dionyſius, Alicarnaſeus. M. uocat Attilium: dubium tamen, utri de ueræ lectionis incolumitate magis oporteat credi.

OLIVERIVS.

LIbrū ſecreta ciuiliū ſacroꝝ cōtinentē Vnū ex libris ſybillinis fuiſſe itelligem' eiuſmodi āt libri occulte ſeruabātur, & ſecrete, quoniam igitur duumuir id patefecit, quod celari oportuit, iuſto ſupplicio affectus. ❡ Eſt corruptus. ſ. pecunia. ❡ Duū uirū. Duo primū fuere tm̄modo, ꝗ libris ſibyllinis ꝑꝑciebātur, & hi erāt patritii, deīde. x. ꝑfecti ſūt poſtea. xvi. uſq; ad ſyllana tēpora, poſtremo. l. fuerunt, & licet fuerint plures in his tamen. ii. uirorum nomen remanſit. ❡ Culeo inſutum. Culeus erat corium lupinum, in quo gallus, ſerpēs, & ſymia includebantur, deinde, qui eiuſmodi ſupplicium meruiſſet, inſuebatur hoc culeo, & in mare uel in proximum fluentem, pijciebatur, pœna autem erat, qa gallus ſerpentem, ſerpens ſymiā, ſymia hominem inſequebatur, hoc autē ſupplici genus parricidis irrogatum eſt P. Maleolus, matre iterēpta, primus omnium inſultus culeo in mare præcipitatus eſt. ❡ Multo pꝰ. Quia uſq; ad tempora ſyllæ & Marii, qui ſexageſimo fuerunt ab urbe condita anno, hoc lege pōpeiana, datū eſt ad populū. ❡ Irrogatum, Iniūctum, impoſitum. ❡ Iuſtiſſime quidem, ꝓbat hāc Po. Ro. ſn̄iam iuſtiſſimā fuiſſe, ꝗ uoluerūt pricidas hoc eodē ſupplicii gn̄e affici. ❡ Vindicta pœna a præcedēte, qđ ſequitur nā ex pœna ſeqtur uindicta. ❡ Expiāda Purgāda.

Decem uiri. Culeus

ASCENSIVS.

TArquinius autem Rex probat iudiciō Tarquinii regis in re ſere ſimili dicens. Tarquinius āt rex iuſſit M. Tullium duumuirum. i. fungentē cū altero uiro officio cuſtodiendi ſacros libros, et ut vero ſimile eſt, ſybillinos, inſutū culeo. i. ſacco coriaceo, abiici in mare, q. i. quia, ipſe corruptus, ſcilicet pecunia, dediſſet Petronio ſabino deſcribendū, i. de archetypo ſcribēdum, aut tranſcribendum librum continentem ſecreta ſacrorum ciuiliū commiſſum. i. creditū ſuæ cuſtodiæ. ❡ Et id genus ſupplicii, uidelicet inſutum culeo cū ſymia, cane, et gallo gallinaceo immergendi in mare, irrogatum. i facta rogatione, illatum eſt lege. ſ. ſancita publice, multo poſt. Alii legunt, ut aldinus codex atteſtatur, non multo poſt quarum lectionum utra ſit uerior, calculus iudicet, ad rem nihil refert parricidis, ideſt interfectoribus pārentum, & quidem iuſtiſſime ſupple irrogatum eſt, quia uiolatio parentum, ac deorum eſt expianda, id eſt purganda pari, id eſt æquali uindicta, id eſt pœna, & ultione. Merito tamen debetur grauior dei contemptori, quam patris etiam occiſori, niſi quod parricida omnis deum in mandatis contemnit. Sane expiare eſt intuitu pietatis, ideſt ut deum placemus, malum, & malos de medio tollore.

OLIVERIVS.

SEd quæ ad cuſtodiam. Hic. M. Attilius Regulus fuit, qui primo punico bello, poſt grauiſſimas Carthagi. clades illatas, tandem inſidiis haſdrubalis, & Xanthippi lacedæmonii ducis captus & Carthaginē ductus Romam miſſus ē ad ſenatū. ut ipſius permutatione oēs Carthagioienſium captiui reſtituerentur, contentiq; ſolo eius ſacramento, nullo alio de reditu ſuo ualde illum aſtrinxerunt, hoc in ſenatu cum Attilius expoſuiſſet, primus de hac re ſententiam

rogatus

rogatus negauit pro ſe uno, & ſene, tot iuuenes, & ualidos hoſtibus eſſe reddendos, in cuius ſententiam facto ſenatuſcõſulto, non redditi ſcilicet captiuis, cũ, ut in patria remaneret, a familiaribus, & liberis enixe rogaretur, qui dicerent, neſas non eſſe perfidis fidem non ſeruaſſe, nulla ratione adduci potuit ut a fide deſiſteret, maluit ergo ad certum ſupplicium redire, quam iuſiurandum uiolare. poterat hic ſaluti ſuæ conſulere, ſed quamuis ſe ſciret ad ſæuiſſimum hoſtem rediturum, tamen religionem ſeruandum eſſe putauit, nouis namq;, & exquiſitis exemplorum modis excruciatus eſt, & enim reſectis palpebris in machinam coniectus eſt cui erant aculei præfixi, uel claui cuſpidibus acutis in interiorẽ partem uerſi, tractaq; eſt per totam ciuitatem machina: & in omnes partes uerſata, deniq; poſt multos cruciatus in mare deiecta. Cicero in oratione contra piſonem. Nec mihi ille. M. Attilius regulus, quem Carthaginien. reſectis palpebris, illigatũ in machina necauerunt, uigilando ſupplicio uidetur affectus. Supplicium enim fuiſſe uenenũ a Carthagi. quo tempore Romam ad ſenatum pro captiuorum permutatione legatum miſere, quod eiuſmodi fuit, ut non ſtatim eum interimeret, ſed mortem in die proferret eo conſilio, poſtea uero graſſante ſenſim ueneno, cor tabeſceret, alii aliter ferunt de huius uiri ſupplicio. dicunt enim quod eũ carthaginenſes in atras. & profundas tenebras cladebant, ac diu retendum, poſt ubi ſol uiſus erat ardẽtiſſimus, repente educebant, & aduerſus ictũ ſolis oppoſitum continebant, atq; intendere in cælum oculos cogebant, palpebraſq; eius, ne coniuere poſſet: ſurſum deorſum ductas inſuebant. Tuditanus autem ſonno diu prohibitum, atq; ita uita priuatum refert, idq; ubi Romæ cognitũ eſt nobiliſſimos

Tuditanus.

pœnorum captiuos liberis reguli a ſenatu deditos, & ab is in armario muricibus præfixo deſtitutos, eadem inſomnia cruciatos interiiſſe ¶ Adcu. Ad conſeruationem religionis, Neſcio. q d. credo ita mihi uidetur. Speciosiſſimo, Pulcherrimo & glorioſiſſimo. ¶ Miſerabilẽ. Deſcribit fortunæ ſtatũ. que fecit ut Attilius qui ſemper multis præliis uictor extiterat, in captiuitatem deuenire. ¶ Complures. Singula ſingulis opponit ¶ In com Quia prius rogatus ſententiam dicere cenſuit, non reddendos. ¶ Non q; igna. Hoc idem affirmat Ci. in paradoxis. Dicit enim. Neq; ego. M. regulum erumnoſum, nec infelicem, nec miſerum unquam putaui. Non enim magnitudo animi cruciabatur a pœnis, non eius grauitas, non fides, non ulla uirtus, nõ deniq; tot uirtutum preſidio munitus animus tantoq; comitatu uirtutum ſeptus cum corpus eius carperetur, carpi ipſe certe non potuit. Item libro tertio de officiorũ. Nec uero tum ignorabat ſe ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci, ſed iuſiurandum ſeruandum putabat. ¶ Quanquam merito ſibi infeſtos, quippe quorum multa funera ediidiſſet. ¶ Verum quia. Subauditur, rediit, & aduertatur, ſed quia dixerat, non quod ignarus, ac. ſi diceret, ſi non erat ignarus cur redibat, ſed rediit. quia iurauerat his ſe rediturum. ¶ Potuerunt profecto dii. Hic quaſi deplorat indignam Attilii Reguli mortem, dicit enim ſi quid pietatis eſt, potuerunt dii lenire efferatam carthaginienſium crudelitatem. ¶ Efferatam. Exaſperatam more ferarũ, eſt enim a feris ſumpta tráſlatio. ¶ Cæterum quo quamobrem id non fecerunt dii, declarat quia uoluerunt, ut clarior eſſet Attilii gloria. ¶ Tertio punico bello tametſi nunc quidem id carthaginenſibus conceſſere dii, tamen poſt aliquot annos, de illis graues, quamuis ſeras ſumpſere pœnas, nam urbem eorum deleuit æmilius Scipio. Primum namq; bellum confecit Luctatius. Secundũ aphricanus ſuperior. Tertiũ Scipio æmilianus, qui dictus eſt aphricanus inferior. Conſtat autem, teſte Eutropio, carthaginem, anno ſeptingenteſimo poſtquam condita fuit. fuiſſe deletam. ¶ Quanto noſtræ ciuitatis ſenatus. Poſt canenſem cladem, q̃ accepta eſt. Terentio, var. & Paulo æmilio conſulibus, apud cannas apuliæ uicum, hac maxime clade nobilitatum, ubi ſupra .l. hominum milia a pœnis cæſa fuiſſe traduntur cum Paulo æmilio conſule, tantus mœror ciuitatem inceſſit, ut omnes in luctu, & ſqualore poſiti eſſent, nec ulla domus tanti mœroris expers inueniretur, & propterea cereris ſacra, quæ niſi per matronas in candida ueſte celebrari licebat, ſuo ritu pfici nõ poſſent quia lugentibus intereſſe non liceret, ſenatus iuſſit, ne ultra .xxx. diem flerent matronæ: ut ſacra cereris perficere poſſent. Liuius lib. i. belli punici ſecundi. Tum priuatæ quoq;, inquit, per domos clades uulgatæ ſunt adeoq; totam urbem cõ

Efferatum.

pleuit luctus, ut ſacrum anniuerſarium cereris intermiſſum ſit quia nec lugentibus id facere eſt fas, nec illa in ulla tempeſtate matrona luctus expers fuerit itaq; ne ob eandem cauſam alia quoq; ſacra publica deſererentur, ſenatuſconſulto diebus triginta luctus eſt finitus. ¶ Maiore pena Romanorum, Quia duo conſulares exercitus ad internitionem peope cæſi fuerãt. ¶ Nullius penates. Nulla domus ¶ Doloris inſignibus. Atris ueſtibus. ¶ Candidam induere ueſtem. Quod in candida ueſte cereri ſacrificaretur a matronis teſtatur. Oui. lib. x. Meta. Feſta piæ cæreris celebeabant annua matres. Illa, quibus niuea uelatæ corpora ueſte. Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarũ. Quã quidem conſtantia Tanta, inquit, religionis diligentia habuere Ro. ut poſtea dii populum Romanum, tam pium, tamq; religioſum cladibus affici tam grauiter non ſint paſſi. ¶ Magnus ruboe, Erubuerunt, inquit, dii ulterius in gẽtem tã diligentem, & obſeruantem cultus eorum ſæuire.

Cereris ſacra in alba ueſte.

ASCENSIVS.

SEd in his q̃ ad cuſto. &c. Vltimo fere loco affert admirabile Marci Reguli exẽplũ in iureiurãdo religioſe ſeruãdo q; ſi ob religionẽ ſyncerã, & pietatẽ illuminatam, fide nõ admixto gloriæ mũdanæ fermẽto, q; innumeros Romanorum ad necem impulit, perpetratum fateamur: non eſt cur martyrio coronatis compaeandum negemus, qui licet ante lucem natus eſt, tamen pie credendum eſt, aut mitius cum eo ubicunq; eſt, agi, aut etiam fœliciter. ¶ Quid enim maius potuit præſtare, aut patriæ charitati, aut fidei datæ, quam uitam impendere, & ſæuiſſima adire toementa? Nota eſt hiſtoria. Ordo autem eſt Sed neſcio, id eſt dubito, an. M. Attilius Regulus præceſſerit, Omnes ſcilicet mortales, aut Romanos ſup. in his, quæ pertinent ad religionem, quia nullus maiore pignore eam ſtabiliuit, qui ſcilicet regulus deductus inſidiis haſdrubalis pœnorũ imperatoris, & exantippi lacedæmonii ex uictore ſpecioſiſſimo, quia antea ſæpe glorioſiſſime uicerat, ad miſerabilem fortunã captiui, q a ab illis in mari p inſidias captus ẽ, ac miſſus legatus. i. orator, & interp̃s, ac caduceatoe (uulgus ambaſiatorẽ uocaret) ad ſenatũ Populũq; Ro. ut cõ piures iuuenes pœnorũ pẽſarẽtur. i. æſtimarentur ex ſe, & uno & ſene, quia licet unus eẽt, & ſenex, Carthaginienſes putabãt, eũ tãti eẽ ſuis quãti multos iuuẽtutis ſuæ milites petiit i. rediit Carthaginẽ cõſilio dato. ſ. a ſe in cõtrariũ. pſuaſit. n. ne fieret pmutatio, non ignarus i. certus, & pſcius. ¶ Ad q̃. i. quantũ crudeles, & ad q̃ infeſtos ẽt merito ſibi deos reuerteretur. Verũ. i. ſed quia iurauerat his, ſcilicet Carthaginienſibus, ſi captiui eorum non forent redditi: ſeſe reditũ ad eos. iõ ſup. rediit, Profecto dii immortaies potuerunt mitigare ſæuitiam efferatam. i. ferino more immane. Cæterum. i. ſed quo i. ut gloria. Attilii, ſcilicet reguli eſſet clarior, dii ſunt paſſi Carthagin uti moribus ſuis, ſemper perfidi, & immanes fuerant. Qui ſi mites in regulum fuiſſent, non eſſet tam clara reguli fides. Nam pepigiſſe cum illis putari poſſit. Quod idem martyribus chriſti, ex tyrannorum crudelitate contigit, paſſi dicit ſunt exacturi, id eſt exacte poſtulaturi iuſta piacula, id eſt ſupplicia, ſpiritus ſcilicet reguli, religioſiſſimi uexati tam crudeliter. ut Oliue. recitat, exacturi inquam piacula. ¶ Quanto. Exemplum eſt religionis ſeruatæ in ſenatu Roma. inhibente matronis luctum, ut cærimoniis aptæ ſint, & in matronis, quæ paruerunt, mandato, quocirca nouus præponendus eſſet titulus, ſed neſcio, quæ religio me tenet, in ſeruandis exemplaribus, qualia inuenerim, dummodo aptum non ſit mendum Oedo eſt. Quanto uenerabilior, id eſt uenerantior, & obſeruantior. ſcilicet quã Carthaginen. (capitur enim actiue uenerabilis hoc loco pro eo, qui obſeruat) ſupp. fuit ſenatus ciuitatis noſtræ, id eſt Romanæ (quia Romanus eſt, qui loquitur, & quia mixtum eſt argumentum de ſeruata, & non ſeruata religione, aptum eſt tranſitiui ad titulum ſequentem) qui ſcilicet ſenatus decreuit, id eſt ex decreto ſanciuit, poſt cladem cannenſem. id eſt quam Romani acceperunt ab Hannibale apud cannas uicum apuliæ, prius ignobilem. ¶ Ne matronæ, ſcilicet Romanæ extenderent luctus ſuos, id eſt apparatus, & pompas lugubres (nam interiores doloees inhiberi non poſſunt) ultra diem .xxx. uti, id eſt ut ſacra Cereris poſſent peragi, ab iis ſcilicet matronis, quia a ſolis matronis, & non lugentibus, ne non ad gaudium inuentæ proſerpinæ, ſed ad luctum amiſſæ facerẽt, celebrari poterant, iõ autem inhibuerunt, quia maiori pene parte uirium Romanorũ iacente in ſolo execrabili ac diro, ga

bis illic victi ſunt Romani, quaſi deorum ira, penates id eſt lares, & familiæ, nullius ſcilicet domus, aut matronæ (potius quam mœroris) erant expertes mœroris. Itaq; quia decretū erat, matres, ac filiæ coniugesq;, & ſorores interfectorum: nu per, id eſt tunc pauloante, coactæ ſunt induere ueſtem candidam, id eſt ſtolam albam, & hoc lachrymis abſterſis, & inſignibus doloris, id eſt ueſtibus lugubribus: quæ puellæ, ſeu atræ erant, depoſitis, & coactæ ſunt dare thura aris. Qua quidem, id eſt certe (ponitur tamē potius ornatus gratia) conſtātia religionis obtinendæ, id eſt obſtinato animo ſeruādæ, magnus rubor, id eſt pudor eſt iniectus cœleſtibus: ſæuiendi ulterius in eam gentem (certū eſt poſt canenſem uictoriam, qua Hanni. uti neſciuit, res eius ſp in peius ruiſſe, & romanas ad melius peruiſſe) ſcilicet romanam, quæ ne quidem acerbitate iniuriarum (ſuperſtitioſe dictum quaſi uero dii iniurii ſint ſi temporaliter, aut etiam in æternū nos perire ſinant, quantumuis ſacrificulos) potuerit abſterreri a cultu eorum, id eſt deorum. Noue etiam abſterreri dicit, quaſi ſentiret, ideo periiſſe, ꝙ religioſi eſſent: quod iudæis aliquando accidit, qui ut ſabbato quieſcerent i cædi ſeſe permittebant.

quot annos. Quia in memoriam Romanis redit, id factum fuiſſe contra maieſtatem populi Romani Expiatum, expurgatū i quia ſeruilis conditionis puerū excubiis Iouis pſecerat.

¶ De Neglecta Religione. Cap. II.

¶ De Varrone conſule dimicāte cum Carthaginienſibus.

CReditum eſt Varronem conſulem apud cannas, cum Carthaginienſibus tam infeliciter dimicaſſe ob irā Iunonis: quod cum ludos circenſes Aedilis faceret in Iouis optimi Maximi templo, eximia facie puerum Hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet. ꝙ factum poſt aliquot annos memoria repetitum, ſacrificiis expiatum eſt.

¶ De Potitio non obſeruante ſacra.

HErcules quoq; detractæ religionis ſuæ, & grauem & manifeſtam pœnam exegiſſe traditur. Nam cum Potitii ſacrorū eius ritum, quem pro dono genti eorū ab ipſo aſſignatum, uelut hæreditarium obtinuerant: authore Appio Cenſore, ad humile ſeruorum miniſterium tranſtuliſſent, omnes, qui erāt numero ſuper. xxx. puberes intra annum extincti ſunt. Nomenq; Potitium in duodecim familias diuiſum prope interiit. Appius uero luminibus captus eſt.

ASCENSIVS.

CReditū eſt Secūdus titulus eſt de neglecta religione, in quo nō minor ſuperſtitio Romanorū, & illuſio dæmonum conſpicitur, immo aliquanto euidentior. Nam miſeri mortales ſe ob negligenter celebratos ludos cladē accepiſſe putabāt, & forte acceperāt quos tū melius fuiſſet penitus fuiſſe omiſſos. At dices dii iuſſerant ſibi eos rite celebrari, fateor, ſed quia iuſſerunt, ſignificauerunt, ſe non deos eſſe, ſed malignos ſpiritus (qui per id genus ſpectacula animas mortalium captabant, & ut non intermitterentur aut ne negligenter fierent, perſuaſerunt occulta inſpiratione mala, q̄ euenerant propterea eueniſſe: cum uero ſimilius ſit, alias fuiſſe euentorū cauſas ſed futuram ab illis poſtea cognita, ſiue ex aſtris, ſiue ex alia rerum diſpoſitione tali negligētiæ, aut ante, aut poſt euētum imputaſſe fieri etiam potuit, ut deo pmittente propter eorū affectatā cæcitatē, dæmones, talē rem extitū qualē mētid fuerant, procurarint. De q̄ re ſane, docte, & abunde diſputat diuus Aug. in. i. li. de Ci. d. Ordo eſt. Creditum ē Varronē. ſ. Caiū Te. cōſulē dimicaſſe tam infeliciter, ut. ſ. eū dimicaſſe cōſtat, cū Cartha. apd cānas uicū apuliæ, ob irā Iunonis, ꝙ cū ipſe ædilis. i. cū eēt ædilis, faceret ludos circēſes. i. Romanos a circo dictos, poſuiſſet i tēplo Iouis optimi maximi ad excubias tenēdas, puerū hiſtrionē, id eſt ludium, ac minimum, q. fere molles erat. facie eximia, q̄ aut ipſe ædilis captus erat, aut populus capi poterat, aut ꝙ ſeruus erat, alioquin qd retuliſſet? Quod ſcīn repetitum memoria. i. reductum in memoriā poſt aliquot annos eſt expiatum. i. purgatum ſacrificiis.

OLIVERIVS.

CReditum eſt. Varronē conſulem, tranſit ad neglectam religionē, hic autem Var. qui. C. Terentius dictus eſt, loco nō ſolum humili, ſed etiam ſordido natus erat, teſte Liuio: nam patrem eius lanium fuiſſe dicit: ipſum inſtitorem mercis, filioq; hoc ipſo in ſeruili eius artis miniſterio uſum. Is iuuenis ex eo genere quæſtus: pecunia a patre relicta, animum ad ſpem liberioris fortunæ adiecit, togaq;, & forum placuere, proclamando ꝓ ſordidis hominibus, cauſiſq; aduerſus rem famamq; bonorum: primo in notitiam populi deinde ad honorem peruenit. ¶ Tam infeliciter, Quia ut ſupra diximus: cæſa fuiſſe feruntur plus quam. l. milia romanorum. & ſupra. xx milia capta cum ipſo imperatore Paulo ¶ Aedilis faceret, Aliud officium erat ædilis curulis, aliud plebei, quidnam eſſet officium curulis Cicero Verrinarum lib. ulti. oſtendit. Nunc ſum, inquit, deſignatus ædilis, habeo rationem, quid a populo Romano acceperim, mihi ſanctiſſimos ludos maxima cum cærimonia Cereri libero, libereq; faciendos, mihi floram matrem, populo, plebiq; ludorum celebritate placandum, mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate, ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæ eſſe faciendos: mihi ſacrorum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam ob earum rerum, laboremq;: & ſolicitudinem fructus illos datos: antiquiorem ſententiæ dicendæ locum, togam, prætextam, ſellam curulem, ædiles plebei ædibus tantum præerant. l. ii. ff. de ori. iu. ſic inſcribitur. Itemq; ut eſſent, qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat: duos ex plebe conſtituerant, qui et etiā ædiles appellati ſunt. ¶ Circenſes ludi, Erant idem, q & romani ſicut idem Cice. eo dem loco teſtatur, hi fiebant in honorem Iouis, Iunonis, & Mineruæ. ¶ Puerum hiſtrionem. Sūt qui uelint hiſtrionem ab iſtria dictum: quia primus, qui romæ ſcænicam artem exercuit, ab hiſtria uenerit, alii non ab iſtria, ſed ab hetruria accitos Romam hiſtriones fuiſſe dicunt, erant autem hiſtriones, qui latine ludii dicuntur, qui perſonati in ſcæna comœdias, & tragœdias agebant, uoce, & corporis geſtu: de quibus Ci. in Para. Hiſtrio. inquit, ſi paululum ſe moueat extra numerum, aut ſi uerſus pronunciatus eſt ſyllaba una breuior, aut longior, exibilatur, exploditur. Poſt ali-

OLIVERIVS.

HErcules quoq; detractæ. Sicut graui ſupplicio Iupiter ultus eſt numē ſuū, & Hercules, q cum Potitii antiquiſſimæ familiæ eius ſacris ꝓpoſiti eſſent & ab ipſo iſtituti, cūq; poſt aliquot annos ſuadēte Claudio, ad ſeruorum miniſteriū ſacrificia tranſtuliſſent, iratus oēs illius familiæ paruo tempore interemit, Appium luminibus priuauit. ¶ Detractæ: Diminutæ. ¶ Potitii ſacrorū ritū, Hercu. ut auctor eſt Liui. pꝰ occiſum cachū ꝑꝑ abactas boues, cū eēt ad euādrū deductus ſe Iouis filiū p cachi mortē uirtute probauit, ob q̄ rem ab euādro benigne eſt hoſpitio ſuſceptus, & pro numine habitus, deniq; ara maxia eſt ei cōſtituta, qd Herculi Delphicus Apollo i Italia fore ꝑdixerat, & Carmenta mr Euādri multo antea fuerat uaticinata, cū ergo de ſuo armēto ad ſua ſacrificia boues dediſſet inuenti ſunt duo ſenes, Pinarius, & Potitius, qbus q̄liter ſe uellet coli oſidit. ſ. ut manc, & ueſperi ei ſacrificaretur, perfecto itaq; matutino ſacrificio, cū circa ſolis occaſum eēnt ſacra repetenda. Potitius prior aduenit, Pinarius poſtea extis iā conſumptis: unū iratus Hercu. ſtatuit, ut pinariorum familia tantum miniſtra eſſet epulantibus potitiis, & complentibus ſacra, unū & pinarii dicti ſunt a ***** quæ grecæ dr fames, nā ſenem illū, ut uult. Ser. conſtat alio nomine fuiſſe nuncupatū. Vnde Virgi. Pr. muſq; potitius auctor. Et domus herculei cuſtos pinaria ſacri ¶ Auctore Ap. Quia Appius auctor fuerat ut hoc ſacrificiū transferetur ad miniſterium ſeruorum. Sciendum eſt ꝙ teſte Macro. ſaturnalium li. i. Sacris herculis mulieres intereſſe non licebat. ¶ Luminibus captus: Oculis & luce priuatus. De hoc Appio dicemus libro ſeptimo. c. de ſenectute, fuit autem qui cum Pyrrho epirotarum rege pa-

Aedilis officiū.

Potitiū.

Pinaril.

Appius unde cecus.

n quibus ille petebat conditionibus fieri diſſuaſit anno ab ꝛe condita.cccclxi teſte Eutropio lib.ii.

ASCENSIVS.

HErcules quoqꝫ ſignificat, quæ uindicta proſecutus ſit hercules ſuorum ſacrorum ad ſeruos tranſlationem, in quo mirabile eſt, quomodo eū pro deo coluerint, em mortuum non ignora e, ſed forte de diuis, aut diis is ex hominibus id ſenſe, quod uulgus de ſanctis nā n paucis perſuaſum eſt, ſan s ſacro aliquo morbo ſui atemptores perſequi, quaſi o morborum ſint autho eo quod precibus ſubinde o remedia impetrent. Sed lo eſt. Hercu. quoqꝫ, id eſt m traditor a ſcriptoribus an ium Romanorum exegiſſe grauem & manifeſtam pœ n religionis ſuæ detractæ, t imminutæ & uilipenſæ. m cum potitii antiquiſſimi Romani tranſtuliſſent ritū rorum eius (quem ſcilicet ri n obtinuerant uelut hæredi um aſſignatum ab ipſo, ſci therculæ genti eorum, ideſt iorum pro dono) authore pio cenſore ad humilem mi erium ſeruorum, omnes ſci t potitii puberes, qui erant cr.xxx.numero extincti ſūt ra annū, id eſt ſpatio unius i, & nomen potitium diui n in.xii.familias interiit prō id eſt quaſi totum, Appius o author tranſlationis ca s ē luminibus .i. excæcat⁹.

OLIVERIVS.

ACer etiam ſui numinis uindex Apollo, Apollo nihilo ſegni⁹ & ipſe ſui men ulius eſt. Cū enim Sci Aphricanus iſerior cartha em militibus diripiendam eſſiſſet, quidam appollinis plum ingreſſus eius ſimū um aurea ueſte indutū ſpo e tētauit, quare indignatus ollo id egit ut ſacrilegæ ma s inter fragmenta ueſtis, & brias a corpe abſciſſæ repe tur. ⁋ Inter fragmēta, Inter fimbrias Acer uideꝛ. Vehemēs ſper ultor ⁋ Brēnus gallorum dux, hic fuit, quo duce Ro capta & incenſa fuit, ſecūdum quoſdā. ⁋ Apollinis tēplū, hac ſpoliatione tēpli meminit Iuſti. ⁋ In ſe manus uertit. tinctu numinis hoc eſt inſtigante numine ſeipſum gladio aſſixit, quia eius templum ingreſſus fuerat uiolaturus.

ASCENSIVS.

ACer ſui &c. Ingenioſe ne ſuos ſacrilegii taxet apertius meminit de uindicante deo ꝙ de iis de quibus uindi ctam ſumpſit dicens. Apollo etiam quaſi dicat non ſo n Hercu. ſup. acer id eſt uehemens & acerbus uindex numi ſui, ſcilicet læſi, qui carthagine oppreſſa a romanis ſub Sci ne minore, nudatus ueſte aurea, egit id, ut manus ſacrile , ideſt quæ ſacrilegium commiſerant, inuenirentur abſciſæ m dicit a quo, quaſi a numine factum ſit, cum forte a pe tibus partem prædæ factum putes) inter fragmenta, ſcilicet icæ unde ea non intertexto ſed obducto auro erat Bren s &c. Affert ſecundum exemplum de uindicta apollinis in ilegium Brenni ducis gallorum in gallogræcia qui cum phicum templum ſpoliaſſet in furorem uerſus ſibi manū ulit Ordo eſt. Brennus dux gallorum ingreſſus templum ollinis delphis, ideſt quod erat opulentiſſimum apud del

⁋De Apolline vindicante ſe de ſacrilegio.

ACer etiā ſui numinis vindex Apollo: qui Carthagine a Romanis oppſſa, veſte aurea nudatus, id egit: vt ſacrilegæ manus inter fragmenta eius abſciſſæ inuenirentur. Brenus Gallorum dux, Delphis, Apollinis tēplū ingreſſus. Dei voluntate in ſe manus vertit.

⁋De Turulio.

NEc minus efficax vltor contēptæ religionis filius quoqꝫ eius Aeſculapius, qui conſecratū tēplo ſuo lucū a Turulio præfecto Antonii, ad naues ei faciendas, magna ex parte ſuccīſum dolens inter ipſum nefarium miniſteriū deuictis partibus Antonii, impio Cæſaris morti deſtinatum Turulium, manifeſtis numinis ſui viribus in eum locum quē uiolauerat: traxit: effecitqꝫ ubi ibi potiſſimum a militibus cæſarianis occiſus eodem exitio, & euerſis iam arboribus pœnas lueret & adhuc ſuperantibus, impunitatem conſimilis iniuriæ pareret, ſuamqꝫ venerationem quā apud colentes maximam ſemper habuerat: Deus multiplicauit.

⁋De quinto Fuluio.

QVintus autē Fuluius Flaccus impune non tulit: quod in cenſura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ templo in edē Fortunæ Equeſtris, quam Romæ faciebat, tranſtulit. Negatur enim poſt hoc factum mente conſtitiſſe; quin etiam per ſummam ægritudinē animi expirauit: cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum deceſſiſſe, alterū grauiter audiſſet affectū. cuius caſu mot⁹ Senatus, tegulas Locros reportādas curauit: decretiqꝫ circunſpectiſſima ſanctitate impium opus Cenſoris retexuit.

phos, uertit manus in ſe, ideſt ſeipſum itteremit, uoluntate dei ſcilicet Apollinis.

THEOPHILVS.

IN ſe manus uertit. Quomodo dolorem uulnerum ferre non poſſet, ut Trogus autumat ut Pauſanias, impar inuidiæ, quæ flagrabat apud ſuos ob rem male geſtam. ⁋ Ingreſſus. caſtiga aggreſſus. Apol. enim templum Brennus ingreſſus non eſt. niſi templum pro finibus accipias, & luco templi.

OLIVERIVS.

NEc minus efficax ultoc. Deuictis partibus bruti caſſii Cæſa. interfectorum Octa. Antonius & lepidus inter ſe orbem diuiſerunt. Octaui. occidentem plagam. Antonius orientem. Lepidus meridianam obtinuit. Et cum Octauiam Octauii ſorore Antō. duxiſſet uxorem, ut inita confœderatio uim maiorem poſſet habere, ſe contulit in ægyptum, ubi captus illecebris cleopatræ reginæ diuortii libellum paulo poſt miſit Octauiæ. Quare indignatus Auguſtus bellum intulit Antonio, quem cū Cleopatra nauali prælio apud leucadem ambrachiæ promontorium ſuperauit. Cuius cladis acceptæ cauſam illam fuiſſe dicunt, ꝙ Anto. præfectum quendam in lucum Aeſculapio conſecratum ad ligna ſuccidenda nauium conficiendarum gratia miſiſſet, nam caſus ita tulit ut eo ipſo tempore quo ligna cedebantur, Antonii partes deuincerentur, ubi lucum cædēdo uiolauerat. ⁋ Lucum. Lucus dicitur quaſi luce carens, & per anthiphraſim dictus eſt, quia non luceat, nam arborum denſitate radii ſolis lucum penetrare non poſſunt. Sic enim Seruius, ſic Priſcianus ſentiunt, multa nomina per antiphraſim dicta eſſe, ut bellum, parcæ lucus, alii de luco aliter ſentiunt ſed hos ego ductores habeō. ⁋ Miniſteriom. Dum exciderentur trabes. ⁋ Lueret, perſolueret. ⁋ Superantibus, ſcilicet arboribus, hoc eſt reſtantibus. ⁋ Impunitatem: ne quis poſtea id impune auderet facere.

ASCENSIVS.

NEc minus. Nec, id eſt & non, & Aeſculapius filius eius, ſcilicet Apollinis, non minus efficax ultor ſup. fuit religionis contemptæ, qui dolens lucum, id eſt, ſyluam in cæduam & ſacram, conſecratum templo ſuo .i. ad obſeruantiam templi, ſuccīſum ſup. eſſe ex magna parte a Turulio præfecto Antonii ad naues faciendas ei, ſcilicet An. partibus Antonii deuictis, id eſt poſtquam partes Antonii erant deuictæ inter ipſum nefarium miniſterium .i. dū adhuc naues fierent traxit. ſ. æſculapius. Turulium deſtinatum morti imperio Cæſa. ſ. Auguſti, manifeſtis uiribus ſui numinis .i. ſuæ diuinitatis in eum locū. ⁋ Scilicet lucum, quem uiolauerat, & effecit ut ipſe Turulius occiſus a militibus Cæſ potiſſimum ibi cum alibi occidi potuiſſet, lueret pœnas eodem exitio, & id eſt, ſimul arboribus euerſis, & pareret .i. acqreret arboribus adhuc ſuperātibus, ideſt extātibus, impunitatē cōſimilis iniuriæ, ne euertantur, & deus. ſ. Aeſculapius multiplicauit uenerationē ſuā (poſſeſſiue ut pote) quam habuerat maximam apud colentes.

OLIVERIVS.

QVintus autem Fuluius flaccus. Hic etiā oſtenditur maiorē diligentia quam in ſeruanda religione habuere: ne quid animo prætermitterent expiandō, qđ dijs aliquo mō diſplicere cognouiſſēt: abbreuiator I ſuli Fuluius, inqt, flaccus cenſor tēplum Iunonis laciniæ tegulis marmoreis ſpoliauit ut ædem quā dedicauerat tegeret. Huius fuit uxor ſulpitia, quæ ut Naſica iudicio ſenatus omnium optimus, ſic matronarum ſententia omnium caſtiſſima iudicata fuit. ¶ In cēſura. Dum cenſor eſſet, qui alienos mores damnare conſueuerat, ipſe in ſacrilegium incidit.

Tegula

¶ Tegulas, tegulæ dicūtur, quibus tecta teguntur, unde a tegendo dictæ ſunt tegulæ: ſunt et hymbrices ab hymbre dictæ.

Hymbrices.

¶ Iunonis laciniæ. Lacinius latro fuit nobiliſſimus, qui extrema italiæ multis latrocinijs infeſtabat, hunc Hercules cū occidiſſet ad expiationē loci placationemque iunonis, quæ ſibi irata dicebatur, ei templum dedicauit, & a nomine latronis iunonem laciniam appellauit. Virg. Hinc ſinus Herculei ſi uera eſt fama tarenti Cernitus, attolit ſe diua lacinia contra. Alij dicunt a rege conditore fuiſſe nōminatum templum illud, de quo diuerſas ſcriptorum ſententias inuenio, ubi ſitum fuerit, nam Val. cum dicat in fine huius exempli, cuius caſu motus ſenatus, tegulas locros reportandas curauit, innuere uidetur locris fuiſſe templum iſtud. At Liuius libro quarto ſecundi punici belli circa principium crotonæ fuiſſe oſtendit cum in deſcriptione illius urbis dicat. In urbe nobile templum ipſa urbe erat nobilius laciniæ iunonis ſanctum omnibus, circa populis, & paulo infra. Templum, inquit, inclytum diuitijs etiam non tantum ſanctitate. At Stra. libro ſexto poſt fines crotoniatas eſſe uult. Poſt Scyllaceum, inquit, crotoniatasum fines ſunt, & Iapigum tria promontoria, deinde laciniæ Iunonis templum ſuperiori ætate locupletiſſimum, doniſq; frequentiſſimis plenum. Theocritus uerſu in quadam ægloga ex parte orientali propinquum crotonæ eſſe ſignificat, conſtat tamen promontorium lacinium in regione Locrenſi fuiſſe, teſte Plin. natu. hiſt. lib. iij. in deſcriptione locrorum. In eadem fortunæ. Templum deæ fortunæ, quæ inſidens equo fabricata fuerat, & erecta. ¶ Tranſtulit ſcilicet locris Roma. ¶ Mente com. mente ſana fuiſſe. ¶ Per ſummam ægritudinem per ſummum dolorem, & animi perturbationem, nam ægritudo tam animi quam corporis,

Aegritudo.

dicitur, ægrotatio corporis tantum male ualenus, In illyrico in bello, quod geſſit P.R. aduerſus perſem macedoniæ regem & illyricos fuit. ¶ Circumſpectiſſima, diligentiſſima, & clariſſima. ¶ Retexuit. Deleuit, tranſlatio ſumpta a textoribus nam qui texunt fila in ordinem redigunt, qui uero retexunt opus in ordinem redactum delent, ergo retexuit, deleuit, & emendauit.

ASCENSIVS.

QVintus autem Ful. Taxat neglectam ſeligionem a Quinto Fuluio cenſore in transferendis tegulis, quam ſi deus nunc ſtatim puniret in ablatis ſacris, grauem in multos uideremus animaduerſionem, cū multo tñ grauior eos maneat. Ordo eſt. Quintus autem Fuluius flaccus non tulit. id eſt non abſtulit, aut non tranſegit impune id eſt ſine punitione, quod tranſtulit in cenſura ſupple ſua, tegulas marmoreas ex templo Iunonis laciniæ, q̃ ad locros colebatur, in ædem. i. templum fortunæ equæſtris, quam ædem faciebat Romæ Enim pro quia, negatur conſtitiſſe mente id eſt compotem, aut compos fuiſſe mentis poſt hoc factum quinetiam. id eſt, in ſuper expirauit per ſummam ægritudinem id eſt, afflictionem animi, cum audiſſet alterum ex duobus filiis militantibus in illyrico deceſſiſſe ſcilicet de hoc mundo id eſt mortuum eſſe, & alterum affectum grauiter. id eſt graui morbo. Cuius ſcilicet. Quinti. Fuluii caſu. id eſt, calamitate ſenatus motus curauit tegulas reportandas locros, & retexuit, id eſt diſſoluit impium opus cenſoris, circumſpectiſſima id eſt prudentiſſima ſanctitate decreti.

¶ De Pleminio legato Scipionis.

TAm me hercule, quā Pleminii legati Scipionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam auaritiā iuſta animaduerſione vindicauit. Cum enim eū uinctū Romā protrahi iuſſiſſet, ante cauſæ dictionem in carcere teterrimo genere morbi, conſumptus eſt. pecuniam Dea eiuſdem Senatus imperio, & quidem ſummam duplicādo, recuperauit. Quæ. quod ad Pleminii facinus pertinuit, bene a patribus C. vindicata. Quod ad violentas regis Pyrrhi ſordes attinuerat: ſeipſam potenter, atq; efficaciter defendit. coactis enim Locrenſibus ex theſauro eius, magnam illi pecuniam dare: cum onuſtus nefaria preda nauigaret: vi ſubitæ tempeſtatis tota cū claſſe, vicinis deæ litoribus illiſus eſt. in quibus pecunia incolumis reperta, ſanctiſſimi theſauri cuſtodiæ reſtituta eſt.

OLIVERIVS.

ITa me Her. tam ſenatus retexuit opus cenſosis quam uindicauit auaritiam &c. Pleminii legati pleminium legatum Scipio. locris. cum præſidio Po. Ro. præfecerat, qui præter multa facinora, quæ fœda nimis & indigna in locrenſes ediderat, templum quoque proſerpinæ, quod ibi nobiliſſimum, & opulentiſſimum fuerat, nimia auaritia tactus, dirripuit, nam ibi theſaurum ingentem repoſuerunt locrenſes quem ex ipſius proſerpinæ luco confecerāt, cum ibidem magni quottidiani prouentus imponerentur.

Proſerpinæ tẽplũ locris

Quare legatus theſauri cupiditate captus pecuniam ſurripuit quod ubi reſciuit ſenatus, legatum Romam uinctum deduci iuſſit, Cognita deinde cauſa, ubi culpæ affinem eſſe intellexit, in carcerem trudi iuſſit, ubi pedīculari morbo, ut quidam uolunt, ante cauſæ dictionem conſumptus eſt. Verum non minus ipſa ſe dea quam eius numen ſenatus uindicauit Conſtat enim teſte Li. lib. ix. ſecundi punici belli poſt direptionem ſacræ pecuniæ tantum omnibus ſacrilegio contactis iniectum eſſe furoris, ut numinis inſtinctu omnes inter ſe, dux in ducē, miles in militem hoſtili quadam rabie conuerterentur, nam rapto poculo argenteo ex oppidani cuiuſdam domo, peraltioſa ſtatim orta eſt ſeditio inter Plemi. de tribunos militum, ubi accenſa pugna uulneratis, ceſiſq; nonnullis, cum Plemi. de tribunis tanquam ſeditionis auctoribus pararet ſumere ſupplicium, illorum milites ex recenti uictoria ferociores facti ex omnibus locis ad opem ferendam concurrunt, qui cum uiolata uirgis tribunorum corpora uidiſſent, in multo impotentiorem iram accenſi ſine reſpectu non maieſtatis modo, ſed etiam humanitatis in legatum mulctatis lictoribus impetum faciunt, ipſumq; a ſuis interceptum & ſecluſum hoſtiliter lacerarunt, & prope exanguem, naſo, auribuſq; mutilatis relinquunt. Quibus rebus ad Scipionem delatis, qui tunc erat meſſanæ, poſt paucos dies locros cum exercitu uenit, & cognita cauſa tribunis ſontibus iudicatis, & in uincula coniectis, ut romam ad ſenatum mitterentur, meſſanam rediit. Ple. impotēs iræ tribunos ad ſe attrahi iuſſit, laceratoſq; omnibus ſupplicijs quæ pati corpus ullum poſſit, interfecit, nec ſatiatus uiuorum pœna inſepultos proiecit, ſimili crudelitate in locrenſium principes eſt uſus, quos ad conquerendas iniurias ad. P. Sci. profectos audiuit. Hunc igitur cathenis uinctum Romam tractum fuiſſe ferunt, & in carcerem coniectum, & ante dictionem cauſæ mortuum, Clodi. tamen Licini. in lib. iii. rerum Romanarum refert, hunc ludis uotiuis, quos Romæ aphricanus iterum conſul faciebat, conatum per quoſdam, quos precio corrumperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carcerem, fugiendiq; haberent occaſionem. Patefacto deinde ſcelere delegatum in tullianum ex ſenatuſconſulto, ibiq; teterrimo mortis genere conſumptum. ¶ Ante cauſæ dictionem, Antequam dies ſtatuta ueniret, ut cauſam diceret. ¶ Teterrimo genere morbi ſcilicet pediculari morbo, ergo teterrimo, fœdiſſimo, aſperrimo. Pecuniam ſenatus, ubi quantitatem pecuniæ ſenatus intellexit, quam abſtulerat legatus, duplicem reddi iuſſit. ¶ Quæ quantum ad Pleminii, Pyrrhus cū e Sicilia rediens locros claſſe preteruueheretur, inter alia fœda, quæ in locrenſes facinora ædidit, theſauros quoq; proſerpinæ intactos ad eam diem ſpoliauit, atq; ita pecunia in naues impoſita, ipſe terra eſt profectus. Claſſis poſtero die fœdiſſima tempeſtate lacerata fuit, omneſq; naues, quæ ſacram pecuniam habuerant, in littora locrenſia reuectæ. Liui. lib. ix. ſecūdi belli punici, ubi de Pleminio loquitur, nā auaritia, inquit, ne ſacrorum quidem ſpoliatione abſtinuit, nec alia modo tēpla uiolata, ſed proſerpinæ etiam intacti omni ætate theſauri, præterquam

præterquam ꝙ à Pyrrho, qui cum magno piaculo ſacrilegii manubias rettulit, ſpoliati dicebantur, ergo ſic ante regiæ naues laceratæ naufragiis, nihil in terram integri præter ſacrã pecuniam deæ quam aſportabant extulerant ium quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ad ultionem templi furorem adiecit, hac igitur tanta tempeſtate & clade ſuperbiſſimus rex edoctus deos eſſe, pecuniam omnem conquiſitam in theſauros Proſerpinæ referri iuſſit, nec tamen illi unq̃ poſtea proſperi quicquam euenit. Pulſuſq; Italia turpiter ſatis ignobili atq; inhoneſta morte temere nocte ingreſſus argos occubuit. Senatus igitur quantum ad. Pleminium pertinet, deam ultus eſt, quod uero ad pyrrhum ſpectat, dea ſeipſam uindicauit. ¶ Sordes, auaritiã, ſic enim maiores auaritiam ſordes appellarunt, quia nihil hominem faciat ſordidiorem q̃ auaritia Saluſtius. Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit, ea quaſi malis uenenis imbuta corpus, animumq; uirilem effœminat. ¶ Nefaria quia cõtra fas, hoc eſt ius diuinum acceperat. ¶ Vicinis deæ, haud procul à locris. ¶ Illiſus, ipact*. ¶ Sanctiſſimi theſauri, Theſaurus, ppriẽ eſt locus, ubi pecunia, uel alia res præcioſa ſeruanda reponit.

ASCENSIVS.

TAm me Hercule. Continuatur ſermo ſuperiori. Nam ordo eſt. me Hercule tam ſpectata ſanctitate retexuit ſenatus impium factum Quinti Fuluii, q̃ ideſt quantum iuſta animaduerſione uindicauit ſceleratam auaritiam Pleminii legati ſcipionis in ſpoliando theſauro proſerpinæ. Cum enim iuſſiſſet eum pertrahi uinctum Romam, conſumptus eſt ante cauſæ dictionem, ideſt purgationem facti, teterrimo, ideſt duriſſimo genere morbi in carcere. ¶ Dea, ſcilicet proſerpina, recuperauit imperio eiuſdem ſenatus pecuniam, ſcilicet ablatam, & quidem duplicando ſummam quia nõ eſt ſatis ablatum reſtituere in ſacrilegio ¶ Quæ quod &c. Proſequitur ſacrilegium Pyrrhi regis epyrotarum in eodem theſauro, & eiuſdem deæ in eum animaduerſionem ordo eſt. Quæ ſcilicet dea proſerpina, bene uindicata eſt à patribus cõſcriptis, ideſt à ſenatu Ro. quod, ideſt quantum, alii legunt q̃tum, pertinuit ad facinus Pleminii, ſcilicet legati Scipionis, & quod attinuerat ad uiolentas ſordes, id eſt rapinas ſordidas Pyrrhi regis, qui cum rex eſſet opulentiſſimus & nobiliſſimus, non debuit gloriam ſuam ſacrilegio inquinare, defendit ſeipſam, aut ipſa defendit ſe potenter, atq; efficaciter, quia ablata recepit. Enim pro quia locrẽſibus coactis, ideſt poſt q̃ locrenſes fuerant coacti dare illi, ſcilicet Pyrrho magnam pecuniam, ex theſauro eius, ſcilicet deæ, cũ nauigaret onuſtus præda nefaria, illiſus eſt cum tota claſſe litoribus uicinis deæ, ideſt templo ipſius proſerpinæ, ui tempeſtatis ſubitæ, ideſt ſubito ortæ, in quibus, ſcilicet litoribus pecunia reperta incolumis, ideſt non ſubmerſa, nec imminuta à Pyrrho reſtituta eſt cuſtodiæ ſanctiſſimi theſauri. Hoc autem gẽnere uindictæ q̃ſi bolo quodam obiecto ineſcauerũt dæmones mortalium mẽtes, nam cum ſcirẽt legem dei animis noſtris inſcriptam, qua iudicamus furtum, nedum ſacrilegium iniquum eſſe, uindictam intulerunt non à ſcelere, ut abſtinerent, ſed ut idolatriæ firmius inhærerent, nihil enim ab hoſte generis humani expectandum, quod non in maius uergat detrimentum.

THEOPHILVS.

AT qui, Valerius hoc nõ ait. Antonii partes ad Aeſculapii lucum ſuperatas id quod hiſtoriæ fides nõ habet ſed Antonii fractis opibus ad actium ab Octa. duci iuſſum Turuliũ à militibus eſſe interemptũ in ipſo potiſſimũ luco, quem ſucciderat, in quo manifeſta numinis Aeſculapii uis apparet. ¶ Pleminii Antiq codices, partim Poſthumũ Leuini legunt, partim P. Leuinii, nec affirmare quiſquam poteſt hoc an illo modo rectius apud Liuium ſcribatur. Lubricus enim lapſus eſt à P. Leuino in Pleminium.

¶ Externa. De Maſiniſſa Rege.

AT non ſimiliter Maſiniſſa Rex numidarum: cuius cum præfectus claſſis Melitam appuliſſet: eq; fano Iunonis dentes eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos: ad eum pro dono attuliſſet: vt comperit vnde aduecti eſſent: quinqueremi reportãdos Melitam, inq; templo Iunonis collocandos curauit. inſculptos gentis ſuæ literis. ſignificantibus regem ignorantem eos accepiſſe: libenter deæ reddidiſſe: factũ Maſiniſſæ animo: q̃ punico ſanguini cõueniens: q̃q̃ quid attinet mores natione ppẽdi? in media barbaria ortus, ſacrilegium reſcidit alienum.

OLIVERIVS.

AT non ſimiliter Maſſiniſſa, hic fuit Pyrrhõ longe diſſimilis, qui nõn modo ſacrilegium non commiſit, uerum etiam commiſſum emendauit. Nam cũ eburneos dentes de Iunonis templo ſublatos ſibi dono datos eſſe cognouit, ei q̃ primum reſtituendo curauit, quod eo magis laude dignum fuit, ꝙ cum barbarus eſſet, alienum ſacrilegium emendare uoluerit. ¶ Melitam, inſula in ſiculo mari poſita haud longe à Sicilia periculoſo diſiuncta mari, ut teſtatur Plin. lib iii. na. hiſto. & Cic. uerrinarum, in hac autem fuit oppidum eiuſdem nominis, à quo non longe in promõtorio fanum Iunonis fuit antiquum ſumma cum reuerentia celebratum, de quo ſublati fuere dentes eburnei ſupradicti. Melita uero penultimã corripit. Ouid. de faſtis. Fertilis eſt melite ſterilis uicina coſiræ. Inſula quam libyci uerberat unda freti. De hac iſula Li. xxi. lib. à lilibeo inquit, conſul hierone cum claſſe regia dimiſſo, relictoq; prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipſe inſulam melitam, quæ à Carthagi. tenebatur, traiecit. Dentes eburneos, elephanthinos ¶ Literis, ſcilicet libycis. ¶ Ignorantem, neq; illos accepiſſet, ſi iunonis fuiſſe exiſtimaſſet. ¶ Libẽter red. poſt q̃ reſciuit de templo iunonis fuiſſe ſublatos, & laudat Vale. Maſſiniſſæ factum, ꝙ propinquior fuerit regali animo q̃ punico, tametſi ſanguine, & natione punicus eſſet, tamen ſuæ quodammodo oblitus uidebatur. ¶ Quam pu q̃ pro non dixit, Sanguini, quia conſtat magnificum fuiſſe, & liberalem regem, quod maxime cognitum eſt poſt q̃ ſe ſocium fecit Po. Ro. ¶ Quamq̃ quid quid, inquit, opus eſt mores ex nationibus conſiderare, cum in media barbarie natus ſit maſſiniſſa, qui non modo aufugit ſacrilegium ſed ab alio commiſſum correxit, & emendauit. ¶ Mores na. pp. ſicut de Themiſtocle legitur, quem ſeriphio cuidam reſpondiſſe ferunt, nec ſi athenienſis eſſes, clarus unq̃ extitiſſes, nec ego, ſi ſeriphius eſſem ignobilis, Cum ille patriam diceret Themiſtocli dediſſe nobilitatẽ. ¶ Perpẽdi, æſtimari, tranſlatio ſumpta à penſante, nã qui penſat pondus æſtimat ¶ Reſcidit, deleuit, cuius uerbi p̃teriti penultimam contra cæterorum naturam corripuit. Oui. Nam cælo terras, & terris abſcidit undas.

Melita inſula.

ASCENSIVS.

AT non &c. Superius exemplum mixtum quodammodo erat, quia de externo rege, ſed in italia ſcem patrante, cum pleminii domeſtici uiri mentione, nunc externum affert, quod etiam duplex eſt, Nam quantum ad ſacrilegium præfecti claſſis pertinet, neglectæ religionis eſt, quantum uero ad Maſſiniſſæ reſtitutionem, obſeruatæ eſt religionis exemplum. ¶ Ordo, At maſſiniſſa rex numidarũ, & amicus. Ro. Po. pater iugurthæ, de quo Salu. non ſimiliter, ſcilicet pyrrho ſup. fecit, cuius cum p̃fectus claſſis appuliſſet ſup. claſſe melitam, ideſt ad eã inſulam, quæ in carthaginis erat ditione, in mari ſiculo poſita. Virgi. in tertio Aene. datiuo conſtruxit terminum ad quem dicẽs, Hic me digreſſum ueſtris deus appulit oris, hic acuſatiuo iungitur gratia p̃poſitionis, uel aduerbialiter, ſcd̃m autem uallam ſubauditur ſe, aut naue quia acuſatiuũ eſt, unde non dices, ego appuli, ſed appulſus ſum (ſic tamen legitur) & præfectus attuliſſet ꝑ dono ad eũ ſcilicet maſſiniſſam, dentes eburneos, hoc eſt elephãtinos, miræ magnitudinis, ſublatos è fano iunonis ut, ideſt poſt q̃ cõperit, ideſt reſciuit unde, ideſt de quo loco eſſent aduecti, curauit reportandos, quinqueremi ſup. nau. ideſt habente quinqueremorum ordines, melitam, ideſt in melitam inſulæ eiuſdem nominis urbem, & collocandos in templo iunonis, inſculptos literis ſuæ gentis, ideſt numidicis, ſignificanti bus regem accepiſſe eos ignorantem, ſcilicet ꝙ ſacri eſſent, & reddidiſſe deæ libenter q̃ſi dicat uolentem, & ſcientẽ. Factũ. i. qd̃ factũ eſt cõuenientius i. cõſonantius aĩo maſſiniſſæ, q præter morẽ gentis fidus & iuſtus erat, q̃ ſanguini punico, q a ſere ꝑ

ſidi & ſacrilegi ſunt pœni, à pœnus aūt fit punicus, ut à pœna punio, & à mœnibus munio uerſa dipthongo in u lōgum, ubi nos legimus conuenientius, alii legunt conueniēs, unde Oli. exponit q̃ pro non, ut ſit ſactum q̃, ideſt non conueniens &c. Quāquam, ideſt tametſi quid attinet, ſcilicet ad ueram cenſuram, mores pendi. ideſt æſtimari & appretiari, natione, ideſt à loco, in quo contingit naſci. quia ubiqꝫ terrarum, & boni & mali, non q̃dem naſcuntur, ſed nati fiunt (multum tamen ad mores facit patria, ſed plus diſciplina) Maſſiniſſa ortus in media barbarie, quia in numidia, reſcidit, ideſt diſſoluit, & irritum fecit ſacrilegium alienum, ideſt ab alio cōmiſſum, unde quantum ad maſſiniſſam ſuperioris tituli eſt argumentum.

habens nauigationem & cætera. Plin. quoqꝫ lib. iiii. natu. hiſto. aſſerit hanc urbem eſſe in Achaia, hinc eſt q̃ uehementer admirer Seruium in expoſitione carminis illius georgicorum. Taygetiqꝫ canes domitrixqꝫ epidaurus equorum, dixiſſe epidaurum eſſe ciuitatem epiri equis nobiliſſimam, ſed in culpa librariorum factum eſſe arbitror, qui nominis ſimilitudine decepti epidaurus p̄ epidannus ſcripſerit, q̃q̃ omnes tam ueteres q̃ nouiter impreſſi codices, quos legerim, epidaurus habeant. in hoc igitur epidauro achaiæ ciuitate æſculapius religioſiſſime colebatur, cuius ſimulachrum fingebatur barbatum, quippe qui deus eſſet medicinæ, apollinis uero eius patris imberbe, hic ergo uidens auream barbam æſculapii è mento pendentem, eā demi iuſſit, incongruum eſſe dicens, patrem imberbem, & filium eſſe barbatum.

¶ De Dionyſio.

SYracuſis genitus Dionyſius, tot ſacrilegia ſua, quot iam recognoſcimus, iocoſis dictis proſequi voluptatis loco duxit. fano enim Proſerpinæ ſpoliato Locris: cū per altum, ſecundo vento, claſſe veheretur, ridens, amicis, videtis ne, ait, quam bona nauigatio ab ipſis diis immortalibus ſacrilegis tribuat: Detracto etiā Ioui olympio magni pōderis aureo amiculo, quo eum Tyrannus Hiero è manubiis Carthaginienſium ornauerat: iniectoqꝫ ei laneo pallio: dixit, æſtate grauem eſſe aureū amiculum, hyeme frigidum, laneum autem ad vtrunqꝫ tempus anni aptius. Idem Epidauri Aeſculapio barbam auream demi iuſſit: quod affirmaret: non conuenire patrem Apollinem imberbem: ipſum uero barbatum conſpici. Idem menſas argenteas, atqꝫ aureas, è fanis ſuſtulit. Quodqꝫ in his more græciæ ſcriptum erat, bonorum deorum eas eſſe: uti ſe bonitate eorū prædicauit. Idem victorias aureas, & pateras, & coronas, quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur: tollebat: & eas ſe accipere: non auferre, dicebat. perquam ſtultū eſſe argumentando: a quibus bona precamur: ab hiis porrigētibus, nolle ſumere. Qui tametſi debita ſupplicia non exoluit: dedecore tamen Filii, mortuus pœnas rependit: quas viuus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira: tarditatemqꝫ ſupplicii grauitate compenſat.

OLIVERIUS.

SYracuſis genitus Diony. Nunc de tyranno dionyſio loquitur, qui ualde diſſimilis fuit Maſſiniſſæ, nam hic adeo religiones cōtempſit ut iocabundus multa ſacrilegia commiſerit, & q̃q̃ ipſe pœnas euaſerit, eius tamen filius grauiſſimas pœnas dedit. Nā regno pulſus corinthum ſe cōtulit, ubi præ inopia litterarū ludum in publico aperire coactus eſt. ¶ Syracuſis ge. bene inq̃ dixit non oportere mores natione perpendi, cum maſſiniſſa in media barbarie natus ſacrilegium emendauerit. Diony. uero ſyracuſis genitus, quā conſtat urbem græcorum fuiſſe præſtantiſſimam, ubi ſtudia humanitatis exercebantur, nō tamen ab ingenio ſuo diſcedere potuit, qui ſacrilegia multa cōmitteret. ¶ Syracuſis, Ac ſi diceret, In qua mores & philoſophorū præcepta uigebant Syracuſæ teſte Cicerone uerrinarum lib. vi. omnium græcarum urbium maxima atque pulcherrima fuit. Recognoſcim⁹. Quia nota ferme ſunt omnibus eius ſacrilegia. ¶ Proſequi, narrare. ¶ Ioui olymp. templum fuit Iouis olympii in urbe Acarnania haud procul à ſyracuſis, ſicut uult Cice. in uerrinis. Alia, inquit, urbs eſt haud procul à ſyracuſis, cui nomen eſt acarnania, in qua olympii Iouis antiquiſſimum fanum eſt. Amiculo. Paruo amictu, hoc eſt palliolo. ¶ Manubiis carthaginienſium. Quas à Sci. affricano ſuperiore acceperat. ¶ Epidauri æſculapio barbam, Epidannus urbs eſt Epiri, quæ nunc Dyrrachium dicitur, epidaurus uero teſte Soli. lib. de memorabilibus mun. ubi loquitur de Achaia, urbs eſt Achaiæ; quærno nemore redimita, & æſculapii delubro percelebris, dicit enim Inachus achaiæ amnis argolicū ſecat tractum, & reliqua, deinde ſubiungit: Epidauro decus eſt æſculapii ſacellum, cui incubantes ægritudinum remedia capeſſunt de monitis ſomniorum, unde & æſculapius epidaurius ſæpe dictus eſt. Ouid. de Pon. Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas. Sanabit nulla uulnera cordis ope. Strabo lib. viii. in deſcriptione locorum achaiæ, epidaurus, inquit, antea epitaurus uocabatur, eam cares Ariſtotele teſte occuparunt, ſicut & hermionem, redeuntibus uero heraclidis Iones ex attica tetrapoli, ideſt quaternas urbes cōtinente, eos ad argos comitantes etiam in unis cohabitare mœnibus, hæc autem non parum inſignis eſt ciuitas, præſertim ex æſculapii claritate nobilitata, quem uaria morborum genera curaſſe ſomniati ſunt homines, erat uero templum ægrotantium multitudine uſqꝫ quaqꝫ refertum, pendētes uſqꝫ tabellis, in quibus ſanati langores erāt inſcripti, quēadmodum & in Coa fiebat inſula pariter & trica. Sita urbs eſt in ipſo ſaronici ſinus receſſu intimo, ſtadiis. xv. circuitam

Syracuſæ.

¶ Idem menſas argenteas. Mos fuit apud antiquos, ut menſæ argēteæ in deorum templis conſecrarentur, in his autem inſcribebatur titulus των αγαθων θεων, ideſt bonorum deorum, hic ubi literas legiſſet, iniquū ſane, inquit, eſſe deorum bonitate nō uti. ¶ Victorias aureas inſignia uictoriæ. Cice. uictoriolas dixit diminutiuum. Victorias, Deæ uictoriæ ſtatuas, mos fuit apud maiores, ut imperatores ex hoſtibus parta uictoria, ſtatuas quaſdā, & imagines deæ uictoriæ conſecrarent. Quintilianus de inſtitutione oratoria lib. ix. Themiſtocles, inquit, aureas uictorias conflare uolebat, pateras & coronas ſicut apud antiquos fiebant ¶ Porrectis manibus; quaſi offerri uiderentur. ¶ Accipere, non auferre. Differentia inter accipere & auferre. Nam id accipitur, quod ultro datur, auſertur uero quod ab inuito extorquetur, ergo accipimus datū, auferimus negatū. ¶ A quibus bona p̄camur. Nos deos, inquit, quotidie p̄camur, ut nobis bona cōcedāt, & cū ultro offerunt, accipere recuſabim⁹? ¶ Qui tametſi debita ſupplicia. Cice. de natura deorum libro ultimo oſtendit hunc feliciter mortuum. dicit enim hunc nō olympius Iupiter fulmine percuſſit, non æſculapius miſero, diuturnoqꝫ morbo tabeſcentem interemit, at qui in ſuo lectulo mortuus in triūphantis modum in rogū illatus eſt, eāqꝫ p̄tātem, quā per ſcelus nactus eſt, quaſi iuſtā, & legitimā hæreditatis loco filio ſuo tradidit, ſed iſ eā diutius retinere nō potuit, nam regno pulſus ludi magiſter factus eſt, & in triuio literas docuit & hoc modo patris pœnas filius dedit. Sed de huius ſacrilegi regis morte Iuſtinus uehementer à Ci. diſſentit, non. n. feliciter mortuum in ſuo lectulo iacentē, ſed à ſuis crudeliter necatum fuiſſe dicit in fine lib. xxi. ſuorum epithomatū. dicit enim Dio. quem pauloante non Sicilia non Italia capiebat, aſſiduis belli certaminibus uictus, fractuſqꝫ ad poſtremū inſidiis ſuorum interficitur, ſed magis Cic. credendum eſt. At Corne. nepos dicit hunc manu forti, belliqꝫ peritū fuiſſe, & quod in tyrāno non facile reperitur, minime libidinoſum, non luxurioſum, nō auarū fuiſſe, nulliuſqꝫ rei cupidū, niſi ſanguinis, perpetuiqꝫ imperii, oēm eamqꝫ rem erudelem ¶ Dedecore filii, de quo multa Iuſti. li. xx. ut diximus, ſed quod hanc rem p̄tinet, dicit illū in ſegnitiem lapſum ſaginā corporis ex nimia luxuria, oculorūqꝫ ualitudinē contraxiſſe adeo ut non ſolem, non puluerem, nō deniqꝫ ſplendorem ipſius lucis ferre poſſet, pulſum deinde ſyracuſis corinthū fere cepiſſe, ibiqꝫ humillima queqꝫ tutiſſima exiſtimantē in ſordidiſſimū uitæ genus deſcēdiſſe, non contentā in publico uacari, ſed

Accipe auferre

cari, ſed potare, nec conſpici in popinis, lupanaribus, ſed totis diebus reſidere, cum perditiſſimo quoq; de minimis rebus diſcepetace, pãnoſum, & ſqualidum uideri riſum libentius præbere ꝗ captare, in macello præſtace, & quod emere non poterat, oculis deuorare, nouiſſime ſe ludi magiſtrum profeſſum pueros in triuio docere, unde Oui. lib. de ponto. ille ſyracuſia modo formidatus i urbe. Vix humili duram reppulit arte famem, ergo dedecore filiũ quẽ ex rege potentiſſimo ludi magiſtrum fecit eſſe fortuna. ⁋ Lẽto enim gradu ad uindictam. Sententia pulchra & generalis huicq; loco maxime accõmodata, uidelicet improbo, ꝗuis ſeras, tamẽ graues manere pœnas, Sic & Hor. Raro antecedẽtem ſcelestum pœna deſerit pede claudo, pœna ſenſim proſequitur nocẽtem. ⁋ Tarditateq; ſupplicii. Sicut i Dionyſio Dionisii filio, qui ſyracuſis pulſus corinthi litterarum ludum aperire coactus eſt, legitur etiã ꝙ obſonia uendiderit.

De Thymaſitheo principe Liparitanorum.

IN quam ne incideret Thymaſitheus Liparitanorum princeps cõſilio ſibi aliter, atq; uniuerſæ patriæ, vtili prouidit exemplo. Excepta namq; i freto a ciuibus ſuis Piraticã exercentibus, magni ponderis aurea cratera, incitatoq; ad eam partiendam populo. vt comperit a Romanis pythio Apollini decimarum nomine dicatam, eam Delphos perferandam curauit.

ASCENSIVS.

SYracuſis &c. Ponit multa exempla de ſacrilegio Dionyſii tyranni ſiculi, quem acriter taxat, eo ꝙ non in barbara terra, ſed ſyrscuſana, ubi græcorum ſtudia & mores uiguere, natus à prauo ingenio non ſit retractus. Ordo eſt. Diony ſcilicet ſuperior, genitus ſyracuſis urbe clariſſima in Sicilia, duxit loco uoluptatis, idest habuit utrem uoluptuoſam, proſequi dictis iocoſis, idest iocolari dicacitate, & ſalibus impiis, tot ſacrilegia ſua quot iam recognoſcimus, idest recenſemus. Fano enim proſerpinæ ſpollato, ſcilicet ab eo locris, ideſt in ea urbe uicina Siciliæ cum ueheretur claſſe per altum, ſcilicet mare, uento ſecundo, idest proſpero quia à tergo flante, ridens ait amicis, ſaltẽ ſimulatis per metũ, quia ueros amicos non meruit habere, ò amici uidetis ne ꝗ bona nauigatio tribuatur ſacrilegis quaſi dicat nobis, ab ipſis diis immortalibus ⁋ Detracto ẽt &c. Ordo eſt. Etiam amiculo, idest genere quodam amictus, aureo magni ponderis detracto. t. poſt ꝗ ipſum detraxerat, Ioui olimpio, quo. ſ. amiculo hiero tyrannus. ſ. ſiciliæ ante eum ornauerat eum. ſ. Iouem, è manubiis, idest parte præde duci cõpetente Cartha. i. quas Scip. abſtulerat Carthaginẽſibus & hieroni dederat, & pallio laneo iniecto ei. ſ. Ioui, hoc eſt idolo eius, dixit amiculum aureum eſſe graue, & ita moleſtum æſtate, & frigidum hyeme, aũt ꝑ ſed laneũ ſup. amiculum eſſe aptius ad utrũq; tp̃s anni. unde patet neutri eſſe generis, forte quia amiculus ab amicus diminutiuũ eſt, unde flaccus in epiſto. Diſce docendus adhuc ꝗ cẽſet amiculus, & ita legendum erit graue non grauem, niſi forte grauẽ dixeris amiculum, & laneũ ſup. palliũ aptius ſed nõ placet adiectiua enim ad proximũ ſubſtãtiuum adiiciuntur. ⁋ Idẽ epidauri Ordo eſt. Idem ſ. Diony. tyrãnus iuſſit barbã auream demi. i. abſtrahi æſculapio apollinis filio, & medicorũ principi epidauri, ubi præcipue colebatur, & unde eius nomẽ in ſpecie draconis Romã aliqñ accitũ crediderunt, iuſſit aũt demi, ꝙ affirmaret non conuenire. i. non eſſe decens & conueniens Apollinẽ patrẽ æſculapii conſpici imberbem, idest læuem, & ſine barba, uero pro ſed, ipſum. i. æſculapium barbatum. Qui ideo barbatus fingebatur, & pingebatur, ꝙ cum medicorũ habitus eſſet peritiſſimus, & grauiſſimus, barba illi congrueret, Apollinem autem imberbem, ꝙ per eum (eſt. n. ſol) oĩa uirent. Vnde. Solis eſt phœbo bacchoq; æterna iuuẽta. Et decet intonſus crinis utrunq; deum ⁋ Idem, ſcilicet Dionyſius tyrãnus, ſuſtulit &. i. abſtulit, ſurripuit, è fanis ædibus ſacris, menſas argenteas, atq; aureas quodq;, idest & ꝙ, idest quis ſcriptum erat in his. ſ. menſis more græco, quia græci, ut res ſacræ noſcerentur, inſcripſerunt eas nominibus deorũ, eas. ſ. menſas eſſe bonorũ deorũ, ipſe prædicauit. i. prius, ac palam dixit, ſe uti bonitate eorum. i. deorum. Nam bonos beneficos interdum uocamus. ⁋ Idem, ſcilicet tyrannus, tollebat. i. auferebat, uictorias. i. imagines uictoriarum, quas uictores in rei memoriam in deorum manibus poſuerant, & pateras uaſa patentia, galli taſſias uocant, & coronas aureas quæ ſuſtinebantur, manibus ſimulachrorum porrectis, idest extenſis, quaſi quod ſuſtinerent porrigentibus, & dicebat ſe accipere, ſcilicet à dantibus eas, ſcilicet uictorias, coronas, & pateras aureas, non auferre, ſcilicet ab inuitis, argumentando, idest pro ratione adducendo, eſſe perquam, idest ualde ſtultum, nolle ſumere bona ab his, ſcilicet diis, porrigentibus ſup. ea. ⁋ A quibus precamur, ſcilicet ut porrigant bona. Qui ſcilicet Dionyſio. tametſi non exoluit debita ſupplicia ſcilicet in uita, tamen mortuus rependit, idest perſolu.t pœnas. ⁋ Dedecore, idest per dedecus filii, ſcilicet Dionyſii iunioris, qui regno turpiter pulſus erat, quas effugerat uiuus. Enim pro quia, diuina ira procedit ad uindictam ſui, idest ad ſe uindicandam, hoc eſt ad uindictam faciendam de iniuria ſibi illata, gradu lento, idest tardo, & compenſat tarditatem, idest dilationem ſupplicii, grauitate ſupplicii, quia tanto grauius punit, quanto tardius. Quod licet ſit pie dictum & ſatis conformiter ad fidem noſtram, tamen non ſatis fideliter ſentit, eum luiſſe ſupplicia in dedecore filii, quod ſolum in opinione uiuentium ad defunctum pertinuit, quia uero nõ grauiores multo dat pœnas in inferno. Sed loquitur quaſi nullus ſit infernus, aut nihil maneat in homine, quod illuc detrudatur. Contra, ſancte ſuperius dixit manibus ſimulachrorum, quaſi non deos cenſeat, ſed effigies deorum, ac idola, ſicut reuera erant habitacula dæmoniorum.

THEOPHILVS.

VIctorias. Victoriolarum ſigilla porrectis ſtatuarum manibus imponebant, ut in antiquis numiſmantibus eſt uidere. Sed & ipſum Nemeſis ſimulachrum uictoriolarum ſigilla ſuſtinuiſſe legimus, eaque. Enchiridia græce dici non latebit athenæi ſtudioſum.

OLIVERIVS.

IN quam ne incideret Thymaſi. Thymaſitheus liparitanorum princeps, ualde, inquit, diſſimilis fuit Dionyſi. nam ille multa ſacrilegia. committebat, hic commiſſa corrigebat, licet enim pyraticam exerceret, tamen ut ſenſit prædam ex Romanis captam apollini conſecratam eſſe, reddendam curauit. Camil. cum in obſidione ueiorum decimam prædæ partem uouiſſet apollini, ſi potiretur urbe, poſt aliquot annos urbe capta dixit Populo Romano religionem tueri, quare coactus Populus Romanus decimam prædæ partem exoluere, tanta in camillum exarſit inuidia, ut illum die dicta miſerit in exilium, uerum ut religione ſolueretur, ex hac decima craterem fieri iuſſit apollini deportandam, quecum deportaretur, atque claſſis Roma. ad Liparem inſulam perueniſſet, capitur à liparitanis piraticam exercentibus, erat tum in ſummo magiſtratu Thymaſitheus, romanis uir ſimilior ꝗ ſuis, qui legatos, donumq; & deũ, cui mitteretur, & doni cauſam ueritus, ipſe multitudinem ſuam, quæ ut diuideretur præda efflagitabat, metu iuſtæ religionis impleuit, adductoſq; in publicum hoſpitium legatos cũ præſidio etiam nauium delphos proſecutus eſt Roma. inde ſoſpites redierunt, hoſpitium & amicitia cum Thymaſitheo ex ſenatuſcunſulto publice factum, donaq; illi publice data. De hac decima & uoto legitur, ꝙ cum propter eius ſoluendæ maximam difficultatem grauata longis tributis plebe, exhauſtoq; diutinis bellis ærario, ſeditio appareret in urbe, matronæ cœtibus ad eam rem conſultandam habitis, cõmuni decreto pollicitæ, tribunis militum, aurum, & omnia ornamenta ſua in ærarium detulerunt, grata ea res, ut quæ maxime ſenatui unquam fuit, honoremq; ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilentis, ad ſacra, ludoſq;, carpentis feſto profeſtoq; uterentur ⁋ Vtili exemplo, Vt etiam ad alios tale poſtea exemplum manaret, ut religioni uenerationem habere uellent. ⁋ Aurea cratera. Dicitur hic crater terris. Vir. Crateres magnos ſtatuunt, & uina coronant. Item alibi. Tum pater Anchiſes magnum cratera corona. Induit, impleuitq; mero, dicitur & hic cratera, teſte Statio libro thebaidos decima. Et bacchus in altos crateras,

Pilentis uſæ matronæ qñ pmũ
Crater
Cratera

¶ De vindicta cereris in Alexandri milites exercita.

MIleſia Ceres, Mileto ab Alexandro capta, milites, qui templum ſpoliaturi irruperant: flamma obiecta priuauit oculis.

¶ De Perſarum in Apollinem religione.

PErſæ mille nauium numero Delum cõpulſi: templo Apollinis religioſas potius manus, quam rapaces adhibuerunt.

¶ De Religione Athenienſiũ, qui philoſophos ẽt irreligioſe diſputantes nõ tulerunt.

ATheníenſes Diagoram philoſophum pepulerunt: quia ſcribere auſus fuerat: primum ignoraſſe an dii eſſent: deinde ſi ſint, quales ſint. Iidem Socratem dãnauerunt, quod nouam religionem introducere videbatur. Iidem Phidiam tulerunt: quamdiu is marmore potius, q̃ ebore Mineruam fieri debere dicebat: ꝙ diutius nitor eſſet manſurus: ſed ut adiecit, & vilius, tacere iuſſerunt.

& inuenitur hæc cratera, quod magis in uſu eſt, ut hoc loco. Li. pari ratione dixit lib. v. auream crateram fieri placuit, nam ab accuſatiuo græco, ut quidam uolunt, fit nominatiuus latinus κρατῆρα hæc cratera, quod in pleriſq; nominibus fieri ſolet, ut panthera. ¶ Pythio apollini, Pythius apollo dictus eſt à pythone ſerpente, quem interfecit, qui & python & phyton dicebatur, unde cum p aſpirato, & ſine aſpiratione ſcribi poteſt, & ſic pythium & phytium apollinem dicimus, eiuſq; ludos phytia, ſeu pythia. Oui. meta. lib. i. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos. Phytia perdomitæ ſerpentis nomine dictos, quidam uero ſunt. qui uolunt phytiũ deriuari à πυνθάνομαι, hoc eſt ab interrogatiõe, eo ꝙ apollinis oraculum frequenter interrogaretur, melior tamen eſt ſuperior expoſitio.

ASCENSIVS.

IN quam &c. Affert exemplum nõ neglectæ, ſed ſeruatæ religionis, cuiuſmodi & alia ſed in multis exemplaribus pretermiſſa ſunt, de hoc autem ſatis ampliter Oliue. diſputat. Ordo igitur ẽ. In quam, ſcilicet deorum uindictam, aut iram ne Thymaſitheus priceps liparitanorum, ideſt populorum lipares inſulæ unius ex æolis, incideret, ipſe ſup. prouidit conſilio, ideſt conſulte & prudenter, exemplo utili aliter ſibi, atq;, ideſt q̃ uniuerſæ patriæ, quia ſibi prouidit, cum gloriæ incremento ex religionis obſeruatæ laude, patriæ, quia ad prædam auidior erat, tantummodo ad uindictæ euaſionem. Hæc autem lectio in aldina impreſſione eſt, Oli. legente conſilio ſibi, & aliis, atq; uniuerſæ patriæ utili prouidit exemplo, licet minus placet, nam fruſtra adddere tur, poſt, & aliis, atque uniuerſæ &c. ¶ Lege ergo conſilio ſibi aliter, atq; uniuerſæ &c. (Namq; pro quia, cratera aurea, ideſt poculo ex ſolido auro.) Declinatur autem hic crater huius crateris penul. lon. uel crateros, unde accuſatiuus hũc crateta, à quo, ut in aliis quibuſdam fit, nominatiuus primæ mutato genere, hæc cratera ræ, ſicut à ſtater fit ſtatera, à caſſidem uel caſſida, hæc aſſida &c. immenſi ponderis, quia octo talentorum, ut Sabellicus atteſtatur, utpote, quam Ro. dicauerant Apollini pythio apud delphos, nomine, ideſt ex debito, decimarum, ſcilicet uotarum à camillo ex omni preda ueientana, que nimirum ingens erat. Ea igitur cratera, excepta. i. per inſidias, aut inuaſiones capta, in freto, ideſt mari una cũ legatis ipſam deferentibus, à ciuibus, ideſt ſubditis ſuis liparitanis, exercentibus pyraticam, ideſt latrocinium maritimum, & populo incitato. ideſt prouocato ob eius prætium & immenſitatem ad partiendam, ideſt condiuidendum eam ut. i. poſtq̃ comperit, ſcilicet apollini dicatam fuiſſe, curauit eam perferendam una cũ lagatis romanis, delphos, ubi erat apollo pythius templi princeps.

MIleſia &c. hoc exemplum, & multa ſequentia in paucis uoluminibus comperiuntur, de quorum acceſſione ſcripſit aldus Manutius ad eorum inuentorem in epiſtola ſua nuncupatoria, cuius tale eſt exemplum. ¶ Miletos ſeu miletus urbs eſt clariſſima in finibus Ioniæ & curiæ lanitio nobilitata, unde fit adiectiuum non miletus, ſed mileſius, quam urbem cum Alexander Mag. cepiſſet & militibus diripiendam dediſſet, milites in templum Cereris ad ipſum ſpoliandũ irrumpentes, ſunt à dea excæcati, obiecta oculis illorum flamma. Nihil enim efficacius facit ad excæcationem q̃ nimius fulgor ex obiectione flammarum in tabulas æneas. Ordo eſt. Ceres Mileſia, ideſt ab Mileſiis uenerari ſolita, Mileto, ſcilicet urbe capta ab Alexandro, ſcilicet magno priuauit oculis i. uſu oculorum, hoc eſt uſu, milites. ſ. Alexãdrinos, qui irruperant, ideſt per uim intrauerant tẽplũ, ſpoliaturi, ideſt ut ſpoliarent templum, priuauit dico oculis, flamma, ideſt nimia reſplendentia obiecta oculis.

PErſæ &c. Affert exemplum potius ſeruatæ q̃ neglectæ religionis. Nam de neglecta religione uerius eſſet exemplum, quod de eiſdem perſis recitat Sabellicus æneadis tertiæ lib. ii. qui cum delphicum templum ſpoliare tentaſſent, fulminibus, & fœda tempeſtate, & duorum ſcopulorũ è parnaſi uertice ſubito caſu ad quatuor millia obruti ſunt. Ordo hic eſt. Perſæ compulſi, ſcilicet ui uentorum delũ. i. ad eã inſulam, que patria apollinis, & dianæ dicitur & ubi inſigne habuit templum oraculis clarum, numero mille nauium, tot enim Xerſi fuiſſe Aeſchilus eſt author, cum centum octoginta atticas naues contra illas ſtetiſſe dicat. adhibuerunt tẽplo apollinis, quod in delo ẽ, manus potius religioſas, quia donaria auxerant, q̃ rapaces, quia nihil abſtulerunt.

ASCENSIVS.

ATheníenſes &c. Affert tria exempla ſeruatæ religionis ab atheni. & totidem neglectæ à diagora, Socrate, & phidia. Diagoras enim philoſophus uulgo ἄθεος, ideſt Diagoras.
ſine deo dictus eſt, eo ꝙ deos Atheos
negauit, & omnem deorum opem, qui (ut Cicer. lib. iiii. de natu. deo. dicit) cum Samothraciam ueniſſet, atq; ei quidam amicus dixiſſet, tu qui deos putas humana negligere, nonne animaduertis ex tot tabulis pictis q̃ multi uotis uim tempeſtatis effugerint, in portumq; ſalui peruenerint? Ita fit, inquit. Illi enim nunq̃ picti ſunt, qui naufragia fecerunt, in mariq; perierunt quaſi dicat qui ſalui euaſerant etiam euaſuros fuiſſe. tametſi nulla nuncupaſſent uota, atqui perierant, licet uероſimile ſit, non minora nuncupaſſe, non minus tamen periiſſe. Unde ex his qui perierãt potius cõcluderet, aut deos non eſſe aut opem nullam ferre q̃ ex ſaluis contra. Socrates Socrates.
autem (qui teſte Cicerone in prologo quinti tuſcu. libri, philoſophiã euocauit è cælo, & in urbibus collocauit, domoſq; introduxit, & cœpit de uita, & moribus rebuſq; bonis, & malis quærere, quamobrem, ut ſcripſit Solinus Non ſolum cõſenſu hominum, uerum etiam oraculo apollinis fuit ſapientiſſimus iudicatus) immerito fuit ab Anyto homine diuite & factioſo, & à Melito accuſatus, & per Ariſtophanem poetam comicum in comœdia, quas nebulas inſcripſit, falſo criminatus ꝙ nebulas coleret, & Athenien religionibus detractaret, & pubem ſeduceret Sunt autem qui aſſerant Socratẽ prædicaſſe unum ſolum deũ more iudæorum, de quibus Iuue. Nil præter nubes, & cæli numen adorant, unde nebulas coluiſſe criminabatur, & cum ſuperſtitiones multas dãnaret religioni detrahere culpabatur. Phidias uero ſtatuarius fuit Phidias
clariſſimus authore Quintil. lib. xii. tam diis q̃ hominibus effingendis artifex melior, In ebore uero lõge citra æmulum, uel ſi nihil niſi Mineruam athenis, aut olympiũ in Elide iouem feciſſet. cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiã receptæ religioni uidetur, adeo maieſtas operis deum æquauit. Verũ ut hoc loco innuitur, cum laudatus ꝙ mineruã in ebore ſic effigiaſſet. dixiſſet melius in marmore effigiari, ꝙ candor in marmore diuturnior eſſet, ſicut reuera eſt, nã marmor, quo uetuſtius, eo ſplendidius, at ebur uetuſtate croceum colorem attrahit, lubenter ab atheni. auditus eſt, at cum adieciſſet, etiã uilius ex marmore q̃ ex ebore haberi, tacere iuſſus eſt, ꝙ male uideretur de religione athẽ. ſentire, ut q̃ impenſæ pcerent in deæ cultu, qđ illi nolent. Ordo eſt. Athẽ. pepulerant. ſ. ex urbe ſua, diagorã philoſophũ, qa fuerat auſus ſcribere, ignoraſſe ſup. ſe primũ, an dii eſſent, deiñ ſi ſint, q̃les ſint cuius ignorationis prior ps durior eſt, qa pauci noſcũt, q̃les ſunt dii oẽs tñ boni credũt, eos bonos eẽ ꝙ iuſtos, ac bñficos, qđ ille negabat,

gabat, unde pro utroq; dicto damnatus eſt. Idem ſ. Atheni. damnauerunt ſocratem, q; uidebatur introducere nouam religionem, non tamen introduxit. Vnde penitentia ducti ſunt athe. ſed ſera, preſertim q; Platonem pro præceptore ſuo orantem audire noluerint. Iidem. ſ. athen. tulerunt, ideſt paſſi ſunt, & libenter audiuerũt phidiam, ſcilicet ſtatuarium peritiſſimũ, q̃diu is dicebat Mineruam debere fieri potius marmore q̃ ebore, q; ideſt quia nitor, ideſt ſplendor, & candor eſſet manſurus diutius in marmore, ſcilicet q̃ in ebore, ſed ut. i. poſtq̃ adiecit, &, ideſt etiam uilius. i. minore impenſa, quia uilius ẽ athenis marmor etiam parũ q̃ ebor, ipſi iuſſerunt ſup. eum tacere, ut qui neſciret, quid diceret, aut qui non recte ſentiret de animo athenië. qui ſ dea colenda non quærerent impenſæ parcere,

Diomedõ &c. Hoc quoq; exemplum ſeruatæ, non neglectæ religionis eſt. Quocirca ſuſpicari licet ut ſublata fuerant multa exempla, ita perperam locata. Quid enim minus negligẽs religionis ipſo Diomedonte, qui ne ad mortem quidẽ proficiſcẽs eam negligere potuit? Cum. n. contra preſcriptum magiſtratus Athenienſibus cum aliis ducibus feliciter q dem pugnaſſet, ad mortem tamen damnatus eſſet, q; remp. manifeſto diſcrimini commiſiſſet, non recuſauit mortem, ſed unum obteſtatus eſt, ut uota pro ſalute exercitus à ſe nuncupata pſoluerentur. Ordo eſt, Diomedõ unus ex decem ducibus, qui pepererãt eadem pugna Athe. uictoriam quia hoſte uicerunt, uero pro ſed, ſibi ſup, ipſis pepererant, ideſt acquiſiuerant dãnationem, ideſt ſentẽtiã mortis, q; contra edictum pugnaſſent, cum duceretur iam ad ſupplicium mer tum. nihil locutus eſt aliud, q̃ ut uota nuncupata, ideſt expreſſa uoce ſuſcepta, ab ipſo, ſcilicet Diomedonte, pro incolumitate exercitus, ſoluerẽtur, ſcilicet à ciuitate Athe.

Numa Pompilius. Titulus hic totus erat ſublatus, aut forte interciderat, ſed ut conſulto ſublatum putem, id facit, q; nihil magis religionem à numa inſtitutam authoritate, ac fide priuet, q̃ dicere ſimulatum eſſe eius cum Aegeria congreſſum. Si enim numa credidit, non ſatis auguſta fore populo, quæ indiceret ſacra, niſi Numinis alicuius intercederet authoritas, multum fidei eius detraheret, quiſquis diceret ficticium eſſe eius inuentum. Quo circa cum ſenatus approbauerit cremandos libros Numæ, q; religionem labefactarent, q̃to magis hunc titulum cenſuerit delẽdum, qui Numæ authoritatem detraxerit. de hoc tamen commento Numæ ſic dicit Liui. lib. I. ab urbe condita. Omnium primũ rem ad multitudinem imperitam, & illis ſæculis rudem efficaciſſimã, deorũ metum iniiciendum ratus eſt, q cum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi nõ poſſet, ſimulat ſibi cũ dea ægeria cõgreſſus nocturnos eſſe, eius ſeſe monitu, q̃ acceptiſſima diis eſſent, ſacra inſtituere. Et paulo poſt. Lucus erat quẽ mediũ ex opaco ſpecu fons perẽni rigabat aquã quo q̃ ſe perſæpe Numa ſine arbitris uelut ad congreſſum deæ inferebat, camœnis eum lucõ ſacrauit, q; dearũ ſibi cõſilia cũ cõiuge ſua ægeria eſſent, & ſoli fidei ſolẽne inſtituit. Hæc ille. Sicut ergo Moyſes uere aſſeruit ſe legem à deo, dei digitiſq; ſcriptam accepiſſe, ita ethnici quoq; legum latores numinis alicuius interpoſuerunt authoritate, ſcientes difficile eſſe hoĩem homini parere. Ordo eſt. Numa Põp. q fuit ſecundus Romanorũ rex, uolebat uideri cõgreſſus nocturnos eſſe ſibi cũ dea ægeria. (Quæ nympha erat, aut dicta, ut regi maior eẽt authoritas, ſicut herſilia Romuli cõiunx, p nympha eſt tota, aut uulgo credita, q; ſpiritus ſuccubi pro deabus fontium, montium, arborum, fluminum aut marium ſeſe mortalibus exhibebant) ideo autem id uolebat, ut obligaret, ideſt deuinceret. P. R. ſacris, ideſt rebus diuinis, quas alioquin non obſeruaſſet, & uolebat uideri ſe inſtituere ſacra, quæ forent accepta diis immortalibus.

De Diomedonte.

Diomedon unus ex decem ducibus, qui eadem pugna Athenienſibus victoriã, ſibi vero damnationem pepererunt: cũ iam ad meritum ſupplicium duceretur: nihil aliud locutus eſt: q̃ vt vota, pro incolumitate exercitus, ab ipſo nuncupata ſoluerentur.

De Simulata Religione. Cap. III.

Numa Pompilius, vt Populũ Ro. ſacris obligaret: volebat videri ſibi cum Dea Aegeria cõgreſſ⁹ eſſe nocturnos: eiuſq; monitu ſe: quæ accepta diis immortalibus ſacra forent, inſtituere.

De Scipione Africano.

Scipio Africanus non ante ad negocia publica, vel priuata ibat: q̃ in cella Iouis capitolini moratus fuiſſet. & ideo Ioue genitus credebatur.

De Lucio Sylla.

Luci. Sylla quoties prælium committere deſtinabat: paruum Apollinis ſignũ Delphis ſublatum: in conſpectu militum complexus: orabat uti promiſſa maturaret.

De Quinto Sertorio.

Quintus Sertorius per aſperos Luſitaniæ colles Ceruam albam trahebat: ab ea ſe, quænã aut agenda, aut vitanda eſſent: p̃dicans admoneri.

ASCENSIVS.

Scipio &c. Secũdum exemplum ſimulatæ religionis de Scipione Aphricano maiore, de quo Sabellic⁹ Aeneadis quintæ lib. iiii. Fuit Sci. non tantũ ueris uirtutibus mirabilis, ſed ab ætate etiam ineũte in earum oſtentatione noua quadam arte compoſitus. Iã inde ex quo uirilem togã ſumpſit, nullo die priuatam ullã, aut pub. rem prius egit q̃ in capitolium aſcenderit, ibiq; in ſecreto ſedens multum temporis ſolus terreret. Addunt quidem ante lucanis horis eum in locum uentitare ſolitum, ne canibus quidem, qui ad cuſtodiam capitolii alebantur illi allatrantibus. Fama præterea tenuit, quæ huic uulgatæ de homini opinioni aſtipulatur, eum immanis anguis concubitu à matre cõceptum. (Quod in Alex. Philippi filio eueniſſe græcorum quidam prodiderunt) obſeruatamq; aliquando in materno cubiculo ſerpentis ſpeciem, quæ hominum interuentu continuo oculis euaneſceret. Sed quonam modo hæc contingere potuerũt, aliorum erit eſtimatio. Miraculi huius fides (quod ſatis conſtat) non ſolum non eſt ab eo illuſa, ſed cum uitæ inſtituto, tum rerum ab eo geſtarum gloria uehementer aucta. hæc ille. Ordo eſt, Sci. aphricanus non ibat ad negocia publi. uel priuata, antequam moratus fuiſſet, ideſt aliquantulum ſolus fuiſſet in cella Iou. capitolini, & ideo quia Iouis authoritate ſe omnia facere ſimulabat, creditus eſt genitus Ioue. in ſpecie tamen ſerpentis, ſicut Alexander ma. ſe Iouis Ammonii filium etiam ab eo in ſpecie ſerpentis genitum iactitabat, tametſi ſubinde matre id afferentẽ argute reprimebat.

Lucius ſcylla &c. Tertiũ exemplũ eſt de Lucio ſcylla, q mira geſſit, & ſpecioſam in mariũ uictoriũ in tyrãnidẽ uertit. Is aũt, ut ſuis fiduciã faceret, hẽbat ſecũ imaguncula apollinis delphis ſublatã, in quo q̃ſi apollinis numen ieſſet, illudq; ſibi ꝓpitium hẽret, orabat eam prælia initurus, ut promiſſam uictoriã maturaret ſimulans uidelicet ob religionẽ ſibi ꝓmiſſam uictoriã. Ordo eſt. Lucius ſcylla, q primus dictaturam inuaſit, & tabulam proſcriptorum ꝓpoſuit, quoties deſtinabat. i. proponebat, cõmittere præliũ, complexus conſpectu militum, paruum ſignum i. ſimulacrum & imaginem apollinis, ſublatum, i. ſubductum, aut clam ſubtractum delphis, orabat ſup illud, uti. i. ut maturaret i. acceleraret promiſſa, quaſi dicat promiſſam uictoriam.

Quintus Sertorio. Quartum exemplum eſt de Sertorio, in quo licet ad numinis, cuius fauorem ſimulabat dignitatem reſpexiſſe uideatur author, quia poſt Iouis à Scipione ſimulatum fauorem, Apollinis recitauit, & nunc poſt apollinis dianæ, tñ potius tẽporum ſequitur rationem, nam cum dignitate præcedat Iupiter ægeriam ſane cum diana ſit uenatrix, eiq; Ceruã ſacra, uideri poſſet p Ceruam intellexiſſe Dianam. Quã quidem ceruam Sertorius non ſimulaſſe dicitur, ſed reuera habuiſſe rerũ gerendarum indicẽ, Vnde ſabellicus de eo Enneadis. vi. li. iiii.

¶ Externa de Minoe Cretæ inſulæ Rege.

Minos Cretenſium Rex nono quoq; anno quoddã præaltum, & vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat, & in eo moratus, tanquã a Ioue, quo ſe ortum ferebat: traditas ſibi leges prærogabat.

¶ De Piſiſtrato Athenienſium Tyranno.

Piſiſtratus in recuperandam Tyrãnidem, quam amiſerat: ſimulatione reducentis ſe in arcem Mineruæ eſt vſus. cum per oſtentationem ignotæ mulieris, quæ Phia uocabat: formatæ ad habitum Deæ, Athenienſes deciperet.

¶ De Lycurgo Lacedæmoniorum legiſlatore.

Lycurgus, conſilio Apollinis, grauiſſimæ Lacedæmoniorum ciuitati: leges compoſitas ferre ſe, perſuaſit.

¶ De Seleucho.

Seleuchus ſub nomine Minerue apud Locrẽſes prudentiſſimus habitus eſt Bacchanaliũ ſacrorum mos nouus inſtitutus, cum ad pernitioſam veſaniam iretur: ſublatus eſt.

¶ De Auſpiciis. Cap. IIII.

¶ De Luctatio.

Lvctatius, qui Primum Punicũ bellum confecit: a ſenatu prohibitus eſt ſortes fortunæ præneſtinæ audire: auſpiciis enim patriis, non alienigenis rempu. adminiſtrare oportere: iudicabant.

Ceſſatum eſt aliquot dies Sertorio uehementer ſollicito, ꝙ Cerua quam penes ſe religioſe habuerat, aliquandiu nullibi locorum extitiſſet, qua demũ conſpecta, ſpei plenus ſuos in aciem eduxit, hæc ille. Sertorium autem perpenna in hiſpania ſuſtulit, uirum ingenti in patriam & in marem pietate. Ordo eſt. Quintus Sertorius trahebat per aſperos colles luſitaniæ regionis hiſpaniæ, ceruam albam, prædicans ſe admoneri ab ea quæ nam eſſent agenda, & quæ nam uitanda. In quo facto, ut ex Sabellico colligere licet, non tam ipſe ſimulator religionis ꝗ neꝗ ſpiritus in forma ceruæ, alioquin non fuiſſet uehementer ſollicitus in eius amiſſione, nam ſimilem facile induxiſſet.

Minos &c. docet externos quoq; legum latores ex ſimulata numinis authoritate legibus à ſe latis fidem & uenerationem peperiſſe. Ponitq; primum exẽplum Minois regis Creten. q tam iuſte regnaſſe, & iudicaſſe dicitur uiuus, ut mortuus ſit habitus iudex apud iferos, unde Vir. Aenei. vi. Queſitor minos urnam mouet. datiq; putantur illi coniudices Aechus & Rhadamanthus, eo ꝙ ipſi ſeuere iudicarint, nam ſecundum eundem Maronem ſequitur eadem cura tellure repoſtos, ideſt quales hic uixerint tales illic habentur, & eadem affectione. Ordo eſt. Minos rex Cretẽſiũ ſolebat nono quoq; anno, ideſt ſemel per ſingulos nouem annos. Is autem numerus antiquis ſacris erat obſeruatiſſimus. forte ꝙ ter ternarium includat. omne autem trinum perfectum. Vnde maro Aene. v. Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit. Noſtri quoq; neſcio, an ſuperſtitioſe nouẽdierum cærimonias in multis obſeruant ſecedere. i. ſeorſum à conſpectu mortalium incedere & ingredi, in quoddã ſpecus. i. antrum, præaltum. i. pꝫ cæteris profundum, & conſecratũ uetuſta religione. i. obſeruantia, & moratus. i. poſtꝗ moram traxit in eo, prorogabat aũt p̄ærogabat. i. ꝗdam p̄rogatione, & eminentia authorizabat, leges ſi quas ferebat tanꝗ traditas ſibi ab Ioue. quo. ſ. Ioue ferebat. i. afferebat ſe ortũ. i. progenitum, ex auropa, cum uerius eſſet Xanthi regis Cretenſium ex europa filius, ſed quia iuſte uixit & ſancte iudicauit, primusq; ut atteſtatur Ariſto. in æthicis & polliticis Cretenſibus leges dedit, Iouis eſt filius creditus.

Piſiſtratus hippocratis filius, doctrina & eloquentia inſignis facile Atheni. rẽpu. occupauit, uno Solone refragante. Fuit aũt ſæpe electus ſemel quidẽ à megadis & aliorum principũ aduerſæ factionis uiris, prius ꝗ tyrãnidẽ ſtabilire potuiſſet, orta inde inter libertatis aſſertores diſcordia, Megades, pactis cũ piſiſtrato filiæ nuptiis eũ in urbem reſtituit, phya muliere prægrãdi ſtatura, nouo ſchemate ornata, & in currũ impoſita, quæ p urbem circũuecta p minerua Piſiſtratũ reſtituẽdũ clamitabat, ludibriũ (inqt Sabel. ennea. ii. li. vi) uel barbaris gẽtibus pudendũ, nõ modo ciuitati ſapientiæ ſtudiis pri. ipi oli futuræ. Idẽ tñ paulopoſt q̃a filiam megadis quã uxorẽ duxit, nõ ut uxorẽ tractauit rurſus expulſus ẽ. Ex hoc aũt ludibrio facile patet, q̃nto errore tenebãtur tunc mortales, q niſi ſe deã aliq̃ñ uidiſſe putarẽt non tã facile credidiſſent phyam eſſe deam. dubitare autem licet, an ab ea galli omnia id genus muliebria fantaſmata phaias uocent, ſed ordo eſt. Piſiſtratus eſt uſus in, ideſt ad recuperandam tyrannidem, ideſt dominationem in athenas, quam amiſerat ſimulatione mineruæ reducentis ſe in arcem, hoc eſt ſimulauit ſe reduci in arcem urbis, per Mineruam deã athenis ſumme uenerabilem, cum deciperet athe. per oſtentationem mulieris ignotæ, quæ uocabatur phya, formatæ ad habitum deæ, ideſt mineruæ erat enim prægrandis, & habitu deæ ſpectabilis.

ASCENSIVS.

Licurgus legiſlator prudentiſſimus perſuaſit ciuitati lacedæmoniorum qui ſunt ſpartani & lacones grauiſſimæ, quia rigidiſſime uixerunt, ſe ferre leges compoſitas conſilio Apollinis, qui prudentiſſimus deorum eſt habitus, unde uaticinia illi addicuntur, ſic tamen ut ab Ioue ea acceperit unde æne. iii. Quæ phœbo pater omnipotens mihi phœbus apollo, prædixit &c.

Seleuchus; exemplum hoc pannoſum, & male conſutis panniculis contextum, nam neq; qui ſit ſeleuchus ſatis aperit, nec qui locrenſes, quia tamen inter externa ponitur de locrenſibus græciæ intelligam, qui azolæ à malo odore dicti ſunt. Præterea nihil ad rem facit, ꝙ Bacchanalia dicit ſublata, quæ Romæ nimirum ſublata ſunt. Vnde id fruſtrum ad aliud caput aſſuẽdum putem. De Bacchanalium autem abolitione late ſcribit poſt Liuium & alios, Sabel. Enne. v. libr. vii. docens compertum indicio hiſpalæ mulieris, & ebutii eius amatoris in illis ſacris à nullo flagitii genere ceſſatum, pluraq; inibi fieri uirorum ꝗ fœminarum ſtupra, ſi qui minus dedecoris patientes eſſent pro uictimis imolari, unde poſt acerrimã innoxios utriuſq; ſexꝰ aiaduerſionẽ, conſulibus dicit datum negocium, ut Romæ ac in tota Italia Bacchanalia diruerent. Dicta aũt erant Bacchanalia à Baccho, cuius ſacris initiati furore corripiebanꝭ, unde Bacchari uerbum notat furere. Ordo eſt. Seleuchus eſt habitus prudentiſſimus apud locrenſes. ſ. azolas in græcia iuxta phocidẽ, unde locri in brutiis italiæ iuxta illud æne. iii. hic & narritii poſuerunt mœnia locri ſub nõie Mineruæ, q̃a eius ſe conſiliũ ſequi, & dictabat, aut q̃a ſe pro ea geſſit, qđ minus uidetur, cũ uir deam male agat Mos nouus Bacchanaliũ inſtitutus (ut opinor Romæ) eſt ſublatus, ideſt penitus extinctus cũ iretur. ſ. fere ab oibus ad ueſaniã pernitioſam, quia in omne flagitium, ut dictum eſt.

Lvctatius &c. Ponit exempla de auſpiciis, aut religioſe, captis, aut perperam neglectis. Atque ita, poſtꝗ de religione in generali egit, tractat de ius ſpeciebus, nam auſpicia, & auguria, non ſortes, miracula, prodigia & oſtenta, quæ diuinationis ſunt partes, ad religionem pertinere putabantur, cum meræ ſint ſuperſtitiones, niſi diuina intercedat authoritas, quod addo, quia ſorte electus eſt mathias. Sane auſpiciũ dictum eſt ab auium inſpectione augurium ab auium garritu. quibus cõfinia ſunt aruſpicina, & extiſpicina ab hoſtiarum & extarum inſpectione, ſunt & aliæ diuinationum ſpecies, ut quando ex igne futura iudicabant, dicitur pyromantia, quando ex aq̃, hydromãtia,

quando

¶ De. C. Cor. Hiſpalo.

CAius Cornelius Hiſpalus prætor peregrinus M. Pompilio lenate. L. Calp. cõſuli. edicto Chaldeos circa decimũ diem abire ex vrbe, atq; Italia iuſſit: leuibus, & ineptis ingeniis, fallaci ſyderum interpretatione, quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem iniicientes. Idem: q Sabazii, Iouis cultu ſublato, mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas ſpetere coegit.

¶ De. L. Aemilio Paulo.

LVcius Aemilius Paulus conſul, cum Senatus Iſidis & Serapis Phana diruenda cenſuiſſet: eaq; nemo opificum attingere auderet: poſita pretexta ſecurim arripuit, tẽpliq; eius foribus inflixit.

¶ De. L. Tarquino.

LVcius Tarquinus Rex cẽturiis equitum, quas Romulus auſpicato cõſcripſerat alias adiicere cupiens: cum ab Decio Accio Nauio augure prohiberetur: offenſus interrogauit: poſſet ne fieri, quod ipſe mente cõceperat: poſſe fieri dicente: iuſſit nouacula cotem diſcindi: q̃ Decius allata: adminiſtrato incredibili facto effectũ ſuæ ꝓfectiõis oculis regis ſubiecit.

¶ De Tiberio Graccho.

TIberius Gracchus, cum ad res nouas pararetur. auſpicia domi prima luce petiit: q̃ illi per quam triſtia reſponderunt: & ianua egreſſus ita pedẽ offendit, ut digitus ei decuteretur: tres deinde corui in eũ aduerſum occinentes: partem tegulæ decuſſam ante ipſum protulerunt. quibus ominibus contemptis a Scipione Naſica pontifice maximo decuſſus capitolio: fragmento ſubſellii ictus procubuit.

¶ De publio Claudio.

PVblius Claudius bello punico primo, cũ prælium nauale committere vellet: auſpiciaq; more maiorum petiiſſet: & pullari', non exire pullos cauea, nunciaſſet: abiici eos in mare iuſſit: dicens, q̃a eſſe nollẽt: bibant.

¶ De. L. Iunio.

LVcius Iunius. P. Cl. collega neglectis auſpiciis, claſſem tempeſtate amiſit: damnationiſq; ignominiam uoluntaria morte præuenit.

quando ex terra, gæomantia, & ex manuum lineamẽtis chiromãtia ſed cum hec ſine iactura morum neſcii poſſint, parce de eis agam. Ordo eſt. Lucti. qui confecit, ideſt finiuit, primum bellum punicum, ideſt Cartha. geſtum à Ro. cum pœnus fuerit autem tria inſignia, prohibitus eſt à ſenatu audire aut potius adire conſulendi grat'a ſortes fortunæ preneſtinæ, que apud preneſte colebatur, enim pro quia ſenatores iudicabant oportere ſup. eum adminiſtrare rempu. ſ. Ro. auſpiciis patriis. q. d. domeſticis, & non alienigenis, ideſt aliunde genitis, aut captis.

CAius &c. exemplum eſt de exactis caldæis, ideſt aſtrologis ex aſtrorum horoſcopo futura iudicantib' que ees parum ad auſpicia facit, unde mixta & ſuffarcinata ſunt hec quoq; exempla. Ordo eſt. C. Cornelius hiſpalus pretor peregrinus iuſſit edicto ſcilicet publico. M. Pō. lenate. & L. Cal. ſeu Calphurnio conſulibus, ideſt dum illi eſſent cõſules, caldæos, ſcilicet profeſſores aſtrologiæ abire ex urbe, atq; italia ſcilicet tota citra legam intra decimũ diem, ſcilicet ab edicto, utpote iniicĩetes leuibus, & ineptis ingenils, ſcilicet uulgi (prudentibus enim non poterant perſuadere) caliginem, ideſt obſcuram prædictionem rerum quæſtuoſam, ideſt lucroſam. ſup. ex fallaci interpretatione ſyderum, quia licet ſydera non mentiantur, eorum iudices ſæpe mentiuntur.

LVcius &c. hoc exemplũ auſpicia ſenatus confirmat, cum ordine aperiã. Ordo autem eſt. Lu. æmilius. Pa conſu. cum ſenatus cenſuiſſet phana, ideſt templa, aut ſacra edificia iſidis & ſeraphis numinum egyptiorum diruẽda ſup. eſſe, ideſt dirui oportere, & nemo opificum auderet ea attigere, arripuit ſecurim iſtrumẽtum ferreum à ſecando dictũ, pretexta, ideſt ueſte patricia, poſita, ideſt depoſita, & inflixit foribus eius templi, in quo illã colebantur.

LVcius Tarqui. Hoc exẽplum mirabiliter auxit auguriorum obſeruationem, cum miraculi tam manifeſta uis ſit ut theologi noſtri dubitent, qua uis factum prædicent. Nam ſi dæmoniaca, cum natura id fieri non poſſit, mirum eſt eandem poteſtatem demonibus promiſſam aliis dicẽtibus, non uere inciſam cotem, ſed aut ui, aut natura fiſſam fiſſa, demoniorum fraude, aut auguris preſtigiis celata, incidi uiſam, de hoc lib. ideſt ab urbe cõ. ex ea, inquit, re auguriis ſacerdotioq; augurum tantus honos acceſſit, ut nihil belli domiq; poſtea niſi auſpicato gereretur concilia, exercitus uocati, ſumma rerum, ubi aues non admiſiſſent, dirimerentur, neque tunc Tarqui. de equitum centuriis quicquã mutauit &c. Ordo eſt. Lucius. T. ꝑpriſcus, rex Romanorum cupiens adiicere centuriis equitum, quas romulus conſcripſerat auſpicato id eſt capto auſpicio, erant autem Rãnen. Tatienſes: Luceres, nouas, ſcilicet Centurias, ut plures haberet equites, cum prohiberetur equites ab decio accio nauio ſeu neuio (ut Dio. legit) augere, niſi ſup. auſpicato id facere, offenſus, ideſt propter inhibitionem, interrogauit illudens artem authore Liuio ne pro an id, quod conceperat mente, ideſt animo, poſſet fieri, & ſup. augure iam capto augurio, & conſultis auibus, dicente, ideſt reſpondente. poſſe fieri, iuſſit cotem, que duriſſimus eſt lapis, diſcendi nouacula, ideſt cultro raſorio, quia dixit ſe id mente concepiſſe, qua, ſcilicet cote allata, decius, ſcilicet augur incredibile facto adminiſtrato, ideſt per eum, ut miniſtro deorum patrato, ſubiecit oculis regis effectum, ideſt efficaciam ſuæ profeſſionis, unde ſtatua accii capite uelato, quo in loco res acta eſt, in comitio uidelicet erecta eſt cum cote ad rei memoriam.

ASCENSIVS.

TIberius. G. Affert tria omina ſiue oſtenta. Tiberio. G. necem portendentia quæ quia contempſit, necem non euaſit. Erat autem homo ſeditioſus, qui ut plebi placeret, legem agrariam nõ ſine ſeditione motam, aut tulit, aut ferre parauit. Ea autem exigebat, ut agri à. P. R. acquiſiti, qui fere in patrum conſcriptorum, & paucorum nobiliũ erãt poſſeſſione æquis portionibus ciuibus condiuiderentur. Nota eſt de gracchis (Nã Cai' quoq; gracchus frater huius eadẽ de cauſa periit) hiſtoria. Ordo igitur eſt. Tiberius. G. cum pararetur. i. diſponere ad res nouas, utpote ad legem agrariam promulgandã, periit prima luce auſpicia domi. ſ. ſuæ, inquirens an ꝗ pararet, ſuccederent, ꝗ auſpicia reſponderunt illi, per q̃. i. ad modum ualde triſtia. i. aduerſa & egreſſus ianua offendit, ideſt leſit ad obiectum lapidem, aut limẽ, ita pedem, ut digitus, ſcilicet pedis decuteref, ideſt de ſtatione quateretur ei, deĩde, ideſt tertio loco tres corui occinentes, ideſt rauca uoce clamãtes, in eum aduerſum, ideſt oppoſitum, ut protulerunt ante ipſum partẽ tegulæ decuſſam, ſcilicet detecto ꝗbus oĩbus, quia multa ſunt, aut ominibus contemptis, quia nihilominus proceſſit, decuſſus. ſ. in terram in capitolio, in q̃d fugerat à Scip Naſica pontifice maximo ꝓcubuit. ſ. in mortẽ, ictus. i. ꝑcuſſus fragmento, ideſt fruſto ſubſelli. i. ſcabelli illic arrepti.

PVblius &c. Sicut de obſeruata, & de neglecta religione diſtinctim locutus eſt, ita de obſeruatis, & neglectis auſpiciis loqui inſtituiſſe uidetur, nam hoc, & præcedens, & ſequens exemplum de neglectis eſt auſpiciis. Ordo eſt Publius Claudius cum uellet committere cum carthaginienſi. prælium nauale, bello punico primo, nam tria leguntur, & petiiſſe more maiorum, ideſt priſco inſtituto, auſpicia, ideſt ex auium aſpectu [illegible] rem ſtabiliri, & pullarius, ideſt augur, q ad hoc pullos aſſeruabat nunciaſſet pullos non exire cauea, nam ex geſtu exeuntium iudicabãt, iuſſit eos abiici in mare, dicẽs, quia nolunt eſſe, ideſt capere eſcam egreſſæ caueam, bibant. ſ. in mare proiecti. Is autem infeliciter pugnauit.

LVcius Iunius colleg. ſ. in cõſulatu Publii Claudii, amiſit claſſem tẽpeſtate. i. aduerſa diſpõne uentorũ, & aq̃rũ, auſpiciis neglectis i. cõtẽptis & ꝑuenit morte uoluntaria, quã ſibi intulit ignominiã dãnatiõis ſ. à ſenatu, ſi uixiſſet.

CVm Metellus, ſcilicet Lucius homo patricius, & pontifex maximus iret, ideſt iter faceret petens tuſculanũ, ſcilicet agrum, duo corui aduolauerunt in os, ideſt faciem eius aduerſum, ideſt obiectam illis ueluti impedientes iter, & uix. i. cum magna difficultate exuderunt, ideſt obtundendo effecerunt ut rediret domum, ædes ueſtæ arſit noctu pro nocte inſequente. ſ. reditũ eius, in quo incendio Metel. ſeruauit palladium, ideſt ſimulacrum palladis exilio traductum aptum inter ipſos ignes, ſeruauit dico incolume, ideſt illæſum, ipſe tamen orbam luminibus exegit ſenectam authore Plynio libr. vii. de quo. Iuue. ſaty. iii. uel qui Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam.

MArco &c. Cum Cice. opera Antonii triumuiri proſcriptus in Caietana uilla deliteret, miſſi ſunt qui eum occiderent, caputq; Romam ferrent, quam rẽ coruus illi manifeſto augurio p̃monſtrauit. Vnde dicit. Mors imminens Marco Ciceroni, eſt prædicta ſup. illi auſpicio, id eſt auis aſpectione, cum enĩ eſſet in uilla Caietana, iuxta caietam urbem maritimam italiæ, coruus auis nigra, & ita mortis prænuncia, excuſſit in conſpectu eius, ferrum horologii id eſt quod i horologio ſolari umbras faciebat motũ loco, ſcilicet ſuo, & tetendit ꝓtinus ad ipſum, ſcilicet Ciceronem, poſt motũ ferrum, quo iudicaret illi non ſupereſſe horam uitæ, ac tenuit morſu laciniam. ideſt pendulam partem togæ ſup. eius donec Seruus nũciaret milites ueniſſe ad occidendum eum.

ASCENSIVS.

MArcus Brutus unus interfectorum Iulii Cæſa. cũ eduxiſſet in philippicis iuxta pharſaliam, reliquias exercitꝰ ſui aduerſus Cæſa. ſcilicet Auguſtum, & Antonium, ſcilicet triumuirũ, duæ aquilæ aduolauerunt, ſcilicet in apertum aerem, ex diuerſis caſtris, q̃ altera ex caſtris bruti, altera ex caſtris hoſtilibus & edita pugna inter ſe ea, ſcilicet aquila, quæ fuerat ex parte bruti, ideſt quæ ex eius caſtris proceſſerat, fugit mulctata, ideſt afflicta ab aduerſaria, male, ideſt multum, & in malum ſuum, & ita ſignificabat exitum pugnæ futuræ.

De Metello.

CVm Metellus Pontifex Maximus Thuſculanum petẽs iret: corui duo in os eius aduerſum veluti iter impedientes, aduolauerunt, vixq; excuderunt: vt domum rediret, inſequente noctu ædes Veſtæ arſit, quo incendio Metellus iter ipſos ignes raptum palladium incolume ſeruauit.

De Marco Tullio Cicerone.

MArco Ciceroni mors iminẽs auſpicio predicta eſt: cũ enim in villa caietana eſſet: coruus in cõſpectu eius horologii ferrũ loco motũ excuſſit: & protinus ad ipſum tetendit: ac laciniam togæ eo vſq; morſu tenuit: donec ſeruus ad occidendum eum milites veniſſe nunciaret.

De Marco Bruto.

MArcus Brutus cũ reliquias exercitus ſui aduerſus Cæſarẽ, & Antoniũ, eduxiſſet: duæ Aquilæ ex diuerſis caſtris aduolauerunt: & edita inter ſe pugna ea, q̃ ex parte Bruti fuerat: male multata fugit.

Externa De rege Alexandro.

CVm rex Alexander vrbem in Aegypto cõſtituere vellet: architectus Domocrates, cum cretam non haberet: polentaq; futuræ vrbis lineamenta deduxiſſet. ingens auium multitudo ꝓximo lacu emerſa polentã depaſta eſt: qđ ſacerdotes ægyptiorum interpretati ſunt aduenarum frequentiæ alimẽtis ſuffecturam vrbem.

De Deiotaro Rege.

DEiotaro vero regi, omnia fere auſpicata gerẽti, ſalutaris aquile ↄſpectus fuit: qua uiſa abſtinuit ſe ab eius tecti uſu: q̃ nocte inſequenti ruina ſolo æquatũ eſt.

De Ominibus. Cap. V.

OMinum etiam obſeruatio aliquo contactu religionis innexa eſt, quoniam nõ fortuito motu ſed diuina prouidentia conſtare creditur: quæ effecit: ut Vrbe a Gallis deleta: deliberantibus P. C. vtrũ Veios migrarent: an ſua mœnia reſtituerent: forte eo tempore, e præſidio cohortibus redeuntibus: cẽturio in Comitio exclamaret: Signifer ſtatue ſignum, hic optime manebimus. ea enim voce audita, & Senatus accipere ſe omen reſponſo, & plebs circumfuſa approbauit. ...

DEiotarõ uerõ regi, Tranſit ad omnia & recte quidem, nam religioni coniunguntur ea, quæ non ſine numine diuum eueniunt. Deiotarus rex ciliciæ fuit qui cum aquilam uidiſſet declinantem in tectum, ab eius uſu ſe quam primum abſtinuit, ſequenti uero nocte corruit tectum, Cicero libro de diuinatione quid hoſpitem, inquit, clariſſimum, & optimum uirum deiotarum regẽ commemorem, qui nihil unq̃ niſi auſpicato geſſerit, qui cũ itinere quodam propoſito & conſtituto reuertiſſet, aquilæ admonitum uolatu, concläue illud ubi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit, itaq; ut ex ipſo audieram, perſæpe reuertit ex itinere, cum iam progreſſus eſſet multorum dierum uiam. ¶ Auſpicato, quia nihil ferme niſi captis auſpiciis gerebat, auſpiciũ autem ab aſpiciendis auibus dictum eſt. ¶ Solo æquatum. Quia corruit. ¶ Deiotaro hoc. exemplum non eſt de omine, ſed de auſpiciis, in quo Oliuerius propter exemplaris deprauationem deceptus eſt. Ordo eſt. Vero ſed. cum ſuperiora fere malum portenderent, conſpectus ſeu conſpectio aquilæ fuit ſalutaris deiotaro regi quem Cicero defendit, gerenti fere omnia auſpicata, ideſt auſpicio præuiſa (ſunt qui auſpicato legant nec minus placet) qua, ſcilicet aquila uiſa abſtinuit, ideſt alienauit ſe ab uſu eius tecti, ideſt alti ædificii, quod æquatum eſt ſolo, ideſt terræ plane, ruina, ideſt per ruinam ſequenti nocte. Deiotarus rex.

THEOPHILVS.

DEiotarus, rex armeniæ minoris & tetrarcha gallogræciæ, hircius in rebus Cæſa. qui ſiciliæ, uel ciliciæ regem ſuſpicantur parum diligentes hiſtoriæ ſunt. ¶ Veios migrare hinc. Illa indignatio in Neronẽ Roma domus fiet Veios migrate Quirites, ſi non & ueios ocupat iſta domus.

OLIVERIVS.

CVm rex Alexander, ſcilicet magnus uellet conſtituere urbem, ſcilicet Alexandriam in Aegypto, democrates architectus, ideſt princeps ædificiorum, faciendorum, & præcipue mœnium, cum non haberet cretam, ideſt terram albam, & deduxiſſet lineamenta futuræ urbis, polenta, ideſt genere pultis ex farre candido ingens multitudo auium emerſa, ideſt exiſtens, aut quæ euolauerat proximo (ſunt qui legant primo) lacu, depaſta eſt, ideſt abſumpſit aut deuorauit, polentam, quod uocabulum Ouidius etiam neutrale protulit. in metamorphoſeo. dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta, quod ſcilicet auſpicium ſacerdotes ægyptiorum ſunt interpretati, ſcilicet dicentes urbem ſuffecturam alimentis frequentiæ, ideſt multitudini aduenarum.

OLIVERIVS.

OMinum obſeruatio declarat quare omina religioni ſubiungat Cicero libro de diuinatione. Non ſolum, inquit, deorum uoces pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam ominum quæ uocant omina, quæ maiores noſtri, quia ualere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur. ¶ Contactu, coniunctione, & affinitate. ¶ Et præſidio, è loco, ubi præſidia poſita fuerant. ¶ Hic optime manebimus Ecce omen, nã ab ore dicit omen quaſi orimen, q̃cquid ex ore egreditur. Ominis.

egreditur. ſ Senatus accipere ſe ideo hoc dixit quia in poteſtate uidentis & audientis erat, an accipere an reſpuere id uoluerit. ſ Eueſtigio Statim, tractum inde, quia cum aliquid repente fieri uolumus ita dicere ſolemus antequā eueſtigio moueare hoc exeqre. ſ Proſperis auſpiciis. ſ romuli & remi, quorum alteri ſex, alteri .xii. uultures apparuerūt. Veientanæ urbis appellatione. Vt quemadmodum primo Romanum uocabatur poſtea Veientanum appellaretur. Inclitæ uictoriæ, quam Romani ex Veientibus pepererant, urbe eorum capta direptaq;. ſ Infundi miſceri. ſ Huius tam præclari. Liui. dictator, inquit, Camil. Capta Veiorum urbe præcones edicere iubet. ut ab inermi turba abſtineatur, is finis ſanguinis fuit deinde inermes capti, & ad predam miles permiſſu dictatoris diſcurrit, qui cum ante oculos eius aliquanto ſpe atq; opinione maior. maioriſq; precii rerum ferretur, dicitur manum ad cælum tollens precatus eſſe dictator, ut ſi cui hominum deorumq; nimia ſua fortuna Populiq; Roma. uideretur, ut eam inuidiam lenire ſuo priuato incommodo quā minimo publico Populique Roma. liceret, conuertentem ſe inter hanc uenerationem traditur memoriæ prolapſum cecidiſſe, idq; omē pertinuiſſe, poſtea ab euētu rem conlectātibus uiſum ad damnationem ipſius Camilli, clademq; captæ deinde urbis Roma. quod poſt paucos accidit annos. ſ Tam præclari operis author Vt reſtituerētur mœnia urbs Ro. nam ipſe fuit qui ab exilio reuocatus, collectis reliquiis exercitus Po. Roma. qui apud Aliam fluuiū paucis ante diebus turpiter fuſus fuerat, atq; fugatus ex urbe gallos eiecit. Inuidia, ob captam urbem ueiorū quam totius hetruriæ opulentiſſimam fuiſſe conſtat. Et quia felicitas illa uidebatur eſſe nimia, ueritus eſt, ne cui deorum faceret inuidiam. ſ Eius ſe quæ ſua magnitudine diis etiam feciſſet inuidiam. ſ Lap. c. Nam ſicut mos erat adoraturus cum ſe orientem uerſus conuertiſſet prolapſus cecidit, hoc idem affirmat Ci. lib. de na. de. ſ Qua op. dānatus .n. fuit die dicta ſibi a. L. Apuleo tribuno plæ. de qua damnatione dicemus lib. v ca. de ingratis. Merito hic laudat Camillū, difficile diſcrimen eſt, inquit, utrum maior laus fuerit uiciſſe ueios, an oraſſe deos, ut in ſe malum omē conuerterent ſ Victoria igit ut & pietas inter ſe certarunt, quia non facile diſcernens, utrum laudanda magis ſit uictoria Camilli, an ipſa precatio. ſ Auxiſſe bona, Deuictis ueis. Mala, deprecatione ſua.

Adoratum in orientē uertebantur.

ita: Senatus accipe omen ſe reſpondit eueſtigioq; Veios tranſeundi conſilium omiſit. Quam paucis uerbis de Domicilio futuri ſummi imperii confirmata eſt conditio. Credo indignum diis exiſtimantibus, proſperis auſpiciis Romanum nomen ortum. Veientanæ urbis appellatione mutari, inclitæq; victoriæ decus modo abiectæ Vrbis ruinis inſundi. Huius preclari operis author Camillus, cum eſſet precatus, ut ſicui deorum nimia felicitas. Po. Ro. uideretur: eius inuidiā, ſuo aliquo incōmodo ſatiaretur, ſubito lapſu decidit quod omen ad damnationem, qua poſtea oppreſſus ē: pertinuiſſe uiſum eſt merito autem de laude inter ſe victoria, & pia præcatio ampliſſimi viri certauerunt, æq enim virtutis eſt, & bona patriæ auxiſſe, & mala in ſe transferre voluiſſe.

De Lucio Paulo & filia.

Quid illud? quod L. Paulo conſuli euenit, quam memorabile? cum ei forte eueniſſet, ut bellum cum rege Perſa gereret, & domum e curia regreſſus filiolam ſuam nomine Tertiam: quæ tum erat admodum paruula, oſculatus, triſtē animaduerteret, interrogauit quid ita eo vultu eſſet: quæ reſpondit Perſam periſſe. deceſſerat autem Catellus, quem puella in delitiis habuerat nomine Perſa. arripuit igitur omen Paulus, exq; fortuito dicto quaſi certam ſpem clariſſimi triūphi animo præſumpſit.

tem prætulit. At marius ſibi aquas petēdas intellexit, quod quia proſpere fecit obſeruatum eſt, & ſcriptis mandatum, at ſi in mari periſſet, nulla ominis mentio fuiſſet. quin adeo omina, auſpicia. auguria, & id genus portenta nihil efficaciæ credebantur habere, niſi in capientibus & ratificantibus, ut uoluntaria haberetur eiuſmodi ſeruitus Ordo eſt. Obſeruatio ominum eſt etiam innexa aliquo contactu religionis quoniam ſup. ominis obſeruatio credit conſtare non fortuito motu, ſed diuina prouidentia, quam rem ſuæ credulitati prætendūt fere diuinatores affirmantes, q̄ ſiunt ab aſtris dependere, & iō prænoſci poſſe, quæ ſcilicet obſeruatio effecit, ut urbe ſcilicet Roma deleta præter capitoliū a gallis & ſup patribus conſcriptis deliberantibus, id eſt conſulentibus, utrum migrarent ueios iam captos a Camillo, an reſtituerent mœnia ſua, cohortibus redeuntibus, forte eo tempore quo conſultatio fieret, e præſidio, ideſt urbibus, quibus præſidio fuerant, centurio exclamaret in comitio, ideſt in eo campo, quo ad ſuffragia populus coire ſolebat, o ſignifer ſtatue, id eſt fige in terram, ſignum. id eſt uexillum, nos manebimus optime hic, enim pro quia ea uoce audita, ſenatus reſpondit ſe accipere. ideſt acceptum habere, omen & omiſit e ueſtigio. id eſt illico conſilium tranſeundi Veios. Quam. ideſt o quantum paucis uerbis eſt confirmata. ideſt ſtabilita condictio, de domicilio ſummi imperii futuri. i. ubi nam monarchia arcem haberet, credo diis exiſtimantibus indignum ſup. eſſe, nomē Romanum ortum proſperis auſpiciis, mutari appellatione urbis Veientanæ, ideſt ut Romani deinde ueientes dicerentur, & decus inclytæ uictoriæ, infūdi ruinis urbis modo id eſt paulo āte abiectæ. ſ Huius &c. Ordo dependet a ſuperiore, nam talis eſt. ſ Camillus auctor huius tam præclari operis, ut ſcilicet ueii caperentur, & eo non migrarentur aut ut reſtituerentur mœnia urbis, cum eſſet præcatus, ut ſi felicitas Populi Romani uideret, cui ideſt alicui deorum nimia, ſicut Aeneidos ſexto. Nimium Romana propago Viſa potens ſuperis. ſ Inuidia eius ſcilicet dei ſatiaretur & ita ſedaretur aliquo incommodo ſuo. ſ. præcantis camilli, decidit. ideſt deorſum in terram cecidit, ſubito lapſu. ideſt inopino caſu, quod omen ſcilicet caſus uiſum eſt pertinuiſſe ad damnationem ſcilicet camilli, qui oppreſſus eſt poſtea, quia in exiliū actus āt pro ſed, uictoria & pia præcatio ampliſſimi uiri uidelicet Camilli, certauerunt merito inter ſe de laude id eſt utri maior laus deberetur enim pro quia, eſt æq; i. æqualiter, aut eq;, id eſt æqualis uirtutis, & auxiſſe bona p̄riæ, quod fecit per uictoriam, & uoluiſſe transferre in ſe mala ſ. patriæ, quod precatus eſt.

ASCENSIVS.

Ominum etiam &c. Poſt auſpicia tractat omina prætermittitq; more ſuo præludiū ad aptū tranſitum faciendum, unde facile patet, quod etiam aldus animaduertit, ſuperius exemplum non pertinuiſſe ad omen. Omen autem eſt quando uox ex ore alicuius excepta, cum ad aliud propoſitum ſit dicta, ad alterius rei euentum ab excipiente eam applicatur. Neq; tamen ab ore duntaxat capitur, nam & factum pro omine ſæpe animaduerſum legimus ut in caſu Camilli proximo loco dicetur, & in procurſu aſelli ad fontem quem marius pro omine ſequutus eſt. Sic equorum lapſus, leporum occurſus, & id genus alia pro ominibus obſeruata legimus, miſera mortalium ſuperſtitione, & certiſſima dæmoniorum illuſione, quæ eo ſeruitutis genere homines deuinctos præmebant. Nam quid aſelli procurſus ad fōtem ad marium pertinuit? Certe ſiti potius quam fame oppreſſus fō

OLIVERIVS.

Quid illud omē camilli memorabile fuit. At quod ſequitur non minori memoria dignum. Nam cū macedonicum bellum. L. Pau. ſenatus extra ordinem decreuiſſet, & ea ipſa die domum ad ueſperas rediiſſet filiolam ſuam Tertiam, quæ tunc erat paruula, admodum oſculans animaduertit, triſtiorem. Quam cum interrogaſſet quid ita triſtis eſſet, mi pater, inquit, perſa, periit, tum ille arctius puellam complexus, accipio, inquit, mea filia omē. Erat autem mortua Catella eo nomine, quam puella habuerat in delitiis. Lautem Paulus omen accepit perſam macedonum regem, aduerſus quem ſibi decreta fuerat prouincia. eo

Paulus in macedoniā.

bello periturum, quod & factũ eſt, quamuis uiuus ductus fuerit in triumphum. Iuſti. li. xxxiii. Dum hec aguntur inquit metu iã periculoſi belli ro. Aemi. Pau. creat, eiq; extra ordinem macedonicum bellum decernunt, qui cum ad exercitũ ueniſſet non magnam morampugnæ fecit, pridie quam conſereret bellum, luna nocte defecit, triſte id oſtenſum Perſeo omnibus præſagiẽtibus, fineq; macedonici regni portendi uaticinantibus. ⁋ Cum re, diuerſis modis hoc nomen declinatur perſeus perſei, qua declinatione uſus eſt Iuſt. ut ſupra uidimus, cum dixit, triſte id oſtẽtũ perſeo, ſimili modo & Li. lib. x. bel mace. multis in locis ut ibi uidere licet, declinatur et perſes huius perſis, ut ſentire uidetur Ser. honoratus. qui Salluſtii utitur exẽplo in hiſtoriis quem librum amiſimus, ubi probare intendit ſubtractam eſſe literã .ſ. huic nomini achilli, & in eo uerſu. Troas reliquas danaum atq; immitis Achilli, dicit enim propter omiotelcuton detraxit .ſ. literam, quæ plerunq; pro ſybillo habetur, nõ ſolum neceſſitatis, ſed etiã euphoniæ, cauſa ut Sal. A principio urbis ad bellum perſi macedonicum pro perſis, item perſa huius pſæ ut hoc loco:

ASCENSIVS.

Quid illud. Affert eui dentis ominis exẽplum dicens. Quid illud idest, quid diſcedum putas de illo omine quod euenit Lucio. P. ſ. æmilio conſuli, quam, id eſt quantum ſup. putas memorabile, id eſt memoratu dignum ſit. Cum eueniſſet ei ſorte, quia conſules ſortiri ſolebant inter ſe prouincias, aut ſorte legendum eſt quia extra ſortem decreta eſt ei prouincia, ut gereret bellum cum perſa (propriũ eſt nomen) rege ſcilicet Macedoniæ, & egreſſus e curia domum, oſculatus filiolam ſuam Tertiam nomine, quæ erat tunc paruula admodum animaduerteret triſtem interrogauit quid ita id eſt cur eſſet eo ſcilicet tam mœſto uultu? Quæ reſpondit perſam periſſe. Autem pro ſed catellus ideſt paruus canis nomine perſa (nam canes a fluminibus, aut regionibus aut colore nomina ſæpe ſumunt) quem puella habuerat in deliciis, deceſſerat. id eſt mortuus fuerat, nõ tamen cani captum uidetur uocabulum, non enim decedit. id eſt de loco cedit, quod pit ut anima bruti, nam corpus manſit. Igitur quia fauſtum erat uiſum, paulus ſcilicet æmilius, arripuit, id eſt auide accepit, & ratum habuit omen, ideſt ab ore prolatum rei euentum, & præſumpſit, ideſt percepit hanc rem antequam contingeret, & ſumpſit animo ſcilicet ſuo, ideſt cogitatione, edicto fortuito, ſcilicet puellæ, quaſi certam ſpẽ triumphi clariſſimi, quem poſtea de perſa egit, unde Macedonicus dictus eſt.

OLIVERIVS.

At cæci me Ci. lib. de diuin. L. flaccum flaminem Marti. inquit, audiui, cum diceret cæciliam Metel. cum uellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare, exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſſa quod fieri more ueterum ſolebat cum uirgo ſtaret, & cæciliam ſella ſederet neq; diu ulla uox extitiſſet, puellam defatigatam petiſſe a matertera, ut ſibi concederet paulliſper, ut in eius ſella requieſceret, illam autem dixiſſe uere mea puella tibi concedo ſedes meas, quod omen res conſecuta eſt, ipſa enim breui mortua eſt, uirgo autem nupſit, cui Cæcilia nupta fuerat. ⁋ At cæcilia me. ſcilicet uxor, ut Hectoris andromache, & deiphobe glauci. ⁋ More priſco, mos enim fuit apud maiores, ut cum puellæ maturæ uiro, & plenis iam nubiles annis eſſent in templis excubarent, & ibi ſtantes omen acciperent futuri mariti ⁋ Concubia nocte, Intempeſta nocte. Var. de lingua latina. Intempeſtum celius dicebat, cum tẽps agendi eſt nullum, quod alii concubium appellarunt, q; fere tunc omnes cubarent, eſt ergo prima pars ſomni, Eius rei petendi nuptialia. ⁋ Locum reſidendi, Vt feſſa non nihil ſe recrearet. ⁋ Mora quadam indulgentia, & cõmiſeratione puellæ commota.

Concubia noc

De Cæcilia Metelli.

At Cæcilia Metelli dum ſororis filiæ, adultæ ætatis Virginis, more priſco, nocte concubia nuptialia petit, omen ipſa fecit. nam cum in ſacello quodam, eius rei gratia aliquam diu perſediſſet: nec aliqua uox propoſito congruens, eẽt audita, feſſa longa ſtandi mora puella, rogauit materteram: ut ſibi paulisper locum reſidẽdi accommodaret: cui illa ego uero (inquit) libenter tibi mea ſede cedo. quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis proceſſit euentum, quoniam Metellus, non multo poſt mortua Cæcilia, uirginem, de qua loquor, in matrimonium duxit,

De Caio Mario, & ominis obſeruatione.

Caio autem Mario obſeruatio ominis procul dubio ſaluti fuit, quo tempore hoſtis a Senatu iudicatus, in domum Fanniæ Minturnis cuſtodiæ cauſa deductus eſt: animaduertit enim Aſellum, cum ei pabulũ obiiceretur: neglecto eo, ad aquam procurrentem. quo ſpectaculo, deorum prouidentia, quod ſequeretur, oblatum ratus: alioquin etiam interpretãdarum religionum peritiſſimus: a multitudine, q̃ ad opẽ illi ferendã cõfluxerat: impetrauit: ut ad mare perduceret, ac protinus nauiculã cõſcẽdit eaq; in Africã puectus, arma Syllæ uictricia effugit.

ASCENSIVS.

At Cæcilia. Aliud affert omẽ ex ore Cæciliæ Metelli dicens. At id eſt ſed Cæcilia Metelli ſcilicet coniũx dum more priſco. ideſt ueteri inſtituto, petit nocte cõcubia, id eſt quã mortales ſimul cubare ſolent, & quieſcere, nuptialia, ideſt pertinentia ad nuptias, filiæ ſororis, uirginis .i. quæ erat uirgo ætatis adultæ, id eſt iam maturæ uiro, ipſa fecit, non accepit omen, nam cũ perſediſſet i quodã ſacello .i. parte, tẽpli capellã nunc uocant aliquandiu, gratia eius rei. ideſt nuptialiũ ominum cauſa nec aliqua uox congruens propoſito id eſt pertinens ad nuptias lia uirginis eẽt audita, puella feſſa longa mora ſtandi, cogauit materteram .i. matris ſuæ ſororem, cæciliã uidelicet. ⁋ Vt Accommodaret ſibi paulisper id eſt paululum temporis locum reſidendi. Cui illa ſcilicet, cæcilia, inquit, ego uero. ideſt certo & ſeno, cedo tibi mea ſede, ideſt do tibi ſedem meam, ut ſedeas, quod dictum profectum ab indulgentia, ideſt clementi affectione in puellam, proceſſit ad euentum certi ominis, quoniam Metellus duxit in matrimonium uirginem, d qua loquor, cæcilia mortua .i. cũ eẽt mortua, nõ multo p'.

OLIVERIVS.

Caio autem. Cum. P. Sulpi. tribunus plæbis auctore. C. Ma. perniciosas leges promulgaſſet, ut exules reuocarentur, noui ciues libertiniq; diſtribuerentur in tribus ut & conſul Ma. aduerſus Mitrida. ponti regem dux crearetur, & aduerſantibus conſulibus. Qu. Pompe. & L. Syllæ uim intuliſſet, occiſoq; Pompei conſulis filio genero ſyllæ. L. Sylla conſu. in urbem cum exercitu uenit, & aduerſus factionem Sul. & Ma. in ipſa urbe pugnauit, eamq; expulit. Ex quo xii. a ſenatu hoſtes, inter quos conſul Mari. & filius iudicati ſunt P. Sul. cum in quadam uilla lateret indicio ſerui ſui retractus, & occiſus eſt. C. Marius filius in aphricam traiecit. C. M. pater Minturnas delatus in paludibus delituit, eo ſyllani milites, eũ ueniſſent ac diligenter, & accurate eius ueſtigia indagarent, nec eũ inuenirent, paſtorem haud longe conſpicati rogant primo indicent Marium, fluctuantẽ deinde, & diſſimulantem minis, & terrore perfundunt, qui ubi ſe a militibus circumfundi, & telis undiq; peti uidit Marium indicat, itaq; captus Marius Miturnaſq; defertur, & in domum fanniæ mulieris publicæ cuſtodiendus traditur ad quem occidendũ Seruus publicus natione cimber miſſus inermem, & ſqualore obſitum maieſtate tanti uiri commotus ſtricto iam gladio interficere non ſuſtinuit, & tremebundus abiecto ferro refugit, clamitans geminata uoce, non poſſum interficere Marium, tum Minturnenſes maieſtate uiri capti incolumem præſtiterũt hinc ergo cum abiturus exiſſet e domo, animaduertit aſellum neglecto pabulo, quod obiectum ei fuerat, ad aquam contẽdentem quo uiſo omen arripuit, intellexitq; ſibi ſalutem nauigatione quærendam eſſe, & ſtatim ipetrauit a minturnenſibus, ut ſibi publica nauis traderetur, quo facto ſe contulit in aphricam, & ibi uires comparauit, quibus priſtinam fortuna & dignitatem

Marii caſus uarii.

& dignitatem breui recuperauit ſicut ſuo loco oſtendemus. ſ Fanniæ, qui defendit in iudicio. ſ Alioquin, inſuper. ſ Periſſimus, qui maximam augurii peritiam haberet. ſ In aphricam. Vbi comparato exercitu cum ſe cinnæ coniunxiſſet urbem cœpit, & priſtinam dignitatem cum magno inimicorũ exitio recuperauit.

Cypri, ubi præcipue colebatur uenus quæ paphia dicta. Virgi. inde paphum ſublimis abit, ſedeſq; reuiſit. Læta ſuas &c. κακοβασιλέα malum regem ſicut Ptolomæum expertus eſt. ſ Non tulit diſſimulanter, non occultauit illud quod mente conceperat.

ASCENSIVS.

Caio autẽ Mario. Omẽ hoc in facto, non in uerbo captum, nam cum aſinũ animaduertiſſet marius, neglecto pabulo terreſtri, ad aquam bibendam profugere, intellexit neglectis terreſtribus auxiliis ad marinum aufugiẽ properandum quod quia fecit & proſpere illi forte ſucceſſit, religioni a miſeris mortalibus aſcriptũ eſt. Sabellicus author eſt aſinum, qua potuit uoce omen confirmaſſe. Nam ingẽti, inqt uoce uelut claſſico quodam edito, ad ſontem petulca geſticulatione procurrit. Ordo eſt. Autem. id eſt ſed obſeruatio ominis. ſ in facto fuit Caio Mario uidelicet priſco, qui ſepties conſul antequam moreretur fuit, ſaluti id eſt ad ſalutem, id eſt ſeruationem uitæ, ſic.n. ſalus ſere accipitur, eo ſup. tempore, quo tempore, Ipſe iudicatus hoſtis ſenatus, ſcilicet Romani deductus eſt cauſa cuſtodiæ, id eſt ut cuſtodiretur, donec Romam traheretur, minturnis, id eſt ad uillam iuxta paludes, in quibus repertus erat, in domum faniæ. Oliuerius dicit mulieris, credam uiri dicendum, nam ſabellicus uocem ſenis, a quo occultus fuerat, audita dicit, & in Terentio, uiri nomen eſt, Enim pro quia. ſ Animaduertit, ſcilicet cum minturnenſium nemo auderet in eum manum mittere. cum ne cimber quidem id auſus fuiſſet, & cum abire permiſiſſent, aſellum procurentem ad aquam ſcilicet fontalem, cum pabulum id eſt nutrimẽtum obiiceretur ei, eo ſcilicet pabulo neglecto .i. prætermiſſo, tanquã ſpreto, Quo ſpectaculo ratus ſup. eſt, oblatum ſup. eſſe ſibi prouidentia deorum, id quod ſequeretur, alioquin id eſt qui alio quoque modo eſſet periniſſimus, minime tamen literatus religionum, quæ ad diuinationem pertinerent, interpretandarum, ideſt exponendarum quod portenderent, impetrauit a multitudine, præſertim minturnenſium, quæ confluxerat ad opem ferendam illi, ut produceretur ad mare, ac protinus conſcendit nauiculam, & prouectus ea ſcilicet nauicula in aphricam effugit arma ſyllæ uictricia ſcilicet tunc utpote a quibus uictus fuerat.

ℭ De Pompeio magno.

Pompeius vero magnus in acie Pharſalica victus a Cæſare: fuga quærens ſalutem: curſu in inſulam Cyprum, vt aliquid in ea virium contraheret: claſſem direxit. Apelleníq; ad oppidum Paphum, conſpexit in littore ſpecioſum ædificium gubernatoremq; interrogauit: quod ei nomen eſſet, qui reſpondit κακοβασιλέα vocari. quæ uox ſpem eius, quantulacũq; reſtabat, comminuit. Neq; id diſſimulanter tulit. auertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorẽ, quẽ ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

ℭ De Marco Bruto.

Marci etiam Bruti dignus, admiſſo parricidio, euent⁹ eſt omine deſignatus. ſiquidem poſt illud nefarium opus, natalem ſuum celebrans: cum græcum verſum exprimere uellet: ad illud potiſſimũ Homericum referendum animo tetenditur, ἀλλά με μοῖρ᾽ ὀλοὴ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός. qui deus, Philippenſi acie, a Cæſare & Antonio ſigno dato, in eum tela conuertit.

ℭ De Caio Caſſio.

Conſentaneo uocis iactu. C. Caſſii aurẽ fortuna peruellit. quæ orantibus Rhodiis: ne ab eo cunctis deorũ ſimulachris ſpoliarentur, Solem a ſe relinqui reſpondere voluit. ut rapaciſſimi uictoris inſolentiam, dicti tumore, protraheret, abiectumq; macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo ſupplicibus ceſſerat: ſed ipſum ſolem re uera relinquere coegit.

ASCENSIVS.

Pompeius uero magn⁹ uictus ſcilicet a Cæſare in acie pharſalica. id eſt conflictu apud pharſaliam urbem emathiæ, quærens ſalutẽ. id eſt ſeruationem uitæ, & reipub. fuga, id eſt fugiendo direxit curſu, id eſt cum celeritate claſſem in cyprum inſulam, ut contraheret, id eſt congregaret, aliquid uirium, id eſt copiarum, quæ utres ſunt exercitus in ea ſcilicet inſula, & appellens ſcilicet claſſem. ſ Aut ſe ad oppidum paphum ſcilicet noie, ſi præpoſuiſſet paphum, non præpoſuiſſet ad conſpexit in litore ædificium ſpecioſum, & interrogauit gubernatorem, ſcilicet nauis, quod nomẽ eẽt ei ſcilicet ædificio, qui reſpondit uocari cacouaſilea .i. malũ regem. Nam cacos dicitur malus, & βασιλέα Baſileus profertur tamen uaſileus rex, quæ uox comminuit ſpem eius ſcilicet Pompeii quantulacũq; reſtabat, quia non ſperabat ſe bonum regem inuenturum. Neque tulit .i. paſſus eſt id. id eſt eam ſpei depõnẽ aut indignationem ſuã diſſimulãter auertit enim oculos ab illis tectis, ſcilicet tam mali ominis, ac patefecit gemitu, id eſt gemendo dolorem, quem cõceperat ex diro .i. execrabili omine.

OLIVERIVS.

Marci etiam Bruti Nota eſt hiſtoria quomodo bru. & Ca. Cæ. in ſenatu multis uulneribus confoderunt, q̃ tamen ſuo loco dicemus ſed quod ad hunc locum ptinet, cum Bru. poſt patratum homicidium ſacrificaret natali ſuo interpretes ut mos erat animum adiecit ad carmen Hom. ἀλλά με μοῖρ᾽ ὀλοὴ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός. Sed me parca ferox latonæq; obruit infans. Alius uero ſic traduxit, ſed me ſors miſera & latonæ perdidit infans. Et ita factum eſt, nam in campis philippicis, ubi congreſſus eſt cum Auguſto & M. An. forte ita cecidit, ut ſignum belli futuri præponeretur ab Auguſto & Anto. ſignum apollinis nam mos erat ut commiſſuri prælia, deum aliquem ſignum pugnæ præponerent, ut. C. Ma. Martis ſimulacrum. Sylla delphici apollinis, Cæſ. ueneris genetricis. Ergo quia apollinis ſignum propoſuit auguſtus, omen quod factum eſt uerſus ille quodam modo impleuit, quia in ea pugna ſuperatus eſt, in qua ſignum fuerat apollo latonæ filius. Admiſſo parricidio, hoc non ſine adulatione dictum eſt, uult enim Vale. Cæſarem. patrem patriæ fuiſſe. ſ Natalẽ, Mos fuit apud antiquos ut natalia principes ſua ſolenniter celebrarent. Vir. Phillida mitte mihi. m. eſt natalis. ſ Signo. da. Vt milites Cæſariani, & Antoniani a militibus bruti & caſſii dignoſcerentur. Sig nũ præſit.

OLIVERIVS.

Pompeius uero omen futuræ cædis factum eſt pompeio Cæſ. arma fugienti, nam in acie pharſalica uictus cum inſulam cyprum peteret, ut inde uirium aliquid contraheret, uidit a longe eminens ædificium, & interrogauit quod ei nomen eſſet, reſponſum eſt κακοβασιλέα quo audito mœſtus intellexit, ſe malum regem experturum. Pompeius magnus, cuius magnitudo totum orbem cõplexa fuit nam Ci. in Cati. inuecti. iiii. paucis uerbis oſtdit. quãta fuerit pompeii rerum geſtarum magnitudo, dicit enim Pompeii res geſtæ atq; uirtutes continentur iiſdem, quibus ſolis curſus regionibus, ac terris continetur. ſ Pharſalica, theſſalica, nam regio illa diuerſis nominibus fuit appellata emonia, theſſalia, pharſalia, macedonia, emathia, campi philippici, prout eam diuerſi reges occuparunt. ſ Contraheret, colligeret, congregaret. ſ Oppidum paphum, oppidum eſt

ASCENSIVS.

Marci &c. Affert omen pernicioſum Bruti dicens. Euẽtus, ideſt exitus rei, etiam Marci Bruti nõ ſolum Põpeii, dignus parricidio admiſſo, dum Cæſarem patrẽ patriæ, & etiam ſuum occidit. Nam Cæſar tribus & uiginti uulneribus confoſſus eſt uno duntaxat gemitu ad primum ictum emiſſo. Marcum enim brutum in ſe graſſantem intuitus, græcis uerbis dixiſſe fertur. Et tu fili. hoc eſt etiam tu fili me occidis, qui in te paterno ſum animo. Euentus dico Mar

ci Bruti deſignatus eſt.i.præfiguratus, omine. Siquidem.i. quoniam ipſe celebrans poſt illud nefarium opus, uidelicet cædem iuin Cæſ. ⁋ Natalem ſuum id eſt diem, quo natus fuerat, cum uellet exprimere uerſum græcum.ſ.aliquem lepidū, & feſtiuum, nam tales multi ſunt apud græcos, tetendit animo, id eſt animus illi tractus eſt potiſſimum ad referendum illud homericum quod latine ſonat, Sed parca id eſt deafato rum fera.id eſt crudelis in me, & iſans.ideſt filius latonæ ſemper iuuenili forma, uidelicet apollo, perdidit me. Qui deus ſcilicet apollo datus à cæſ.ſcilicet Auguſto & Antonio eius ſocio, ſigno, id eſt ut ſit ſignū ſeu uexillum, ſup. in acie, id eſt conflictu philippēſi, ideſt pharſalico, conuertit ſcilicet animando eos, quibus ſigno erat tela in eum ſcilicet Marcum brutū. Vir. etiam eſt author in bello actiaco contra Antonium & cleopatram Auguſtum uſum apolline, Quinetiam nonnunquam ſeſe pro apolline geſſit, ad quod alludens idem Maro in Buco. dixit. Caſta faue lucina, tuus iam regnat apollo.

OLIVERIVS.

Conſētaneo uocis iactu, pari ratiōe Caſſius Bruto affinitate coniunctus quippe qui Iuniam bruti ſororem duxerat uxorem fecit ſuæ futuræ mortis omen, cū rogantibus rhodiis, aliqua ſibi deorum ſimulachra relinqui. ſolem a ſe relinqui, reſpondiſſet, nā quod ille per ludubrium dixit, ſuo euentu fortitus eſt, quia re uera ſolem reliquit. ⁋ Solem relinqui, ſimulachrum ſolis, hoc autem per ludibrium dixit, quippe quem ferre nun poterat ꝑ magnitudine. Memoratur enim a ſoli. unum ex ſeptem mirabilibus mundi, erat autem centum uiginti ſex pedum imago ænea, & fuſilis facta quam a ſe caſſius relinqui, dicebat. Inſolentia Superbia, nam quanto maior erat timor uicti, tāto magis uictori ſuperbia creſcebat ⁋ Protraheret manifeſtaret, uel augeret ⁋ Ipſum ſolem, quia cum uictus eſſet, & cum omnibus copiis in hoſtium ptātem ueniſſet, ſibi mortē conſciuit.

ASCENSIVS.

Conſentaneo uocis iactu. Fortuito, inquit, omine Caſſius autem Cæſaris percuſſor, & Bruti perneceſſarius, ſui exitus euentum protulit. Nam orantibus rhodiis dum rhodum ſpoliaret ēt deorū ſimulachris, ut aliquid eis relinqueret, ſolis, inquit, relinquo (id autem tam ingens erat, ut auferri integrum non poſſit, quod ideo forte tam ingens fecerant, ꝙ in ſolis ſe credebant tutela, propterea quod nulla dies tam nubia, in qua ſol non uideatur ipſis rhodiis) Et quia qui ſolem relinquunt, uitam quoq; relinquunt, ideo omen fuit uitæ ab eo relinquendæ. Ordo eſt. Fortuna.i. fortunatus, aut ꝓſperus euentus peruellit aurem. C. Caſſii id eſt admonuit Caium Caſſium, Quia enim auris dedicata eſt memoriæ, uellere autem eſt memorem facere. Vnde in bucoli. Maro. Delius aurem uellit. & pro, id eſt admonuit. Et in roſa. Mors autem uellens uiuite ait uenio admonuit autem futuri exitii, cōſentaneo ideſt conformi ad euentum rei, iactu. id eſt ſuperba emiſſione uocis. id eſt dicti, aut reſponſi, quæ ſcilicet fortuna uoluit ſup. Caſſium reſpondere rhodiis orantibus, ne ſpoliarentur ab eo ſcilicet Caſſio, cunctis ſimulachris deorum, ſolem, id eſt ſolis ſimulachrum (niſi forte de ſole intellexerit Caſſius, ut qui quotidie rhodiis uiſitur) relinqui a ſe Ideo autem uoluit eum fortuna ſic ſuperbe reſpondere, ut protraheret, id eſt extenderet & ampliaret, inſolentiam.i. ſuperbam petulentiam uictoris ſcilicet Caſſii ſuperbiſſimi, tumore. ideſt inflatione dicti, id eſt reſponſi tam ſuperbi, & fortuna coegit Caſſium abiectum ſcilicet a ſpe uictoriæ, priuſquam uictus eſſet, pugna macedonia ideſt macedonica ad Philippos contra Auguſtū geſta relinquere, non effigiem ſolis, quam conceſſerat. id eſt conceſſerat, tantummodo ſupplicibus, ſcilicet Rhodiis, ſed re uera ipſum ſolem id eſt lucem huius mundi cum uita, forte, quod hallucinatus cum ſuos uideret hoſtes credidit, & ita ſolem. id eſt lumen nondum mortuus reliquit.

⁋ De Petilio.

Annotatu dignum illud quoq; omen: ſub quo Petilius conſul in Liguria bellum gerens occiderit, Nam cum mōtem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret: interq; adhortationem militum dixiſſet: hodie ego lethum utiq; capiam inconſideratius præliando fortuitum iactum uocis letho ſuo confirmauit.

⁋ De Externis ominibus.

Adiici noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurde poſſunt. Samii Prienenſibus auxilium aduerſus Carras implorantibus, arrogantia inſtincti pro claſſe, & exercitu, ſibyllam eis deriſus gratia, miſerunt: quam illi, uelut diuinitus datum præſidium interpretati, libenter receptam, uera fatorum prædictione: uictoriæ ducem habuerunt.

OLIVERIVS.

In liguria. Ligures imis alpium iugis adherentes inter uarum & macram fluuios, implicitoſq; dumis ſiueſtribus, maior aliquāto labor eſt inuenire quā uincere. Varrus Fluuius eſt grandis ex alpibus fluēs galliam tranſalpinā a ciſalpina ſeparans uetuſtiſſim⁹ Italiæ terminus. Macra fluuius eſt ex initio apēnini, fluēs inter ligurum mōtes & demū iuxta lunam ciuitatem defluit in mare tyrrhenum. Lætus mons Varrus flu.

ASCENSIVS.

Annotatu dignum &c. Affert omen petillianæ necis ſumptum, & ab inopito, aut non animaduerſante & ab æquiuoco uocabulo, nā cum ſe letum montem eo nomine capturum diceret, letum id eſt mortem cœpit. Ordo eſt. Illud omen, ſub quo petilius conſul gerens bellum in liguria parte illa italiæ galliæ italis ciſalpinæ contermina, occiderit, id eſt mortem obiuerit, ē ſupp. quoq;, id eſt etiam dignum annotatu, ideſt annotetur, quia mirabile eſt. Nam cum ipſe Petilius oppugnaret montem cum caſtello, aut ſaltem caſtris cui ſcilicet monti cognomen erat letum, & dixiſſet inter adhortationem militum, id eſt dum milites adhortaretur, utiq;, id eſt certe, ego capiā hodie letum, ut intellexit, montem, id eſt ipſe præliando inconſideratius, confirmauit ſuo leto.i nece, & fato, iactum fortuitum, id eſt incertam aleam, alludit enim ad iactum aleæ, aut emiſſionē caſualem uocis, id eſt dicti illius, quod iactu quodam fit unde a uerberando uerbum dictum uolunt.

OLIVERIVS.

Samii prien. Cum prienenſes graui bello premerētur, auxilium petierunt a ſamiis. Samii ut qui ab illis eſſent alieni, quaſi ridentes ſe ſybillam miſſuros reſponderunt, nā ex ſybillis una fuit ſamia. Prienenſes ergo, quod irridentes ſamii promiſerant læto animo acceperunt, & hanc quaſi ducē belli conſtituentes gloriosam ex hoſtibus uictoriam reportarunt ⁋ Prienenſibus priene ciuitas eſt ioniæ, biantis patria, auctor Stra. lib xiiii. Cui principium eſt, reliquum eſt, ut de ionibus, carībuſq; dicamus &c. ubi nominatis xii. ciuitatibus, in quibus & priene ſubiungit, nam hæc ſunt. xii. Ioniæ ciuitates, & paulo inferius, ubi de ſingulis mentionem facit. poſt meandri, inquit, oſtia eſt prienenſium littus, ultra quod priene eſt, & micale mons feris, & arboribus plenus. Item paulopoſt, priene, inquit, a quibuſdam cadme appellatur, quoniam philotas eius conditor e boetia uenit, e priene fuit Bias hunc ex. vii ſapientibus de quo hipponax ſic, inquit, & diſceptari quā Bias prienenſis melius. ⁋ Aduerſus car. caræ po. inſulani piraticam exercentes famoſi fuerunt, uicti a minoe, ut Tucydides & Sai. dicūt auctor Ser. in expoſitione illus carminis Vir. hic lelegas caraſq; ſagittiferoſq; gelonos. At Stra. dicit populos eſſe cariæ regionis, quæ contermina eſt Ioniæ, uidelicet inter Ioniam & liciam poſitæ hos etiam aliquando ſub minoe fuiſſe dicit, & inſulas habitaſſe, hinc arbitror inſulanos dictos fuiſſe, & cares carrium declinauit, ſunt & carræ primæ deci. in ſyria eodem teſte li. vi. in deſcriptione ſyriæ, dicit enim tigrano certa & ioca, quæ ſunt circa caras, Nicephoriū, & Chobriza & Sinnaca, in qua Surina parthorum Imperator Craſſum dolo captum interemit unde Luca. ayrias latio maculauit ſanguine carras. ⁋ Deriſus gratia, pro deriſione. ⁋ Diuinitus. Quaſi diuina prouidentia eis data foret. ⁋ Vera fatorum reddit rationem, cur læti acceperunt.

Priene

Cares.

Chobdza.

Aſcenſius.

¶De Apolloniatarum omine.

NE Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt: qui, cum bello illyrico preſſi: Epidannios ut ſibi opem ferrent: oraſſent: atq; illi flumen vicinum mœnibus ſuis nomine Aeantem in adiutorium ſe mittere dixiſſent: accipimus, quod datur reſponderunt. eiq; primum in acie locū perinde ac duci aſſignauerunt. ex inſperato enim ſuperatis hoſtibus, ſucceſſum ſuum omini acceptum referentes, & tūc Aeanti ut deo immolauerunt: & deinceps omnibus præliis duce vti inſtituerunt.

¶De Prodigiis. Cap. VI. De Seruio Tullo.

PRodigiorum quoq;, quæ aut aduerſa, aut ſecunda acciderunt, debita propoſito noſtro relatio eſt. Seruio Tullo etiam tum puerulo dormienti, circa caput flammam emicuiſſe domeſtici oculi annotauerunt. Quod prodigium Priſci tarquinii regis vxor Tanaquil admirata, Seruium ſerua natum in modū filii educauit: & ad regum faſtigiū euexit.

ASCENSIVS.

ADilci &c. Adiicit duo externa a prienenſibus acceptū alterum ab apolloniatis. Cū enim ſamii per deriſum pro præſidio ſybillam dediſſent prienenſibus aduerſus carras. aut quod illis opus cenſerent prudentia, aut muliere duce, illiq; tāquā fauſti ominis ſybillam acceptaſſent, eius diuinatione ſeruati ſunt. Et cū epidannii apolloniatis etiam p deriſum Aeantem, quo nomine fluuius erat, adiutorem aſſignaſſent, inuentes forte, quod illum tranſgrederentur, apolloniatæ omen accipientes, æantā. id eſt aiacē. hoc eſt eius imaginem ſumptam pro ſigno ſibi conſtituerunt ducem tranſgreſſiq; amnem uicerunt. Ve cum ordine latius aperiā. Ordo autem eſt. Duo exempla alienigena. i. externa (declinatur autem adiectiue alienigenus. a. um.) eiuſdem generis. i admirabilis ominis, poſſunt adiici non abſurde. ideſt non impertinenter noſtris. ideſt Romanis exemplis (Simile autem eſt de Cyrtheo ſeu Tyrtheo poeta, d quo flaccus in arte. Poſt hos inſignis homer⁹ Cyrtheuſq; &c. ubi rem aperuimus) Samii. i. inſulani illi, inſtincti arrogantia. id eſt ſuperbia quadam, unde contemptus oritur & deriſio, prienenſibus. ideſt ciuibus prienes ciuitatis in Ionia, implorātibus id eſt cum implorarent hoc eſt quaſi plorādo orarent, auxilium aduerſus carras qui uicini ſunt populi, poteſtq; accuſatiuus dici tertiæ miſerūt eis gratia deriſus. ideſt deriſionis pro claſſe & exercitu. ideſt loco claſſis & exercitus Sybillam. ideſt fœminam diuinæ ſcientiæ, ac mentis peritam, hoc eſt uatem, quæ ſamia a uarrone, & lactantio dicitur. Vnde patet dominicum illud nullum prophetam acceptum in patria, quia ut rem uilem miſerunt ſybillam ſamii quam ut precioſam acceperunt prienenſes, unde addit, quam ſcilicet ſybillam illi ſcilicet prienenſes, interpretati uelut præſidium datum diuinitus habuerunt receptam libenter ducem uictoriæ prædictione uera. ideſt per ueram prædictionē, & præmonitionem, fatorum. ideſt futurorum euentorum prius ignoratorum, nam ſcientes quid futurū eſſet, & ita qd tentarent, & quid uitarent, facile hoſtem ſuperarunt.

THEOPHILVS.

CAras. A caria, quam Strabo, Mella, Pliniuſq;, & Ptolomæus Aſiæ contribuunt, a qua nomen gentile Car apud Plutar. Singulariter, & plurali numero Cares, ii plæraſq; tenuerunt Aegei maris inſulas, & in iis Con unde caris antea dicta eſt, ut ſcribit Hellanicus, oram maritimam nauibus habebant infeſtam. Neq; quod ait Seruius auctoritate Thucididis & Salluſtii præter hiſtoriam uideri debet. Caras enim Minos nauali prælio uictos cycladibus expulit, inſulaſque eas in ſuam poteſtatem redegit, ut meminit etiam Libanius. Ad Virgilii tamen expoſitionem nihil ii faciunt. Carræ uero per duplex. R. urbs Meſopotamiæ Craſſi clade nobilis. auctor Plinius, & Stepha. & hanc Luca. intelligit. Vt parum perite faciant qui confundunt. ¶ Aeantem es & Aos idem fl. eſt, ut Hecatæus & Strab. tradunt Apolloniatū fines irrigās, a monte Laemo caput tollit, Adriatico mari infunditur, ad aiacem nihil attinet.

OLIVERIVS.

Apollonia. APolloniatæ, Apollonia plurium urbium nomen fuit unius in epiro conſtitutæ, de qua nunc agitur, alterius in creta. iii. in thracia. iiii. in ſyria ¶ Lātē, actūs latinus a nomine græco ueniens [illegible] id eſt aiacem, & quia aiax unus ex heroibus fuit ideo hunc ſe libenter accipere reſponderunt & ſimulachrum eius quaſi ducem ſemper habuerunt.

¶ Acceptum re. i. quicquid felicitatis ex ea re ſunt conſecuti, id omini totum adſcribentes, & illi quaſi gratias agentes. nā æanti tanquam deo poſtmodum immolarunt.

ASCENSIVS.

NE quidem. i. ſed nec etiam apolloniatæ. i. ciues Apolloniæ urbis in Epyro, egerunt pœnitentiam. ideſt nō pœnituit eos, quod cum preſſi bello illyrico oraſſent Epidannios uicinos ſuos, ut ferrent ſibi opem atq; illi. ſ. Epidānii dixiſſent, ſe mittere in adiutoriū flumen uicinū mœnibus ſuis hoc eſt apollionatarum (Et ē bona reciprocatio, quia reſpicit primum, hoc eſt principale ſuppoſitum) nomine Aeantē. id eſt quod flumen nominabatur græce [illegible] Aeas (quo modo aiax ab illis ſcribitur. & profertur, declinatur huius æantis ſuſcepto n quod i recto nullis græcis antes eſt, ſed accipitur interdum ab as is. us ut gigantis. ſymoentis opūtis) non inq̄ egerunt pœnitentiam, quod dixerunt accipimus quod datur. ſ. auxilium, Aeantem uidelicet, hoc eſt aiacem, & aſſignauerunt ei. ſ. æāti hoc eſt eius imagini perinde ac duci, primum locum in acie. n. pro quia hoſtibus ſuperatis. i. cum hoſtes eſſent ſuperati ex inſperato. i. p̄ter ſpem, ipſi referentes omini. ſ. quod acceperint ſucceſſum ſuum acceptum. id eſt fatentes ſe accepiſſe ab omine, & cā ominis approbati talē ſucceſſum (Acceptum. n. ferre cum datiuo ē aio indicare ſe accepiſſe q̄ additur ab illo, q̄ in datiuo ponitur. Vt ſoli xp̄o genus humanum ſalutē ſuā acceptā ferre debet.) &. i. pariter tūc immolauerunt æanti, ut deo, & inſtituerunt uti deinceps in oībus p̄liis æāte ſup. duce. Quia tñ ueterū ſuperſtitio tenuit fluuius eiuſdē nois deos p̄eſſe, uti tyberis & Tyberinus inuocatur apud Maronem, nō abſurdū forte eſſet dicere apolloniatas flumis ſui tanquam dei imaginē, & nō aiacis ſibi ducem conſtituiſſe, ſed in priore ſententia Oliuerium ſequimur, Liberum tamen eſt, cum author non diſcernat, utramlibet amplecti.

OLIVERIVS.

PRodigiorum quoq;. Recte, inq̄t, ominibus prodigia ſubiunguntur, ſunt. n. inter ſe quadā affinitate coniuncta, & uī hoc loco cū Ci. ſentire Vale. q̄ a p̄dicēdo dcā ſint prodi gā & non ut quidam uolunt a porro, & adigendo, nam cum monſtrū aliquod apparet ſiue bonū, ſiue malum prædicat, prodigium appellatur, Ci. li. de na deo. Prædictiones & præſenſiones & rerū futurarū qd aliud declarant, niſi q̄ futura ſunt, omnibus oſtdi, monſtrari, portendi, p̄dici ex quo illa oſta, monſtra, portenta prodigia dr̄, ergo plane oſdit a p̄dicendo dicta eſſe prodigia. Pri Tar. re Hic diſſentit a Liuio qui nō anci Marci, ſed Pri. Tar. uxorem fuiſſe dicit, q̄ ut prodigiorum peritiſſima cognouit Ser. Tullū puerū dormientem, cuius caput flamma corripuiſſet, clarum aliqñ euaſurum, qui etiam regiæ maieſtati in rebus afflictis ſuccurreret Itaq; cum quidam famulariū aquā ad extinguēdū incendiū afferret, a regina p̄hibitū ferūt, ſedatoq; tumultu moueri puerum uetuiſſe, donec ſua ſponte experrectus eſſet, tū adducto in ſecretū uiro Tanaquil uides ne tu puerū hunc, inquit, quē tam humili cultu educamus. ſcire licet, lumen quōdam rebus noſtris dubiis futurū, præſidiūq; regiæ afflictæ. proinde materiam ingentis, publice priuatimq; decoris, oī indulgētia noſtra nutriamus, inde puerum liberorū loco cœptum haberi, erudiriq; artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultū exercitantur, euenit facile, q̄ diis cordi eēt, iuuenis euaſit uere indolis regiæ, nec cum quereretur gener e tarquinio q̄ſq̄ Ro iuuentutis ulla arte conferri potuit, filiā q; ei rex deſpondit quo deinde cæſo, tanaquilis arte & conſilio in regnū ſu- Seruii. Tulii pueri caput arſit.

bſtitutus fuit. Pſi de uirib. illuſt Ser. inquit, tullus. P. Cornicu lani & Ceretiæ captiuæ filius, cum in domo Tarquinii priſci educaretur, flammæ ſpés caput eius amplexa eſt, hinc Virg. ſumpſit illud Ecce leuis ſummo de uertice uiſus Iuli fundere lumen apex tactuq; innoxia mollis lambere flamma comas & circum tempora paſci & reliqua ad aſcaniũ. I. referẽs quod fuit in Ser tu, Oui. ait Vul. filiũ fuiſſe. Namq; pater tulli uulcanus Ocretia mater. Præſignis facie corniculana fuit. Hãc ſecũ Tanaquil ſacris de more peractis, iuſſit in ornatum fundere uina focum. Hæc inter cineres obſceni forma uirilis. Aut fuit aut uiſa eſt, ſed fuit illa magis. Iuſſa foco captiua ſedet, conceptus ab illa, Ser. a cælo ſeminà gentis hẽt. Signa dedit genitor tunc cum caput igne coruſco Contigit, inque comis flã meus arſit apex ſ Serua na. I. ſentit non eſſe ſerua natum, ſed captiua. Dicit. n. hic quacunq; de cã tãtus honos habitus credere prohibet ſerua natum, eũ paruumq; ipſum ſeruiſſe eorũ magis ſententiæ ſum, qui corniculo capto. Ser. Tulli, q princeps in illa urbe fuerat, grauidam uiro occiſo uxorem, cũ ſter, reliqs captiuas cognita eẽt ob unicam nobilitatem, ab regina Romana prohibitam ferunt ſeruitio partum Ro. edidiſſe Priſci Tarquinii domo inde tanto beneficio mulieris, familiaritate aucta, & puerum ut in domo a paruo educatum, in charitate atq; honore fuiſſe ſortunam matris quod capta patria in hoſtium manus uenerint, ut ſerua natus crederetur feciſſe, nam omnis captiua ſerua dicitur.

ℂ De Martio.

AEq; felicis euentus illa flamma, quæ ex. L, Martii ducis duorũ exercituum: quos interitus Publi. & Cnei Scipionum in Hiſpania debilitauerat, capite concionãtis eluxit. Namq; eius aſpectu pauidi adhuc milites, priſtinam recuperare fortitudinem admoniti octo & triginta hoſtium millibus cæſis: magnoq; numero in poteſtatem redacto, bina caſtra, Punicis opibus referta, ceperunt.

ℂ De Lacu albano.

ITem cum bello acri, & diutino Veiẽtes a romanis intra mœnia compulſi capi nõ poſſẽt eaq; mora nõ minus obſidentibus, quam obſeſſis intollerabilis uideret exoptatæ uictoriæ iter miro prodigio dii immortales patefecerunt. Subito enim Albanus neq; cæleſtibus anctus imbribus, neq; inũdatione ullius amnis adiutus ſolitum ſtagni modũ exceſſit: cuius rei explorandæ gratia legati ad Delphicum oraculũ miſſi retulerunt. præcipi ſortibus: ut aquã eius lacus emiſſam per agros diffunderent. Sic enim Veios in poteſtatem populi Romani uenturos. Quod priuſquam legati renunciarent: Aruſpex Veientium a milite noſtro: quia domeſtici interpretes deerant: raptus: & in caſtra perlatus, futurum dixerat. Ergo ſenatus duplici prædictiõe monitus eodem pene tempore, & religioni paruit: & hoſtium urbe potitus eſt. Nec parũ proſperi ſucceſſus eſt: quod ſequitur.

Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.

OLIVERIVS.

AEq; felicis, cum cæſis in hiſpania duobus Scipionibus deleti Ro. exercitus, amiſſæq; hiſpaniæ uiderentur uir unus retinuit, eaſdemq; reſtituit, erat in exercitu Ro. L. Ma. ſeptimii filius eqs Ro. impiger iuuenis animiq;, ingenii aliquãto maioris ğ pro fortuna, in qua erat natus, ad ſummam indolem acceſſerat. Cn. Scipio. diſciplina ſuper qua pẽe tot annos omnis militiæ artẽ edoctus fuerat, is ex fuga collectis militibus, & quibuſdam de præſidiis deductis haud eõtemnendum fecerat exercitum coniunxeratq; ſe. T. Fonteio. P. Sci. legato, ſed tantum preſtitit eques Ro. auctoritate, inter milites atq; honore, ut caſtris circa hiberum cõmunitis, eũ ducẽ exercituum comitiis militaribus creauerit, hic igitur in magna rerum difficultate cum ad conſilium prima ſpẽ temerarium magis quam audacem adieciſſet animum, ut ultro caſtra hoſtium oppugnaret, ne ſubita res, & nocturnus terror nã id proxima nocte facturus uidebatur, ſuæ fortunæ conſilium perturbaret, alloquẽdos prius & adhortandos milites ratus aduocata concione, orationem habuit, cui concionanti flammam fuſam e capite dñt ſine eius ſenſu magno pauore circunſtantium militum, quo pdigio moti alacriori animo eum ducem, ſecuti, maiorem hoſtibus cladem intulerunt ğ acceperant, nam nocte atq; die bina hoſtium caſtra ceperunt, & ad internictionem hoſtes ꝑpe ceciderunt. hic ergo uirtute ſua ultus eſt Cn. & P. Scipi. cũ maiori parte exercitus cædem, quos celtiberi tranſfugientes prodiderant. ducibus Cartha. Magoni & Giſgoni quam uictoriá conſecutus eſt nulla re magis ğ celeritate, de quo Frõ. lib. i. c. x. L. M. eques Ro. qui reliquis exercitus p̃fuit, cũ a propinquo bina caſtra penorũ paucis militibus paſſuũ diſtarent, cohortatus milites proxima caſtra intempeſta nocte adortus eſt, & cum hoſtem uictoriæ fiducia incõpoſitum aggreſſus, ne nuncios quidem cladis reliquiſſet, breuiſſimo tp̃e militi ad requiem dato, eadem nocte capti fama rei geſtæ progreſſus, altera eorum caſtra inuaſit, ita bis ſimili uſus euentu, deletis utrobiq; penis amiſſas. Popu. Roma. hiſpanias reſtituit.

Martius eqs hiſpaias retinuit.

ASCENSIVS.

PRodigiorum quoq; & cæ. Poſt omnia narrat ꝓdigia, inter quæ mihi hoc uidetur intereſſe, q omen eſt dcm̃ aut factũ pñti quidem negocio ſubſeruiens ſed ab accipiente in rem futurã etiá ualens, ut q Tertia æmilii filia perſam periſſe dixit ad catelli mortem pertinuit, ſed pſ ad pſæ regis exitum conuertit. Prodigium uero pñti ſtatui nihil cõfert ſed futurũ portendit. unde a pro. ideſt ante & ago inter poſito ut ſæpe fit, dr, eo q ſignis rem tam bonã ğ malã agat, antequã eueniat. V niſomnia pharaonis ab Ioſipo explanata, ſi ſacta fuiſſent ut in ſomnis apparuerũt, prodigia dici potuiſſẽt. Sicut flãma e uertice Seruii Tulii emicãs non pñtem illi gloriam. ſed futuram indicauit, ad ğ alluſit Maro æneí. ii. dicens. Ecce leuis ſumme de uertice uiſus iuli, Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli, Lambere flamma comas & circũ tpa paſci &c. In principio ponit author ad rerũ continuationem proludium dicens. Relatio. i. recitatio, & narratio ꝓdigiorũ, ğ acciderunt aut aduerſa, aut ſecũda (aliter proponit ğ exeqtur nam prius ꝓſpera exequetur) eſt quoq;. i. ẽt debita noſtro propoſito. i. ptinẽs ad iſtitutũ opus Seruio &c. Ponit primũ exẽplũ dicens. Oculi domeſtici. i. domeſticorũ. & familiarũ. Tanaqlis, ğ erat uxor Tarquinii priſci (pro quo. qdã hic legerũt, ut Oliuerius adnotauit anci regis uxor, ſed in exẽplo Aldino legitur, priſci Tarqnii regis uxor) annotauerunt. i. obſeruauerũt flãma emicuiſſe Seruio Tulio ẽt tum. i. tũc adhuc puerulo dormienti. ſ. in regia, emicuiſſe dicit, circa caput q prodigiũ Tanaquil uxor tarquinii priſci regis. ſ. Romanorum, mirata. ideſt admirans. aut ubi admirata fuerat, educauit Seruium natum ſerua. ideſt captiua nobili tñ ſanguine, in modũ filii. i. pinde ac ſi fuiſſet filius, & euexit. ſ. tali educatione, ad faſtigium. Id eſt, culmen regium, quia ex ſeruo regẽ fecit. Vnde Iuuena.

ASCENSIVS.

AEq; felices &c. Affert ſecundũ exẽplũ ſuperiori multũ ſimile, de quo quia Oli. ſatis ampliter loquitur colligamus ordinem, qui talis eſt. Illa flãma, quæ eluxit capĩte Lucii Martii ducis duorum exercituũ. ſ. Romanorum militantium in hiſpania, quos exercitus, Interitus. i. interemptio Publii & Cnei ſcipionum debilitauerat in hiſpania, Lucii dico concionantis. i. ad milites concionem, ſeu orationem adhortatoriam hñtis, ſup. fuit euẽtus. i. exitus æq; felicis, ac ſup. flamma, ğ apparuit in capite Seruii Tulli. Namq; milites pauidi, ꝓ pauentes, adhuc. ſ. ob cladem pauloante acceptam, admoniti aſpectu eius ſcilicet flammæ, recuperare fortitudinem priſtinam. i. quá ante cladẽ habuerãt, quaſi prioris ſtatus, cũ priſcũ ſit prioris ſæculi ceperunt bina caſtra. i. duo munimenta exercituum ſubdio degẽuum (Bene dicit bina ſine diſtributione, quia caſtra in hac ſignificatione tantum pluraliter dicimus) referta. i. oppleta oppibus punicis. i. carthaginienſibus aut quas aduxerant, aut quas coaceruauerant, & hoc octo & triginta milibus hoſtium cæſis, id eſt occiſis, & magno numero, ſcilicet hoſtiũ redacto in ptãtem. i. capto. Bene ꝑponit

minorem

minorem numerum dicendo octo & triginta & cætera.

bito inundare ſolet. ¶ Cuius rei explorandæ gratia, legati .ſ. Romani miſſi ad oraculum .i. reſponſum uocale aut quod orando impetrari ſolebat (unde ſybilla æneí. vi. increpando. Ceſſas in uota preceſq; dux, aut Aenea? neq; enim ante dehiſcent Attonitæ magna ora domus) retulerunt .i. reportauerũt pro reſponſo, præcipi ſortibus .i. ab reſpõſis dei, unde flaccus in arte. Dictæ per carmina ſortes, ut diffunderent per agros aquã eius lacus .ſ. albani emiſſam .ſ. ſtagno aut alueo ſuo. Enim pro quia, ſup. reſpõſum eſt Veios uenturos ſic .i. per tale opus in poteſtatem Po. Ro. quod quid attineret ad Veiorũ captionem, nemo dicere poſſet, niſi ꝙ futurũ ut bis captionem dæmones præuidentes, tali illuſione ſuperſtitionẽ mortalium augeri cupiebãt, ut quicquid præciperent, licet nulla conſtaret ratio, exequerentur. Quod .i. ꝗ rẽ .ſ. ueios ſic poſſe capi priuſꝗ legati renunciarẽt. .ſ. pſibus cõſcriptis, aruſpex ueientum captus a nro .i. Romano milite, & perlatus in caſtra. .ſ. ad indicandũ de eo, quia interpretes .i. expoſitores prodigiorum, domeſtici .i. Romani deerant, dixerat futurũ. Ergo ſenatus monitus duplici prædictione .ſ. apollinis delphici per legatos, & aruſpicis, ueientis, pene eodem tẽpe, & .i. ſimul paruit religioni .i. mandato religioſo deorum, quia aꝗ diffundẽdã curauit, & potitus ẽ urbe hoſtium, hoc eſt ueios cœpit.

¶ De Lucio Sylla conſule.

LVcius Sylla conſul Sociali bello: cum in agro Nolano ante prætorium immolaret ſubito ab una parte aræ prolapſam anguem proſpexit. qua uiſa Poſthumii aruſpicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortiſſima Sannitum caſtra cepit. quæ uictoria futuræ eius ampliſſimæ potentiæ gradus, & fundamentum extitit.

¶ De Caio Volumnio & Seruio Sulpitio.

PRæcipuæ admirationis etiã illa prodigia, quæ. C. Volumnio, & Seru. Sulpitio cõſ. in urbe noſtra inter initia, motuſq; bellorũ acciderunt. Bos nanq; mugitu ſuo in ſermonem humanum conuerſo, nouitate mõſtri audientium animos exterruit. Carnis quoq; in modum nimbi diſſipatæ partes ceciderunt, quarum maiorem numerum præpetes diripuere aues. reliquum humi per aliquot dies, neq; odore tetro, neque deformi aſpectu mutatum, iacuit. Eiuſdẽ generis mõſtra alio tumultu credita ſunt. Puerũ infantem ſemeſtrem in foro Boario triumphum proclamaſſe. Alium cum elephantino capite natum. In Piceno lapides pluiſſe. In Gallia lupũ vigili e vagina gladium abſtuliſſe. In Sicilia ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe. Etiam metentibus cruentas ſpicas in corbem decidiſſe: Cerites aquas ſanguine miſtas fluxiſſe. Bello etiam Punico ſecundo conſtitit Cn. Domitio bouem dixiſſe. Caue tibi roma.

OLIVERIVS.

ITem cum bello acri. & huius hiſto. auctor eſt. L. ab urbe condi lib. iii. Cice quoq; libro de di. quid quod in annalibus, inquit, hẽmus ueienti bello cum lacus albani præter modum exereuiſſet, ueientem quendam nobilem ad nos profugiſſe, eumq; dixiſſe ex fatis quæ ueientes ſcripta haberent, ueios capi non poſſe, dũ lacus is redundaret, & ſi lacus emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet perniciofum Po. Ro. ſin autem ita eſſet eductus, ut ad mare peruenire nõ poſſet, tum ſalutare noſtris fore, ex, quo illa mirabilis a maioribus noſtris aquæ albanæ facta deductio eſt. cum autẽ ueientes bello feſſi legatos ad ſenatum miſiſſent tum ex his quidam dixiſſe dicitur, non omnia illum tranſfugam auſum eſſe ſenatui dicere, in eiſdem. nã fatis ſcriptum ueientes habere fore ut breui a gallis Ro. caperetur, quod quidem ſexennio poſt ueios captos factum eſſe audiuimus hæc Cice. at Li. cũ prodigium apparuiſſet, ut lacꝰ albanus præter modum exereſceret, ita ut per agros diffunderetur, nulla eius inundationis cauſa extrinſecus apparẽte, nõ ſolum ad ro. ueniſſe quæ ſupra diximus referentẽ, ſed delphos quoq; oraculum ſciſcitatum legatos miſiſſe ro. refert, qui reſponſum retulerunt, nõ prius ueios capi poſſe, quam lacus ille ꝑ agros unda proflueret oraculi autẽ uerba hæc fuere, ro. aquam albanam caue lacu cõtineri, caue in mare manare, ſuo flumine ſinas. emiſſam per agros rigabis, diſſipatamq; riuis extingues, tum tu inſiſte audax hoſtium muris memor, quam per tot annos obſides urbem ex ea tibi his, quæ nunc pandũtur fatis uictoriam datã. ¶ Acri Aſpero, & uehementi. ¶ Capi non poſſent, quia mœnia eſſent alta, & loco editiſſimo poſita, ut non ſolum ædificiis, ſed etiam natura loci tuta eſſent ¶ Eaq; mora, ideſt quis non minus detrimenti pãtiebantur obſidentes quam ueientes obſeſſi. ¶ Imbribus, ꝙ effuſi imbres cecidiſſẽt. ¶ Sortibus oraculo nam ſortes pro oraculis ſæpiſſime ponuntur, eo ꝙ ſortes e uaſe ducerentur, quibus oracula reddebantur ad ea, de quibus interrogaretur ſacerdos. ¶ Ami. ra. quia ſimulauit uelle de priuatis cum prodigiis conſulere. ¶ Domeſtici quia ro. adhue non habebant aruſpicinam. ¶ Dupli præ. Et ꝙ oraculum delphis prædixerat, & ꝙ aruſpex ueientanus ſignificauerat lacum deriuari per agros.

ASCENSIVS.

ITem cum bello. Huius quoq; ut fere reliquorum exemplorum hiſtoria, ſatis explicatur ab Oliuerio, quocirca textum enodabimus cum ordine, qui hic eſt. Item cum ueientes populi italie nõ ſane longe a roma quorum urbs ueiorum. compulſi a Romano .ſ. populo, aut exercitu, bello acri & diuturno, intra mœnia .ſ. ueiorum, non poſſent capi, quia ſe mœnibus tuebantur, & ea mora uideretur intollerabilis, nõ minus obſidentibus .ſ. Romanis, quam obſeſſis .ſ. ueientibus dii immortales (immo prodiis habiti maligni ſpiritus) patefecerũt iter .i. aduẽ uictoriæ exoptatæ .ſ. a Romanis, prodigio miro, id eſt mirando. Lacus enim albanus exceſſit ſubito modum ſolitum .i. menſuram conſuetam ſtagni .i. alueí intra quẽ ſtagni. id eſt alueí quem ſtagnare ſolebat, neq; auctus imbribus cæleſtibus, id eſt pluuia uehementi, ab aere delapſa, nam cælum pro aere nonnunquam dicimus unde uolucres cæli, neq; adiutus inundatione, id eſt influxu alterius amnis, qui ſuſ

OLIVERIVS.

NEc p. p hoc fuit ſociali bello, cuius cauſa inde nata eſt, qđ Druſus tri. Ple. promiſerat ſociis latini nominis ſi cum ſenatu ſentirent, eiuſq; partes aduerſus equeſtrem ordinem, cum quo propter iudicis grauiter diſſidebat, tueretur, daturum operam, ut in ciuitatem ro. acciperentur, ſed occiſo paulopoſt druſo cum præmium latinis negaretur, irati a ſocietate. P. R. defecerunt, & Ro. bellum indixerunt. Diuerſi contra hos miſſi ſunt imperatores, inter quos & L. ſylla, qui profectus in ſamnium aduerſus noiam primo duxit exercitum. Nolani extra mœnia cum copiis, & præſidiis poſuere caſtra. Sylla igitur cum deos de pugna conſuleret, anguis ſubito apparuit. Interrogato aruſpice, quid anguis ille portenderet, reſpõſum eſt, ut magno aio caſtra hoſtium inuaderet, quo facto uictoria potitus eſt. ¶ Sociali. b. ꝙ geſtũ eſt contra eos, qui a ſocietate. P. R. defecerunt. quod alio noie bellũ latinũ uocatur. ¶ Futuræ. a. p. Nã opes ſuas hic ſylla cœpit augere, & hac uictoria clarior factus maiora ſuſcipere non dubitauit.

Bellum ſociale.

Syllæ ſacrificanti ꝓdigium.

ASCENSIVS.

NEc parum & c. Ordo eſt Nec .i. & nõ, & ſup. prodigiũ quod ſequitur eſt ſucceſſus non parum .i. multum proſperi. Lucius ſylla conſul bello ſociali .i. cum latinis, ꝗ prius ſocii fuerant geſto, cum immolaret in agro nolano .i. nolæ urbis ſiti prætorium .i. tabernaculum prætoris, proſpexit anguem .ſ. fœmellam prolapſam ſubitõ ab una parte aræ, qua uiſa, eduxit continuo exercitum in expeditionem .i. opus bellicum, hortatu poſthumi aruſpices accepit fortuiſſima caſtra ſamnitum. quæ uictoria extitit gradus, & fundamentum eius potentiæ futuræ ampliſſimæ .i. mediũ, aut occaſio perueniendi ad eã Notandum eſt, quod anguem prolapſum dicit de fœminino ſed ſexum diſcernit.

OLIVERIVS.

PRæcipuæ admirationis. L. multa refert apparuiſſe prodigia ante gallorum aduentum, quæ futurum urbis minaretur excidium, dicit enim eo anno cælum uiſum ar

dere, terra ingenti concuſſa motus eſt Bouem locutam, cui rei priore anno, cui fides non fuerat, creditum eſt inter alia prodigia, quæ multa fuere carne pluit, quem imbrem ingens numerus auium uolitando rapuiſſe fertur quod intercidit ſparſum ita iacuiſſe aliquot dies ut nihil odor mutaretur præcipue, nõ ſolum, qua diximus prodigia admirãda ſunt, ſed etiam quæ ſequuntur. Mugitum in h. ſe. bos, quæ ante mugire conſueuerat humanis uerbis locuta ẽ, nã dixiſſe fertur, caue tibi Ro. ſed primo creditũ ñ eſt, ſecundo uero cum hoc idem prodigium enunciatum eſſet, fides haberi cepta eſt. Carnis. q. in. in Pli. lib. ii. præter hæc, inquit relatum eſt in monumenta inferiore cælo lactæ, & ſanguine præluiſſe. M. Acilio. C. portio conſ. & ſæpe alias carne ſicut. L. uolumnio. Ser Sulpi. cõſu. eamq; non perputruiſſe, quod non diripuiſſent aues. In modum nimbi, nimbus uẽtus cũ pluuia, eſt etiam dẽſitas nubis in tempeſtate obſcura. Præpetes aues, ſunt quarum uolatu futura prænoſcimus, hoc ẽ auguria faciunt, dictæ præpetes, quaſi priora petentes, quia priora petunt uolantes. Nec odore, quia nec deformes erant carnes nec tabo, & ſanie, aut alia corruptione fetents, non odore non aſpectu uariarunt ſe carnes ille, ſed eundem quoq; uigorem retinuerunt, quem prius habuere, & odorem. Liu. pu. be. lib. i. Romæ, inquit, circa urbem multa ea hyeme prodigia facta, &c. Seme. vi. menſium, ideo autem dixit ſemeſtrem, quia potuiſſet eſſe infans loquens ſine admiratione, ut in bimatu, & infra, ſed ſemeſtris loqui ſine miraculo non poteſt. In ſo. boa. li. dicit in foro olitorio. locutum, clamaſſe, io triumphe. Elephantino ca. ſine dubio hoc abominandũ fuit. Lapides plu. dicimus lapides, & lapidibus. Vigili, q nocturnas facit excubias Sanguinem. ſ. ſignificat laborem bellicum, qui poſtea ſecutus eſt. Cruentas ſpi. hæc ab ancio ciuitate uolſcorum nunciatum eſt In. c. ſecundum uetuſtũ more locutus. Caue ti. Ro. hoc dicit. L. fuiſſe bel. mac. cæterites. L. hoc idem ſcribit.

Bos locuta. Carne pluit.

Semeſtris. Infans locutus

ASCENSIVS.

PRæcipuæ admirationis, &c. Ordo eſt. illa prodigia, q̃ acciderunt in urbe nr̃a, hoc eſt Romana, inter initia, & motus bellorum, hoc eſt inter initia motuum bellorũ, aut inter initia, quia iam decreto erant bella, & motus, quia nondum quicquam motum erat, Caio uolumnio, & Seruio Sulpitio conſulibus, ideſt dum illi erant deſignati conſules, ſup. ſunt etiam admirationi præcipue. i. ſingularis. Namq; bos. ſ. fœmella, hoc eſt uacca, ut omnes interpraetantur, mugitu ſuo. i. ſibi naturali, conuerſo in ſermonem humanum, ga locuta eſt, exterruit animos audientium nouitate monſtri. i. inauditi prodigii. Partes quoque carnis diſſipatæ ceciderunt in morem nimbi. i. denſi imbris. Quarum. ſ. partium carnis, maiorum numerum aues præpetes. i. feſtinæ, & priuſquam caderent eas petentes, aut ad auguria aptæ, diripuere more uidelicet hirundinum, reliquum. ſ. partium carnis. i. quod relictũ erat, & non dereptũ ab auibus, iacuit humi. i. ſuper terram per aliquot dies, neq; mutatum tetro odore, quia non contraxit fœtorem, neq; mutatũ deformi aſpectu, quia quod putrefactum eſt, & odore & aſpectu deforme eſt, caro autem illa nequaquam; unde concluditur non fuiſſe corruptam. Eiuſdẽ paucis recitat complura ꝓdigia non minus ſtupenda dicens. Monſtra. id eſt prodigia eiuſdem generis, credita ſunt alio. i. diuerſo, aut uario tumultu ſcilicet bellico. uidelicet puerum infantem ſemeſtrem. i. ſex menſes natum proclamaſſe in foro boario, quod romæ eſt triumphum id eſt clamando, io triũphe: denunciaſſe futurum triumphum, & creditum eſt alium. ſ. infantem natum cum capite elephantino, & creditum eſt, lapides pluiſſe id eſt in morem pluuiæ decidiſſe, in piceno ſup. agro, & creditum eſt, lupum abſtuliſſe uigili, forte tamen non uigilanti, gladium ẽ uagina in gallia, Et duo ſcuta ſudaſſe. i. ſudantium modo emiſiſſe ſanguinem, in Sicilia, Etiam ſup. creditum eſt ſpicas cruẽtas. ideſt cruore perfuſas decidiſſe metentibus. i. iis qui metebant, in corbem. id eſt uas uimineum, in quod colliguntur ſpicæ, dum intenſius eſt cauma. Aquas cærites, in cerete oppido fluxiſſe mixtas ſanguine. Conſtitit. id eſt pro manifeſto tentum eſt, etiam bello punico, ideſt carthaginenſi ſecundo, Bouem dixiſſe Cneo Domitio, O roma caue tibi.

De Caio Flaminio.

CAius autem Flaminius inauſpicato conſul creatus cum apud lacum Traſimenũ cum Hannibale conflicturus, conuelli ſigna iuſſiſſet: lapſo equo ſuper caput ei9 humi proſtratus eſt, nihilq; eo prodigio inhibitus ſigniferis ſigna moueri ſua ſede poſſe negantibus, malum, ni cõtinuo ea effodiſſent, minatus eſt. Verum huius temeritatis utinam ſua tantum non etiam Po. Ro. maxima clade pœnas pependiſſet. in ea namq; acie. xv. milia Ro. Cæſ. vi. milia capta. xx. milia fugata ſunt. Cõſulis obtrũcati corpus ad funerandum ab Hannibale quæſitum eſt. qui quantum in ipſo fuerat Romanum ſepelierat imperium.

OLIVERIVS.

CAius autem Fla. Li. de. ii. bel. p. Ci. de di. Quid bello, inquit. punico ſecundo, nõne. C Flaminius cõſul ſigna neglexit rerũ futurarũ magna cũ clade reipu. qui exercitu luſtrato cum aretiũ uerſus caſtro mouiſſet, & contra Hanni. legiones duceret, & ipſe, & equus ante ſignum Iouis ſtatoris, ſine cauſa repente cecidit, nec eam rẽ habuit religioni obiecto ſigno, ut peritis uidebatur ne committeret prælium. Idem cum tripudio auſpicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat, tũ Flamini. ex eo queſiuit, ſi nec poſtea quidem pulli paſcerentur, quid faciendum eſſe cenſeret, cum ille quieſcendum eſſe reſpondiſſet. Flamini. præclara, inquit, auſpicia. ſi eſurientibus pullis res geri potuiſſet, ſaturis nihil gereretur. Itaque ſigna conuelli, & ſequi iuſſit, quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet loco mouere, nec quicquam proficerent, plures cum accederẽt. Flamini nunciata ſuo more neglexit, itaq; tribus horis conciſus exercitus atq; ipſe interfectus eſt. In au. aduerbialiter dictum eſt, ut falſo conſulto præcario auſpicato Pri. Lacum traſi. peruſinum lacum, qui nomen accepit a menio monte. Conuelli ſi. in terra ſuper ſigna defigebantur. Lapſo. lib. i. Fla. cum ocius conuelli ſigna iuberet, & ipſe in equum inſiluiſſet, equus repente corruit, conſulemq; lapſum ſupra caput effudit. Verum huius temeritatis, ſed utinam, inquit, temeritatis huius pœne in caput ſuum redundaſſent, non enim reſpu. tantum detrimenti paſſa fuiſſet. Ad funerandum, ad funus faciendum, ut ſepulturæ mandaret.

Inauſpicato.

ASCENSIVS.

CAius autem flaminius creatus conſul inauſpicato, id eſt nõ captis auſpiciis, aut infeliciter cum conflicturus ideſt manus conſerturus. Cum Hannibale Carthaginienſi: duce apud lacum tranſimenum, ideſt peruſinum a uicino monte dictum iuſſiſſet ſigna, ideſt uexilla haſtis impoſita, conuelli, ideſt terra extrahi & moueri, proſtratus eſt humi, id eſt in terram, equo lapſo ſuper caput eius; & ipſe nihil inhibitus, id eſt retractus ab incepto, licet inhiberetur, eo prodigio, id eſt oſtento futuri caſus, ſigniferis negantibus. ideſt cum inſuper ſigniferi negarent ſigna poſſe moueri ſua ſede. id eſt a terra cui inhærebant, minatus eſt ſup. ſigniferis, malum ideſt, uerbera, aut necem, niſi effodiſſent ea ſcilicet ſigna continuo. Verum, id eſt ſed. utinam ipe. C. flaminius pependiſſet. ideſt perſoluiſſet pœnas, ideſt mulctam huius temeritatis, tantum, ideſt duntaxat ſua clade, & non etiam maxima clade populi romani quod tamen non fecit. Namq; pro quia. xv. millia Romanorum ſunt cæſa in ea acie. vi. milia Ro. ſunt capta & . xx. milia ſunt fugata. ideſt in fugam uerſa. unde colligitur. xli. milia. in eo prælio contra Hannibalem ſtetiſſe. Corpus conſulis ſcilicet. C. Flaminii, obtruncati. id eſt cui caput erat ablatum, quæſitum eſt ab Hannibale, hoc eſt iuſſu Hanni. ad funerandum. ideſt funus faciendum ad ſepulturam pertinens, qui ſcilicet conſul quantum fuerat in ipſo, ſepelierat ſup. ſecum imperium Roma. quia niſi dii proſpexiſſent actum fuiſſet de imper. Roma. Poſſet etiam dici qui ſcilicet. Hanni. quantum in ipſo fuit, ſepelierat cum conſule imperium. Ro. quia niſi fata reſtitiſſent potuiſſet Imper. ro. extinxiſſe. Verum quia hæc dicit author ad deprahenſionem temeritatis conſulis, ſequar priorem expoſitionem.

Oliuerius.

De.C.Hoſtilio.

FLaminii autem præcipitem audaciam. C. Hoſtilius Mancinus veſana perſeuerãtia ſubſequitur: cui conſuli, in Hiſpaniam ituro, hæc prodigia acciderunt: cum Lanuuii ſacrificium facere vellet: pulli cauea emiſſi in proximam ſyluam fugerunt, ſummaq; diligentia quæſiti, reperiri nequiuerunt: cumq; ab Herculis portu, quo pedibus peruenerat: nauem conſcenderet: talis vox ſine vllo authore ad aures eius peruenit. Mancine mane. qua territus, cum itinere conuerſo Genuam petiſſet: & ibi ſcaphã eſſet ingreſſus: anguis eximiæ magnitudinis viſus è conſpectu abiit. ergo numerum prodigiorũ numero calamitatũ æquauit: infelici pugna: turpi fœdere: deditione funeſta.

Aliud de Tito Grac.

MInus miram in homine parum confiderato temeritatem Titi gracchi grauiſſimi cius exitus triſtis, & prodigio denunciatus, nec euitatus cõſilio, facit. Cõſul. enim cum in Lucanis ſacrificaſſet angues duo ex occulto prolapſi, repente hoſtiæ: quam immolauerat, adeſo iocinore, in eaſdem latebras ſe retulerunt: ob id deinde factum. inſtaurato ſacrificio idem prodigii euenit. Tertia quoq; cæſa victima, diligẽtiusq; aſſeruatis extis, neq; allapſus ſerpentũ arceri, neq; fuga impediri potuit? quod quamuis Aruſpices ad ſalutem imperatoris pertinere dixiſſent: Gracchus tamẽ non cauit, ne perfidi hoſpitis ſui Flauii inſidiis, in eum locum deductus, in quo Pœnorum Dux Mago cum armata manu delituerat: inermis occideretur.

OLIVERIVS.

Bellum Numātinum.

FI amminii autẽ precipitem, non minus obſtinatus fuit Hoſtilius, ut aduerſus deorum uoluntatem bellum ſuſciperet cum numantinis, nam hoc ſuo bello numantino, ſicut ſuo loco dicemus, nam lauinii deos conſulenti cum eſca pullis in cauea eſſet obiecta, illi ſtatim eſca neglecta in proximum lucum profugerunt, quo prodigio nihil territus cũ in prouincia proficiſcens claſſem è portu Her. ſolueret, uocẽ audiuit dicentem. Mancine mane, deinde cum genuam reuerſus eſſet, uidit ſerpentem immẽſæ magnitudinis, tamẽ his tot prodigiis nihil motus pergit ire in prouinciam, ubi demum prodigia cladibus adequauit, nam cum ingẽti ſtrage uictus eſt ab hoſtibus, deinde fœdus turpiter cũ hoſtibus iniuit, poſtremo traditus eſt à ſenatu hoſtibus ad ſupplicium. ☞ Veſa. non ſana.i.ſtulta. ☞ In hi. quia duxit exercitum contra numãtinos. ☞ Pulli è ca. Ro. moris fuit teſte Ser. ꝙ in cõiciis agendis, & bellis gerendis & pullularia captarẽtur auguria. ☞ Portu. h. u delicet de liguria ubi portus eſt Her. moneci, nã cõponitur ex μονος quod eſt ſolus, & οικος domus, & teſte Ser ideo putant her. ſic dictũ, uel ꝙ pulſis omnibus illic ſolus habitauit, uel ꝙ in eiuſtem plo nũquam deorum quiſpiã ſimul colitur, ſicut in templo Iouis colitur Minerua, & Iuno. in templo ueneris, cupido. Stra. de liguribus loquens ait. monecus præterea portus, ſtatio quædã eſt, non magnarũ, non multarũ capax nauiũ, templum habens Her. cognomento moneci, qm̃ is in eo habitat ſolus. ☞ Infelici pu. quia uictus eſt cum ingenti multitudine à paucis, nam fuere. xxx. milia ro. à. iiii mlibus numantinorum ſuperata. ☞ Turpi fœ. quia ſe in hoſtium poteſtatem dedit, & in iuſſu Po. Ro. fœdus iniquis conditionibus fecit cum numantinis, ☞ Deditione fu. quia ſena. cenſuit, ut hoſtibus traderet, & Po. Ro. religione ſeruaret.

ASCENSIVS.

FI aminii autem &c. Affert ſimile exemplum cõtemptorum prodigiorum in. C. Hoſtilio dicens. Aut pro ſed, Caius Hoſtili. Mã. ſubſequitur, ideſt imitatur perſeuerãtia, ideſt pertinacia ſua, ſup. ueſana. i. multum inſana. Legi poſſet etiam ſic perſeuerantia ueſana. C. Hoſtilii mãcini ſubſequatur. precipitem, ideſt temerariam audaciam flaminii, cui. ſ. Caio Hoſtilio conſuli, ituro, ideſt cum uellet ire in hiſpaniã, hac prodigia, que ſequuntur, acciderunt. Cum uellet facere lanuuii in eo oppido italiæ ſacrificiũ, pulli emiſſi cauea, ut, ſcilicet paſcerent & ex paſtu futura pullarius diiudicaret, fugerunt in ſyluam proximam, & queſiti ſup. cum ſumma diligentia nequiuerant reperiri, & cum conſcenderet nauem à portu herculis, ſcilicet monæci, quo, ideſt ad quem peruenerat pedibus uox talis, qualis ſequitur peruenit ad aures eius ſine ullo authore. mancine mane. qua, ſcilicet uoce territus, cum itinere conuerſo, petiſſet Genuam urbem liguriæ præcipuam & eẽt ibi ingreſſus ſcapham, ideſt nauiculam anguis eximiæ magnitudinis uiſus, ideſt poſtq̃ apparuerat, abiit è conſpectu; ergo quia ea tria prodigia contempſit, ipſe æquauit numerum prodigiorum numero (ablatiuus eſt) calamitatum, uideltcet infelici pugna quam fuga pullorum ſignificauit, turpi fœdere, iniqs condõnibus cum Numantinis icto, quod uox minata eſt, & deditione funeſta, quia eius funeris. i. mortis cã. Sena. n. cenſuit, ut hoſtibus traderetur, & fœdus irritum fieret, quã quidem deditionem, angu s, qui forte genium eius ſe ſimulabat, euaneſcendo portendit.

OLIVERIVS.

MInus miram. Tib. Gra. prouinciam Lucanlã tenebat proconſul bel. pu. ſecundo, in qua ſacrificanti triſte ꝑdigium apparuit, nam ad exta ſacrificio ꝑpetrato angues duo ex occulto prolapſi edere iecur conſpectiq; repente ex oculis abierãt, id cum aruſpicum monitu ſacrificium inſtauraretur, atq; intentius exta reſerata ſeruarentur, iterum ac tertio tradunt iibato iecinore intactos ãgues abiiſſe, cum aruſpicis ad imperatorẽ id pertinere prodigium premonuiſſent, & ab occultis cauendũ hominibus cõſultum eſſet, nulla tñ prouidentia fatum iminens moueri potuit, nam hoſpitis dolo præcipitatus in inſidias cum paucis occiditur, hoſpes autẽ fuit Fla. Luc. caput eius partis, que cum Ro. ſtabat, nam lucanoꝝ pars ad Hannibalẽ deſerat, is mutata uoluntate locũ gratiæ querens apud penũ neq; tranſire, neq; trahere ad defectionẽ Luſatie habuit, niſi imperatoris Ro. & eiuſdẽ hoſpitis proditi capite, & ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet. Cõuenit. n. cum magone Car. duce, ut ſi Ro. tradidiſſet imperatorẽ libe ri cum ſuis legibus in amicitiã Luca. uenirent, cuius rei data, acceptaq; fide Grac. inuitat ad reliquã Lucaniæ partẽ in ditione accipienda quam à pœnis defecturã pollicebatur, ſi modo imperatorẽ Ro. uidiſſent, nam antea partẽ maximam ceperat Gra. igitur uerbis hoſpitis fraudem abeſſe credens cũ lictoribus, & turba equitum è caſtris profectus, duce hoſpite in inſidias precipitauit. ☞ Minus. m. nã in quo uir clariſſimus peccat, ſi in eodem leuior peccauerit, minus erit mirandum. ☞ Temerit autem, temeritas dicitur cum aliquid ſine conſilio, & cogitatione facimus, conſilium uero eſt aliquid faciendi, aut non faciendi, excogitata rõ. dicit ergo eum prodigiũ triſtis exitus denunciatum eſſet Ti. Grac. nec illud conſilio ẽt uſus uitare potuerit, minus mirandum uidetur de temeritate mancini, quia & ipſum pariter fata traxerunt. ☞ Angues du. ex. oc. pro. adeſo iecore in eaſdem latebras ſe contulere. multa ꝑdigium faciunt nam anguis eſt ſubdolũ & callidum animal, quod ſignificat hoſtes futuros callidos & aſtutos, iecur præterea membrũ uitale eſt, quod mortem conſuli prædicebat, ꝙ in latebras ſe contulerint ſignificabat fore, ut in iſidiis hoſtes delitеſcerent ☞ Ex o. quia neſciebant unde ſe proriperent. ☞ Ieco. Iecoris & iocinoris dicitur teſte Pri. ☞ Idem ꝑdigii, quia cum renouaſſet ſacrificium, reuerſus anguis ille iecoris parte ambeſa, ſe ab oculis hominum proripuit. ☞ Extis aſ. Diligenter cuſtoditis, ne diriperentur, exta dicuntur inteſtina ab extãdo. i. eminendo, ſunt enim partes, qua intra corpus eminentiores ſunt. ſicut iecur. cor. pulmo. ſplẽ. ☞ Cauit, preuidit. ☞ Ne p. ho. Cum apud maiores iura hoſpitii ſancta, & inuiolata fuiſſet. Vir, Iupiter hoſpitibus, nam te dare iura loquuntur, ꝑfidus aũt dr̃ qui fidẽ uiolat. ☞ Inſidiis, utpote qui proficiſceretur impacatos, huius Ti. oſſa ro. deportanda dedit Hanni. militibus Ro. ut uidebimus in ca. de humanitate.

Tibe. Grac. mors.

ASCENSIVS.

MInus &c. Ordo eſt exitus Titi (non Tiberii) Gra cuius grauiſſimi triſtis. i. doloroſus, & denuntiatus ꝑdigio,

quod ante eum euenerat Facit temeritatem in homine parum conſiderato .i. parum prouidenti, & futura non ſatis conſideranti, minus mira, quia minus mirandum eſt, ꝙ homo incõſideratus per temeritatem triſtem habuerit exitum, ꝗ ꝙ ciuis grauiſſimus nequiuerit prodigii triſtis exitum uitare. Enim pro quia, ipſe Titus Grac. conſul cum ſacrificaſſet, ad inquirendũ exitum belli per exta, in lucanis ſcilicet campis angues duo ꝓlapſi repente ex occulto, retulerunt ſe repente in latebras eaſdẽ unde ſcilicet prolapſi acceſſerant, & hoc iocinore, ideſt iecore hoſtiæ, quam Grac. immolauerat adeſo, ideſt abſumpto deinde ſacrificio inſtaura .i. in latum priorem innouato, ob id factum, ꝙ anguis iecur ederat. Idem pro eue. quia iterum abſumptum eſt iecur hoſtiæ ab illis, Tertia quoq;, ideſt etiam tertia uictima cæſa, & extis aſſeruatis .ſ. à ſacrificulis, diligentius, ſcilicet ꝗ prius, aut multũ diligenter, neq; elapſus ſerpentum, neq; fuga ſerpentũ potuit pediri, quin .ſ. iecur ederent, & ſufugerent, quod .ſ. ꝓdigium ꝗuis aruſpices .i. qui haram inſpectabant, & inde iudicabant, dixiſſent pertinere ad ſalutem imperatoris (qđ Virg. æñ. v. in ænea imitatus eſt) & ita nõ fuit temeritas in eo, ꝗñ Gracchus Imperator non cauit .i. non euetuit, ne deductus inſidiis flaui hoſpitis ſui perfidi, in eum, locum, in quo mago dux penorum delituerat, cũ armata ma. i. exercitu armato, occidere .ſ. ab eo inermis.

¶ De Marcello.

ET Conſulatus collegium, & erroris ſocietas, & par genus mortis à Tito Graccho, ad Marcelli memoriam me trahit. Is enim captarum Syracuſarum, & Hannibalis ante Nolana mœnia à ſe primum fugere coacti, gloria iaflammatus. cum ſummo ſtudio niteretur: vt Pœnorum exercitum aut in Italia proſterneret: aut Italia pelleret: ſolenniq; ſacrificio volũtates deorum exploraret, quæ prima hoſtia ante foculum decidit eius iecur ſine capite inuentum eſt. proxima iocinoris duplex caput habuit. quibus inſpectis Aruſpex triſti uultu, non placere ſibi exta, quia prima trunca, ſecunda nimis læta apparuiſſent: reſpõdit. Ita monitus. M. Marcellus ne quid temere conaretur. in ſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis egredi auſus à multitudine hoſtium in Bruttiis circumuentus, æque magnum dolorem, ac detrimentum patriæ, interitu ſuo attulit.

¶ De Octauio conſule.

IAm Octauius Conſul dirum omen quẽadmodum timuit: ita vitare non potuit: è ſimulachro enim Apollinis per ſe abrupto capite: & ita infixo humi, vt auelli nequiret: armis à collega ſuo Cinna diſſidens, preſumpſit animo ea re ſignificari exitum ſuum. in quem metus augurii, triſti fine vitæ incidit: ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit.

erroris, ſcilicet in ſpe de prodigii exitu, & par, ideſt ſimile genus mortis, trahit me à Tito Graccho, ideſt à narratione extus eius, ad memoriam Marcelli. Is enim inflãmatus gloria ſyracuſarum, urbis in Sicilia opulentiſſimæ, captarum, ſcilicet à ſe, & Hannib, coacti fugere primum à ſe, ſcilicet Marcello, ante mœnia nolana cum niteretur ſummo ſtudio, ut auproſterneret exercitum pœnorum in Italia, aut pelleret italia, & exploraret, ideſt exquireret uoluntates deorum, ſacrificio ſolẽni, eius ſup. hoſtiæ, ꝗ hoſtia decedit patria ante foculum, ubi aſſeruabatur ignis ad ſacrificii uſum, iecur eſt inuentum ſine capite, ideſt patria & eminentiſſima parte, proxima ſupp. hoſtia habuit duplex caput iocinoris, (Sic antiquis declinabatur iecur, nam illis rectus erat iocinor, ſicut itiner unde itineris.) ¶ Quibus inſpectis aruſpex triſti uultu .i. hñs triſtem uultum, reſpondit exta non placere ſibi, ideſt non portendere lætum exitum, q a prima apparuiſſent trunca, ideſt imminuta, ablato iecoris capite, & ſecunda nimis læta, quia duplicato capite, & ita Marcus Mar. monitus ne quid conaretur temere, auſus egredi cum paucis nocte inſequenti gratia ſpeculandi, circũuentus in bruttiis à multitudine hoſtium attulit interitu ſuo patriæ, ſcilicet ro. æque magnum dolorẽ ac detrimentum, ideſt dãnum.

OLIVERIVS.

ET Conſulatus collegium, conſules in apulia. Qu. criſpinus & M. Mar. Hãni. ſe oppoſuerãt cum copiis bel. punico ſecundo, tumulus erat ſyluestris inter punica & Ro. caſtra à neutris prius occupatus, quia Ro. qualis eſſet ps eius, quæ uergeret ad hoſtiũ caſtra ignorabant, Hãni. inſidiis quẽ caſtris aptiorem eum crediderat, Itaq; nocte ad id miſſas aliquot numidarum turmas medio in ſaltu condiderat, Ro. occupandi loci cupiditas inceſſit, ne ſi occupatus ab Hanni. foret, in ceruicibus haberent hoſtem, itaq; conſules cum paucis equitibus exploratũ profecti in inſidias præcipitarunt, ubi Marce. pugnando fortiter cecidit. Criſpinus grauiter ſaucius euaſit, immolaſſe eõ die quidam prodidere memoriæ conſulẽ Mar. & prima hoſtia cæſa iecur ſine capite inuentum. In ſecunda omnia comperuiſſe ꝗ aſſolent, auctum etiam uiſum i capite, nec id ſane aruſpici placuiſſe, ꝙ ſecundũ trunca & turpia exta nimis læta apparuiſſent. M. ꝗuis admonitus eſſet, ne quid temere ageret tamen ducentibus fatis id conſilio uitare non potuit. ¶ Colle. Ti. gra. & Mar. collegæ fuerant in conſulatu. ¶ Erroris ſo. quia uterq; in inſidias temere precipitauit. ¶ Par genus mor. quia uterq; fuit inſidiis oppreſſus. ¶ Is ca. ſyr. quia ſyracuſas diu obſeſſas tandem cœpit, ubi Archimedes ingenti arte diu claſſe ro eluſerat. ¶ Hannibalis Cor. Mar. primus fuit, qui ad nolam, Hanni. uinci poſſe docuit, & cum exercitu deleri, hæc quoq; fuit ex tribus unus, qui ſpolia opima Ioui feretrio conſecrauit, cæſo Vindonaro gallorũ rege. ¶ Prima hoſtia, hoſtia immolabatur anteꝗ ad hoſtes proficiſcerentur. ¶ Victima, poſt partam uictoriam cum diis gratias agerent, dicta uictima ꝙ uicti ſunt hoſtes ¶ Capite, principio. ¶ Triſti mœſto. quia uidebat periculũ ducibus imminere. ¶ Temere, inconſulte. Hanni. M. corpus ſepeliendũ curauit.

ASCENSIVS.

ET conſulatus &c. Tranſit apte ad narrationem de Marcello dicens. Et, ideſt ſimul collegium conſulatus, qa ſimul conſulatum geſſerunt, & ſocietas, ideſt paritas

OLIVERIVS.

IAm Octa. cõ. Octa. & cinna cõſu. fuerunt. Sed cinna conſulatum tanꝗ tyrãnidẽ exercens ſeuiebat in ciues, & legem ferre uolebat de reuocandis, quos ſenatus hoſtes iudicauerat, & hoc modo tyrãnidẽ affectabat. Oct. uero huic aduerſabatur, & eius conatibus ſumma ope reſiſtebat. igitur cum inter ſe tantopere diſſentirent, & Octa pars melior ciuitatis ſequeretur, ex urbe pellitur cinna, quo eiecto, Cor. merulã in eius locum ſubſtituere patres. Eadem tempeſtate marius è ciuitate pulſus à ſylla in hiſpania ingentes copias comparauerat, qui ut cinnam audiuit electum ex urbe, ad eũ ſtatim legatos de coniungendis exercitibus miſit, cinna id ſe facturum libenter reſpondit ad hæc uelle ſe marium legionibus præeſſe, utpote qui belli dux peritiſſimus eſſet. Marius negat ſe priuatũ conſuli preferri oportere. Ceterũ nihil, quod ad priſtinã dignitatẽ recuperandam ptineat prætermiſſurũ igitur in italiam traductis copiis, quas in hiſpaniã contraxerat, marius cinnæ coniungitur, exercitum ad urbem ducunt, ſed primo hoſtiã que viii milibus paſſuum diſtat ab urbe poſt auentinum capiunt, poſtremo exercitum ad urbem ducunt, cinna Oct. pro tribunali ſedentem obtruncat, caput eius roſtris affigit, multi & alii nobiliſſimi ciues ceduntur, inter quos & M. A. orator, cuius caput diu manibus pertractatũ Marius menſæ appoſuit & cum aliis poſtea roſtris affixit, quẽadmodum, iungitur cum ſuperiori marc. quidem non timuit Oct. uero timuit, ſed uitare non potuit preſumpſit preſagiuit animo. ¶ Triſti fi. quia occiſus eſt à cinna, & eius caput roſtris affixum. Cinna conſul.

ASCENSIVS.

IAm Oct. Ordo eſt. Iam, que uox continuatiua hec eſt. Octauius conſul non ille, qui auguſtus poſtea dictus eſt, ſed collega Cinnæ in conſulatu, quemadmodum timuit dirum omen, ideſt oſtentum & prodigium, ita non potuit uitare. Enim pro quia, capite abrupto per ſe, quia neſciebatur facti author alius ꝗ deus ipſe, è ſimulachro apollinis. (Ergo & ipſi credebant non ſimulachrum eſſe apollinem ſed apollinis tabernaculum, quin etiam multi ſolem, lunã, heſperũ & c.

non

non apollinẽ, dianam, uenerem, &c. ſed eorũ faces, aut ſedes eſſe cenſebant) & capite infixo humi, in quam ceciderat, ita .i. tam firmiter, ut nequiret euelli. Diſſidẽs armis à collega ſuo cinna nomine, præſumpſit .i. ante euentum ſumpſit, & indicauit animo exitum ſuum ſignificari ea re, hoc eſt ſe, qui caput bonorum eſſet caput amiſſurum, in quem, ſcilicet exitum, metus augurii, incidit triſti fine uitæ, quia reuera obtruncatus ẽ, & caput eius ludibrio habitũ, ac caput dei, hoc eſt ſimulachri dei apollinis immobile, ſcilicet prius potuit tum demum refigi, ideſt euelli terra Refigi & figi contraria ſunt.

retur cũ à militia Cæ. exuit, cũ ægre cæſar illũ dimitteret, quẽ ante conſpectum patria Cæſum fuiſſe conſtat. ¶ Tot ſigna, quia ſigna militaria in poteſtatem hoſtium uenere, que deinde augusto imperante recepta ſunt. ¶ Strues, cumulos, aceruos. ¶ Vellẽ, uellẽ, inquit Va. hanc cladẽ placidius dicere poſſe, ſed omiſſis gratioſis uerbis cogor uera fateri. ¶ Sed re, ſcilicet loquor. ſic. d. ſ. quia dii ubi nobis oſtenderunt ſigna quibus quod geſturi ſumus, ſibi non placere ſignificant, iraſcũtur ſi contra eorum uoluntatẽ fecerimus. ¶ Excandeſcunt, iraſcuntur affectu, non paſſione, excandeſcere ꝓ iraſci, ſed igni ira comparatur. ¶ Præferet. qa conſilia humana admonitiõibus deorum anteponũt.

¶ De. M. Craſſo.

NOn finit nos. M. Craſſus inter grauiſſimas Ro. imperii iacturas numerandus hoc loco de ſe ſilẽtium agere. plurimis, & euidentiſſimis: ante tantam ruinam monſtrorũ pulſatus ictibus (ducturus enim erat à Carris aduerſus parthos exercitum) pullum ei traditum eſt paludamentum, cum in prelium exeuntibus album, aut purpureum dari ſoleret: mœſti, & taciti milites ad principia conuenerunt: qui uetere inſtituto cum clamore alacri accurrere debebant. aquilarum altera uix conuelli à primipilo potuit: altera ægerrime extracta in contrariam, ac ferebatur partem, ſeipſam conuertit. Magna hæc prodigia: ſed & illæ clades aliquanto maiores: tot pulcherrimarum legionum interitus, tã multa ſigna hoſtilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus, Barbarorum obtritum equitatu, optimæ indolis Filii cruore paterni reſperſi oculi corpus imperatoris inter promiſcuas cadauerum ſtrues auium, ferarumq́ laniatibus obiectum. Vellem quidem placidius: ſed relatu uerum eſt. Sic deorũ ſpreti præmonitus excandeſcunt. Sic humana cõſilia caſtigantur: ubi ſe cæleſtibus præferunt.

OLIVERIVS.

NOn finit. cum tres Ro. principes quadam inter ſe conſpiratione cõueniſſent, ut conflatis opibus remp. pro ſua uoluntate uerſarent prouincias inter ſe partiti ſunt, ita ut galliam Cæ. Italiam Pomp. parthiã Craſ. obtineret ſed parthia prouincia facta eſt nulla intercedente belli cauſa, neq; enim parthi po. Ro. ulla iniuria laceſſiuerant, uerum qa Craſ audiuerat Arſacidem, uel ut alii dicunt Orodem parthorum regem auri & argenti locupletiſſimum eſſe, inhians eius opibus, non prius agere deſtitit cum Cæſ. atq; Pompeio, q̃ obtinuit ut ea ſibi prouincia decerneretur, ſperans inde ſe locupletem rediturum magis quã glorioſum, cõſtat. n. Craſſum

Craſſus a pthis deletus ciuem fuiſſe auariſſimum, Ci. li. iii. de finibus bonorũ & malorum. Rectius, inquit, diues q̃ Craſſus, qui niſi eguiſſet. nunq̃ euſratẽ nulla belli cã tranſire uoluiſſet. Sed res ſibi ꝑter ſpem & opinionẽ euenit, cum enim in parthiã duxiſſet exercitum, & regi caput offertur, quod habuit ille ludibrio, nam ferunt aurũ in os liquidum cũ hac exprobratione infudiſſe, aurũ ſitiſti, aurũ bibe, utpote, qui ſemp diuitiarũ ſtudioſiſſimus fuiſſet, ita ut diuitis cognomen acciperet, unde floius, caput, inqi, craſſi reciſum cũ dextera manu ad regẽ deportatum ludibrio fuit, neq; indigne, aurũ. n. liquidũ in rictũ oris infuſum eſt, ut cuius animus arſerat auri cupiditate eius & mortuũ & exãgue corpus auro ureretur. Alii m dñt, quod ueritati magis accedit Parthorum regẽ edixiſſe, quicunq; caput ad ſe craſſi detuliſſet ei ſe tantũdem auri repenſaturũ ex eo calliditate ingenii militem uſum euocato craneo plumbũ liquidũ inſtillaſſe & hãc calliditatem regẽ probaſſe, qđ uero ad rem pertinet huic aduerſus hoſtes exercitum ducenti multa adparuere prodigia q̃bus poterat ab incepto deterreri, ſi mens non leua fuiſſet uel fata potius ro. tuliſſent nã proditur memoriæ xi. legiões Ro. in ea pugna fuiſſe deletas. ¶ Inter. g. qa ut dixi. xi. legiones amiſere Ro. ¶ A car. De quibus ſupra ſatis dictum eſt. ¶ Pullũ.

Carræ urbs Pullus a. um.

i. nigrum. & atrum, nam pullus la. lũ. dr niger. a. um. Virgi. Reice ne maculis infuſcet uellera pullis. lu. Pullati proceres, hoc eſt atra ueſte. Paludamentũ Veſtis impatoria. ¶ Ad prin. principes appellantur, qui ſecunda acie locãtur. nam cum uelites primi ita leuiter ꝑliũ cõmittãt, ut q̃ primũ hoſti cedãt, eo eũ cũ hoſte cõgreſſus dignus nõ eſſe ur, q̃ pugna appellet, unde principia, hoc eſt pricipes ſupſeq̃ntes inſignes armis, uiribus q; ferocius pugnãt hiq; primã pugnã cõmittere dñr, ergo ad principia, hoc eſt ad primã aciẽ, q̃ poſt uelites, & ferẽtarios remanet, eo q; ipſi pugnã reuera incipiãt, nã uelitum præludiũ magis q̃ pugna eſſe uidebat. Ter. ego uero poſt principia oĩbus inſignẽ dabo, ſcđa acies erat principiũ, ſiue haſtatorũ, tertia ſubſidiariorũ. ¶ Altera æger. uexillorum, nã uexilla ro. depictã aqlã habebant. Lu. ſigna pares aqlas & pila minantia pilis. itẽ alibi, & notæ fulſere aqlæ Romanaq; ſigna. ¶ Optime in q. L. Craſ. dicebat hic bello galli. ſub Cæſ. militãs multa facinora uirtutis ediderat, & cũ pr in hanc, expeditionẽ ꝓficiſce

ASCENSIVS.

NOn finit &c. Pulchre tranſit ad Marci Craſſi exitum triſti ꝓdigio ſignificatum dicens. Mar. craſ. numerandus inter grauiſſimas iacturas imperii ro. quia cũ eo plurimi extincti ſunt, & paulo poſt reſ. oppreſſa eſt, non ſinit. i. non patitur, nos agere ſilentium. i. nos ſilere de ſe hoc loco utpote pulſatus. i. grauiter admonitus ut quem pulſando monemus, plurimis & euidentiſſimis ictibus, ideſt pulſationibus, monſtrorum. i. prodigiorum aduerſorum, ante tantam ruinam. i. priuſq̃ reſpu. tantam faceret iacturam. ¶ Enim pro quia paludamẽtum. i. indumẽtum imperatoriũ pullũ. i. nigrũ & funebris coloris traditũ eſt ei ducturo exercitum à carris urbe medorum aduerſus parthos, cum paludamentum album, aut purpureũ ſoleret dari exeuntibus in prelium. Item milites cõuenerunt ad principia que archiua uulgo uocant, aut ad ſcđa in aciebus loca meſti & taciti, qui debebant accurrere inſtituto. i. more uetere cũ clamore alacri. i. alacriter clamantes. Præterea altera aquilarum (nã duæ erant Romanis pro ſignis) uix. i. cum ſumma difficultate potuit conuelli. i. terra extrahi, à primipilo. i. primo uexillifero, altera. ſ. aquilarũ, ideſt reliqua extracta ægerrime. i. cum ſummo labore cõuertit ſeipſam in partẽ contrariam, ac. i. q̃ ferebatur. Hæc prodigia ſup. ſunt, aut fuerũt magna, ſed illæ clades, quas Craſſo duce reſp. accepit, ſup. fuerunt, & ideſt etiam maiores aliquanto, utpote interitus tot pulcherrimarũ legionum. ſ. romanarum tam multa ſigna i. uexilla militaria (præter enim aquilas duas erãt q̃ plurima alia ſigna) intercepta manibus hoſtilibus, ſunt tñ poſtea ab Auguſto recepta, & tantũ decus militiæ Romanæ obtritum. i. in terrã cõculcatum, equitatu barbarorum. ¶ Oculi paterni, ideſt ipſius Craſſi patris, reſperſi, cruore filii. ſ. Iunioris craſſi, optimæ indolis. i. q erat optia indole præditus, & corpus iperatoris. i. ipſius Craſſi, abiectum laniatibus. i. deſcerptionibus auiũ, & ferarum inter ſtrues cadauerũ ꝓmiſcuas. i. cõfuſas ubi tam boni q̃ ignaui, tam nobiles q̃ ignobiles iacebant. Ego quidem. i. certe, uellem ſup. referre, aut loqui. (Verba. n. loquelæ ſæpe ſupprimuntur, & pulchra eſt in re triſti eclipſis, ubi ſingultus uerba ſurripere uſr) placidius, ideſt plauſibilius, & amœnius, ſed uerũ eſt relatu. i. ut referatur à me, aut, ſed uerum eſt relatũ ſup. à me quo clarior eſſet locutio, ſed exemplaria, que uidi habent relatu, ut ſit ſicut dixi, ſed quod dixi uerum eſt relatu, ideſt dum refertur, aut ſed uerũ. i. iuſtũ eſt relatu. i. ut referat ſicut geſtũ eſt Sic. i. hoc modo, ꝑmonitus deorum i. in ſuis ꝑmonitoibus ſpreti, excãdeſcũt. i. ua uehemẽti inflãmant, & ſic cõſilia hũana q̃ uana ſæpe ſũt caſtigantur. ſ. tã duriter ubi. i. qñ ꝑferunt ſe celeſtibus. i. diuinis.

THEOPHILVS.

ALbum, aut purpureũ ¶ imp. utebantur albo, aut purpureo paludamento. Hircius in rebus cæſ. Nã cũ Scipio ſagulo purpu. ante regis aduentum uti ſolitus eẽt

dicitur Iuba cum eo egiſſe. non oportere illum eodē uti ueſtitu atq; ipſe uteretur. Itaq; factum eſt illico, ut Sci. ad album ſe ueſtitum transferret, & ita caſtigandum docuit tanus ex anti qui. cod. & hoc loco Val. cum prius album legeretur. ¶ Aquilarum altera. Hoc oſtentum refert et Diony. aquilāq; Ro. ſignū docet aureā fuiſſe, non pictam. uerba Dionis adieci ſicut à meo parente Demetrio tranſlata ſunt in latinum. Signum quod aquila dicitur, eſt ædicula parua, in qua aquila collocatur aurea. quam geſtari mos ē in omni iuſto exercitu à ſignifero, præfixam longiſſimo cōto, qui, quo terræ depangi poſſit, in acutā cuſpidem deſinit.

¶ De Cn. Pompeio.

CNeum etiam Pompeium Iupiter omnipotens abunde monuerat: ne cum C. Cæſare vltimam belli fortunam experiri cōtenderet. egreſſo à Dyrrhachio aduerſa agmini eius fulmina iaciēs, examinibus aptum ſigna obſcurando, ſubita triſtitia implicatis militū animis, nocturnis totius exercitus terroribus: ab ipſis altaribus hoſtiarum fuga: ſed inuictæ leges neceſſitudinis, pectus alioquin procul ab amentia remotum, prodigia iſta iuſta æſtimatione perpendere paſſæ non ſunt. Itaq; dum ille eleuat authoritatem ampliſſimā; & opes priuato faſtigio excelſiores: omnia ornamenta, q̄ ab ineunte adoleſcentia ad inuidiam vſque contraxerat: ſpatio vnius diei confregit. Quo cōſtat in delubris deū ſua ſponte ſigna conuerſa militarem clamorem, ſtrepitumq; armorum, adeo magnū Antiochiæ, & Ptolemaide, auditum, vt in muros concurreretur: ſonum tympanorum Pergami abditis delubris editum: palmā uiridem Trallibus in æde Victoriæ, ſub Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum iuſtæ magnitudinis enatam. quibus appareret cœleſtium numen, & Cæſaris gloriæ fauiſſe: & Pompeii errorē inhibere voluiſſe. Tuas aras, tuaq; ſanctiſſima tēpla, Diue Iuli veneratus oro: vt propitio, ac fauenti numine tantorum caſus virorum ſub tui exempli præſidio, ac tutela deliteſcere patiaris. Te eni accepimus. eo die, quo purpurea veſte velatus aurea in ſella conſediſti, ne maximo ſtudio Senatus exquiſitum, & delatum honorem ſpreuiſſe videreris prius quā exoptatum ciuium oculis cōſpectum tui offerres. cultui religionis, in quam mox eras tranſiturus, vacaſſe: mactatoq; opimo boue cor in extis nō reperiſſe: ac reſponſum tibi à Spurina Aruſpice, pertinere id ſignum ad vitam, & conſilium tuum; quod vtraq; hæc corde continerētur erupit deinde eorum paricidium, qui dum te hoium numero ſubtrahere volunt: deorū concilio adiecerunt. Clauditur hoc exemplo talium oſtentorū domeſtica relatio: ne ſi vlterius Romana apprehēdero, è cœleſti tēplo ad priuatas domos, non conſentaneos vſus tranſtuliſſe videar. Attingā igitur externa, q̄ latinis inſerta literis, vt authoritatis minus habent, ita aliqd gratæ varietatis afferre poſſunt.

OLIVERIVS.

CNeum Pōpeium multa prodigia ſuperiores admonuere duces. ſed non pauciora pompeium à ſuſcipienda cum Cæſar. pugna auertebant ſi modo fata tuliſſent. ¶ Vltimam ſ. quia de ſumma rerum pugna iſta fuit, ubi cum uniuerſo exercitu fortunā belli expertus eſt. ¶ Contenderet, eniteretur. ¶ Aduerſa ia. Luc. inque oculis hominum fregerunt flumina nubes. ¶ Examinibus apum. Luc. nec non innumero cooperta examine ſigna, quod prodigium ſignificabat multitudinem nocituram eſſe Pompeio. Vnde Vegetius de re militari Nihil magis obſuit Pompeio q̄ exercitus numeroſa copia, quod & etiam ſenſiſſe fertur, dixit enim nihil aliud portendere apes q̄ numeroſam militum copiam. ¶ Nocturnis, conſtat flammā quandam clariſſimam in caſtris Pompei emicuiſſe in Cæſaris caſtra uergentem, quæ ſignificabat magnam Pompeii gloriam ad Cæſarem tranſituram, ex eoq; terrorem iniectū uniuerſo exercitui, qui & alis uiſis monſtris territus eſt. Lu. Hinc trepido concuſſa tumultu caſtra fremunt, hoſtiarum fuga Luc. Admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara Taurus, nā cum altaribus hoſtias admouiſſet, illæ ſtatim fugam proripuerunt. ¶ Sed inui. ſed fatis inquit, reſiſtere non potuit Pōpeius q̄q̄ prudentia & conſilio plurimum ualeret, loquitur autem ſcd̄m Stoicos, qui omnia dicebant fatali neceſſitate contingere, quod falſiſſimū eſt, & à uera religione alienum, nam ſi ſic eſſet, ſequeretur, illud abſurdiſſimum, ꝙ nec conſilium, nec doctrina, nec uoluntas quicquam ualeret, & fruſtra humano generi liberum datum eſſet arbitrium, ſequeretur & illud, ut quicquid homines ſine uirtute, ſine conſilio facerent, non uirtuti neq; conſilio, ſed neceſſitati potius eſſet aſcribendum, & propterea dānari quiſq̄, uel præmio affici non merito poſſe uideretur, ꝙ non uoluntate rectum quicq̄, uel turpe feciſſet, ſed fatis ita uolentibus, de fato Sene. in queſtionibus natu. quid enim intelligis fatū? exiſtimo neceſſitates rerum omnium actionūq;, quas nulla uis rūpat. ¶ Alioqui præterq̄ ꝙ in hoc parū prudens fuit. ¶ Perpēdere, examinare, conſiderare, tranſlatio ſumpta à penſantibus. ¶ Itaq; dum ele. nam ex auctoritate ſua Pompeius cum Cæſare pugnam ſuſcepit, ſenatus.n. prodigiis credendū eſſe dicebat. ¶ Eleuat, minuit, tollit, & eſt tranſlatio ſumpta à cumulo, de quo q̄tum eleuas tantum minuis, unde Perſius. nū quid turbida Roma eleuet accedas. ¶ Auctoritatem, quia uoluit ſenatus conſilium ſequi. ¶ Opes. p. Pom. opes iam inceperant maiores eſſe q̄ ciuicæ, neq; enim contentus erat cū cæteris æquo iure uiuere, ſed omnes opibus ſuperare uolebat. ¶ Faſtigio, altitudine. ¶ Ab ineunte, adhuc adoleſcens antēq̄ conſul eſſet de aphrica triumphauit, quod nulli Ro. ad eam diem contigiſſe legitur. ¶ Inuidiam, quia tantæ opes erāt Pōpeii, ut oēs inuidia laborarēt. ¶ Quo conſtat, quia Pōpeius hæc omnia admiſit, ideo ſibi prodigia multa apparuerunt, nec ſolum quæ ſupra diximus ſed etiam quæ ſequuntur. ¶ In delubris. Iulius celſus li. de bel. ci. prodigia iſta cōmemorat, dicit enim elide in templo mineruæ repetitis, atq; enumeratis diebus, quo die prælium ſcd̄m Cæſ. fecit ſimulachrum uictoriæ. qd̄ ante ipſam mineruam collocatum erat, & ad ſimulachrū mineruæ ſpectabat ad ualuas ſe tēpli limēq; conuertiſſe, eodem die Antiochiæ in ſyria bis tantus exercitus clamor & ſignorū ſonus exauditus ē, ut ī muris armata ciuitas diſcurreret, hoc idem Ptolemaide accidit, pergami in occultis & reconditis tēplis, quo præter ſacerdotes adire, nefas eſt, q̄ græci adyta appellāt, tympana cecinerunt. Item trallibus in templo uictoriæ, ubi Cæ. ſtatuam conſecrauerant, palma per eos dies in tecta inter coagmenta ex pauimento extitiſſe oſtendebatur. ¶ Antiochiæ, quæ ciuitas eſt in ſyria, quā condidit ſeleuchus antiochi filius. ¶ Ptolemaide, q̄ ciuitas eſt pentapoleos inter ægyptū & Aphrycā olim teſtibus Seru. & Stra. barce appellata. Ci. Ad lentulum Eſſe tui & ueſtri imperii dignitatis, Ptolæmaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato. ¶ Adytis, Adytū locus eſt ī tēplo quem adire nemini fas ē niſi ſacerdoti, & eſt dictio græca, nam δύω ſignificat ingredior. ¶ Sub Cæſaris ſtatua, Tralenſes Cæſa. ſtatuam quandā erexerant, ſub qua per iuncturas lapidum pauimento palmam pullulaſſe conſtat. ¶ Inter, Propter. ¶ Coagmenta, coniuncturas. ¶ Iuſtæ magnitudinis, Tam magnam, ut creſcere ſolent. ¶ Errorem ne Pompe ſe fortunæ committeret. ¶ Tuas aras. ¶ Hic aperte Cæſari adulatur, conſtat enim ab Auguſto fuiſſe Cæſari dedicatas aras, & templum, ergo non ſine adulatione commemorat Cæſarem fuiſſe temerarium, ꝙ & ipſe contemptis prodigiis in periculum ſuum corruerit, ideo ueniam petit, ſi contra eum dicturus erit. ¶ Diue Iuli. nota eſt differentia inter diuum & deum, ut deum æternum, diuum ex homine factum dicamus. ¶ Propitio, ephegeſis eſt, nam dii nobis propitii ſunt, cum nobis fauent. ¶ Sub tui ¶ De negligentia ſcripturus quā Cæſa. adhibuerit in probandis prodigiis, quaſi ueniam petit, & dicit ſe ideo exemplum eius poſiturum, non tam ut ipſum reprehendat, q̄ ut per eius exemplum cæteri, de quibus dixit, minori reprehenſione digni cenſeantur, nam ſi deus

Perpendere.
Eleuat.

Deus
Diuus.

prodigium

prodigium neglexiſſe probatur minus mirum eſt mortalem hominem tale quicquam incurriſſe. ¶ Et enim accepimus.

Cæſa. Cum ſenatus nouos, & inuſitatos honores Cæſa. decruiſſet, die ſtatuto, quo accepturus eos in ſenatũ uenturus erat ſacrificauit, nec cor uictimæ quam immolabat inuentum eſt, reſponſum itaq; eſt ab aruſpice, id prodigium ad ſalutem eius p̃tinere, itaq; cum Cæſ. in ſenatum ire recuſaret, Decius Brutus qui auctor & princeps coniurationis erat, inſtabat, & monebat, ac liberius arguebat, non decere ſenatum uniuerſum pro uno, & eo cui magnificentiſſimos honores demandare uelit, ne quicq̃ conuocatum ſuſpitionem eo die tantæ inſolẽtiæ aufugeret, itaq; Cæſ. perſuaſus in ſenatum uenit, ubi teſte Sueto. tribus & triginta plagis interfectus eſt, honores aũt, quos illi ſenatus decreuerat, erant ut perpetuo dictator eſſet, ut omnibus prouinciis niſi Italiæ præeſſent, ut terra mariq; coronam geſtaret præter q̃ in Italia. Sueto. alia præter hæc prodigia apparuiſſe commemorat. Cæſ. futuram cædem ſignificantia, ut illud cum capuæ euerterentur lege Iulia uetuſtiſſima ſepulchra, tabula ænea in monumento, in quo dicebatur, capis cõditor capuæ ſepultus, inuenta eſt, litteris uerbiſq; græcis hac ſententia, quando oſſa capis detecta eſſent, fore ut Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magniſq; mox Italiæ cladibus uindicaretur, cuius rei ne quis fabuloſam aut commentitiam putet, auctor eſt Cornel. Balbus familiariſſimus Cæſa. Rurſus illud, equorum greges, quos in traiiciendo rubicone flumine conſecrauerat, ac uagos & ſine cuſtode dimiſerat, comperit pertinaciſſime ſe à pabulo abſtinere, ubertimq; flere. quod Virg. tetigiſſe uidetur in ægloga daphnidis in qua Cæſ. mortem ſub nomine daphnidis, ut quidam uolunt, deplorat cum dicit. Non ulli paſtos illis egere diebus. Frigida daphni boues ad flumina, nulla neq; amnem libauit quadrupes nec graminis attigit hærbam. Item aliud, immolante aruſpice auem regaliolum cum laureo ramulo pompeianæ curiæ ſe inferentem uolucres uarii generis ex proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt. ¶ Purpurea. Triumphali ueſte indutus. ¶ Exquiſitum, Excogitatum, diligenter inuentum. ¶ Priuſq̃ ex, uidetur quodammodo Cæſa. excuſare, q; prodigia non ſeruauerit, ne, ſcilicet uideretur contempſiſſe honores, quos ſibi ſenatus ſtudioſiſſime deferebat. Cice. lib. de diuina. Quid inquid Cæſarem putamus, ſi diuinaſſet fore, ut in eo ſenatu, quem ex maiori parte ipſe coaptaſſet in curia Pompeiana, ante ipſius Pompeii ſimulachrum, tot centurionibus ſuis ſpectantibus à nobiliſſimis ciuibus partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo amicorum, ſed ne ſuorum quidem quiſquam accederet, quo cruciatu animi uitam acturum fuiſſe putas? ¶ Exoptatum, quia pauci admodum contra te coniurauerant, uniuerſa tamen ciuitas tibi fauebat. ¶ Religionis, ideo dixit, quia poſt mortem in deorum numerum tranſlatus eſt ergo religionis, in quam mox tranſiturus eras, ut quemadmodum tu eo die ſacrificabas, ita paulopoſt tibi quoq; ſacrificandum eſſet in numerum deorum relato. ¶ Opimo pingui, & ſacrificiis idoneo. ¶ A ſpurina aruſpice.

Spurina aruſpex. Spurina prædixerat Cæſari diem mortis ſuæ, ut caueret, erant autem idus Martiæ hoc eſt à Kalend. uſq; ad idus, nam omnes illos dies ei periculoſos eſſe prædixerat, unde legitur, q; cum idus adueniſſent ſine ulla noxa ſua. Spurinam irridens, & tanquam falſum autem redarguens Cæſar dixit, adſunt Kalendæ ô ſpurina, cui adſunt quidem reſpondit, ſed nondum præterierunt. Item cum in capitolium iret Cæſar multitudine ſtipulatus dixiſſe ſpurinam ferunt. Sol tendit ad occaſum, quia reſpondiſſe dicitur Sol bene tendit. ¶ Ad. ui quia uita & cõſilium à corde proueniunt, nam cor uitale membrum eſt, & ideo Cæſar. de utroq; periclitabatur. ¶ Erupit, exit cum impetu exortum eſt parricidium, ſcilicet bruti & caſſi, & aliorum qui manus intulerunt Cæſari, & maxime caſſii, qui primus lethale uulnus intulit, parricidium autem ad adulationem dixit, q; uerum patrem patriæ occiderit. Cic. ad Caſ. Luget. amicus tuus furorẽ iudicis primum in ſtatua, quam poſuit in roſtris, inſcripſit parenti optime merito, ut non modo ſicarii, ſed etiam patricidæ iudicemini. ¶ Claudatur hoc, nunc concludit dicens, non congruum eſſe ut facta Cæſaris, qui diuinos iam conſecutus eſt honores, ad priuata hominum exempla transferamus quaſi à diuinitate ad humanitatem deſcendamus, & ideo ſed domeſticis exemplis, quæ ad prodigia ſpectant, finem imponere uelle dicit. ¶ Exemplo, ſcilicet Cæſ. qui uiſis prodigiis in periculum lapſus eſt. ¶ Ad priuata. Ne à diuorum exemplis ad mortalium ducumenta tranſeamus. ¶ Inſerta, permixta. ¶ Vt minus, quia græci, à quibus exempla petuntur, ſemper aſſentatores fuerunt, & magis gloriæ, q̃ ueritati ſtuduerunt. Vnde Salu. Atheni. res geſtæ, ſicut ego exiſtimo, ſatis amplæ magnificæq; fuerunt. Verum tamen aliquanto minores q̃ fama feruntur, ſed quia prouenere ibi ſcriptorum ingenia magna, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur. ¶ Grata ua. Reſpondet tacitæ queſtiõi, nã dici poſſet, ſi græca latinis literis inſerta minus auctoritatis habent, cur ea tradis? habent quidem, ſed uarietas ipſa non nihil delectationis affert, etiam ſi conceſſeris minus auctoritatis habere latinis litteris prodita, ipſa tamen uarietas quandam affert delectationem.

ASCENSIVS.

CNeum etiam Pompeium. Ordo eſt Iupiter omnipotens, ideſt deus pater à iuuando dictum, & ſolus omniapotens monuerat etiam abunde. Cneum (profertur ut Gneum) Pompeium, qui magnus dictus eſt. Ne contenderet, ideſt firmato animo moliretur, experiri ultimã fortunam, belli cum Caio Cæſare. admonuerat (dicit) iaciens fulmina aduerſa agmini eius, ſcilicet Pompeii egreſſo à dyrrachio urbe epyri, obſcurando ſigna, ſcilicet militaria, ideſt uexilla examinibus, ideſt fœturis apum, quæ ex aluearibus ſuis nuper euolauerunt, animis militum implicatis ſubita triſtitia, & nocturnis terroribus totius exercitus, & fuga hoſtiarum ab ipſis altaribus Sed leges inuictæ neceſſitudinis, ideſt fata ineuitabilia, non ſunt paſſæ, ideſt non permiſerunt, pectus, ſcilicet Cnei Pompeii, remotum aliquando (immo ſi ciceroni & cæteris reipubli. ſtudioſis credimus, fere ſemper ſed callide loquitur author, cum enim conſilia & facta Pompeii omnia damnare non poſſet, eatenus innuit damnanda, quatenus contra cæſarem facerent, idq; in gratiam Tyberii cæſaris, qui niſi cæſar uiciſſet, imperium non habuiſſet) procul ab amentia, ideſt quod aliquando prudentia utebatur, perpendere iuſta æſtimatione iſta prodigia, ſcilicet iam dicta. Itaq; dum ille, ſcilicet Pompeius, eleuat, ideſt deprimit, & minoris q̃ ſit æſtimat authoritatem ampliſſimam, ſcilicet ſenatus ſecundum Oliuerium, ſed malim dicere cæſaris, quem præ ſe contempſit Pompeius, nam pati noluerunt, ut Lucanus cecinit, cæſar ue priorem Pompeiuſue parem, unde ſuperior iudicatus eſt Pompeius, qui pari poteſtate neminem pati uoluit q̃ cæſar, qui maiore, & opes, ideſt facultates excelſiores faſtigio priuato, ideſt priuati hominis, hoc eſt opus cæſaris; quem priuatum agere uolebat, cum tamen eius gloria & potentia maior eſſet q̃ quæ etiam in faſtigio, ideſt culmine priuati hominis ageretur, uult ergo dicere, quod quia cæſaris maieſtatem eleuaret, & de ſe maiora uiribus ſentiret; penitus corruit (Oliuerius tamen aliter exponit) unde addit confregit ſpacio unius diei, ſcilicet in pugna pharſalica, omnia ornamenta, quæ contraxerat, ideſt conflauerat, & cumulauerat uſq; ad inuidiam, ſcilicet deorum, & hominum ab ineunte adoleſcentia, ideſt ab eo tempore, quo primum inciperet adoleſcenturire. Quo ideſt propter quod factum eius conſtat, ſigna, ideſt effigies deum pro deorum conuerſa ſua ſponte in delubris, ideſt templis deum. Propriæ, in quibus ſimulachra erant lignea, quaſi deliberata, ideſt decorticata, & conſtat clamorem militarem, & ſtrepitum armorũ auditum Antiochiæ & Ptolemaide (Seruius dixiſſet ptolemaidi) ut concurreretur, ſcilicet à ciuibus, aut uigilibus in muros, & conſtat ſonum tympanorum, quibus nunc quoq; Alemani in bello utuntur, editum pergami in delubris, ideſt phanis abditis, ideſt ſecretis, hoc eſt adytis ipſis (non tamen dices adytis delubris ſed delubrorum) & conſtat palmam uiridem iuſtæ magnitudinis enatam Trallibus urbe lydiæ, aut potius phrygiæ, in finibus cariæ, nam in utriuſq; ſunt tralles, in æde uictoriæ, ſcilicet deæ ſub ſtatua cæſa. inter coagmenta lapidum. Quibus, ſcilicet prodigiis appareret numen, ideſt uoluntatem diuinam cæleſtium, ſcilicet deorum, & ideſt ſimul fauiſſe gloriæ cæſ. ſcilicet Iulii, & uoluiſſe inhibere errorem Pompeii. Hoc uidetur contrarium illi, ſed inuictæ leges neceſſitudinis, ſed ſic eſt, quod deus ſcit ineuitabiliter futurum, ut euitabile libero propoſuit arbitrio. Tuas aras. Quia mentem Pompeii magni dixit aliquando hallucinari

natam. Poſſet aliquis dicere cæſa. quoq; erraſſe, φ prodigiis admonitus non cauerit, quam rem quia inficias ire non poſſet, cum nihilominus aſſerat, & pnus aſſeruit cæſa. eſſe in deorum numerum relatum ſatetur diuos quoq; dum in humanis ageret, poſſe errare, ſed præcatur, ut panatur per ſuum errorem magnorum uirorum errorem defendere & tua ſanctiſſima templa, & ita tibi diuinitatē demens. Ordo eſt. O diue Iulii, ſcilicet Cæſa. ego ueneratus tuas aras pailaris numine ſup tuo propitio, ac fauēte caſus, ideſt lapſus & errores tantorum uirorum, quanti dicti ſunt erraſſe, deliteſcere, id eſt abſcondi ut protegantur, ſub præſidio, ideſt prætextu, ac tutela, ideſt protectione tui exempli, quia quod in diuis non reprehenditur, non uidetur reprehenſibile in mortalibus. Dico tui exempli enim pro quia, nos accepimus te uacaſſe eo die, quo uelatus ueſte purpurea, ideſt triumphali conſediſti in ſella, ideſt ſede q̃ſi ſede aurea. Ne uidereris ſpreuiſſe honorem exquiſitum, & delatum ſup. tibi maximo ſtudio, ideſt annixu, ſenatus, priuſquam offerres oculis ciuium conſpectum tui, ideſt tuæ (ut uulgo dicunt) perſonæ. Exoptātum ſcilicet populo, accepimus inquam te uacaſſe, id eſt optiam unicam dediſſe dicto die cultui religionis, ideſt uenerationis, deorum, In quam eras tranſiturus mox, quia qua ueneratione deos coluiſti, mox colendus eras, & accepimus te boue opimo, ideſt pingui mactato non reperiſſe cor in extis, ideſt inter exta, ac reſponſum, ideſt dictum cum quæreres, quid illud prodigium portenderet, tibi à Spurina aruſpice, id ſignum pertinere ad uitam & ad conſilium tuum, q̃d ideſt quia hæc utraq;, ſcilicet uita & conſilium, continerentur corde, quia cor eſt fons uitæ, primum & ultimum membrorum uiuentium, & in eo uidetur ſedes prudentiæ, unde cordati prudentes habentur, ſicut ergo defuit cor, ita denunciabat illi breui præſertim ad idus martias uitam defuturam, & conſilium, quia in ſenatum inermis ſe contulit, deinde parricidium eorum, ſcilicet Bruti. Craſſi. & aliorum coniuratorum, qui dum uolunt te ſubtrahere numero hominum, adiecerunt te concilio, ideſt cœtui deorum, erupit, ideſt exortū eſt quaſi ex ea re occaſionem deinde ſumpſerint. Claudatur hoc & cætera, domeſticorum exemplorum finem faciens, dicit. Relatio domeſtica, ideſt de domeſticis, talium oſtentorum, ideſt prodigiorum claudatur, ideſt finiatur, hoc exemplo, ſcilicet Iulii Cæſa. ne ſi appræhendero ulterius, ideſt ultra Iulii Cæſa. exemplum. Romana ſup. exempla, uidear tranſtuliſſe uſus non conſentaneos, ideſt repugnantes, & inuitos è templo cæleſti, in quo Cæſa. eſt, ad domos priuatas, in quibus reliqui fere Romani ſunt. Igitur ego attingam externa ſup. prodigiorum exempla, quæ inſerta, ideſt immixta literis latinis. Vt habent minus authoritatis quā haberent, ſi græca in ea forma, q̃ græce ſcripta ſunt, recitarērur, & ita pnt afferre aliq̃d uarietatis gratæ. i. utilis ad delectōnē, & memoriā.

THEOPHILVS.

NOctumis terroribus. Panicos terrores intelligit. Pauſanias de exercitu Breni. Noctu terror eos inuadit panicus. Nam nulla de cauſa trepidationes ab hoc ipſo deo dicunt eſſe plura Suidas, & Strategematon primo polyænus ex hiſtoria ⸿ Auctoritatem .a. Qui naſi quid habet, ad auctoritatem Cæſa. referet, non autem Pompeii. ⸿ Adytis.d. Adita græci uocant occulta, ac remota templa, quo p̃ter ſacerdotes adire fas non eſt. Hæc ex Diuo cæſa. Nomen eſt (ut uocant grammatici) ſubſtantiuum, quare Valerius inuſitate dixiſſet adytis delubris. Itaque placet antiqua lectio ab dictis delubris, idemq; ſignificat quod penetralibus. ⸿ Cor in extis non reperiſſe, Polyænus macedo tradit, hoc in caſtris accidiſſe, conſternatoſque militum animos à Cæſare facere erectos. Quid, inquit, mirum, ſi rationis expers animal corde careat.

❡ De Equa pariente Leporem externa.

IN exercitu Xerxis, quem aduerſus prouinciam Græciam contraxerat, eque partu Leporem editum conſtat. quo genere monſtri tanti apparatus ſignificatus eſt euentus. Nā qui Mare claſſibus, Terrā pedeſtri operuit exercitu: ut fugax animal, pauido regreſſu, regnum ſuū repetere eſt coactus. Eidem montem Athon iuxta Idam tranſgreſſo, prius quam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadenda: conſilium agitā ti, admirabile inter cœnam prodigium incidit: infuſum nāq; patere eius vinum, in ſanguinem nec ſemel. ſed iterum, & tertio conuerſum eſt. Qua de re conſulti magi monuerunt: vt ſe ab incepto propoſito abſtineret: & ſi quod veſtigium in veſcordi pectore ſenſus fuiſſet: cauere potuiſſet, ante de Leonida, & Spartanis abunde monitus.

OLIVERIVS.

IN exercitu xerxis. Hoc exemplum traditur ab herodoto, quod in exercitu Xerxis perſarum regis, quem aduerſus græcos innumeroſum, ac prope incredibilem duxerat, equa leporem peperit, quod turpiſſimam regis fugam, que ſubſecuta eſt, ſignificare uoluit, eſt enim lepus timidiſſimum animal. ⸿ Tanti apparatus, Quia ſicut Demoſthenes tradit, quatuor millibus & ducentis nauibus, & decies centenis milibus militum Mardonio uni ex ducibus ſuis in græcia, relictis cum paucis admodum, & exigua rate, utpote piſcatoria ſcapha, trepidus in ſuum regnum refugit, nam in græciam alii alium numerum traduxiſſe ferunt, ego uero totum exercitum fuiſſe legi quinquies mille millia & ducenta octogintaduo millia, q̃ ſumma potius oſtentatione q̃ fide digna, quæ modo omnem excedere uideatur. ⸿ Eidem montē Athon. Hoc quoq; prodigium ſignificat triſtem exitum Xerxis, qui antequam inuaderet Lacedæmonem cū ſignificaret, & uinum pateris infunderet, ſubito uinum in ſanguinem conuerſum eſt, quod prodigium itidem eueniſſe Diduni Virgilius dicit. Vidit thuricremis cum dona imponeret aris, Horrendum dictu, latices nigreſcere ſacros, uiſaq; in obſcenum ſe uertere uina cruorem. ⸿ Montem Athun, Mons eſt Macedoniæ tante altitudinis, ut uſque ad inſulam Lemnon umbram protendere dicatur, diſtat autem Lemnos à Macedonia octoginta ſex milibus paſſuum. Statius libro quinto Thebaidos. Ingenti tellurem proximus umbraueſtit Athon, nemorumq; obſcurat imagine pontum, Inuenitur, Athon & Athos. Iuue. Velificatus Athos. Virgilius in æneí. Quantus Athon, aut quantus erix, hic igitur mons quamq̃ eſſet altitudinis admirandæ ut ſupra diximus tamen iuſſu Xerxis mille quingentis paſſibus abſciſſus eſt, & nauigabilis factus, ut tradit He. unde Iuuena. Olim uelificatus athos. Structum etiam fuiſſe pontem ſupra mare helleſpōtum ab Abydo urbe Aſiæ uſq; in Seſton urbem europæ. Idē teſtatur He. quod & Luc. tetigit cum dixit. Talis fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem, Conſtruxiſſe uias, multū cum pontibus auſus Europamq; Aſiæ Seſtonq; admouit Abydo. Inceſſitq; fretum rapidi ſuper helleſponti. Non curū zephyrumq; timens, cum uela ratesq; In medium deferret Athon. ⸿ Athenas, quas relictas ab athenienſibus, qui arma ferre poterant, Xerxes ſolo adæquauit, fugientibus in Lacedæmonem conſilio Themiſtochlis, & relictis imbellibus. ⸿ Agitanti, tractanti, ut Lacedæmonem inuaderet. ⸿ Nec ſemel, ſed iterum ac tertio, quia ſæpius reſtaurauit ſacrificium, & ſemper illud idem apparebat prodigium. ⸿ Qua de re conſulti magi, cum petiiſſet à magis conſilium, conſultus enim dicitur, à quo conſilium petitum fuerit, conſultor uero qui petit, quāq̃ inconſultus dicatur ſine conſilio, hoc eſt, cui non eſt datum conſilium, quod petierit, unde Virgilius libro tertio inconſulti abeunt, ſedemq; odere ſibyllæ, inconſultos dixit ignaros rerum, & ſine conſilio, hoc eſt quibus nun eſt datum conſilium à ſybilla, eſt enim Cato conſultus, cōſultor ...lius eius, magi dicebantur apud ſyros ſapientes, uel quos Roma. augures appellant ⸿ Ac incæpto propoſito, inuadendæ Lacedæmonis. ⸿ Vecordi, inſano ⸿ De leonida, nam leonidas ſpartanorum rex cum trecentis millibus apud thermophylas perſis in græciam ex aſia tranſeuntibus occurrit, & ita cum Xerxis exercitu pugnauit, ut ipſum regem aliquoties à ſede ſua conſternatum in fugam conuerteret, ſed multitudine militum oppreſſi ſunt ſpartani. Hæc hiſtoria ſuo loco plenius tractabitur in capite de fortitudine.

Aſcenſius.

Equa le porē peperit.

Athos mons.

Conſultus.

Leo... dæ uirt.

ASCENSIVS.

IN exercitu Xerxis. Affert externa exempla & primum de Xerxe perſarum rege omnium pulcherrimo, ac opulentiſſimo minime tamen felici dicens. Conſtat leporem editum, ideſt in lucem datum, ac natum partu equæ, hoc eſt equam peperiſſe leporem in exercitu Xerxis, quem contraxerat aduerſus prouinciam græciæ. Quo genere monſtri, euētus, ideſt exitus tanti apparatus, quantus raro alias legitur, eſt ſignificatus, lepus enī eſt animal timidum, & fugax, & ita ſignificauit exitum apparatus bellici, quem fecit Xerxes. Nam is qui operuit mare claſſibus, terram exercitu pedeſtri, eſt coactus repetere regnū ſuum regreſſu pauido, quia in una ſcapha ſedens, ut animal fugax, uidelicet lepus. ¶ Eidem &c. affert ſecundum exemplum externum de eodem Xerxe dicens. Admirabile prodigium incidit inter cœnam, id eſt inter cœnandum eidem uidelicet Xerxi; trangreſſo Athon montem inter macedoniam & thraciam iuxta Idam, & agitanti conſilium Lacedæmonis, ſcilicet urbis ſpartanæ inuadendæ priuſquā deleret athenas. Incidit, dicit admirabile prodigium. nam uinū infuſum pateræ, ideſt poculo eius patenti (galli taſſiam dicunt) conuerſum eſt in ſanguinem, nec, ideſt & non ſemel ſup. tantum ſed iterum, ideſt ſecūdo & tertio, de qua re magi. qui perſarum ſunt ſapientes & diuinationis periti, conſulti, ideſt rogati conſilium, aut ſententiam ſuam, monuerunt ſup. Xerxem, ut abſtineret ſe à propoſito incœpto, ideſt ab Lacedæmonis inuaſione. Eſt autem urbs hæc. Lacedemon ur hic Lacedæmonius. Et ſi quod, ideſt aliquod etiam minimum ueſtigium ſenſus, ideſt rationis & prudentiæ fuiſſet in pectore uecordi, ideſt experti cordis, ideſt prudentiæ, uidelicet Xerxis ipſe potuiſſet cauere monitus abunde ante à leonida rege lacedæmoniorum, & à ſpartanis, ideſt populo lacedæmonio, nam lacedæmon etiam ſparta dicitur, eſt autem urbs laconiæ unde uiri lacones, mulieres lacenæ dicuntur.

¶ De Mida.

MIdæ vero, cuius imperio Phrygia fuit ſubiecta: puero dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt. parentibus deinde eius quorſum prodigium tenderet, explorantibus, Augures reſponderūt: omnium illum mortalium futurum ditiſſimū: nec vana prædictio extitit. Nam Midas cunctorum pene regum opes, abundantia pecuniæ anteceſſit: infantiæq; incunabula vtili deorum munere donata, onuſtus auro, atq; argēto gazis pēſauit.

¶ De Platone aliud mirum.

FOrmicis Midæ iure, meritoq; apes Platonis prætulerim. illæ enim caducæ, ac fragiles, hæ ſolidæ, & æternæ felicitatis indices extiterunt. dormientis in cunis paruuli labelis mel inſerendo. Qua re audita, prodigiorum interprætes ſingularem eloquii ſuauitatem ore eius emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymetum thymi flore redolentem, ſed muſarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes, dearum inſtinctu depaſtæ, maximo ingenio dulciſſima alimenta ſummæ eloquentiæ inſtillaſſe videntur.

OLIVERIVS.

MIde uero regi. De quo poetæ fabulati ſunt, quicquid manibus attigiſſet in aurum conuerti. Cicero. Midæ illi phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt, ditiſſimum fore prædictum eſt, quod euenit. ¶ Omnium, quia nullus propemodum fuit ante midam qui tantum auri, omniumq; diuitiarum genus poſſideret. ¶ Vtili, nullæ fruges ſunt tritico meliores. ¶ Gazis. Gaza lingua perſica ſignificat apud latinos
Gaza. diuitias ſicut enim ſub diuitiarum genere intelligimus multas opes ita lingua perſica ſub nomine Gaze intelligimus maximas diuitias.

ASCENSIVS.

MIdæ uero. Affert tertium exemplum prodigiorū externorum de mida rege phrygiæ opulētiſſimo dicēs. Vero pro ſed, formicæ congeſſerunt midæ, cuius imperio ſubiecta fuit. ſ. poſtea phrygia, puero, ideſt cum adhuc eſſet puer, dormienti in os grana tritici deinde augures reſpōderunt parentibus eius explorantibus quorſum, ideſt ad quē euentum prodigium ſup. illud tenderet, illum ſcilicet puerū midam futurum ditiſſimum omnium mortalium, nec prædictio extitit. i. fuit, aut emerſit uana, ideſt mendax. Nam Midas anteceſſit abundantia pecuniæ opes pene cunctorum regum, atq; ipſe onuſtus auro & argento penſauit, ideſt compenſauit gazis, ideſt diuitiis, Incunabula infantiæ, ſcilicet ſuæ, donata ut dicunt dotata, & aucta munere deorum utili, quia tritico nihil utilius. Quæ uerba ſunt ſatis aperta, habent tñ ſenſum obſcurum, nam dubitem an intellexerit author, midam pro deorum munere ab incunabilis ſuſcepto illis repoſuiſſe incunabula auro & argento referta, an potius midam pro granis tritici ſibi in os congeſtis, auri & argenti uim coaceruaſſe, & ita prodigio deorum, fato ſuo reſpondiſſe.

OLIVERIVS.

FOrmicis, hoc ſimile eſt ſuperiori, ſed in hoc diſtant, q; illud ad diuitias hæc ad eloquentiā ſpectare uidetur, nam formicæ tritici grana in os midæ congerentes diuitias portendebant, apes uerō Pla. labellis inſidentes, mellaq; ſtipantes, ſuauiſſimā eloquentiam ſignificant. ¶ Apes Platonis, Cic. Platoni cum in cunis dormienti paruulo apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt illum ſuauitate orationis fore præclarū, ita præuiſa ē infanti futura eloquentia, dignum eſt inqt Vale. ut Platonis apes midæ formicis præferantur. ¶ Caducæ & fragiles, quippe quia in ptāte fortunæ poſitæ pro eius libidine modo huc, modo illuc transferūtur, nullo loco, nullo tpe certe ſtabileſq; poſſidentur. ¶ Eterne felicitatis. Vis tanta eſt eloquētiæ, ut immortalē hominē efficere poſſit, nam Platonis nomen ut uidemus, uiget apud oēs, uirtus enim in cuius genere ponitur eloquētia cū ſapientia cōiuncta, eſt hoīs certa poſſeſſio, q̄ ſola clara, æternaq; habetur, ut nec eripi, nec ſurripi poſſit, non naufragio non incēdio amitti, non ui tēpeſtatū, non impiorum pturbatione mutati, qua qui prædıti ſunt, ſoli felices ſunt, ſoli diuites, qui poſſident res fructuoſas, & ſempiternas. ¶ Qua re audita, aruſpices interrogati, quid ſibi uellet prodigium, reſponderunt ſummā ex ore Platonis eloquentiā aliquando emanaturam eſſe, nam Home. eloquentiæ ſuauitatem melli comparauit, dixit enim ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio. ¶ Emanaturā Exituram, fluxuram. ¶ At mihi quidem, Sed illæ apes inquit Vale. ſiquis ſententiam meam requiſierit, nō uidentur de flore thymi ex hymeto mel collegiſſe, ſed de elicone monte inſtīctu muſarum ſuauiſſimos eloquii fontes hauſiſſe. ¶ Hymetū. Hymetus mons eſt atticæ regionis, qui teſte Solino oīum græcorū montium obtinere principatum, & floribus ſemper abundat. Oui. Vertice de ſummo ſemp florentis hymeti, pari ratione Iuue. dulciſq; ſenex uicinus hymeto, ex hoc eodē mōte marmorum cruſtæ, & trabes marmoreæ ſuceauabantur, dicente Oratio in odis contra mœcenatē, qui in ædificando nimis ſumptuoſus eſſe uidebatur. Non ebur, neq; aurum renidet in domo lacunar, non trabes hymetiæ. ¶ Eliconios, mōs eſt, ſedm Pliniū atq; Solinum bœotiæ, & eſt iuxta thebas, & auctore Strabone in lib. ix. phocidi regioni uicinus locatus ꝓcul à parnaſo circiter quindeci milia paſſuum, eiq; emulus altitudine & circuitu, qui & ipſe apollini quoq; ſacer & muſis eſt, unde eliconiades muſæ appellatæ ſunt. Lucretius, adde eliconiadū comites, quorum unus homerus, eſt igitur helicon muſis conſecratus mons non aūt collis montis parnaſi, ut Ser. atq; Tortellius exiſtimant, in tranſlatione perſiſtit.

Platōis eloquētia p̄digio ſignificata.

Helicō mons.

ASCENSIVS.

FOrmicis Midæ. Bonoſilo cōnectit quartum exemplū, quod eſt de Platone exemplo iii. dicens. Ego prætulerim iure & merito formicis, midæ. i. quæ in os midæ triticum congeſſerunt, apes Platonis, q̄ in os Platonis mel collegerunt. i. pro quia illæ. i. prius dictæ, hoc eſt formicæ midæ,

exciterunt indices, i. prænunciæ, felicitatis caducæ, ac fragilis, qualis eſt diuitiarum ſcdm Saluſtiũ, hæ. ſ. apes Platonis exciterunt indices felicitatis ſolidæ, & æternæ inſerendo labellis. ſ. Platonis paruuli dormientis in cunis, mel quod cœleſte eſt donum, unde in principio quarti Geor. Protinus ærei mellis cœleſtia dona exequar &c. quo nihil eſt dulcius. Qua re, id eſt quo prodigio, audita, id eſt diuulgato, interpræres ꝓdigiorum, dixerunt ſingularem ſuauitatem eloquii, emanaturam, effluxam ore eius. At. i. ſed illæ apes uidêtur quidem mihi, depaſtæ. i. ubi fuerint depaſtæ nõ hymetum montem atticæ, redolentem flore thymi, herbæ fragrantis, qua ueſcuntur auidiſſimæ apes. Vnde in buco. maro. Dumq́ thymo paſcentur apes &c. Sed heliconios colles muſarum. i quos muſæ rerum inuentrices excoluiſſe dicuntur in bœotia, non procul à phocide uirentes, nõ thymo ſed omni genere doctrinæ, uidentur inquam depaſtæ illos colles inſtinctu dearum, uidelicet muſarum, inſtillaſſe maximo ingenio. ſ. Platonis, qui diuinus ob id dictus eſt, alimenta dulciſſima eloquentiæ ſummæ, quia ſummæ ſapientiæ ſũmã coniunxit eloquentiam.

guſtum uc. exempla hæc ita coniungit, ut à narratione ſua diſcedere non uideatur. Auguſtus inquit ita ſomnio paruit. Artorii, ut excubaret in acie, exemplum capiebat à patre ſuo Iulio Cæſ. nam Auguſtus Cæſ. adoptiuus filius fuit, pater igitur quia noluit uxoris ſomnio parere, pœnas dedit, nam à parricidis in ſenatu crudeliter trucidatus eſt. ☞ Præter naturalẽ, Præterq̃ ꝙ Auguſtus cautus erat, acceſſit & patris exemplũ ut ſomnio pareret. ☞ Vigorẽ. Nam plurimum ualebat ingenio, & i perſpiciẽdis rebus ſubtilis. ☞ In terris. Quia poſtea uixit in cœlis. ☞ Calphurniã nocte, Sueto. lib. primo. Calphurnia uxor imaginata collabi faſtigium domus, maritumq́ in gremio ſuo confodi. Item paulo ſuperius, ea nocte inq̃t, cum illuxit dies cædis, & ipſe ſibi uiſus eſt per quietem interdum ſupra nubes uolitare, aliam cum Ioue dextrã iungere. ☞ Ad illum ne muliebri. Ne uideretur Cæſar muliebribus ſõniis deterritus noluiſſe ſenatus morem gerere uoluntati, ideo ſpreto ſomnio ſenatum adiit. ☞ Non eſt inter patrẽ & filium, Quia occurrebat illud ꝙ ipſe patre ſapientius feciſſe, ideo dicit non eſſe comparationẽ faciendã inter patrem & filium, nam alter paratum iter habebat in cælum, alter magnarum rerũ laborẽ referebat. Anteq̃ diuinos honores accideret ☞ Nõ eſt. Non conuenit, non licet. ☞ Pendentem. Quia non ſtabilis eſt fortuna, nec ſtatus rerũ humanarum.

ℭ De Somniis. Cap. V.

SEd quoniam diuitias Midæ, diſertumq́ Platonis ſomnium attigi: referam: quam certis imaginibus, multorũ quies adumbrata ſit. quem locum vnde potius ordiar: quam à diui Auguſti ſacratiſſima memoria? eius medico Artorio ſomnum capienti nocte, quam dies inſecutus eſt: quo in campis Philippicis Romani inter ſe exercitus concurrere, Mineruæ ſpecies oborta præcepit, vt illum graui morbo implicitũ moneret: ne propter aduerſam valetudinem proximo prelio non intereſſet: quod eum Cæſar audiſſet: lectica ſe deferri in aciẽ iuſſit: vbi dum ſupra vires corporis pro adipiſcẽda victoria excubat: caſtra eius à Bruto capta ſunt. Quid ergo aliud putamus: quam diuino munere effectum ne deſtinatum iam immortalitati caput, indignam cœleſti ſpiritu fortunæ violentiã ſentiret? Auguſtũ vero præter naturalem animi in omnibus rebus ſubtiliter proſpiciendis vigorem, etiam recens & domeſticum exemplum: vt Artorii ſomnio obtemperaret: admonuit. Audiuerat enim Diui Iulii patris ſui vxorem Calpurniam nocte: q̃ is vltimam in terris egit: in quiete vidiſſe: multis eum confectum vulneribus in ſuo ſinu iacentem: ſomniiq́ atrocitate vehementer exterritam: rogare non deſtitiſſe vt proxia die à curia ſe abſtineret. At illum: ne muliebri ſomnio motus id feciſſe exiſtimaretur: ſenatum, in quo ei parricidarum manus allatæ ſunt: adire contendiſſe. Non eſt inter patrem, & filium, vllius rei comparationem fieri præſertim diuinitatis faſtigio iunctos: ſed iam alter operibus ſuis aditum ſibi ad cælum inſtruxerat: alteri longus adhuc terreſtrium virtutum orbis reſtabat. Quapropter ab hoc tantummodo pendentem mutationem ſtatus cognoſci, ab illo etiam differri Dii immortales voluerũt, vt aliud cælo decus daretur: aliud promitteretur.

OLIVERIVS.

SEd quoniam Tranſit ad capitulũ de ſomniis, quæ uera Apparuerunt, & primo quidem ſomnium narrat Artorii medici, quod ad ſalutẽ Auguſti Cæſa. pertinuit, nam huius ſomnii monitu ab exitio, quod iminebat liberatus eſt. ☞ Diuitias, propter formicas. ☞ Diſertum, propter apes. ☞ Referã quam certis imaginibus, cum duo ſint uaticinandi genera, unũ artis, alterũ naturæ ſomnia ſunt ex his, quæ à natura proueniunt. Cic. lib. de diuina. Sed omittamus oracula, ueniamus ad ſomnia, de quibus Chryſippus diſputans multis & minutis ſomniis colligendis facit idem, quod Antipater ea conquirens, q̃ Antiphontis interpretatione explicata declarat. ☞ Imaginibus cer. q a exitus declarauit imagines illas ſomniorũ ueras fuiſſe. ☞ Adumbrata, reſpexit ad imagines, quæ

Auguſti ſomnio ſeruatus. adumbrari dicuntur. ☞ A diui Auguſti ſacratiſſima memoria non poteſt ab aſſentatione diſcedere Vale. ſomnium autem eiuſmodi fuit cum in campis Philippicis exercitus duo ſtratſent Romanorum, hinc Octauiani & An. inde Bruti atq́ Caſſi & proximo die manus eſſet conſerturi, Artorius medicus Octauiani ſomniũ accepit, ut admoneret Octauianum ne poſtero die ꝑ ualetudinem in cubiculo iaceret, qđ cum feciſſet ab imminenti mortis periculo liberatus eſt, nã captis forte caſtris brutiani milite, Octa tentoriũ ingreſſi lecticã eius, in qua illũ cubantem eſſe putabant, gladiis transfixerunt, fuit aũt Octa. ut inquit Sueto. dc. xii. Cæ. ſomniorũ obſeruantiſſimus, uiti ut neq́ ſuum, nec alienũ cõtẽpſerit unq̃, dicit. n. philippẽſi acie q̃uis ſtatuiſſet nõ egredi tabernaculo ꝓp ualetudinẽ, egreſſus tñ eſt amici ſomnio monitus, ceſſitq́ res proſpere, quoniam captis caſtris eius lectica, quaſi ibi cubans remanſiſſet, cõcurſu hoſtiũ confixa, atq́ lacerata eſt. ☞ Quam dies in ſe. eſt. i. nocte, qua diẽ preceſſit, quo manus cõſerturi erãt exercitus ro. ☞ Implici. affectũ, laborantẽ morbo. ☞ Ne deſti, quia ẽt uiuus templa meruerat, ut Ora præſentiq́ tibi diuinos largimur honores. Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras. ☞ Aut.

ASCENSIVS.

SEd quoniã &c. More ſuo gradu munit ad ſomniorum narrationem quã ſuperioribus affinem dicit, eo ꝙ in illis dictũ eſt de iis ꝓdigiis, q̃ dormientibus Midæ & Platoni cõtigerunt; unde dicit. Sed qm̃ ego attigi diuitias midæ, ſcilicet illi dormienti deſtinatæ ſunt aut quas fere mortales ſõniant, & attigi ſomnium Platonis diſertũ. i. qui ſignificabat illum diſertum fore, referam. i. recenſebo, q̃ certis imaginibus quies, id eſt dormitio multorum, ſit adumbrata, id eſt ſopita, aut potius umbris, id eſt fantaſmatibus affecta. Deinde tranſiens ad exemplum de Artorio medico auguſti, qui de ipſo ſomniauerat dicit. Quem locum. i. tractatũ de ſomniis. ☞ Võ ordiar. i. ordine quodã incipiã potius q̃ à ſacratiſſima memoria diui Augu. q. d. à nullo deinde incipiens narrare dicit. Species mineruæ oborta, id eſt obſeruata, & præter cogitationẽ orta, & apparens Artorio medico eius, ſcilicet Auguſti Cæſ. capienti ſomniũ. i. dormienti nocte quam dies quo Romani exercitus Caſſi. ſ. & Bruti ex una parte, & Auguſti & An. ex altera concurrere. i. cõflixerũt poſt concurſum inter ſe in cãpis philippicis. i. pharſalicis, eſt inſecutus, hoc eſt nocte ꝓcedẽte cũ conflictũ, ꝑcepit ſup Artorio, ut moneret illũ. ſ. Auguſtũ implicitũ graui morbo. i. grauiter ægrotantẽ, ne non interesset i. ut nõ abeſſet prelio, ꝓximo i. ꝓxime futuro, ꝓp aduerſam ualetudinẽ, hoc eſt ægritudinẽ. i licet eſſet æger. Quod. i. quã rẽ cũ Cæſar. ſ. Auguſtus, audiſſet iuſſit deferri in aciem. i. locũ cõflictus, lectica, q̃ ægrotati ſolent deferri humeris ſuis, ubi. i. in q̃ acie, dũ ipſe Auguſtus excubat. i. intentus eſt, & uigilat, nõne dicit excubare in lectica iacentem, ꝓ uictoria adipiſcenda (ergo à deponenti fere quattuor deducuntur participia) ſupra uires corporis, caſtra ei' ſunt capta à Bruto, & ita ſi

in eis

In eis manſiſſet, una cum eis captus fuiſſet. Quid ergo puta mus (aut putemus potius) aliud .ſ. de ſomnio, quam id effe ctum eſſe diuino numine .i. diuina prouidentia, aut ut alii le gunt diuino munere .i. bñficio, aut dono ne caput .ſ. Auguſti deſtinatum .i. à diis addictum iã ſtũ immortalitati. & ita diuini tati (quia uiuenti decreti ſunt illi diuini honores, ut Oli. reci tat) ſentiret uiolẽtia fortunæ q̃ etiam optimis ducibus inter dum inimica eſt, indignã ſpiri tu cœleſti, qualis erat iã tũ Au guſti. Auguſtũ &c. Trãſit ad ſomnium obortum pro iulio dicẽs uero, pſed, exẽplũ recẽs & domeſticũ, q̧ Iulio pſi eius adoptiuo oblatũ ẽ admonuit etiam Auguſtum pter naturalẽ uigorem animi .ſ. ideſt pter ui gilantiam eius in proſpicien dis ſubtiliter omnibus rebus, admonuit dico, ut obtempe raret .i. acquieſceret, & pareret, ſomnio artorii .ſ. medici. Eñ p qa audiuerat Calpurnia (alii calphurniam ſcribunt) uxorẽ diui Iulii patris ſui .ſ. adoptiui uidiſſe in quiete .i. ſopore, aut ſomno nocte q̃ is, ſcilicet Iu lius egit ultimam, in terris, qa die ſequenti occiſus eſt, eum .ſ. Iulium iacentem in ſuo .ſ. calphurniæ ſinu cõfectũ .i. ad ne cem cæſum multis uulneribus. Et audiuerat Calphurniam, exterritam uehementer atrocitate .i. diritate ſomnii, non deſti tiſſe rogare .ſ. maritũ ſuũ Iulium. ut abſtineret ſe à curia .i. ab in greſſu in ſenatũ, die proximo .i. pxime ſecuturo. At .i. ſed au dierat illũ .ſ. Iuliũ pſem ſuũ contendiſſe .ſ. contra monitum uxoris adire ſenatũ, in quo manus patricidarum .i. coniurato rũ in pſem pſiæ ſunt allatæ .i. p unm illatæ ei, iõ ãt contendiſ ſe, ne exiſtimaretur feciſſe id .i. abſtinuiſſe à curia, motus ſom nio .i. in ſõnio muliebri, q̧ plerunq̧ uanum ẽ. Et ſi qs dicat, ergo ſapientius egit filius q̃ pr. Quã q̃ poſſet rñdere, ſeq̃l ã nõ ſtare qa cætera nõ ſunt paria, nã filius pſis exẽplo erat admo nitus maluitq̃ñ in adulationẽ rñdere, q̧ iõ res nõ eſt ſimilis qa pater iam multa uirtute ſibi aditum in cœlum muniuerat & ita dii noluerũt ipm diutius in terris agere filio aũt .ſ. Augu ſto reſtabant adhuc multa in terris pro mortalium ſalute ges renda. Ordo eſt conueniens comparationem ullius rei .ſ. fœli citatis, aut prudentiæ, fieri inter patrem .ſ. Iulium & filium .ſ. Auguſtum, pferti iunctos faſtigio diuinitatis .i. cũ uterq̧ ſit ſummum diuinitatis gradum aſſecutus. Sed alter .ſ. pr, hoc eſt Iulius, inſtruxerat iam .ſ. cũ ſõnio muliebri moneretur ſena tum non ingredi ſibi aditum ad cælum operibus ſuis .ſ. iam peractis, longus orbis .i. circum actus uirtutum terreſtriũ .i. in terris exercẽdarum reſtabat adhuc alteri uidelicet filio adopta to, hoc eſt Augu q̃ pp dii immortales uoluerunt mutationem ſtatus .ſ. mortalis in immortalem pẽdentem .i. imminentem, haud dubium adhuc, cognoſci tñ mõ ab B .ſ. Iulio, q pſom nium uxoris cognouit mutationem ſtatus ſui, ſed non diſtu lit, quia nihilo ſius in curiã ſe contulit, ubi uitã cũ morte mu tauit. q. d. iuliũ cognouiſſe q dẽ mutatiouẽ uitæ ſuæ, ſed no luiſſe euitare, quo citius immortalis efficeretur & dii uoluerunt mutationẽ ſtatus differri ẽt ab illo .ſ. Auguſto, q cognouit ſe quoq̧ aliqñ deũ futurũ ſed diſtulit euitãdo manus bruti, q̧ dii ita fieri uoluerũt, ut aliud .i. alterum illorũ duorũ, decus daret cælo cui Iulius additus eſt, aliud .i. alterũ decus .ſ. Auguſtus p mitteretur qa pſi uirtute cælũ quidẽ meruit, ſed pp utilitatẽ q̃ hoibus pſtitit, diſtulit. Hic locus ſubobſcurus mihi uiſus ẽ; p pea q̧ hoc fere de pximiore .i. poſteriore dicto dr & illũd de remotiore, quocirca diceretur, ab hoc .i. Auguſto, ab illo ui delicet Iulio, quod ſiquis dicere uelit, non ſit legendum diffe ferri ſed adiri, ut ſi dii uoluerunt mutationem ſtatus cogno ſci tantummodo, & non adiri ab hoc .i. auguſto. & uolue runt ipſum adiri etiam ab illo ſcilicet Iulio. Quia tamen ex emplaria habent differri, non adiri, & ſequentium membro rum prius reſpicit Iulium, poſterius auguſtum, ſequar prio rem expoſitionem, quum neutrũ ponat Oliuerius, ſed ita ſit ubi difficultas eſt, nihil dicunt commentarii. Poſſet etiam legi illi etiam deferri, ubi eſt ab illo etiam differri, q̃ lectionem ſi quid immutare auſim, maxime ſequar.

THEOPHILVS.

NVmine, exẽplaria antiqua q̃dã hñt, munere. Animi motum in uetuſtis aliquot codicibus, motũ nõ legit.

De. P. Decio, & M. Torquato.

ILlud etiam ſomnium magnæ admirationis, & clari exitus, quod eadẽ nocte duo COSS. P. Decius &. T. Manlius Torquatus latino bello, & graui, & periculoſo, non procul à Veſuuii montis radicibus poſitis caſtris uiderunt. Vtriq̧ enim quidam per quietis ſpeciem prædixit, ex altera acie imperatorem, ex altera exercitũ, diis Manibus, Matriq̧ Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hoſtium aggrederetur, ſuper q eas ſeſe ipſum deuouiſſet, uictoriam habiturũ id luce proxima COSS. ſacrificio, uel expiaturis, ſi poſſet auerti, uel ſi certum deorum etiam monitu viſum foret, executuris, hoſtiarum exta ſomnio congruerunt. Conuenitq̧ inter eos cui9 cornu prius laborare cœpiſſet: ut is capite ſuo fata patriæ lueret, quæ neutro formidante, Deciũ depopoſcerunt.

OLIVERIVS.

ILlud etiam ſomnium P. Decius ille .q. filius, qui primus ex deciis cõſul fuit eum eſſet tribunus militum, Valerio & Aulo. Cor. conſulibus. à ſamnitibuſq̧ premeretur Romanus exercitus, cũ pericula præliorum iniret audacius, moneretur q̧, ut cautior eẽ. dixiſſe fertur, quod extat in annalibus ſibi in ſomniis uiſum eſſe, cum in mediis hoſtibus uerſaretur occidere cum maxima gloria. & tum quidẽ incolumis exercitum obſidione liberauit, poſt triennium autem cum conſul eſſet, deuouit ſe, & in aciem latinorum irrupit armatus, quo eius facto ſuperati ſunt, & deleti latini cui9 mors ita glorioſa fuit, ut eandem concupiſceret filius. Liui9 ab urbe condita li. viii. cũ conſules inquit duobus ſcriptis exercitibus ad capuam, quo iam latini ſociiq̧ conuenerãt caſtra locaſſent, utriq̧ conſuli eadem dicitur uiſa ſpecies in quiete uiri maioris humano habitu auguſtioriſq̧ dicentis ex una acie imperatorem, ex altera exercitũ diis manibus, matrique terræ deberi utrius exercitus imperator legiones hoſtium, ſuperq̧ eas deuouiſſet eius populi patris uictoriam fore, hos ubi nocturnos uiſus inter ſe conſules contulerunt placuit auertendæ deum iræ cã uictimas cædi ſimul, ut ſi ex eis eadem, quæ ſomno uiſa fuerant, portenderentur. Alteruter conſulum fata impleret, ubi reſponſa aruſpicum inſidenti iam animo tacitæ religionis congruerunt, tum adhibitis legatis, tribuniſq̧ & imperiis pro palam expoſitis, ne mors uoluntaria conſulis exercitum in acie terreret, comparant inter ſe ut ab utra parte cedere. Ro. exercitus cœpiſſet, inde ſe conſul deuoueret pro Po. Ro. Quiritibuſq̧. Item Paulo inferius, Inſtructis inquit ſicut ante dictum eſt ordinibus proceſſere in aciem, Manlius dextro. Decius leuo cornu præerat. Primo utrinq̧ æquis uiribus eodẽ ardore animorũ gerebatur res, deinde à leuo cornu haſtati Ro. non ferẽtes impreſſionem latinorum, ſe ad principes recepere, in hac trepidatione Deci. Conſul M. Valeriũ magna uoce inclamat, deorũ inquit ope Valerio opus ẽ agedũ pontifex public9 Po. Ro. præit uerba qbus me p legionib9 deuoueam. pontifex eum togam prætextam ſumere iuſſit & uelato capite, manu ſubter togam exerta, ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere, Iane, Iuppiter, mars pr, quirine bellona, lares, diui nouenſiles, dii indigetes, dii quorum eſt ptãs noſtrorum hoſtium, diiq̧ manes, uos pcor ueneror, ueniã peto, feroq̧ uti Pop. Ro. quiritũ uim uictoriãq̧ properetis hoſteſq̧ Po. Ro. quiritum terrore, formidine, morteq̧ afficiatis, ſicut uerbis nuncupaui, ita pro republi. quiritum exercitu, legionibus, auxiliis Po. Ro. quiritum legiones auxilia atq̧ hoſtium mecum diis manibus deuoueo, hæc ita precatus, lictores ire ad. T. Manlium iubet, maturæq̧ collegæ ſe deuotum pro exercitu nunciare, ipſe cinctus ritu gabino armatus in equum inſiluit ac ſe in medios hoſtes immiſit, conſpectus ab utraq̧ acie aliquando auguſtior humano uiſu ſicut cælo miſſus piaculum omnis deorum iræ, qui peſtem à ſuis auerſam in hoſtes ferret, Itaq̧ omnis terror pauorque cum illo ratus, ſigna primo Latinorum turbauit, deinde in totam penitus aciem peruaſit, euidentiſſimum id fuit, quod quocunque equo inuectus eſt, ibi haud ſecus quam peſtifero ſydere icti pauebant, ubi uero corruit obrutus telis, inde iam haud dubie conſternatæ cohortes latinorum fugam, uaſtitatem que late fecerunt. La tino bel. Quando latini à ſociis Romanis defecerunt.

VITTORIO EMAN...

¶ Periculoſo, Bene periculoſo quia latini populi iiſdem armis eadem militiæ diſciplina utebantur,& Romanis pares opibus erant. ¶ Veſuuii. Mons eſt campaniæ. Matri. ſom nium. ¶ Luce proxima. Poſtera die ubi illuxit, primo quidē tentarunt piacularibus hoſtiis auertere, ne poſſent iram deorum, ſed idem in extis quod uiderant in ſomniis, futurū cognouerunt ¶ Conuenit, Ex pacto inter ſe ita conſtituerunt. ¶ Neutro re quia uterq; paratus erat ſine trepidatione ſe ꝓ patria deuouere.

De. ſiue Tor. lueret, ideſt purgaret, aut aboleret, ſuo capite, id eſt uita, fata, ſcilicet aduerſa patriæ, ideſt quæ patriæ imminuiſſent. Quæ, ſcilicet fato depoſcerunt decium, ſcilicet cōſu. Neutro ſcilicet conſulum formidante ſcilicet ſe pro ſalute exercitus morti obiicere.

SEquitur æque ad publicam religionem pertinens ſomnium cum plebeis Ludis quidam pater familias per Circum Flaminium, pri⁹quam pompa induceretur ſeruum ſuū uerberibus mulctatum, ſub furca ad ſupplicium egiſſet: latino homini ex plebe: Iupiter in quiete præcepit vt COSS. diceret ſibi preſultorem Ludis circenſibus proximis non placuiſſe, quæ res, niſi attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet ſecuturum non mediocre vrbis periculum. ille veritus ne cum aliquo incommodo, ſup religione ſūmum implicaret imperium, ſilentium egit. Eueſtigioq; filius eius ſubita vi morbi correptus, interiit. Ipſe etiam ꝑ quietem ab eodē deo interrogatus, an ſatis magnam pœnam neglecti imperii ſui pependiſſet, in propoſito perſeuerans, debilitate corporis ſolutus eſt. actum demum ex conſilio amicorum, lectica ad tribunal. COSS. & ide ad ſenatum perlatus, ordine totius caſus ſui expoſito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

ASCENSIVS.

ILlud etiam ſomnium. Narrat ſomnium decio & torquato oblatum quod manifeſte dæmonum fraude ſuū ſortitum eſt effectum ut pulchre ſabellicus ennea. iiii. li. ſiui. argumentatur quia ſi per talē deuotionem. i. ſui ad mortem addictionem poſſet quis hoſtilem exercitum ſic deuouere ut neceſſario cadat non opus eſſet, niſi aut ſtolido, aut ſuperſtitioſo, aut gloriæ cupido aut deſperante de uita, aut graui⁹ ſupplicium timente imperatore, ad hoc ut aliena uirtus frangatur. deinde fieret, ſi utrinq; duces ſe deuouerent, an ne ambo exercitus caderent ꝙ ſi ſic quis eſſet in deuotione fructus Sed ordo eſt. Illud etiam ſomnium (quod duo conſules Pu. Decius & Titus Man. Torqua. ſ. cognomento dictus, uiderunt eadem nocte, bello latino. i. cum latino populo qui defecerat ꝑ. Ro. geſto. & iō & graui & periculoſo, ga[…]mis, animis, & diſciplina fere pari utebantur. i. caſtris poſitis nō procul à radicibus ueſuuii mōtis campaniæ italicæ) ſup. fuit magnæ admirationis, & clari. i. euidentis exitus. Enim pro quia. Quinā deus, prædixit utriꝗ per ſpeciem uiſionis, quæ in quiete ſolet fieri, imperatorē. i. primū ductorē, deberi diis manibus i. inferis, & terræ matri. ſ. animantium fere omnium, ex altera acie. ſ. duarum, aut ex romana, aut ex latina, & exercitum deberi illis ex altera. i. ex reliqua, acie in qua imperator non ceciderit, Autem pro ſed prædixit utrius. ſ. aciei, ſiue huius ſiue illius, dux aggrederetur copias hoſtium, & deuouiſſet. i. morti addixiſſet ſolenni præce ſeipſum ſuper. i. ultra eas copias, aut iō ſuper eas dixit, ꝙ deuoti ſuper ſtragem occiſorum ſe tandem demittere ſolent, ſicut dido ſuper cadauera Iuli & Aeneæ ſe daturā fuiſſe dicit æn. iiii. Natumq; patremq;. Cū gn̄e extinxem, & memet ſup. ipſa dediſſem, ſup. eū ducē habiturū uictoriā, non tn̄ pro ſe, ſed pro ſuis, niſi eo mō quo martyres tyrannos uicerant, q̄a ne morte q̄dem frangi potuerunt, aptior eēt lectio habituram ut ſit rā aciē habituram uictoriā ꝙ ſi oīo legēdū contendas biturum tn̄ placerēt more antiquo cū fœminino coniungendum, ut ſit utrius acie dux ceciderit, eā aciē biturū (ꝙ nunc diceremus, hiturā, multa āt ſunt id genus apud antiquos exempla, ut p⁹ Aulū Gel. collegit neſtor calepinus, atq; alii) uictoriam, poſſet tn̄ dici eū ducē biturum uictoriā, licet ipē ceciderit uerū ſabellicus dicit ſic. Vtrius exercitus imperator ſe ſuper hoſtium cateruas deuouiſſet eius populi uictoriā fore. Conſulibus uel expiaturis i. purgaturis, & abe uentu malo muniturus. i. cū uellēt uel piare id. ſ. ſomniū luce proxima. i. proxime in ſeq̄nti die ſacrificio ſi. ſ. prodigiū illud poſſet auerti. i. euitari aliquo ſacrificio, uel executuris i. executioni daturi. i. quū uellent ſi mutari non poſſet quod dii monuerant, ipm̄ exequi, ſi uiſum foret, certum. i. teſtificatum etiā monitu deorum, qui per extorum diſpoſitionem tunc præcipue admonere credebantur, exta hoſtiarum. ſ. Cæſ. congruerunt. i. concordia fuerunt, ſomnio. i idem portendebant, q̄d ſomnio iuſſerant, ꝙ pro & quia euitari nō poterat quod dii in ſomniis monuerant. Conuenit. ideſt pactum factum eſt inter eos, cuius, pro utrius (duo enim ſūt) eorum cœpiſſet prius laborare. ideſt in periculo eſſe, ut is, ſcilicet conſulum, ſiue

THEOPHILVS.

NOn ꝓcul à ueſuuii mōtis radicibus poſitis caſtris. Hic locus arguit I peritiam eius, qui nuper opuſculum de uiris illuſtribus Suetonio uendicauit, in quo perperam legitur, in decio cōſul bello latino collega Manlio Tor. poſitis apud Veſerim fluuium caſtris, & infra, in ipſo Torquato Latinos apud Veſerim fluuium Decii collegæ deuotione ſuperauit. utrobiq; caſtigandum Ianus admonet apud Veſuuium, teſtimonio Liuii Valeriiq;. Sed impudentiſſimus plagianus is qui nouiſſime libellum curauit imprimendum, Veſtigia Iani ſecut⁹ in aliis omnibus, in hac una correctione non potuit. Nam quotpe Catu. cotta Cor. nepotis titu. multis in locis à Iano correptum codicē publicauit, uſus Iano non uenerat, ut auditoribus ſuis comicaret. Itaq; bell⁹ ipreſſor, q nihil ex ſe unq̄ peperit, adminiculo ducis orbatus, fœde lapſus eſt in errorē.

OLIVERIVS.

SEquitur æq; ad publicam religionem. Illud ſomnium ad deos pertinuit, ut eorum uoluntas impleretur, ſed hoc quod ſequitur non minus ſpectabat ad religionem omnes hiſtorici Ro. Fabii. Gelii, Celſi, & Liui⁹ In primis hāc teſtantur hiſtoriā Ci. quoq; li. de diui. refert, ꝙ bello latino, dum ludi uotiui maximi primum fierent, ciuitas ad arma repente excitata eſt, itaq; ludis intermiſſis inſtaurati paulopoſt conſtituti ſunt, qui antequam fierent cum populus conſediſſet, & ſeruus per circum uirgis cæderet furcam ferens, dictus ē deinde cuidam ruſtico Romano dormienti uiſus eē Iupiter per quietem, qui dixerat præſultorem ſibi non placuiſſe ludis, idq; ab eodem iuſſum eſſe ſenatui nunciare, illum non auſum eſſe, iterum idem iuſſum, & monitum, ne uim ſuam experiri uellet, nec tum quidem eſſe auſum, exinde filium eius eſſe mortuum, eandem in ſomniis admonitionem fuiſſe tertiam, tum etiam debilem factum rē ad amicos detuliſſe, quorum de ſn̄ia lecticula in curiā eſſe delatum, cumq; ſenatui ſōmium enarraſſet, pedibus ſuis ſaluū domum reuertiſſe, itaq; ſomnio approbato à ſenatu ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt. ¶ Plebeis ludis. Quos teſte aſconio Exactis regibus pro libertate plebis, aut pro reconciliatione fecerunt. Dio. uero alicarnaſeus li. ii. circa finē hos ludos ſenatum fieri decreuiſſe dicit, cū nuncupata eſſent uota ab Aulo Poſthumio dictatore pugnaturo cum deſciſcentibus latinorum urbibus, conantibuſq; Tarquinum in regnum reſtituere decreuiſſe quotannis in ſacrificia, atq; certamina quingentas argenti minas, & uſq; ad bellum punicum hoc impediſſe in eam ſolennitatem, ipſos deinde ludos quales eēnt, & q̄uo fierent longa oratione deſcribit, q̄d q̄a longū nimis eēt referre ꝓtermittā. ¶ Quidā paterfamilias, Liu. li. ii. Mane ſeruū q̄dā paterfamiliæ nondum cōmiſſo ſpectaculo ſub furca cæſum medio egerat circo. Macro. Saturnaliū. i. dicit hoc fuiſſe anno ab urbe condita quadrageſimo ſeptuageſimoquarto, & patrem familias uocatū Acroniū maximū ¶ Circū flaminiū. Tres cōſtat circos fuiſſe in urbe Ro. maximū, flaminiū & neronianū. Flaminius āt circus dictus eſt nō ꝙ flaminius q̄ſq̄ ut nōnulli putāt ædificari iuſſerit, ſed ꝙ in pratis flamineis fuerit cōſtructus. Vnde Liuius. Ea, inquit, in pratis flamineis oīa in concilio plebeis acta, quæ nunc circum flaminium appellāt. Plutarchus in problematibus. Quid eſt, ꝙ circus flaminius dict⁹ eſt an

Somnii mira fides.

Ludi Plebei

Circi quot in urbe.

eſt'an ꝙ flamineus quidam priſcus cum ciuitati agrum, reliquiſſet, equæſtribus ludis eius fructu & uectigalibus utebantur' nam cum pecunia ſuppeteret, uiam quoq; flamineam munierunt. ☞ Præſultorem. Luſorem, qui præſiluerat hoc eſt præſaltauerat, priuſquam ludi inchoarentur. ☞ Circenſibus, qui proxime celebrati fuiſſent nam ludi plebei magni Romani circenſes eodem nomine appellabantur, dicti ſunt autem circenſes, teſte Seruio, à circum & eēſes, quia rudis antiquitas, quæ nondum ſpectacula ſabricatum ornatum deduxerat inter enſes & gladios locis uirentibus ludos agebāt & in medio loco munera collocabant, ut Virg. Munera principio ante oculos, circoq; locantur in medio, eratq; ludicrum ut equi iunctis curribus à circi carceribus diſcedentes, ex uno latere circi decurrerēt, & cum ad ſummam aduentaſſent, ſe deinde diuerterent, & ex alio latere recurrētes ad primam uſq; circi metam reducerentur, ne igitur luſoribus per fugam locus eſſet ignauiæ, circum eos diſponebantur milites ſtrictis gladiis, unde circenſes dicti ſunt quaſi circum enſes, uel ut alii uolūt, à circuitu, erāt autem curule certamen, hoc eſt quadrigarum curſus. Virgi. Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus ☞ Attenta inſtauratione diligenti, & accurata renouatione ludorū.

ASCENSIVS.

Sequitur æq; & c. Hoc exemplum adhuc manifeſtiore d[illegible]orum, fraude mortalium oculis obiectum eſt, ad [illegible]orum uidelicet ſanctiorem celebrationem pertinens quaſi uero ad deorum religionem pertinerent, & nun potius ad morum ſubuerſionem de qua re argute diſputat diuus Aug. lib. de ciui. dei viii. ca. xlii. Ordo eſt. [illegible]quitur ſomnium pertinens æq; ac ſuperius ſup. ad religion[illegible] publicam. ☞ Cū quidam paterfamilias Atronius uidelicet maximus egiſſet. i. impuliſſet ad ſupplicium ſub furca, ideſt cruce ludis plebeis ideſt tempore quo ludi plebei celebrari debebant, ſeruum ſuū mulctatum ſcilicet prius uerberibus id eſt uirgis, aut flagellis per circum flaminium, in quo futuri erant ludi, priuſquā pōpa. i. ſolennis apparatus ad celebrandos ludos induceretur, Iupiter cui eiuſmodi ludi facti erāt, præcepit homini latino ex plebe. plebeo, & non patritio; in quiete, ideſt cum dormiret ut diceret conſulibus, præſultorem, ideſt eum à quo facta ſūt præludia, & præuiæ ſaltationes, hoc eſt miſerum illum ſeruū qui ad ſupplicium ducebatur, non placuiſſe ſibi ſcilicet ioui, ludis circenſibus proximis, ideſt ultimo loco celebratis, & eſt amarum ſcomma. q. d. Iupiter cū ludi, qui feſtiui, & celebres ac letitiæ pleni eſſe deberent, mihi fieri deberent, nō decuit eos à moeſti ſerui & eiuſdem malefici ſupplicio, & miſerabili ſaltu auſpicari, quæ res. i. quod erratum niſi eſſet expiata. i. emendatum, & caſtigatum, attenta, ideſt diligenti, & accurata inſtauratione, ideſt de integro celebratione ludorum, dixit ſup. non mediocre, immo maximum periculum urbis ſcilicet Romæ, ſecuturum. Ille ſcilicet hō plebeius, ueritus, ne impliearet religione, ideſt metu deorum, aut inſtauratione religioſa ludorum, ſummum, utpote conſulari imperium cum aliquo incommodo ſuo, quia timebat, ut mendax ab illis in carcerē detrudi, aut uerberibus affici, aut mulctam dare, egit ſilentiū ideſt nihil dixit. Et filius eius correptus ſubita ui morbi interiit, ideſt mortuus eſt, e ueſtigio, ideſt continuo poſt. Ipſe etiā interrogatus per quietem, ideſt in ſomnis ab eodem deo. ſ. ioue, an pependiſſet. ideſt perſolniſſet ſatis magnam pœnam imperii ſui neglecti ideſt eo ꝙ neglexiſſet imperium ſuum, quia ſiluiſſet, perſeuerans in propoſito ſcilicet tacendi, ſolutus eſt debilitate corporis, ideſt paralyticus factus eſt omnibus membris luxatis, ac tum demum perlatus lectica ex conſilio amicorum ad tribunal conſulum, & inde ad ſenatum ordine. ideſt ſerie caſus ſui expoſito. ideſt declarato, ideſt cum rem omnem eo ordine, quo dictum eſt conſulibus, & ſenatui enarraſſet, rediit domum, non in lectica, ſed pedibus ſuis cum magna admiratione oīum. ſ. qui id uiderāt, & hoc ſir mit. te mēbrorū recuperata. Quæ res ſic potuit fieri, ut nōrint dæmones filium eius tunc moriturū ipm in ualitudinem illā ex mœrore, aut alioqn caſu, aut ſe ꝑmiſſiōe diuina illius corpus infeſtaturos, ſed paulopoſt incolumitatem illi rediturum, aut potius ſe ab infeſtatione quieturos, ut talis miraculi ludibrio mortales irretirent ad ludorū exactiorem celebrationem, cū in ipſis nihil, aut deo, aut bonis moribus dignum cōtineretur.

☞ De. M. Cicerone.

AC ne illud quidem inuoluendum ſilētio inimicorum conſpiratione urbe pulſus. M. Cicero, cum in uilla quadam campi Atinatis diuerſaretur, is animo in ſomnum profuſo, per loca deſerta, & inuias regiones uaganti ſibi. C. Marium conſulatus ornatum inſignibus, putauit obuium factum interrogantē cum quid ita, tam triſti vultu, incerto itinere ferretur, audito deinde caſu quo conflictebatur, cōpræhendiſſe dexteram ſuam, ac ſe proximo lictori in monimentum ipſius deducendum tradidiſſe quod diceret ibi eſſe ei lætiorem ſtatus ſpem repoſitam. nec aliter eueuit. Nam in æde Iouis Mariana. Senaſcon. de reditu eius eſt factum.

OLIVERIVS.

AC ne illud quidem. Cic. li. de di ubi quintū frēm de ſe loquente inducit. Venio, inqt, nunc ad tuū ſomniū, audiui equidem ex teipſo, ſed mihi ſæpius noſter Saluſt. narrauit cum in illa fuga nobis glorioſa, pſiæ calamitoſa i uilla quadam campi atinatis manneres, magnamq; partem noctis uigilaſſes, ad lucem deinde arcte & grauiter dormitare cœpiſſes, & ꝗꝗ iter inſtaret, tibi ſilentium fieri iuſſiſſe, neq; paſſum eſſe te excitari, cum autem experrectus eſſes hora ſecunda, ſæpe te tibi ſomnium narraſſe uiſum tibi eſſe cum in locis ſolis mœſtus errares. C. Marium cum faſcibus laureatis quæ rere ex te quid ita triſtis eſſes, cumq; tu te patria expulſum ui eſſe dixiſſes, præhendiſſe eum dexteram tuam, & bono animo te eſſe iuſſiſſe, lictoriq; proximo te tradidiſſe ut te in monumentum ſuum d[illegible] & dixiſſe in eo tibi ſalutem fore tum & ſe exclamaſſe Saluſt[illegible] rat reditū tibi celerē & glorioſum paratum, teipſum uiſum in ſomnio delectari, nam illud mihi ipſi celeriter nunciatum eſt ut audiuiſti in monumēto marii de tuo reditu magnificentiſſimum illud ſenatus conſultum eſſe factum, referente optimo & clariſſimo P. Lētulo conſule, idq; frequentiſſimo theatro incredibili clamore, & plauſu comprobatum, dixiſſe te nihil arpinati ſōnio fieri potuiſſe diuinius. ☞ Villa. In domo agreſti. non uilla proprie eſt domus in agris. Virgi. Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant. Attinatis. Mons eſt campaniæ ab attina urbe iuxta pontinas paludes poſita deriuatus, & eſt nomen gentile attina ab ærumna & morbo dicta eſt, quem uicinæ paludes inferebant ἄτη græce latine. i. ſgſiat ærumnam, ꝗꝗ Virg. dicat Attina potens, tiburq; ſuperbum. ☞ Inſignibus. Videlicet lictoribus præcedentibus, ipſo uero prætextam gerente, ſicut mos erat ☞ Lictori proximo. nam ex lictoribus unū ſp hēbant ꝓximū cōſules. ☞ Monumentū. Sacellū marianū. ubi fuerant eius monumēta, & ita accidit, nā ut diximus cū Cic. totius ferme italiæ cōſenſu reſtitutus eēt i ſacellū Marii, i quo ſcm fuerat ſenatus cōſultū de eius reditu, deductus eſt, & ingēti ſenatus conſenſu liberatus, ſummaq; cum dignitate reſtitutus, ſcimus. n. quō. M. Ci. lege appii claudii tribu ple. lata, ꝙ ipſe ciues Ro. in dicta cā dānatos occidiſſet, i exiliū pulſus fuerit. ☞ In æde Io. Mariana ꝗ Marius in honorem iouis cōdiderat, ibiq; monumenta ſua collocauerat.

Cicero. exilium

Attina urbs.

ASCENSIVS.

AC ne, ſiue nec illud qdē & c. ꝓſequitur ſomniū d. q per C. Mariū cōpatriotā ſuū (uterq;. n. arpinas fuit) iā defunctū & in ſomnis apparentē de ſuo in pſiam reditu admonitum dictitabat Ordo eſt. Ac ne illud qdē ꝙ ſequitur ſomnium eſt ſup. inuoluendū. i. implicandum ſilentio, hoc ē non eſt ſilendum. M. Cicero pulſus. urbe. ſ. Roma ꝙ bis contigit, ſed prius glorioſe rediit poſterius iuſſu Antonii conniuente Auguſto crudeli & iniqua cæde ſublatus eſt, de priore ergo proſcriptione loquitur, conſpiratione inimicorum præſertim nobilium ut Appii Claudii, & aliorum inuidorū moleſte ferentiū, qd homo nouus tm̄ gloriæ in toga meruiſſet, quantum quiſquam eorum in armis, uū criminabātur il. ū q catilinam cethegum, & cæteros coniuratos, ciues Roma. in dicta cauſa damnatos occidiſſet. ☞ Cū diuerſaretur in quadā uilla. i. domo ruſtica, campi atinatis, iuxta atinam urbē, is

ſcilicet Cicero animo perfuſo in ſomnum.ideſt cum haberet animum profuſum in ſomnum,putauit,caium Marium or-natum inſignibus cõſulatus ſcilicet lictoribus & faſcibus.xii.(ſepties.n.conſul fuerat)factum obuiam ſibi ſcilicet Ci.uaganti,id eſt ſibi uagari uiſo per loca deſerta & regiones iuias(q᷑ in regibus ſolet mortis putari omẽ)& ſup.interrogantẽ eum ſcilicet Ci.Quid ita,ideſt cur ferretur incerto innere uultu tam triſti,ideſt habens uultũ tam mœſtum. Deinde Mariũ audito caſu,quo Ci.conflictabatur comprehendiſſe manũ ſuam ſcilicet Cicero.(qui hæc putauit,unde ad primum ſuppoſitum fit reciprocatio) ad Marium tradidiſſe lictori, id eſt miniſtro publico portandi faſcem uirgarum cum ſecuri ante conſulem proximo ideſt proxime è duodecim aſtanti ſe ſcilicet ciceronem deducendũ in monumentum ipſius,ideſt ſacellum marianum,ubi erãt eius monumenta, ꝙ ideſt eo ꝙ diceret ſpem lætioris ſtatus eiſe repoſitam ſcilicet Ciceroni,ibi.ideſt in ſacello Mariano Nec euenit aliter ſcilicet quam ſomniauerit Cicero ſibi dictũ. Nam ſenatuſconſultum de reditu eius ſcilicet Ciceronis in urbem eſt factum ſcilicet præſidio lentuli,in æde iouis Mariana,ideſt à mario ioui conſtituta.

THEOPHILVS.

ATtinatus campi. Vide ne potius legere ſit Arpinalis.eo nãq; ci.pulſus urbe conceſſit,ut latis conſtat eius teſtimonio.

OLIVERIVS.

AT Carthaginienſium dux. Amilcar pœnorum dux, dum Syracuſas Siciliæ urbem clariſſimam obſideret, exiſtimauit ſe in ſomniis audiſſe uocem nunciantem, fore, ut ſequenti die Syracuſis cœnaret, quod ſomnium cum ad uictoriam pertinere arbitratus eſſet, exercitum inſtruxit ad pugnam, ut potiretur urbe, ſed forte ita accidit, ut inter pœnos, & Siculos transfugas, qui erant in eius exercitu maxima oriretur diſſenſio, quam Syracuſani ſentientes eruptione facta pœnorum caſtra cæpere, & Amilcarem uinctum in urbem traxere, ubi cœnauit captiuus, & hoc pacto impletum eſt eius ſomnium, non autem eo quo animo preſumpſerat. ¶ Inter ſiculos, uel qui transfugerant, uel certe qui cum carthaginienſibus ſocia arma coniunxerant, & confœderati erant. ¶ Magis ſpe. quia credebat ſe uictorẽm cœnaturum, ſed uictus cœnauit.

ASCENSIVS.

AT Carthaginem. dux. Recitat ſomnium Hamilcaris ducis Cartha. non ſatis fœliciter ab eo interpretatum, nam cum ſibi promiſſum ſomniaſſet, ſe poſtridie eius ſomnii ſyracuſis cœnaturum, urbẽ ex eo ſomnio capere ſperans, ipſe captus in ea cœnauit. Ordo eſt. At ideſt econtrario quaſi dicat non ſimili euentu Hamilcar dux Carthaginieſi, credidit exaudiſſe, ideſt manifeſte audiuiſſe, inter ſomnium, ideſt ſomniando, cum obſideret ſyracuſas urbem primariam Siciliæ, uocem nunciantem, futurum ſup. eſſe, ut cœnaret proximo die in ea urbe, ꝗ obſidebat. Igitur ipſe lætus perinde .i. ſimiliter ac .i. ac ſi uictoria promiſſa ſup. eſſet diuinitus .i. à deo (poſſunt tamen ſine uerbo dici ablatiui in deſignatione ſequele poſiti) comparabat ideſt congregabat, aut inſtruebat exercitum pugnæ, ideſt ad pugnam contra Syracuſanos. In quo .ſ. exercitu collecto ex ſiculis, qui partes Carthagiñ. fouebant, & ex pœnis, diſſenſione orta inter ſiculos & pœnos, quia neutri alteris parere uolebant; Syracuſani uidentes exercitus diſſenſionem, caſtris eius .ſ. Hamilcaris oppreſſis .i. poſtꝗ oppreſſerant caſtra eius, ſubita irruptione, quam faciebant, egreſſi portis, pertraxerunt ipſum .ſ. Hamilcarem, uinctum, intra mœnia. Itaq; .i. & ſic ipſe deceptus magis ſpe quã ſomnio, non enim falſum erat ſomnium, ſed ultra ſpes eius fecit ipſum falſo interpretari, cœnauit ſyracuſis .i. in ſyracuſanorum urbe, captiuus, non uictor ut preſumpſerat .i. inaniter perceperat, animo .i. opinione Vbi quod Valla diligenter ſcripſit, meminerit lector preſumptio, & preſumptuoſus, item preſumere à doctis fere nunquã accipi in uulgata ſignificatiõe.

OLIVERIVS.

ALcibiades quoq; miſerabilem. Lyſander Lacedæmonius athenienſes diu obſeſſos tandem in ſuam poteſtatem redegit, & omnem reipu. ſtatum permutauit, impoſitis triginta pretoribus, qui in totidem euaſere tyrannos, quorum primus Critias fuit, qui cum uideret Alcibiadẽ plurimum gratia, & auctoritate ualere apud Pharnabazum perſarum regem, ſcripſit Lyſandro, niſi daret operam, ut de medio tolleretur Alcibiades, nihil eorum, quæ Athenis conſtituerat, ratum fore. Lyſander ubi hoc cognouit miſit ad Pharnabazum nuncium, qui diceret Lacedæmones renunciare illi ſocietatem, quæ cum Rege erat, niſi uel mortuum uel uiuũ ad ſe mitteret Alcibiadem. Pharnabazus clementiam, & fidẽ ſuam maluit quam opes regias minui. Itaq; duos miſit. Fuſimenum, uel ut alii Suſametrem & Bagoum, qui Alcibiadem interficerent. Hi cum non auderent ferro aggredi uirum fortiſſimum, ligna intulerunt, & tugurium, in quo cum amica quadam erat Alcibiades, incenderunt. Ille ſtrepitu flammæ excitus ueſtimenta omnia ſuper ignem iniecit, & cum familiari ſeruo & amica euaſerunt, ſed tandem à multitudine militũ occiditur, tum mortuum mulier ueſte ſua opertum cremauit incendio tugurii. De hoc uiro dicetur in cap. de mutatione caſus, & fortunæ. Alcibiadis. mors.

ASCENSIVS.

ALcibiades &c. Ordo eſt. Alcibiades quoq;, ideſt etiam quaſi dicat non modo Halmicar, ſed & Alcibiades Athenien. ſpeculatus eſt, ideſt uidit imagine, ideſt repreſentatione nocturna, ideſt facta per quietem, haud, ideſt non fallaci, quia ita euenit ut ſpeculatus eſt, ſed forte non ita, ut ſperauerat. Enim pro quia, ipſe interfectus, & iacens inſepultus, ſic derelictus ab interfectoribus miſſis à Pharnabazo; contectus eſt; ideſt coopertus, & in rogum miſſus eodẽ pallio amicæ ſuæ .i. concubinæ, quo pallio ipſe dormiẽs uiderat ſe opertum.

rem. Somniauerat enim ꝙ amica ſua ſe nudum pallio ſuo cooperiret, quod ad illam ingreſſus illi narrauit, ſed cum tugurium incenſum eſſet à percuſſoribus, & tamen elapſus eſt, in fuga oppreſſus & interfectus, tantiſper inſepultus iacuit, donec amica eodem incendio elapſa, ipſa, ipſum pallio ſuo cooperiret.

ℂ De duobus Arcadibus.

PRoximum ſomnium, & ſi paulo eſt lõgius: propter nimiam tamen euidentiã, ne omittatur: impetrat. Duo familiares Arcades iter vna facientes, Megaram venerunt: quorum alter ad hoſpitem ſe contulit: alter in tabernam meritoriam diuertit. Is, qui in hoſpitio erat vidit in ſomniis comitem ſuum orantem: vt ſibi Cauponis inſidiis circumuento ſubueniret. poſſe enim celeri eius accurſu ſe imminenti periculo ſubtrahi: quo viſo excitatus proſiluit: tabernamq́, in qua is diuerſabat̃: petere conatus eſt. Peſtifero deinde fato eius humaniſſimum propoſitum tanquam ſuperuacuum damnauit: & lectũ ac ſomnum repetiit. Tunc idem ei ſaucius oblatus obſecrauit: vt qui vitæ ſuæ auxilium ferre neglexiſſet: neci ſaltem vltionem non negaret. Corpus enim ſuum à Caupone trucidatum: tum maxime plauſtro ferri ad portam ſtercore coopertũ. tam conſtantibus familiaris præcibus compulſus protinus ad portam encurrit, & plauſtrum, quod in quiete demonſtratum erat: cõpræhendit: Cauponemq́ ad capitale ſupplicium perduxit.

ℂ De miraculis. Cap. VI.

MVlta etiam interdiu: & vigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarũ, ſomniiq́ nube inuoluta, quæ, quia vnde manauerint: aut qua ratione conſtiterint: dignoſcere arduum eſt: merito miracula vocentur. Quorum é magno aceruo in primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum Aulus Poſthumius dictator, & Tuſculanorum dux Manilius Octauius magnis viribus inter ſe concurrerent: ac neutra acies aliquandiu pedem referret: Caſtor, ac Pollux Romanarum partium propugnatores viſi, hoſtiles copias penitus fuderunt.

OLIVERIVS.

PRoximum ſomnium. Excuſat prolixitatē ſomnii, quod narraturus ē, quod Cic. lib. de diuinatio prodit. Cum duo q̃dam archades familiares iter una facerent, & Megarã ueniſſent, ad Cauponem alterum diuertiſſe ferunt, alterum ad hoſpitem, qui cum cœnati quieſcerent, concubia nocte uiſum eſſe in ſomniis ei qui erat in hoſpitio, illum alterũ orare, ut ſubueniret, ꝙ ſibi à caupone pararetur interitus, eum primo perterritum ſomno ſurrexiſſe, deinde cum ſe collegiſſet. Idq́ uiſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe, tum ei dormienti eundē illum uiſum eē rogare, ut quoniam ſibi uiuo non ſubueniſſet, mortem ſuam, ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum in plauſtrum eſſe à caupone conjectum, & ſupra ſtercus iniectũ petere, ut mane ad portam adeſſet, priuſq̃ plauſtrum ex oppido exiret, hoc uero ſomnio eũ commotum, mane bubulco preſto ad portam fuiſſe, queſiſſe ab eo, quid eſſet in plauſtro, illum perterritũ aufugiſſe, mortuum erutum eſſe, cauponem re patefacta pœnas dediſſe, q̃d hoc ſomnio dici diuinius põt? ℾ Euidentiam, quia adeo perſpicuum eſt, ut non ſit pretermittendum. ℾ Megaram, urbem græciæ, & eſt no latiuus huius nominis Megara formatus ab accuſatiuo græco ſicut crathera. ℾ Circunuento. Decepto. ℾ Diuerſabatur. Hoſpitabatur,

Diuertere. nã diuertere, eſt ad diuerſa uertere, ſeu de uia in hoſpitiũ, unde diuerſorium locus, ad quem de uia diuertimus, ſcilicet domus hoſpitalis. Damnauit, quia ſeipſum accuſabat, ꝙ eiuſmodi ſomniis crederet. Necis ſaltem ultionem, ne centum erraret annos quia inulti, & inſepulti centum errabant annos. Virg. centum errant annos, uolitantq́ ea flumina circum. Lu. Vmbraq́ erraret craſſus inulta. ℾ Capitale, quia magiſtratibus tradidit, ut eum capite punirent.

ASCENSIVS.

PRoximum &c. Textus eſt apertus, & lectu iocundus. Ordo tamen ne quis eum deſyderet eſt. Somnium proximum i. quod proximo loco narrabitur, etſi. i. q̃q̃ eſt longus, ſcilicet quam par ſit, paulo, ideſt modico, ideſt licet ſit aliquantulum prolixum, tamen impetrat, ideſt ubtinet ne omittatur, propter euidentiam, quia tam euidens, & manifeſtum eſt. Duo arcades familiares iter facientes, ideſt euntes, aut eundo una, ideſt pariter, uenerunt Megaram, ideſt in eam urbem, quorum alter contulit ſe ad hoſpitem, ideſt amicum cum quo hoſpitalitatem habebat, eam autem eſt, ut gratis reciperent, & reciperentur hoſpites mutuo, quotiens alter ad alterius ſe diuerteret ædes, alter, ideſt reliquus, qui non habebat illic hoſpitem, diuertit in tabernam meritoriam, ideſt mercede recipientem aduenas, hinc forte tractum eſt, ꝙ taberna uulgo pro caupone accipiatur, cũ ſit ex tabulatis & aſſeribus conſtructa potius ad uendēdas res q̃ ad recipiendos hoſpitio homines apta. Is qui erat in hoſpitio uidit in ſomniis comitem ſuum, ideſt ſocium itineris orantem, ut ſubueniret ſibi circumuento inſidiis cauponis, enim pro quia, dixit ſup. ſe poſſe ſubtrahi periculo imminenti, quia caupo parabat eum iugulare, & paulo poſt iugulauit, celeri accurſu eius, ſcilicet qui in hoſpitio erat quo uiſo, ideſt ſomnio excitatus, ſcilicet is, qui ĩ hoſpitio erat, proſiluit, ſcilicet extra hoſpitium & conatus eſt petere ideſt adire tabernam, in qua is, ſcilicet alter diuerſabatur. Deinde damnauit, ideſt reprobauit propoſitum ſuum humaniſſimũ. i. pietate humana digniſſimũ, tanq̃ ſuperuacuum, fato eius. ſ. comitis ſui peſtifero. i. lethali illi, & repetiit lectũ, ac ſomnium, tunc idem. ſ. comes, oblatus & ſaucius. i. uulneratus in necem uſq́, obſecrauit. i. ob ſacra rogauit, ut ipſe qui neglexiſſet ferre uitæ ſuæ auxilium non negaret ſaltem neci. i. cædi ultionem. Enim pro quia, ſup. dixit, corpus ſuum trucidatum, ideſt truculenter cæſum à caupone. i. domino tabernæ, ferri plauſtro i. uehiculo, maxime, ideſt precipue tum. i. eo tempore, quo hæc dicebat, ad portã coopertum ſtercore. i. fimo immundo, ut nemo quæreret q̃d eueheret. Is ſup. qui in hoſpitio erat compulſus tam conſtantibus præcibus familiaris ſui, cucurrit protinus. i. eueſtigio ad portam, & compræhēdit plauſtrum ideſt currum, aut uehiculum, quod demonſtratum erat in quiete, & perduxit. ſ. criminando ipſum apud iudices cauponem ad ſupplicium capitale. i. mortale, quod de eo ſic conuicto ſumptum eſt.

THEOPHILVS.

MEgaram, megara ciuitas ad Iſthmum mediis Atticæ Bœotiæq́ finibus, in umbilico Peloponneſi, nomen habuit à Megareo, quem genuit Apollo, uel ægeus ex Pandione natus Erecththei filio, cui pater extitit Vulcanus, uel ab aſperitate regionis, ut alii ſentiunt. Hæc ex Strabone Pauſaniaq́ & Stephano, quæ tũc à nominatiuo formaretur ſi megar in eo caſu dici poſſet, id quod apud auctores inuenit nemo.

OLIVERIVS.

MVlta etiam interdiu & uigilantibus. Tranſit ad capitulum de miraculis, quæ ueluti ſomniis cæcitatis nube adumbrata hominibus apparuerunt, nam miracula ſunt cognitu difficillima, ſicut ſomnia, ſunt autem miracula q̃cunq́ præter naturæ uſum eueniunt. ℾ Conſtiterint. Qua ratione, facta ſint, & euenerint. ℾ Cum apud lacum. Hanc hiſtoriam Liuius libro ſecundo commemorat, de miraculo uero nullam prorſus mentionem facit, tantum dicit ædem Caſtori dictatorem uouiſſe, nec id affirmat, ſed ita fieri dicit. Plutarchus uero & Cic. auctores ſunt, ꝙ dum Romani cum Tuſculanis bellum haberent, duce Aulo poſthumio dictatore, & apud lacum regillum pugna commiſſa ad multum diei tracta foret & in neutram partē uictoria inclinaret, uiſi ſunt Pollux & Caſtor pro Ro. fortiter pugnare, qui copias hoſtium penitus profuderunt. Dio. lib. vi. poſt pugnæ narrationem. In hac, inquit, pugna dicitur poſthumio dictatori, & qui cum eo erant in acie equitibus apparuiſſe duos iuuenes, & forma

Miracula. Caſtor & pollux in acie Romana pugnãt.

magnitudine longe ſuperiores uiris, quos nunc noſtra natura nutrit, pubeſcereq́ incipientes, ducentes equitatum Roma. & qui obuiam latinorum irent ferientes haſtis, propellentesq́, & cohortantes ſocios, poſtq́ fuga latinorum captionem q́ caſtrorum ſuorum inclinante iam die in ueſperis uiſi eſſe in Romano fore eodē habitu adoleſcentes dicuntur duo bellicas induti ſenas, proceriq́ & pulcherrimi, eandem habentes ætatem, facięmq́ ſeruantes tanq̄ redeuntium ex prælio, ſpecie pugilum, equoſq́ madidos ſudore adducentes, aſcēdentemq́ aiunt deinde utrinq́ equos abluere ad ſcaturiginē quæ manat iuxta templum ueſtæ, lacum faciens profundum peruium, multis ciſcitantibus & ſi quid eſſet ab exercitu nouum diſcere poſtulantibus, narraſſe eos pugnam, ut fuerat & q́ uiciſſent Romani nunciaſſe, diſcedentesq́ inde dicunt eos ex foro à nemine uiſos amplius die poſtero acceptis literis à dictatore cognouerunt de apparitione numinum in prælio & eos fuiſſe Caſtoris & Pollucis ſimulachra.

De P. Vatinio.

Item bello Macedonico. P. Vatinius, Reatinæ præfecturæ vir, noctu vrbem petēs, exiſtimauit duos iuuenes, excellentis formæ, albis equis reſidentes, obuios ſibi factos nunciare, die, qui præterierat Perſen regem, à paulo captum: quod cum ſenatui indicaſſet: tanquā maieſtatis eius, & amplitudinis, vano ſermone contemptor: in carcerem coniectus. poſtquam Pauli literis illo die Perſen captū apparuit & cuſtodia liberatus: & inſuper agro, ac vacatione donatus eſt. Caſtorem vero, & Pollucem, etiam illo tēpore pro imperio popu. Roma. excubuiſſe cognitum eſt, quo apud lacum Iuturnæ, ſuum, equorū q́ ſudore abluiſſe viſi ſunt. Iunctaq́ fonti ædes eorum, nullius hominum manu reſerata patuit.

ne donatus eſt, nec illud prætermittam, licet nōn ad rem ſed quia ſimile eſt huic, quo tempore Cato erat. Vticæ quidam nocte ueniens nunciauit Catoni die tertia ante commiſſum certamen caſtra Scipionis capta fuiſſe Cæſaremq́ uictorem Scipionem & Iubam cum paucis euaſiſſe, reliquas copias funditus deiectas, hoc legitur in uita Catonis. ☞ Reatinæ præfecturæ, quia præfectus erat reati, ac ſi diceres præturæ uicentinæ, erant quædam præfecturæ, ad quas mittebantur à prætore Vrbano præfecti, ut fundi, & formiæ ceræ, priuernum, anagnia, reate, norſia, arpinum & alia. ☞ A paulo, ſcilicet Aemilio, de quo ſupradictum eſt in capitulo de Ominibus. ☞ Vacatione. Immunitate, & ut uulgo dicimus exemptione. ☞ Lacum Iuturnæ. Nymphæ. Iuturna fons iuxta Numicum fluuium dictus, ut quidam uolunt à Iuturna Turni ſorore, quæ à Ioue compreſſa imortalitate donata eſt, & Numici fluminis Nympha facta, iuxta hunc fōtem ædes erat. Caſtoris & pollucis. ☞ Iūcta haud procul erat à fonte templum, quod ſponte ſua uiſum eſt aperiri. Vacatio

ASCENSIVS.

Multa etiam &c. Tranſit ad narranda miracula, quæ p̄ſertim uigilantibus diuina, nō humana ope uiſa ſunt unde magis ſtoice quam epicurice ſentit. Epicurei enim negabant deum curare mortalia. ☞ Aut quicquam miraculi in terris facere, unde Horatius de miraculo quod circa thus liqueſcens per ſe in aris aeri dicebatur, dicit ſermonum libr. i. Credat iudæus appella, Non ego, namq́ deos didici ſecurum agere æuum, Nec ſi quid miri faciet natura deos id. Triſtes ex alto cæli dimittere tecto &c. Ordo textus nunc eſt. multa etiam acciderunt inter diu. ideſt durante die quaſi intra diē, & uigilantibus, & ita licet tam nocte q̄ interdiu tamen non ſomniantibus, ut ſuperioribus, perinde ac, ideſt non aliter quam ſi fierent inuoluta nube tenebrarum & ſomnii, quæ quia arduum, ideſt difficile eſt dignoſcere, ideſt diſcernendo noſcere, unde emanauerint, ideſt orta ſint, aut qua ratione conſtiterint, ideſt facta ſint, uocentur merito miracula, quorum, ſcilicet miraculorum illud, quod proxime ſequitur, occurrit, ſcilicet memoriæ, in primis è magno aceruo, ideſt cumulo exemplorum, deinde incipiens narrare dicit ☞ Quum &c. Recitat miraculum caſtoris & pollucis, ordo eſt. Quum Aulus Poſthumius dictator, ideſt ſummo illo magiſtratu, à quo non licebat prouocare, ſed audiendum erat eius dicto, fungens, & Octauius Mannilius dux Tuſculanorum, concurrerent inter ſe magnis uiribus, ac neutra acies, neq́ Romani dictatoris, neq́ tuſculani ducis, referret, ideſt retro ferret, cecipiendo ſe in caſtra, pedem, ſcilicet ſuum aliq̄diu, ideſt per pluſculum temporis. Caſtor & pollux, dii illi ex fratribus geminis facti, uiſi, ideſt apparentes, propugnatores, ideſt defenſores partium Romanarum, fuderunt, ideſt proſtrauerunt penitus copias hoſtiles, utpote tuſculanas.

OLIVERIVS.

Item bello Macedonico. P. Vatinio, Cicer. lib. de natura deorum. Et in noſtro, inquit, populo, & in cæteris deorū cultus, religionumq́ ſanctitates exiſtunt in dies maiores, atq́ meliores, idq́ euenit non temere, nec caſu, ſed quod etiā preſentiam ſuam diui declarant, ut apud Regillum bello latinorum, cum poſthumius dictator cum Octauio Manilio tuſculano prælio dimicaret, in noſtra acie caſtor & Pollux ex equis pugnare uiſi ſunt, & recenti memoria idem tyndaride Perſen uictum nunciauerunt. P. Vatinius auus huius adoleſcentis, cum ei præfectura Reatina Romam uenienti noctu duo iuuenes in equis albis dixiſſent regem Perſen illo die captum, ſenatui nunciaſſet, primo quaſi temere reipub. locutus eſſet, in carcerem coniectus eſt. Poſtea à Paulo literis allatis, cum idem dies conſtitiſſet, & agro à ſenatu & uacatione

ASCENSIVS.

Item bello macedonico. Narrat ſecundum miraculum, quod per eoſdem, contigit dicens. Item publius Vatinius uir præfecturæ reatinæ, ideſt unus eorum qui reati præfecti erant petens bello macedonico, ideſt quo tempore. P. Aemilius perſam regem macedoniæ bello petiit, petens dico noctu urbem, ſcilicet Romam exiſtimauit duos iuuenes excellentis formæ, ſcilicet Caſtorem & pollucem, licet eos non agnouit, reſidentes ſup. in equis albis, & ſupp. factos obuiam ſibi, nunciare Perſan regem, ſcilicet macedoniæ de quo in titulo de Omine dictum eſt, captum die, qui præterierat, ſcilicet proxime, à Paulo, ſcilicet Aemilio. Quod, ideſt quam rem cum indicaſſet ſenatui, ſcilicet Rom. ideſt ordini ſenatorum, coniectus in carcerem tanquā contemptor maieſtatis, & amplitudinis eius, ſcilicet ſenatus, ſermone uano, ideſt mendaci, & futili, quale & ſenatui allatum non decuit, poſtq̄ apparuit literis, ideſt per literas, Pauli, ſcilicet æmilii ad hoc miſſas, Perſam captum illo die, qua uatinius indicauerat, ipſe Vatinius, & ideſt ſimul liberatus eſt cuſtodia, ideſt carcere noxiorum, & donatus eſt inſuper, id eſt ſupra liberationem agro ac uacatione, ideſt immunitate; & exemptione ab omni onere publico. ☞ Caſtorem uero &c. Affert tertium exemplum de iiſdem, locutum autem de Caſtore & polluce indicat particula etiam, quæ conſociatiua eſt. Atque ita tertium traditur de illis exemplum. In quo mirari poſſis cum græci ſint quomodo Romanis qui ex troianis traxerunt originem toties opitulati ſint. Verum facile poſſit occurri, inter deos non eſſe ſimultatem, niſi homerus, & eum inſecutus Maro etiam deorum contentiones uſque ad uulnera interdum inducant. Nam uenerem uulneratam dicunt, dum filio ſuppetias ferret, unde illud Aenei. x. in perſona ueneris, mea uulnera reſtant. Verum dicerent, homerum, & cæteros poetas in talibus figmentis hominum mores per deos exprimere uoluiſſe, quos & preſens miraculum imitandos innuit. Nam ſi aut ueros deos, aut immortales, & in plures effectos credas, unde illis ſudor? de quo iam dicemus. Vtcunq; autem eſt conſtat Romanis perſuaſum eſſe Caſtorem & Pollucem illis auxiliares ſæpe fuiſſe, unde eos Horatius inuocat. Sic fratres Helenæ, & cætera. unde, ordo eſt. Vero pro ſed, cognitum eſt Caſtorem, & Pollucem excubuiſſe, ideſt uigilaſſe pro imperio Populo Romano etiā illo tempore, quo uiſi ſunt abluiſſe ſudorem ſuum, & equorum ſup. ſuorum ex recenti pugna pro Romanis obita, apud lacum Iuturnæ, ſcilicet Nymphæ, cuius lacus erat apud Numicum fluuium, & ædes eorum ſcilicet Caſtoris & Pollucis,

funcťa,

ancta, Ideſt proxima fonti, ſcilicet Iuturnæ, patuit reſerata nullius hominum manu, ſed ſup. deorum, qui tamen cre debantur homines fuiſſe. Sed mire dicit, cum homines ne get ſudaſſe, non enim dii quantumuis ſtrennuam nauarent operam, ſudarent, niſi dicas ſudorem illum non fragilitatis, aut agitationis nimie cauſa apparuiſſe, ſed ut ex eo Romani ſcirent, quam acriter pro ſe dii illi certarant.

De Peſtilentia.

SEd vt cæterorum quoq; deorũ propenſum huic vrbi Numen exequamur: triennio continuo vexata peſtilentia ciuitas noſtra, cum finem tanti, & tam diuturni mali, neque diuina miſericordia, neq; humano auxilio imponi videret: cura ſacerdotum inſpectis ſibyllinis libris, animaduertit: non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab Epidauro Aeſculapius eſſet accerſitus. Itaq; eo legatis miſſis vnicam fatalis remedii opem authoritate ſua, q iam in terris erat ampliſſima, impetraturam ſe credidit; neq; eam opinio decepit: pari namq; ſtudio petitum, ac promiſſum eſt præſidium: eueſtigioq; Epidauri Romanorum legatos in templũ Aeſculapii, quod ab eorum vrbe quinq; millibus paſſuum diſtat perductos: vt quicquid inde ſalubre patriæ laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo iure ſumerent, benigniſſime inuitarunt. Quorum tam promptam indulgentiam Numen ipſius Dei ſubſecutum: verba mortalium cæleſti obſequio comprobauit. Siquidem is anguis, quem Epidaurii, raro: ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſum, in modum Aeſculapii venerati fuerunt: per vrbis celeberrimas partes, mitibus oculis, & leni tractu labi cœpit, triduoq; inter religioſam omnium admirationem conſpectus, haud dubiam præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit, pauentibusq; inſitato ſpectaculo nautis, eo conſcendit, vbi Q. uinti Ogulinii legati tabernaculum erat, inq; multiplicem orbem, per ſummam quietem eſt conuolutus. Tum legati perinde, atq; exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuq; anguis à peritis excepto, læti inde ſoluerunt, ac proſperam emenſi nauigationem, poſtquam Antium appulerunt: Anguis, qui vbiq; in nauigio remanſerat: prolapſus in veſtibulo ædis Aeſculapii: Myrto frequentibus ramis diffuſæ: ſupereminentem excelſæ altitudinis palmam circundedit, perq; tres dies poſitis, quibus veſci ſolebat: non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reuerti nollet Antienſis templi hoſpitio vſus, vrbi ſe noſtræ aduehendum reſtituit: atq; in ripam Tyberis egreſſis legatis, in inſulam, vbi templum dicatũ eſt, tranſnauit: aduētuq; ſuo tempeſtatem, cui remedio quæſitus erat: diſpulit.

THEOPHILVS.

REatinæ prefecturæ uir. non ex magiſtratu, ſed oppido Reate, quod erat præfectura, de cuius ſignificatu plura Ianus in commentaria Cæſ. & Iulus diſputauit ex Hygini conſtitutionibus, & aliis auctoribus qui nondum prodierunt in uulgus.

OLIVERIVS.

SEd ut cæterorũ, Hoc miraculum, & à Liuio primi punici belli libro primo memoriæ proditum fuit, qui quoniam non extat, breuiter ab aliis ſic traditur. Romani ad peſtilentiam, reſpõſo monẽte, ad Aeſculapium Epidauro accerſendum decem legatos principe, Qui, Volumnio, uel potius Vgolino miſerunt, qui cum eo ueniſſent, & ſimulachrum ingens mirarentur, anguis è ſedibus ſuis elapſus uenerabilis, non horribilis per mediam urbem, cum admiratione omnium ad nauem Romanam perrexit, & ſe inuolutum tabernaculo conſpirauit, legati eum uehentes Antium prouecti ſunt, ubi per molitiem maris anguis proximum Aeſculapii fanum petit, & poſt paucos dies ad nauem redit cum aduerſo Tiberi ſubueheretur in proximam inſulam deſiluit, ubi templum ei conſtitutum, & peſtilentia mira celeritate ſedata eſt. Auguſtinus de ciuitate dei libro tertio. Aeſculapius inquit ab Epidauro Romam abiuit, ut periciſſimus medicus in urbe nobiliſſima artem glorioſius exerceret. Ouidius lib. ultimo metamorphoſeon hanc late deſcribit hiſtoriam ſiue fabulam. ¶ Propenſum. Inclinatum, extenſum. ¶ Humano conſilio. Quia humana remedia nõ proficiebãt, nec ulla in parte iuuabant ab Epidauro. De quo ſatis ſupradictum eſt. ¶ Fatalis ſalubris, hoc loco in quo ſalus Po. Roma. Fatalis. poſita foret, nam fatalis interdum mortalis dicitur, ut Virgil. Scandit fatalis machina muros. ¶ Auctoritate ſua. Quanq; nulla eſſet Popu. Romano cum Epidauriis amicitia, neq; ſocietas ¶ Pari namq;. Non minus ſtudioſe, inquit, Epidaurii conceſſerunt q̃ Romani petierunt. ¶ Præſidium. Subſidium auxilium, ſed inter præſidium auxilium & ſubſidium hoc intereſt, q; præſidium alteri loco impoſitum utile ſit, ut milites in arce collocati præſidium dicitur, & datur, uel imponitur ſemper præſidium à potentioribus, auxilium ab externis ſubſidium, quod poſtea inuenitur, & à minoribus datur, ſed confunditur iſta proprietas, & aliud pro alio ſæpiſſime ponitur. ¶ Salubre, q; patriæ ſalutem afferret. ¶ Quorum tam promptam. Quia non minus ipſe deus uiſus eſt conceſſiſſe Romanis, quã ipſi Epidauri conceſſerant. ¶ Militibus oculis. Quaſi boni aliquid Romanis promitteret. ¶ Leni tractu. Placido non impetuoſo manſueto, ut appareret felicitatem afferre Romanis. ¶ Præſeferens. Oſtendens, dicimus enim præſefero, præſefers, præſefert. oſtendo, dis, nam qui ante ſe aliquid portat, illud ſine dubio oſtendit. ¶ Pauentibus. Cum omnes terrore perculſi eſſent, & legati in primis tam nouo miraculo, ille recta uia peruenit ad tabernaculũ Qu. Vgolini, & in eo quaſi ſua ſede conſtitit, locus autem ille dignior erat in triremi Romana. ¶ Multiplicem orbem In multas ſpiras, gyros ſignificat autem lõgitudinem ſerpentis, qui multipliciter inuolutus eſt. ¶ Perinde atq;. Tamquam propoſiti ſui compotes. ¶ Antium, Volſcorum ciuitas fuit, à qua oriũda fuit camilla Volſcorum regina, diſtat ab hoſtia, teſte Strabone, ſtadia. cc. & lx. ¶ In ueſtibulo ædis. Quia templum Aeſculapii erat in littore haud procul ab Antio. ¶ Mirto. Mirtus erat denſis ramis, eſt autem arbor ueneri conſecrata, unde Virgil. Veneri gratiſſima mirtus. ¶ Tyberis inſulam. Exactis regibus ſenatus cenſuit, eorum bona populo diripienda tradere, ut ea præda coactus populus reges poſtmodum recipere non auderet, erat autem ager haud procul ab urbe regibus deſtinatus, quem græci *αρισταγον* uocant, qui Marti conſecratus Martius deinde cãpus dictus eſt, forte ita accidit ut cum è ciuitate reges eiicerentur, læta ſeges in agris eẽt, que regibus dedicata erat, uerum tanto odio Romani flagrabãt reges, ut omnia, quæ regum forent, diripienda & deſtruenda cenſerent, hanc igitur ſegetem, quia ueſci equos, aut homines nephas eſſe ducebant, cum corbibus meſſem in profluentem deiecerunt, culmus etiam ſegetis, obice neſcio qua in medio alueo retẽtus circuit ad eam planicie, ut longo tempore poſt ſoli data area ibi fierent ædificia, ubi etiam templũ Aeſculapii cõditum eſt, & hũc locum inſulam appellarunt teſtis eſt Ouidi. lib. ultimo metamor. Scinditur in geminas partes circumfluus amnis Inſula nomen habet, Liuius de bonis regis, quæ reddenda ante cenſuerant, res integra defertur ad patres, ibi uicti ira uetuere reddi, uetuere in publicum redigi, diripienda plebi ſunt data, ut contacta regia præda, ſpẽ in perpetuum cum his pacis amitteret ager Tarquinorum qui inter urbem & tiberim fuit conſecratus Marti Martius deinde cãpus fuit, forte ibi tamen ſeges farris dicitur fuiſſe matura meſſi, quem campi fructum, quia religioſum erat conſumere, deſectam cum ſtramento ſegetem, magna uis hominum ſimul immiſſa corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis ſolet caloribus, ita in uadis hæſitantis frumenti aceruos conſediſſe illitos limo, inſulam deinde paulatim, & aliis quæ fert temere flumen eodem inuectis factam poſtea additas

Antium

Mirtus.

credo moles manu quoq; adiutum, ut tam eminens area, firmaq; templis quoq;, ac porticibus ſuſtinendis eſſet. ¶ Tempeſtatem. Peſtem.

ASCENSIVS.

SEd ut cæterorum quoq; &c. Ergo, hactenus locutus eſt de miraculis Caſtoris & pollucis. Nũc uero exemplũ affert de Aeſculapio, q̃ in ſerpentinæ facie cõſpectus, & Romam (aut eius loco malignis ſpiritus) delatus peſtilentiam ſedauit, quæ aut ſua ſponte erat ceſſatura, aut non amplius à dæmoniis ipſis excitanda. Ordo eſt. Sed ut nos exequamur idest ex ordine narremus, numen, idest diuinam potentiã quoq;, idest etiam cæterorum deorum, propenſam, idest propitiam & inclinatam huic, idest noſtræ urbi, idest ad auxilium & defenſionem Romæ, Ciuitas noſtra, idest Romana, quia Romanus eſt, qui loquitur, uexata, idest grauiter infeſtata triennio, idest ſpacio trium annorum, continuo, idest non interrupto peſtilentia, idest pernicioſiſſimo illo morbo, cum ipſa ciuitas uideret finem tanti, & tam diuturni mali, neq; imponi miſericordia diuina, idest per miſericordiam dei, neq; auxilio humano, ut opere medicorum; Cura (ſi eſt nominatiui caſus ordo eſt) ſacerdotum animaduertit .i. conſiderauit libris ſybillinis lectis .i. poſtq̃ legerat libros ſybillinos, in quibus cõtinebantur facta Romana, aut ſi Ablatiui caſus eſt; ordo eſt. Ciuitas animaduertit cura .i. per diligentiam ſuam inſpectis libris ſybillinis, ſalubritatem priſtinam, idest prioris ſtatus eorum, non poſſe recuperari aliter q̃ ſi Aeſculapius, qui Apollinis filius pperitiam medicinæ, dum uiueret, habitus eſt, acceſſitus .i. uocatus Romam, ab Epidauro. Itaq; .i. & ita legatis miſſis eo, uidelicet epidaurum, ciuitas ſup. noſtrã .i. Romana, credidit ſe impetraturam authoritate ſua .i. per aut propter authoritatem ſuam, quæ erat ampliſſima in terris, unicam, idest ſingularem opem remedii fatalis .i. à fatis ad hoc ordinati, uidelicet acceſſum Aeſculapii ad urbem. Neq; opinio decepit eã ſcilicet ciuitatem Romanam Namq; pro quia, præſidium, idest protectorium ciuitatis Aeſculapii numem, eſt petitum, ſcilicet à Romanorum legatis, ac promiſſum, ſcilicet ab epidauriis pari, idest æquali, ſtudio, idest opera ſtudioſa, q̃ pro quia, epidauri, idest ciues epidauri urbis, Inuitarant, aut benigniſſime legatos Romanorum pductos e ueſtigio, idest ſtatim, audita petitione eorum, priuſquã ueſtigia mutaſſent, unde & ſtatim dictum, q̃ quaſi à ſtante, & nihil adhuc moto quid factum, aut fieri aut futurum dicamus, in templum Aeſculapii, quod diſtat ab urbe eorum, ſcilicet epidauriorum quinq; millibus paſſuum, inuitauerunt dico, idest blãde adhortati ſunt, ut ſumerent pro ſuo iure .i. authoritate qua pollebant, aut pro ſuo arbitrio quicquid exiſtimaſſent ſe laturos .i. portaturos in urbem ſalubre .i. ſalutiferum patriæ .ſ. ſuæ hoc ẽ Romæ, dicendo quicquid inuenerunt penes ſe non eſſe numen dei, ut illud traduci ſine ipſius aſſenſu poſſit, ſed ſiue ſimulachrum dei ſiue donarium aliquod peterent, ad illos laturos. Quorum, ſcilicet epidauriorum indulgentiam, idest conceſſionem tam promptam, idest tam facilem, & paratam, numen ipſius dei, ſcilicet Aeſculapii, ſecutum, idest ſubſecutum, aut imitans, comprobauit, idest ratificauit obſequio. idest morigeratione cœleſti, uerba mortalium. ¶ Scilicet Epidauriorum, qui inuitauerant legatos ſumere quicquid ſalubre patriæ putarent quod non potuiſſent præſtare ſine numinis obſequio. Eſt autem obſequium ab obſequẽdo dictum quã do quid, quod ſua ſponte non ſequeretur, ob alterius uoluntatem, aut utilitatẽ ſequitur, & facit, uñ illud comicũ. Obſequiũ amicos, ueritas odiũ parit. Q̃ñ ergo deus, quod mortales pmittunt, & efficere non pñt cõprobat, tunc obſequiũ præſtat (Siquidẽ .i. qm̃, is anguis) quẽ Epidaurii .ſ. populi, uiſum raro ſed nunq̃ ſine magno bono ipſorũ uenerati fuerunt .ſ. antea, in modũ Aeſculapii, quia credebant in eius ſpẽ Aeſculapium uideri. ¶ Cœpit labi .i. ſerpere, oculis mitibus, & ita fauorabilibus & tractu leni, quod placati animi indicium erat, per celeberrimas ptes urbis, & conſpectas triduo, idest ſpacio triũ dierũ (hoc credo authore confirmatus Valla cenſet contra Seruium per actũm temporis ẽt continui non eſſe uenuſtiorẽ locutionem) inter admirationem omnium religioſam .i. uenerabundã, pſeferens .i. manifeſta geſtiõe indicans & oſtẽtans haud dubiam .i. certam alacritatẽ ſedis, idest habitatiõis firmæ clarioris quia clarior multo erat roma q̃ epidaurus, perrexit ad triremem Romanam, qua, ſcilicet legati aduecti fuerant & nautis pauentibus ſpectaculo inuſitato, idest ob inuſitatum & inſuetum ſpectaculum, anguis ſup. conſcendit eo .i. in eũ locum nauis, ubi erat tabernaculum Quinti Ogulini ſeu Hugolini legati, idest principis illius legationis, & eſt obuolutus per ſummam quietem, in multiplicem orbem, idest ſpiram & girum, unde oſtẽditur oblongus fuiſſe. Tum legati perinde atq;, idest tanq̃ eſſent compotes rei exoptatæ expletã actione gratiarum, quam epidauriis egerunt & cultu anguis idest modo colendi anguem, excepto, idest ſi dicatur diſcẽdo à peritis, idest ab iis qui bene nouerant, nam antea apparuerat epidauriis. Vnde manifeſtum ẽ quod prius dixi, malignũ ſpiritum in ea ſpẽ in qua quia hominem decepit damnatus ẽ, uoluiſſe ab homine coli, ſoluerunt inde, idest ab littore epidaurico læti, emenſi proſperam nauigationem .i. emetiendo mare proſpera nauigatione uſi poſtq̃ appulerunt .ſ. triremem ſuam, antium oppidum illud haud procul ab Roma, olim tũc ſup. anguis qui remanſerat ubiq; in nauigio, prolapſus, idest labendo egreſſus, circundedit in ueſtibulo ut, idest dicunt .i. ſani æſculapii diffuſæ myrto, frequentibus ramis .i. habentis diffuſam myrtum arborem, cuius frequentes erant rami, porticũ ædis circũdedit dico, idest amplexus eſt palmam, ſcilicet arborem excelſæ altitudinis ſupereminentẽ .ſ. myrtis .i. caput altius extollentem, & iis ſup. cibis, quibus anguis ſolebat ueſci (ut uetus putaretur) poſitis ſup. ante eum per legatos per tres dies, nõ ſine .i. cũ magno metu legatorum ne nollet (Idẽ eſſet, ſi dicatur, ut nolet) reuerti in triremem, uſus .i. per triduum illud hoſpitio antiati, ut illud quoq; templum religione deuinciret, reſtituit ſe ad uehendum urbi noſtræ .i. in urbem noſtrã hoc eſt Romam atq; legatis, ſcilicet Romanis egreſſis .ſ. naui in ripã tyberis anguis tranauit (aut antiqua orthographia tranſnauit) in inſulam .ſ. uicinam, ubi templum eſt dicatum .ſ. Aeſculapio poſtea, & diſpulit ſuo aduentu tempeſtatem, ſcilicet peſtilentem, hoc eſt peſtilentiam ipſam, cui ipſe quæſitus erat remedium, hoc eſt effecit, pro quo faciendo accerſitus erat.

¶ De Furio Camillo.

NEc minus voluntarius in vrbem noſtrã Iunonis tranſitus. Captis à furio Camillo Veiis, milites iuſſu Imperatoris ſimulachrum Iunonis Monetæ, quod ibi precipua religione cultum erat: in vrbem tranſlaturi, ſede ſua mouere conabantur: quorum ab vno per iocum interrogata Dea, an Romam migrare vellet: velle ſe reſpõdit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus eſt, iamq; non ſimulachrum, ſed ipſam cœlo Iunonem petitam, portare ſe credentes, læti in ea parte Auentini montis in qua nunc tẽplũ eius cernimus, collocauerunt.

OLIVERIVS.

NEc minus uolũtarius in urbem noſtram Iunonis trãſitus. Liuius. Cum iam humanæ opus egeſtæ à ueiis eſſent amoliri tũ deum dona, ipſoſq; deos, ſed colentiũ magisq̃ rapientiũ modo cœpere, nãq; delecti ex oĩ exercitu iuuenis pure lautis corporibus, cãdida ueſte, q̃bus deportanda Romã regina Iuno aſſignata erat, uenerabundi tẽplũ iniere, primo religioſe admouentes manus, q̃ in ſignũ more uetuſto niſi certæ gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus, deinde cũ quidã, ſeu ſpiritu diuino tactus, ſeu iuuenili ioco, uis ne Romã ire Iuno dixiſſet: annuiſſe, cæteri Romani ẽ cla mauerunt, inde fabulæ adiectũ eſt, uocẽ quoq; dicentis uelle auditam motã certe ſede ſua parui momenti adminiculis ſeq̃ntis modo accepimus leuẽ, & facilem tranſlatu fuiſſe, integrãq; in auentinum æternã ſedem ſuã, quo uota Romani dictatoris uocauerant, pet latã, ubi in tẽplum ei poſtea idẽ, qui uouerat Camillus dedicauit. ¶ Iunonis monetæ, Iuno moneta à monẽdo dicta eſt, ut ſentire uidetur Cic. II. de diui. dicit enim atq; ẽt ſcriptũ à multis cum terremotus factus eſſet, ut ſue plena procreatio fieret, uocem ab æde Iunonis ex arce extitiſſe, quocirca iunonem illam appellatam monetam.

ASCENSIVS.

NEc minus &c. Affert miraculum, quod ſub Camillo factum multa à iunone, quod ne laboremus ſcire, quomodo

quomodo fieri potuerit Liuius ſatis explicat non uere contigiſſe, ſed nutu ſimulachri cum forte ſimul interrogaretur, & moueretur, inuentum ſabulæ locum, ut dicatur reſpondiſſe, uolo, mutorum ei (ut ſunt ſimulachra) loquelæ ſunt eorum nutus. Author tamen deam uere locutam īterpretatur, quod ſi eſt, dæmonem in ſimulachro locutum facile dixerimus. Ordo eſt. Nec, ideſt & non, & trāſitus Iunonis ſcilicet monetæ in urbem noſtram. ſ. romam, non ſup. fuit minus uoluntarius, immo æquæ uoluntarius, ac tranſitus æſculapii. Enī pro quia, Veii urbe potente in Italia, captis à furio Camillo, qui uir clariſſimus, & alter ab romulo urbis conditor eſt habitus, milites ideſt qui pro bello gerendo æra merebānt trāſlaturi iuſſu Imperatoris, in urbem noſtram, ideſt Romam, ſimulachrum Iunonis monetæ à monendo dictæ, quod. ſ. ſimulachrum erat cultum ibi, ideſt Veiis, precipua religione conabantur mouere, ſcilicet ipſum ſimulachrū, ſup. à ſede ſua ab quorum, ſcilicet militum, uno, dea interrogata per iocū, an uellet migrare, ideſt tranſire habitatum Romam, reſpondit (ut Liuius ſentit nutu) uelle ſup. ſe. Luſus, ſcilicet iocularis, quia non ſerio interrogauerat, uerſus eſt in admirationē, hac uoce audita, iamq;, ideſt & iam, hoc eſt deinceps, milites læti credentes ſe portare non ſimulachrum, ſed ipſam Iunonem petitam cælo, ideſt de cælo tranſlatam, collocauerunt ſup. ipſum, ſimulachrum in ea parte montis auentini in qua nos cernimus (de tēpore ſuo loquitur author) iam enim non extat, templum eius, ſcilicet Iunonis. Ex his patet, Romanos & cæteros gentiles diſtinxiſſe ſimulachra deorum ab ipſis diis & deabus Verum in hoc errabant, ꝙ eos, quorum, ſimulachra ponebant, deos eſſe credebant, quinetiam deos fieri poſſe putabant aut deos in ea deſcendere, ſed hæc alibi ſunt diſputanda.

OLIVERIVS.

Fortunæ muliebris. Cum Coriolanus in exilium miſſus eſſet, ꝙ frumentum diſtribui populo uetaret, ad etruſcos profugit, & ab his imperator electus urbem magnis copiis inuaſit, & eam graui obſidione præmebat, miſſi ſunt ad eum primo legati, qui agerent de pace cum eo, qui nihil obtinere potuerunt, iterum idem miſſi, non recipiuntur in caſtra, miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, æquæ ſine affectu redierunt ſtupebat ſenatus, trepidabat populus, uiri, ac pariter mulieres imminens exitium lamentabantur, tunc matronæ ad Veturiam matrem coriolani, Volumniāq; uxorem frequentes coeunt, id publicum conſilium, an muliebris timor fuerit, parum conſtat, peruicerunt certe, ut & ueturia magno natu mulier, & Volumnia duos paruos ex marito ferens filios ſecum in caſtra hoſtium irent, & quam armis uiri defendere urbem non poſſent, mulieres precibus lachrymiſq; defenderent, ubi ad caſtra uentum eſt, nunciatūq; Coriolano adeſſe ingens mulierum agmen, ut qui nec publica maieſtate in legatis, nec in ſacerdotibus tanta offuſa oculis animoq; religione motus eſt, multo obſtinatior aduerſus lachrymas muliebres erat deinde familiarium quidam, qui inſignem mœſtitia inter cæteras cognouerat Veturiam inter nurum nepoteſq; ſtantem, Niſi me fruſtrantur, inquit oculi mater tibi coniunxq; adſunt, & liberi, Coriolanus prope, ut amēs conſternatus, à ſede ſua cum ferret matri obuiæ complexum mulier in iram ex præcibus uerſa, ſcire, inquit, uolo, priuſquā complexum accipiam ad hoſtem ne, an ad filium uenerim captiua, mater ne in caſtris tuis ſim, in hoc me longa uita & infelix ſenecta traxit, ut primo exulem, deinde te hoſtem uide-

De ſimulachro Fortunæ.

Fortunæ etiam muliebris ſimulachrum, ꝙ eſt i Latina via ad quartum milliarium, eo tempore: cum æde ſua, conſecratum: quo Coriolanum ab excidio Vrbis maternæ p̄ces repulerunt: non ſemel, ſed bis locutum conſtitit: prius his uerbis. Rite me matronæ uidiſtis: Riteq; dedicaſtis.

De Valerio Publicola.

Valerio autem Publicola COS. q poſt exactos reges bellum cum Veientibus, & Hetruſcis geſſit: illis Tarquinio priſtinum imperium reſtituere: Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus: Hetruſcis, & Tarquinio in cornu dextro, prælio ſuperioribus: tantus terror ſubito inceſſit: vt nō ſolum victores ipſi profugerent, ſed etiam pauoris ſui conſortes ſecum Veientes traherēt: cui rei pro argumento miraculum adiicitur ingens. repente vox è proxima ſylua Arſia, quæ ore Syluani in hūc pene modū miſſa traditur. Vno plus Hetruſci cadent. Romanus exercitus victor abibit. Miram dicti fidem digeſta numero cadauera exhibuere,

rem, potuiſti populari hanc terram, que te genuit, que te aluit, niſi te peperiſſem, roma non oppugnaretur, multa inſup addidit cōplorādo, q̄bus, & uxoris, & paruulorꝫ fletibus motus matrē cōplexus, expugnaſti, inq̄t, iram meā patriā præclibus huius motus, cuius utero delatus ſum, q̄uis merito mihi inuiſam dono, cōtinuoq; agrū Romanū hoſtilibus armis liberauit, i cuius rei memoria ſenatus cenſuit templum fortunæ muliebri dedicandum in latina uia ad quartum lapidē ubi res acta fuerat, quoniam fortunatiores in liberanda patria fuerant mulieres q̄ uiri, nā ut, inquit, Liuius non inuiderunt laudes ſuas mulieribus uiri Romani, adeo ſine obtrectatione aliæ gloriæ uiuebatur. Huius igitur deæ ſimulachrum bis locutum fuiſſe tradunt auctores. Rite uidi. Tum cum nobis propitia fuit. Rite dedicaſtis, quia ſimulachrum illud dedicarunt mulieres. Plu. dicit ꝙ mulieres collata pecunia ſimulachrum illud compararunt, & dedicarunt. Fortunæ muliebris.

ASCENSIVS.

Fortunæ &c. Vt probet exemplum ſuperius cuius fides maxime Vacillat affert exemplum ſimulachri fortunæ muliebris quod bis locutum dicit, ſed haud dubiæ demonum fraude, q̄ in ſimulachris ſubinde loquebantur ut in uita Bartholomei Apoſtoli legimus. Ordo eſt. ſimulachrum etiam, non ſolum Iunonis, ſed etiam fortunæ muliebris, que mulieres fortunare credebatur (ut uero Plutar. in eo libro, quem de fortuna Romanorum & uirtute Alexandri ſcripſit docet Romani plurimū fortunæ debere putandi ſunt ſed ſtulto errore ad hoc inducti ſunt ut fortunam deam credant, ad q̄ dicit Iuuenalis. Nullum numen habes ſi ſit prudētia, ſed te, Nos facimus fortuna deam, cæloq; locamus. Et iō Auguſtinus in libro primo de ciuita. dei, non à fortuna, ſed à deo Romanos imperium accepiſſe, ut autoramētum & mercedem uirtutum ſentit) quod ſup. ſimulacrum eſt in uia latina ad quartum milliarium .ſ. ab urbe, conſecratum eō tempore cum æde ſua quo præces maternæ, ideſt Veturiæ matris & uxoris Coriolani ſ. Martii à Coriolis deuictis agnomen illud ſortiti, repulerunt, ideſt retro abire fecerunt Coriolanum, ſcilicet Martium, ut dixi filium. Veturiæ ab excidio urbis. ſ. Romę ſimulachrum dico fortunæ &c. conſtitit locutum non ſemel ſup. tantum, ſed bis prius non dicam, priuſq̄ conſecratum eſſet, ne ſit repugnantia in uerbis, ſed prius, ideſt priore loco, aut, ut dicunt uice, his uerbis. O matronæ, uos uidiſtis merite, & dedicaſtis merite, ergo poſt conſecrationem locutū eſt.

OLIVERIVS.

Valerio autem publicola conſule, qui poſt plebis amator publicola dictus, poſt reges exactos, conſul cum bruto creatus in ſuſpitionem cum ueniſſet affectati regni, ꝙ uidelicet ædes ſuas in ſūmo ueliæ ædificaret, iuſſit oēm ædificandi materiam in planum deferri, tollendæq; ſuſpitionis gratia in radicibus montis, atq; ima ualle conſtruxit ædificiū. Illis, ſcilicet ueientibus, & etruſcis Inceſſit. Ingeſſit, inuaſit, & tam cum accuſatiuo q̄ cum datiuo conſtruitur, ut hoc loco cum datiuo. Veientes. Qui principes erant etruſcorum & ita primum miraculum fuit, ꝙ uictores in certa cauſa terrerentur. Argumento. Ad confirmationē pauoris illius. Miram ſi. q a dinumeratis utriuſq; exercitus cadaueribus, id poſtmodum uerum fuiſſe re ipſa cōpertū eſt Digeſta. Diſtincta, atq; diſcreta cadauera Ro. ab etruſcis ut dinumerari poſſent.

ASCENSIVS.

Valerio &c. Reliqua iam dicemus id præmonitum uelim illic, Etruſcis & Tarquinio &c. meliorem eſſe or-

dinem. Tantus terror ſubito inceſſit etruſcis, & tarquinio ſuperioribus prælio, in dextro cornu &c. Valerio &c. Recitat miraculoſam. Syluani uocem è ſyluis auditam dicens. Autem proſed. Valerio publicola conſule, ideſt cum Valerius publicola eſſet conſul, qui. ſ. publicola geſſit bellum cũ ueientibus etruſcis poſt reges, ſcilicet Tarquinium ſuperbum, & eius filios & per eos alios omnes, qui futuri erant, exactos. i. ignominoſe repulſos urbe, illis, ſcilicet Veientibus & Etruſcis cupiẽtibus reſtituere Tarquinio imperiũ priſtinum, ideſt quod prius habuerat, qui ad ſui reſtitutionẽ maxime induxerat Porſenam regem etruſcorum ne exigendorum regum impunitate cognita, reliqui populi exemplũ ſumant, qd mittentur, Romanis ſup. cupientibus retinere libertatem partam nuper. i. tunc paulo ante, etruſcis & Tarquinio ſup. euntibus, aut, ut dicũt exiſtentibus, ſuperioribus prælio. i. uincentibus in cornu dextro. ſ. acie inſtructæ tantus terror inceſſit. i. inuaſit ſubito ſcilicet etruſcos, ut non ſolum ipſi uictores. ſ. etruſci, q paulo ante fuerant uictores, profugerent ſed traherent etiam ſecum uientes cõſortes ſui pauoris, qui tñ in ſiniſtro cornu bellabãt. Cui rei adiicitur ingens miraculum pro argumento. i. pro eius cõprobatione, poteſt & meo quidẽ iudicio rectius illud ingens addi ſequenti ſic. Miraculũ adiicitur u delicet ingens uox, que traditur miſſa è proxima ſylua arſia ſ. nomine ore Syluani. i. dei ſyluarum in hũc modum. Etruſci cadent plus. i. amplius uno. ſ. milite, Romanus exercitus abibit uictor quia uno minus cecidit. Corpora, ſcilicet Cæſorũ digeſta numero, ideſt ab utraq; parte numerata, exhibuere miram fidem dicti, q a ita inuentum eſt, ut dictũ erat.

¶ De. C. Fabricio.

QVid Martis auxilium: quo victoriã Romanorum adiuuit: non ne memoria celebrandum eſt: cum Brutii: atq; Lucani, odio incitatiſſimo, maximiſq; viribus Thurinæ vrbis peterent exitium, ac præcipuo ſtudio eius incolumitatem C. Fabricius Lucinus COSS. protegeret, reſque ancipiti euentu, collatis vnum in locum vtriuſq; partis copiis gereretur: Non audẽtibus Romanis præliũ ingredi, eximiæ magnitudinis iuuenis primum eos hortari ad capeſſendam fortitudinem cœpit. deinde, vbi tardiores animaduertit: arreptis ſcalis per mediam hoſtium aciem ad contraria caſtra euaſit: & admotis: vallum cõſcendit: Inde voce ingenti clamitans factum victoriæ gradum. & noſtros ad aliena caſtra capiẽda: & Lucanos, Brutioſq; ad ſua defendenda, illuc traxit: vbi conſerti dubio certamine terebantur, ſed idem impulſu armorum ſuorum proſtratos hoſtes: iugulãdos, capiendoſq; Romanis tradidit. xx. enim millia cæſa: quinq; millia cum Statio Statilio duce vtriuſq; gentis, & tribus atque. XX. millitaribus ſignis capta ſunt. Poſtero die cum COS. inter honorandos, quorum ſtrennua opera fuerat vſus: vallarem coronam ei ſe ſeruare dixiſſet: a quo caſtra erant oppreſſa: nec inueniretur qui id præmium peteret: cognitum pariter, atq; creditum eſt Martem patrem tunc populo ſuo affuiſſe. Inter cætera huiuſce rei manifeſta indicia, galea quoq; duabus diſtincta pinnis: qua cœleſte caput tectum fuerat: argumentum præbuit. Itaq; Fabricii edicto ſuppicatio Marti eſt habita: & à laureatis militibus, magna cum animorum lætitia oblati auxilii teſtimonium ei eſt redditum.

OLIVERIVS.

Brutii Lucani

MEmoria celebrandũ. Memoratu dignum Syluan' uoce Ro. iuuit, mars uero facto. Brutii atq; Lucani ſunt Italiæ regiones haud procul à Calabria, Lucani ſunt inter cãpaniã & abrutiũ uel ut alii dñt, it r apulos, & calabros qui teſte Pli. ſunt à ſannitibus oriundi. Stra. uero li. v. circa pricipiũ dicit, Lucaniã inter tyrrhenũ, ſiculũq; linus poſitã eſſe, huic q dem à Silari uſq; lacũ, hinc aũt à Metapõto uſq; ad thurios, ad ipſam uero cõtinentẽ à ſannitibus uſq; ad iſthmũ, q. à thuriis in cerillos extẽditur prope lacũ, ſupra hos dicit eẽ bruthios cheroneſum habitãtes, q à Luc. brutiorũ nomẽ accepe runt, qm Lucani brutios rebelles, fugitiuoſq; uocãt, nã brutios dicit antea fuiſſe Lucanoꝝ paſtores à qbus transfugerãt. ¶ Thurinæ. Oppidũ eſt calabriæ in ſinu tarẽtino poſitũ crotoni cõterminũ, qd olym thuriũ dicebatur à grecis conditũ, author eſt Stra. hæc igitur ciuitas erat Romanis fœdere & ſocietate coniuncta, & ideo defendebatur à Pop. Ro. ¶ Ancipiti, Dubia fortuna in neutrã partẽ inclinata re. ¶ Vallũ, Dr munimentũ caſtroꝝ, uel foſſa, unde uallare, circũdare, ꝓtegere, munire, uallũ, munimẽ qd fit de palis acutis, uallus uero maſcu. generis palus acutus, ſiue q genibus iunctis ambulat. ¶ Inde, Ẽ ſummo loco, hoc eſt uallo. ¶ Factum vi. gradũ, quia ſcalas admouerant uallo. ¶ Idẽ, Quẽ Martem fuiſſe credendum eſt. ¶ Inter ho. Dum honoraret. ¶ Vallarem co. qua donari ſolebant, qui primi uallũ aſcẽdiſſent erant aũt graminea, quia gramen Marti conſecratũ, eſt militares coronæ, ut Gelius tradit,

Corõa uallaris

multifariæ ſunt, quarum que nobiliſſimæ ſunt, has ferme dicit eſſe, triumphalẽ, obſidionalẽ, ciuicam, muralẽ, caſtrẽſem, naualem, ea eſt quoq; corona, que oualis dr, eſt uẽ poſtrema oleagina, qua uti ſolebant, qui in prælio non fuiſſent, ſed triũphum procuraſſent, triũphales coronæ erãt aureæ, q imperatoribus ob honorẽ triũphi mittebãtur, id uulgo dicebatur aurũ coronatũ, hæ antiquitus è lauro fuerãt poſt fieri ex auro cœptæ. Obſidionalis eſt, quã hi qui liberati obſidione dabant ei duci, qui liberaſſet, ea corona graminea fuit obſeruarí q; ſolitum, ut fierent è gramine, quod in eo loco generatũ eſſet, in quod clauſi erant, qui obſidebantur. Hanc coronam S. P. Qu. Ro. Qu. Fabio maximo dedit bello pœnorũ ſcdo, ꝙ urbẽ Ro. obſidione hoſtiũ liberaſſet. Ciuica corona appellatur quam ciuis, à quo ſeruatus eſt in ꝑlio in teſtimonio uitæ, ſalutiſq; receptæ dabat, & fiebat è fronde querna, quoniam ciuibus, uictuſq; antiquiſſimus ex quercu capi ſolit' ſit, fiebat ẽt ex illice, quod genus ſupiori proximũ eſt, ac ciuica corona. L. Gellius uir cenſorius in ſenatu Cicer. conſulem donari à repu. cenſuit, ꝙ eius opera eſſet atrociſſima illa Catilinæ cõiuratio detecta indicataq;, muralis corona, qua donabatur ab imperatore, q primus murũ ſubiiſſet, inq; oppidum hoſtiũ per uim aſcendiſſet. Iccirco quaſi muri inſigniã pinnis decorata erat, caſtrẽſis corona eſt qua donabat ĩperator eum qui primus hoſtium caſtra pugna introiuiſſet, ea corona inſigne ualli habebat, naualis coronã, q donari ſolebat maritimo prælio qui primus in hoſtium nauiũ armatus trãſiliſſet ea quaſi nauiũ roſtris inſignita erat, muralis aũt & caſtrẽſis & naualis fieri ex auro ſolebant,

tam lyricū, qui in honorē Polluci & Caſtoris carmina ſcri. Dicit enim Pyndarum lyricum e conuiuii loco, cui imminebat ruina ne cum cæteris interiret, ſoris ſecus Caſtor & Pollux uocauerunt, inſpectantibus uniuerſis, quo effectum eſt, ut ſolus impendens periculum euaderet. Ci.li.de oratore.li. Simonides. gratiam inquit habeo Simonidi illi Ceo, quem primum ſerunt artem memoriæ protuliſſe, dicunt.n.cum cœnaret Cranone in theſſalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem, & nobilem, cecinisset q id carmen, quod in eo ſcripſiſſet, in quo multa ordinandi cauſa poetarum more, ī Caſtorem ſcripta & pollucē fuiſſent ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret, iuuenes ad ianuam ſtare duos quoſdam, q eum magnopere uocarēt, ſurrexiſſe illum, prodiſſe. uidiſſe neminem, hoc interim ſpacio conclaue illud, ubi epularetur Scopas concidiſſe ea ruina ipſum cum cognatis oppreſſū interiſſe. Sequitur deinde qūo artem memoriæ inuenerit. Hoc idem teſtatur Qui.li.xi.de inſti.ora ubi multa alia tradit & in primis diſſentionem eſſe inter auctores, cui carmen illud ſcriptum fuerit. Scopæ an aliis, quos commemorat, & cuius fuerit domus pharſali, an ſcopæ. Itē dicit ſibi uideri fabuloſū de tindaridis, ſcopas autem, ut Pli. refert. fuit etiam ſculptor marmorarius, cuius opera, quæ & ubi Ku. idem. Pli. tradit. ☞ Si. Hic primus fuiſſe dicitur, qui memoriam artificioſam inuenit. ☞ Exitio defenſa. propter illud corpus; quod ſepulturæ mandauit. ☞ Triclinium coe. à tribus lectis ſtratis, ubi epulari ſolebant antiqui, dicitur aūt Triclinium à tris & κλίνη idest lectis, tres.n. lecti ſternebantur, in quorum uno dñs epulabatur. in altero uxor cum reliqua eius familia aſſidebat. in tertio uero amici, & reliqui, qui ſuperueniſſent. Nam tres menſæ apponebantur apud maiores, & iuxta menſas totidē thori, ubi diſcumberent Iuue. primo ſinge loco, quo tu diſcumbere iuſſus, & ſubdit Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto. ergo triclinium locus ubi conuiuabantur. Quin loquens de hoc Simonide ait. Vix, eo limen egreſſo triclinium illud ſuper conuiuas corruit. Cic. uero eundem locū traduxit conclaue dicēs. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit. Aliquibus uero aliis diſcubitorium magis traducere placuit, & à Triclino Architriclinus dicitur princeps cœnaculi. Nec mare propter id, q naufragium euitauit. ☞ Nec to. ad id q ruinā ſubter fugit beneficio deorum.

ASCENSIVS.

Aeque &c. Recitat miraculoſam euaſionem mortis in ſimonide, quem prius meminit ſubmerſionem euaſiſſe. Ordo. eſt Simonides ſup fuit æque. i. equaliter, ut Iaſon phereus, acceptus. i. aut gratus, aut placens, diis immortalibus, cuius ſalus defenſa. i. protecta ab exitio. ſ. ſubmerſionis ſubtracta eſt quoque ruinæ. ſ. conclauis, aut cœnationis. Enī pro quia nunciatum eſt ſimonidi cœnanti apud Scopam uirum diuitem in Cranone, quod oppidū eſt in theſſalia, duos iuuenes. ſ. Caſtorem & pollucem, ueniſſe ad ianuam rogantes magnopere, ut ſup. Simonides prodiret. i. exiret continuo ad eos (poſſet dici etiam ad ſe, propter participium rogantes) ad quos. ſ. iuuenes Simonides egreſſus neminem repperit ibi Cæterū. i. ſed Triclinum. i. cœnatio triū lectorū diſcubitoriū capax, ī quo Scopas dñs dom⁹ epulabat. collapſū eo momēto tpis, quo ſimōides exiuerat, oppſſit, &. i. ſimul ipm. ſ. dñm dom⁹ ſcopā, & oēs cōuiuas q̄d locupletus. i. dit⁹, aut abundātius, hac felicitate. ſ. ſimōdis. q̄. ſ. felicitatē, nec mare ſæuiēs, cū ut patuit in capite de ſōniis, nauē, q̄ Simōides niſi prio monitus fuiſſet ī greſſurus erat, obruit nec terra ſæuiēs. i. caſus triclinii ī terra poſitu, ualuit extiguere. q. d. nihil cū duplex ſit, & euidentiſſima.

THEOPHILVS.

Cranone. Cranon urbs eſt theſſaliæ regionis, quā Pelaſgiorem uocant, ad pſa temp., Hecateus auctor in Europa. Eiuſdem nominis altera ciuitas Athamaniæ contributa, à Cranone Pelaſgi filio dicta, in cuius finibus duos tantummodo uideri coruos inter miracula retulit Callimacus, & Teopompus. In Bel. Mace. Li. oppidi meminit ab impreſſoribus inuerſa dictione, quam ianus emendauit.

☙ De Daphida.

Non inuitus huic ſubnecto Daphidam: ne quis ignoret quantum interfuerit cecinisse deorum laudes, & numen obtrectaſſe, Hic, cum eius ſtudii eſſet, cuius profeſſores Sophiſtæ vocant ineptæ, & mordacis opinationis, Apollinem Delphis irridēdi cauſa, conſuluit an equum inuenire poſſet, cum omnino nullum habuiſſet: cuius ex oraculo reddita uox eſt, inuenturum equum: ſed ut eo perturbatus, periret. inde cūm iocabundus, quaſi deluſa ſacrarum ſortium fide, reuerteretur: incidit in regem Attalū, ſepenumero à ſe cōtumelioſis dictis abſentem laceſſitum, eiuſque iuſſu ſaxo, cui nomē erat Equi, præcipitatus: ad deos uſque cauillādos, dementis animi iuxta ſupplicia pependit.

OLIVERIVS.

Non inuitus. Liptote ē cum minus dicimus, & plus ſignificamus. Non inuitus libentiſſime ☞ Cecinisse laudes, ſicut Simōides qui uerſu laudes Pollucis & caſtoris complexus eſt. ☞ Numē obtractaſſe. inuidia quadam pſecutum eſſe. Inuidia eſt minoris aduerſus maiorem. obtractatio eſt inter pares uel obtractaſſe uituperaſſe, ut obtrectare ſit aliquem cum inuidia maledictis lacerare. Sophiſtæ, qui aſtutiis, & argutiis ſuis id, quod falſum eſt, uerum oſtendere nituntur. Sunt igitur cauillatores, & alterum ſermonum moleſti interpretes; quod nomen quamuis à ſopho dicatur quaſi æmulator ſapiæ, tñ non nunquam pro ſophiæ, & ſciæ calumniatore accipitur, ipſo uidelicet apparente, non exſte ſopho. ☞ Ineptæ, quia ea q̄ dñt, ſp per contrarium interpretantur. Ineptus āt dr, q nec rei, nec tpis nec loci, nec pſonæ, rōnem habet, hoc eſt nulli rei aptus eſt. ☞ An equū inuenire poſſet, hæc erat calliditas, ut ſiue rñderet inuenturum illū equū eē, ſiue non deus oīno deluſus eſſe uideretur, nā ſi rñdiſſet inuenies, exiſtimabat ſe decepiſſe numen, quia non inueniri poſſit quod nō ſit amiſſum. Si uero dixiſſet, non inuenturum, itidē credebat poſſe irrideri, q ipſe uidelicet ſciret, non poſſe inuenire q nō amiſerit. ☞ Sed ut eo deturbatus periret. i. ex equo deiect⁹ præceps peribis. ☞ Iocabundus iocanti ſimilis, uel re uera iocans. noīa.n. in bundus deſinentia non ſimilitudinem, ſed rei effectum ſignificant ut ſentit Valla. ☞ Attalum, regē Aſiæ. ☞ Saxo, monte. nam ſaxū pro monte. Virgi. Saxi de uertice paſtor. ☞ Cauillandos, ad cauillandos non tm homines ſuis argutiis, ſed etiam deos. Cauillari eſt proprium ſophiſtarum, ponitur etiam pro calumniari, & deridere ☞ Iuſta ſupplicia, meritas pœnas, quia illum Attalus iuſto quidem affecit ſupplicio. De noībus ī bñdus.

ASCENSIVS.

Non inuitus. Tractat exemplum miraculoſi, & diuinit⁹ pdicti exit⁹ uitæ daphidæ cuiuſdā ñ ſatis noti hoīs ſed e⁹ exitū ad religionē mortalibus icutiēdā efficax eſt argm̄. ☞ Ordo āt ē. Ego ſubnecto. ſ. quodā ſilo dicēdi nō īuitus. i. libētiſſimus. ſ. ſimōidi pio daphidā hoiem ipiū ne qs ignoret. i. ut qs ſciat, q̄tū iterfuerit, cecinisse laudes deorū, ut fecit ſimonides caſtoris & Pollucis, quoꝝ ope poſtea ſeruatus fuit & obtrectaſſe. i. cōtumelioſis uerbis affeciſſe, numē. i. deū aliquē, & hoc loco Apollinē Hic. ſ. Daphida, cū eēt eius ſtudii, e⁹ pfeſſores. i. ex pfeſſo ſectatores, uocātur ſophiſtæ. i. apparētes, ſed cauilloſi pñi, cōſuluit ī iterrogauit q̄ſi cōſulendī gra, Apollinē delphis. i. ī tēplo delphico, & cū eēt ſup. opinionis, ſeu opinatiōis (ut alii legūt) ieptæ q̄a nulla caliditas cōtra deū ualet, uñ p cōtrariū Sta. in Achilleide. Quis diuū fraudib⁹ obſtet, & mordacis, q̄a apollinis oraculū eo mō falſitatis arguet uolebat, cōſuluit dicere ā irridēdi, an poſſet iuenire equū cū nullū oīno habuiſſet ſup equū. Ex c⁹. ſ. apollinis oraculo. ī. rñſo, ḋ rebus futuris ex ore dei plato uox ē reddita ipm ſup. uēturū equū, ſed ut ipe piret eo. ſ. equo pturbatus. Inde cū ipſe daphida iocabūdus q̄ſi fide ſacraꝝ ſortiū deluſa reuerteretur, icidit ī Attalū regē. ſ. aſiæ laceſſitū à ſe. ſ. q icidit ī manus eius hoc ē à daphida dictis cōtumelioſis abſentē. ſ. lōge diſtātē ab eo & ipe pcipitatus ī deorſū deiectus, iuſſu eius ſaxo, cui nomē erat eq, pepēdit iuſta ſup. aī demētis q̄a ad deos uſque cauillandos.

THEOPHILVS.

Sophiſtæ. Rhetores ātiq Sophiſtas apellabant, ut philo. auctor ē, & Mar. uictorius ī Rheto. Ci. Rhetor ē, inqt,

qui docet ſiteras, atq; artes tradit eloquentiæ. Sophiſta eſt apud quem dicẽdi exercitum diſcitur &c. eius ergo generis daphida fuit ex Telmeſſo, qui commentatus in Homerum negat Athenienſes expeditionis in Troiam participes exitiſſe, de cuius fato Suidas eadem, quæ Valerius. Aliter autem Strabo Geographiæ .xiiii. Mons ait Thorax appellat in quo tradũt in crucem ſublatam Daphitã grãmaticam, quod reges uerſibus inceſſeret πορφυρεοι μωλωπεσ αποῤῥιν ματα γαζιολυσ υμαχου λυδων αρχετε και φρυγιων, ideſt Purpurei uibices ſcobs opum lyſimachi uos ne Lydis et phrygiæ imperatis, ex quo illud in prouerbium ceſſit. caue Thoracẽ. Daphitas i ſuperiore diſticho, Purpureos uibices ex Aridice ioco dixit. Nam, quomodo regis libert' ad opes nuper euect' philoſophos ad conuiuiũ congregaſſet, & irridendo minutulas eorum queſtiones ſcire ſe uelle dixiſſet; cur ex nigra & alba ſaba pulmentum unius coloris edatur. Aridices indigne ferẽs tu nobis, inquit, abſolue, cur de albis & nigris loris ſimiles maſculæ gignantur. hæc in Valerium Ianus ex quinto Symposiacorũ Plutarchi dictauit. Vnde totidem uerbis, & Macrobius. Cui nomen erat equi. Valerio, Suidas, & eo prior Cice. concinit hunc in modum. Quid enim ſi Daphitæ fatũ ita fuit de equo, cadere, atq; ita perire, ex hoc ne equo, qui eũ equus non eſſet nomen habebat alienum. Sed illud obſeruandum Daphitam per. T. à Strabõe, à Suida Daphidam per. d. notari, q in quibuſdam Valerii codicibus eſt legere.

ℭ De Rege Philippo.

EOdem oraculo Macedonum Rex philippus admonitus, ut a quadrigæ uiolentia ſalutem ſuam cuſtodiret: toto regno diſſũgi currus iuſſit, eumq; locum, qui in Bœotia quadriga uocatur ſemper uitauit, nec tamen denunciatum periculi genus effugit: nam Pauſanias in capulo gladii, quo eum occidit: quadrigã habuit cælatam.

ℭ De Calano

QVæ tam pertinax neceſſitas in patre, & filio Alexandro conſimilis apparuit. Siquidẽ Calanus Indus ſua ſpõte ſe ardentiſſimo rogo ſuperiacturus, interpellatus ab eo ecquid, aut mandaret, aut dicere uelet. breuite, inquit, uidebo: nec id ſine cauſa: quia uoluntarium eius e uita exceſſum rapida mors Alexandri ſubſecuta eſt.

OLIVERIVS

EOdem oraculo. Sicut illi uerum prædixit Apollo, ita quoq; philippo Macedonum regi hic cum quereret ex oraculo qua morte periturus eſſet reſſum accepit ut quadrigas uitaret, tum Philippus quadriges oẽs ex regno ſuo iuſſit amoueri. locus etiam qui quadriga appellabatur, ab eo ſtudioſe uitabatur, ſed nulla potuit ratione fata uitare nam occiſus à pauſaniæ adoleſcentis gladio, in cuius capulo quadriga fuerat inſculpata, hac autem de cauſa dicitur pauſanias occidiſſe philippum, quod cum interrogaſſet Hermoclem, qoo pacto ſibi poſſet glorioſum non comparare, reſpõdiſſe, dicitur ſi uirum nobiliſſimum occideret. hoc autem Valerius ſentit, ſed aliter Iuſtinus. dicit enim q philippus macedonum rex iam ætate prouectiori regis attali ſororem, uel ut Plu dicit filiam Ceopatrã uirginem olimpiadi ſuperinduxit uxorem quod quidem illa grauiter ferens cum Alexandro filio iam cum dicitur iniiſſe conſilium contra philippũ. Forte ita accidit, ut atralus cum Cleopatra filia conuiuium celebraret, ad quod pauſaniam adoleſcentem inuitarunt qui cũ uino paulo largius inuitatus eſſet, eo turpiter abuſi ſunt omnes. adoleſcens poſtquam reſipuit, & contumeliam, quam per uiolentiam paſſus erat, recognouit, ſæpe de iiuria ad philippum conqueſtus eſt. Ille iocabundus pauſaniam dimittere hinc uehementius indies de ea re inſtare. cupere tantam iniuriam ulciſci, ſed cum forte quadam occurriſſet Alexander, apud eum conqueſtus eſt de hac iniuria ille dicitur græce iambicum uerſum pronunciaſſe eum qui dedit, eum qui accepit ſcilicet interfice. quod etiam factum eſt, nam occupatum anguſtiis, philippum in tranſitu obtruncat. de quo latius in ca. de Cupiditate gloriæ dicemus, ſed in eo miraculum fuit, quod gladio occiditur qui quadrigam impreſſam habebat in capulo.

Mors Philippi.

ASCENSIVS.

EOdem oraculo &c. Narrat fatalem, atq; ineuitabilem, & propterea miraculoſam mortem philippi Macedõnum regis. Ordo eſt philippus rex macedonum, monitus eodem oraculo, ſcilicet delphico, ut cuſtodiret ſalutem ſuam à uiolentia quadrigæ iuſſit currus diſiungi, ideſt diſſolui toto regno ſcilicet ſuo, ut nullæ in eo ſint quadrigæ & uitauit, ſemper ſcilicet poſt oraculum eum locum, qui uocatur in Bœotia quadriga, nec tamen effugit genus periculi denunciatum. Nam pauſanias adoleſcens habuit quadrigam ideſt quattuor equorum currum cælatam, ideſt ſculptam, ideſt ut dicunt manubrio gladii, quo occidit eum.

THEOPHILVS.

LOcum, qui in Bœotia quadriga uocatur: Autoremq; tibi reddat in Bœotia. Quadrigam non facile inuenias. Harma græcũ nomẽ expreſſit oppidi Tanagreorum finibus attributi, ſi pauſaniæ credimus, ab amphiarai caſu. de quo plura Strabo. Memoratur & in Attica Harma ad caſtellum phylen. Ergo Valeri. Harma latine quadrigam uocauit.

OLIVERIVS.

QVæ, tam pertinax. Cũ Alexander darium uiciſſet, & babilonem ſubegiſſet audiuit in india eſſe, qui ludũ Gymnoſophiſtæ exercerẽt. dicebantur aũt Gymnoſophiſtæ nudi philoſophi. ideo autẽ nudi uiuebant, quia dicerent naturam omnibus rebus humanis prouidiſſe, nec quicquam deeſſe uoluiſſe, quemadmodũ igitur cætera animalia his contenti eſſẽt, quæ ſibi natura ſuppeditaſſet, ita homines uitam ſuam informare debere ut nihil præter quod eis natura dediſſet, inquirerent. hi philoſophi erant qui ſummum bonum in uolupeate ponebant ſummũ malum in dolore. Hos igitur uidendi magno deſiderio captus eſt Alexander, & inter cæteros Calanus quidam præſtare audiebatur, cum hoc maximam familiaritatem iniuit Alexander & eum ſecum adduxit, ſed cum anno uitæ ſuæ .lxxiii. ad eos dolores forte perueniſſet, ut eos ulterius ferre nõ poſſet, nam aluo uexabatur, rogum ſibi ſtruxit, & aurea lectica ſuperimpoſita incubuit ſtramentis opertus, ut eos aufugeret, in quibus ſummum malum ſtatuebat, deide Macedones obſecrauit, ut illum letitiæ diem cum rege ſimul potantes exigerent, quem paucis poſt diebus Babylone uiſurum ſe dixit, atq ita breui futuram Alexandri mortem prædixit, qui Babylone periit, ſicut ſuo loco dicemus. Alexander uero mortuo Calano cõuiuia celebrari iuſſit, ſed antequam moreretur, eũ rogault ſiquid uellet ut diceret, qui nihil aliud reſpondiſſe fertur niſi, te propediem Babylone uidebo. Cic. li. de diui. i. Calanus indus cum deſcenderet in rogum ardentem ò præclarum inquit, diſceſſum è uita, cum ut Herculi contigit mortali corpore cremato in lucem animus exceſſerit Cumq; Alexander eum rogaret, ſiquid uellet, ut diceret optime, inquit, propediem uidebo te. quod etiam contigit. ruſus de hoc Calano mentionem facit lib. ii. Tuſ. queſtionũ & Stra. in deſcriptionẽ indiæ plurima de his Gymnoſophyſtis, atq; Calano.

Alexandri prædicta mors

ASCENSIVS.

QVæ &c. Affert exemplum de Alexandro Philippi filio dicẽs Quæ neceſſitas .i. uiolentia fatalis, tã pertinax. ideſt ineuitabilis in patre. ſ. Philippo, apparuit ſimilis &. i. etiam in Alexandro filio. ſ. ei' hoc eſt philippi. Siquidem Calanus indus quia unus e Gymnoſophiſtis ſuperiacturus. ſ. in lectica aurea ſe rogo ardentiſſimo. i. in rogum ardentiſſimum, interpellatus. i. ab inſtituto paulispet impeditus, dum interrogaretur, ab eo. ſ. Alexandro ecquid ideſt anne aliquid mandaret, aut uellet dicere, inquit, ego uidebo te ò Alexander, breui. ſ. tempore (Quin etiam, q eandem rem recitant, locum addunt, dicunt enim dixiſſe breui te Babylone uidebo) nec ſup. dixit, id ſine cauſa, quia rapida. i. nimis ſubita mors Alexandri ſubſecuta eſt uoluntariũ exceſſum è uita eius. ſ. Calani.

OLIVERIVS.

Tyrus ciuitas phoeniciæ inter omnes memoranda, teſte Curtio.

ASCENSIVS.

Regios &c. Pulchre præparat narrationem plebei exempli dictus. Caſus remigis. ſ. cuiuſdam equat magnitudine miraculi interit⁹ regios, ut philippi Alexandri & aliorum, quem. ſ. remigem haurientem. i. euacuantem in litore tyriorum, ſentinã, ideſt receptaculum ſordiũ in baſe nauis, cum fluctus abiciſſet è naui, fluctus cõtrarius retulit eũ pcuſſum altero. id eſt oppoſito latere in nauem, ſcilicet unde excuſſus iã erat. Itaq. i. & ita gratulatio fuit pmixta cõplorationi ſimul miſeri, quia iã excuſſi in mare, ac felicis, quia relati in nauem ui oppoſiti fluctus.

Pompe. ſcilicet magno.

OLIVERIVS.

Necilli⁹ quidem paruæ admirationis. Hunc ſoli. Strabone noiatũ fuiſſe tradit quẽ Varonis teſtimoniõ centum trigiota quinq; milia paſſuum proſpexiſſe dicit. ſolitumq; exeuntem à Carthagine claſſem punicam numerumq; nauiũ ex lilybetana ſpecula manifeſtiſſime notare. quod idem teſtatur Pli. yii. nat. hiſto. Cic. tradit iliadem omnem ita ſubtiliter io mẽbranis ad hoc ſcriptam, ut teſta nucis clauderetur. Oculis. Hunc lincẽis oculis fuiſſe dicunt. A lilybeo portu. ſ. Siciliæ. Nam lilybeum promontorium eſt Siciliæ, multum autem à Sicilia ad Carthaginem diſtare dicitur & ut tradit Soli. centum triginta quinq; milia paſſuum interſunt. Admirabilius Ariſtomenis. Athenienſes cũ Meſſenis bellum graue & longum geſſere, meſſeniorum dux fuit Ariſtomenes, qui tanta calliditate fuiſſe dicitur ut ſæpe Athenienſes deciperet quorum ſæpe urbem ingreſſus, & aliquando captus atq; in uincula coniectus calliditate ſua aufugerat, q cum ſemel atq; iterum & tertio feciſſet, conſtituerunt Athenienſes illum rurſus captum interficere, quod etiam fecere, ſed admirati uerſutiam hominis uoluerunt eius capti, & occiſi cor inquirere, q execto corpore piloſum inuenerunt. Pilis refertum, nam qui pilis abundant, ſolẽt aſtutiores eẽ.

De quodam Remige.

Regios interitus magnitudine miraculi Remigis caſus equat, quẽ in litore Tyriorum ſentinam haurientem, cum è naui fluct⁹ abieciſſet, altero latere repcuſſũ, cõtrarius fluctus i nauẽ retulit. Itaq; miſeri ſimul, ac felicis cõplorationi pmiſta fuit gratulatio.

De Pruſia filio regis Bithyniæ.

Quid illa: non ne ludibria Naturæ in corporibus humanis fuiſſe credẽda ſunt: tolerabilia quidem, quia ſæuitia caruerunt cæterum & ipſa miraculis annumeranda. Nam & pruſiæ regis filius eodem nomine, quo pater, pro ſupiori ordine dentium, vnum os æqualiter extentum habuit, nec ad ſpeciem deforme, nec ad uſum ulla ex parte incommodum.

De filia Mithridatis regis.

Mithridatis vero regis filia Dripetie laodice regina duplici ordine dentium deformi admodũ comes fugæ patris, à pompeio deuicti, fuit.

De Linceo.

Nec illius quidem paruæ admirationis oculi, quẽ cõſtat, tã certa acie luminũ vſũ eſſe. vt à Lilybæo portu Carthaginienſium, egrediẽtes claſſes intueret. Oculis eius admirabilius Ariſtomenis Meſſenii cor: quod Athenienſes, ob eximiam calliditatẽ exectum pilis refertum inuenerunt, cum eum aliquoties captum: aſtutia elapſum cepiſſent.

De Antipatro Poeta.

At poeta Antipater Sidonius, omnibus annis tantũmodo die, quo genitus erat febri implicabatur. Cumq; ad vltimam ætatẽ perueniſſet: natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus eſt.

OLIVERIVS.

Quid illa nonne? qa à propoſito diſcedere uideba t, reddit rationem, cur hæc uideantur ſuperioribus ſimillima. Nonne ludibria, qa natura in corporibus humanis quodãmõ ludere uiſa eſt, uoluiſſe & noua quædam facere. Cæterũ quia nã pueniunt, & præter naturam fuerunt. Nã & pruſia. Poſt præfationem ſequitur narratio eorum, quæ à natura fuere aliena. Os æqualiter extentum, os unum tenus ore continuatũ Solinus. Quidam cum dentibus procreantur. ut Gn. Papirius Carbo. ut. M. curio dentatus. ob ideo cognominatus, quidam ẽt uice dentium continui oſſis armantur ſoliditate, qualem filium Bythinioeũ regis pruſias. Abbreuiator, pruſias, inquit, rex Bythiniæ omnium humilimorum fautor, atq; uictorũ à Nicomede filio, adiuuante Attalo rege Pergami occiſus eſt, Habebat alium filium, qui pro ſupiore ordine dentium enatũ habuiſſe unũ os cõtinẽs dr. Pli. li. yii. hiſt. Alioq uice dẽtiũ cõtinuo oſſe uno gignũtur ſicut Pruſiæ regis Bithyniorum filius ſupma pte oris. Ad uſum. Ad uẽdũ, nã ita cõmode epulabatur, ſicut cæteri, q i plures ptes diuiſos hñt dentes.

ASCENSIVS.

Nec illius paucis abſoluit alia miranda in uirtute ſenſitiua, io membris in morbis hominum & i ſimilibus dicens, Nec quidem oculi illius, uidelicet ſtrabonis aut lincei ſup. ſunt, aut fuerunt admirationis paruæ, imo maximæ, quem conſtat eſſe uſum iã certa acie. i. acumine luminũ, i. oculorum, ut intueretur. i. iſpiceret à lilybeio promontorio Siciliæ, claſſes egredientes portu Cartha. Oculis &c Ordo eſt. Cor. Ariſtomenis Meſſenii ſup. fuit admirabilius oculis eius. ſ. iã dicti, q. ſ. cor Athenienſ exectum. i. ſecando pectus eius extractũ, ob calliditatẽ eximiã, q putabant hre ſedẽ in corde. inuenerunt refertũ pilis, hoc ẽ piloſum, ſeu hirſutũ cũ cepiſſent, cum captũ. ſ. prius aliquoties, ſed elapſum aſtutia.

ASCENSIVS.

Quid illa &c. Ordo eſt. Quid illa ſup. credẽda ſunt fuiſſe. nõne credẽda ſunt fuiſſe ludibria naturæ in corpibus humanis. q. d. maxie, qdẽ i. certe tñ tolerabilia, qa caruerunt ſæuitia, cæterorũ. i. ſed qtũ ẽ de reliquo, &. i ẽt ipa annumeranda ſunt miraculis. Nã fili⁹ Pruſiæ regis bithyniæ, eodẽ noie quo pater, hoc eſt ẽt pruſias dictus habuit pro ſuperiori ordine dẽtiũ. i. loco ſupioris ordinis dẽtiũ unũ os extentum æqualiter nec ſup. habuit ipm ad ſpẽm deformæ, nec ad uſum icõmodũ in ulla pte.

THEOPHILVS.

Quod athenienſes. Herodo, Plu, Rhianus, Polyænus, Pauſanias, & *Stephanus* in mentione ciuitatis Andaniæ tradit à Spartianis exectũ, nec aliter hiſtoriæ fidem cõſtare Ianus exiſtimat. Itaq; corrige Lacedæmonios.

OLIVERIVS.

Mithrida. regis ponti hoſtis. P. R. ad quem debellãdũ primo ſylla deide Luculus. poſtremo Pomp. miſſus eſt, qui bellũ illũ confecit. Hunc igitur poſt profligatũ exercitũ fugientẽ filiã hãc comitatã fuiſſe Cic. dicit.

ASCENSIVS.

Mitridatis &c. Ordo ẽ. Vero p ſed Dripetie filia mitridatis regis, nata laodice regia, duplici ordie dẽtiũ. admodũ. i. multũ deformi, fuit cões fugæ pris deuicti à

OLIVERIVS.

At poeta Antipater. Hic quo die natus erat, eodẽ ſp febri laborabat oibus ãnis, & cũ diu uixiſſet poſtq ætatis ſuæ tps deſtinatũ appropinqſſet, eo die & eodẽ gñe morbi conſumptus eſt.

ASCENSIVS.

At. i. ſed. Antipr poeta ſidonius iplicabat febre oibus ãnis, uno tñmõ die, quo genitus erat, & cũ perueniſſet ad ultimã ætatẽ, conſũptus ẽ natali ſuo. i. die quo natus fuerat illo certo. i. iſfalibili circuitu. i. per circulum anni reditu morbi.

OLIVERIVS.

PAtrimonii poſſidendi, quia cõiter poſſidebant patrimonia à parentibus relicta, & ex his cõiter impenſas faciebant ſtudiorum, quibus operam dabant. ⸿Tam equalem. Quis, inquit, hanc concordiam, & amicitiam ac ſocietatem deo non tribuit. Liberis, ſ. ſicut in filia Mithridatis. Aut in rege. ſ. pruſia. ⸿Viris eruditiſſimis Polyſtrato, & hipoclide ⸿In uate. ſ. antipatre. ⸿Homine fortis ignotæ ſcilicet ſtrabone, qui tam acutam aciem habuit. ⸿Omnis bonæ quia ex natura bona, & mala omnia comparantur ſecũdum philoſophorum ſciam, quorum Plato princeps eſt qui dicit, nihil niſi ex ante ſubiecta natura procreatum eſſe, quod à noſtra religiõe alienum eſt, nam deus oĩa ex nihilo creauit, ſed naturam poſſumus accipe naturantem, & non naturam naturatam. ⸿Ne ipſa quidem. ne dum philoſophi, qui rerũ naturalium ſciam habuerũt Nõ magis, inquit, ratiõem reddere poſſem, cur hæc miracula in eiuſmodi hominibus natura eſſe uoluerit. ⸿Quam qui ꝓ quo. Syluestres capreas. Pli. li. xxv. ceruas non capreas dicit Simplicius, inquit. Ceruæ mõſtrauere elaphoboſcõ, de qua diximus. Item eiſinẽ à partu dictam, oſidere, ut indicauimus dictamnum, uulneratæ, eo paſtæ, ſtatim decidentibus telis. Nam lib. viii. dixerat, dictamnũ herbã extrahendis ſagittis mõſtrauere percuſſæ eo telo, paſtuq; eius herbæ eiecto ⸿Capreæ, ſunt capreæ ſylueſtres & capreæ domeſticæ, ſed in Creta capreæ ſylueſtres cõfixæ ſagittis, ſi mõ periculũ inſtantis mortis euadere poſſint, per ſe ad dictam herbam confugiunt qua guſtata & tela uim ueneni repellunt, qđ quidem à ſecreta quadam naturæ ratione proficiſcitur auxilium dictami. Dictamus penultimam producit. Virg. lib. xii. Dictamũ gñitrix cretæa carpit ab ida. ⸿Tantũ non. i. ferme, inquit, ipſa natura ſuis manibus eas deducit ad remediũ dictami ſaluberrimũ. ⸿Concepta, comeſta. ⸿At in Cephalenia, Pli. lib. viii conſtat in luſitania circa Vlyſiponem oppidum & tagum amnem, equas fauonio flante obuerſas animalem cõcipere ſpm̃, idq; partum fieri, & gigni perniciſſimũ ita, ſed trienniũ uitæ nõ excedere, ꝙ ẽt beatus Auguſti. confirmat li. de ciui. dei, ꝙ æque uidelicet ore aperto uentos excipientes, cõcipiant unde Vir. Sic oẽs uerſæ in Zephirum ſtant rupibus altis, exceptantq; leues auras, & ſæpe ſine ullis coniugiis uento grauidæ mirabile dictu. Solinus in proximis, inquit, Vlyſipponis æq̃ laſciuiunt, mira fœcunditate nam aſpirante fauonii uento concipiunt & ſitiẽtes uiros aurarũ ſpũ maritantur. Varro quoq; dicit, in ulteriore Hiſpania uerno tpe equas nimio calore commotas contra frigidiores plagas & uentos ora patefacere ad ſedandum calorem, & eas exinde concipere, ederecq; pullos, licet ueloces diu tñ minime duraturos. Ex alto, qa in edito loco cõſiſtũt, ut uentos cõmodius capiãt. Vñ uir. Stant rupibus altis. ⸿Aut hoc ẽt. Soli. cõmemorat templũ Crotonæ eẽ Iunoni cõſecratum cuius ara expoſita ẽ apto aeri, ita ut ab omni regione uenti ꝑflantes in ea ſpirare poſſint, & tñ illic cinerem ſacrorũ immobilem permanere. ⸿Quaꝓpter. Nec ẽt rationẽ reddiderim, quãobrẽ natura uoluerit. ⸿Crotonæ, q̃ ciuitas Calabriæ, & eſt genitiuus aduerbialiter poſitus, ac ſi diceres uicentiæ. ⸿In Caleno agro. à calibus quod oppidum eſt in Campaniæ dictum pluraliter hæc cales calium

Natura materiæ artifex.

Capreæ

⸿De Poliſtrato & Hipoclide,

HOc loco apte referantur Poliſtratus, & Hippoclides philoſophi eodem die nati, eiuſdem præceptoris Epicuri ſectam ſecuti: patrimonii etiam poſſidendi, alẽdæq; ſcholæ communione cõiuncti, eodemq; momento temporis ultima ſenectute extincti, tam æqualem fortunæ pariter, atq; amicitiæ ſocietatem, quis non ipſius cæleſtis Cõcordiæ ſinu genitã, nutritam, & finitam putet? Quapropter hoc potiſſimum fuerit, aut in liberis potẽtiſſimi regis aut in rege clariſſimo, aut in vate ingenii florentis, aut in viris eruditiſſimis, aut in homine fortis ignotæ, ne ipſa quidem omnis bonæ, malæq; materiæ fœcunda artifex Natura, rationem rerum reddiderit. non magis, quam qui ita ſylueſtres capras, Cretæ genitas, tantopere dilexerit, quas ſagittis confixas ad ſalutare auxilium herbæ Dictami, non tantum ſuis manibus deducit, ſed efficit, vt concepta ea, continuo & tela, & uim ueneni, vulneribus reſpuant. Aut in cephalenia inſula, cum omnia ubiq; pecora hauſtu aquæ quotidie recreentur, in ea pecudes maiore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedare inſtituerit. Aut quapropter Crotonæ in templo Iunonis Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere donauerit potiſſimum. Vel quare alteram in Macedonia: alterã in Caleno agro aquam proprietatẽ uini, qua homines inebrientur, poſſidere voluerit. Nõ admiratione iſta, ſed memoria proſequi debemus Cum ſciamus recte ab ea plurimum licentiæ vendicari: penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.

quia homines inebrientur, nõ ſecus, ac ſi uinum bibiſſent. Licentiæ plurimum uendicari, qui plurimum laboris ſuſtinet, hic debet aliquanto plus licentiæ ſibi cæteris aſſumere, ergo cum tantus ſit naturæ labor, ut per eam cuncta gignantur, non mirandum eſt, ſi dum uires ſuas oſtendit, tñ ſibi licentiæ uendicat, ut pleraq; faciat, quorum cauſam hominibus ignotam eſſe uelit. ⸿Gignẽdi de natura naturante intelligit, ſed ſi uere intelligitur natura naturans, deus eſt.

ASCENSIVS.

HOc loco &c. Ordo eſt. Poliſtratus, & Hippoclides philoſophi referãtur, id eſt recitentur apte hoc loco, quia ſimile quiddã paſſi ſunt, referantur dico. i. referẽdo dicãtur, nati eodem die, & ſup. ſecuti ſectam eiuſdem præceptoris, uidelicet epicuri, & coniuncti ẽt cõione patrimonii poſſidendi, & ſcholæ alẽdæ & extincti eodem momento temporis, ſup. in ultima ſenectute. Quis non putet tam æq̃lem ſocietatem fortunæ. i. rerũ externarũ, pariter ac amicitiæ genitam. nutritam. i. adultam, & finitam ſinu ipſius concordiæ cæleſtis. q. d. merito nemo non putet, hoc eſt unuſquiſq; putet. Quapropter hoc fuerit potiſſimum. i. quæ fuerit potiſſima ratio, cur hoc, ꝙ dictum eſt, eueniret potiſſimum, aut in liberis potentiſſimi regis, ut pote in filia mitridatis, aut in rege clariſſimo uidelicet Pruſia, aut in uate florentis ingenii. ſ. Simonide, aut Antipatro, aut in uiris eruditiſſimis, ut in Atheñ. illo, & in his ſectatoribus Epicuri Poliſtrato et hippoclide, aut in homine fortis, ideſt condõnis ignotæ, ut in Strabõne illo linceis oculis prædito, ne quidem ipſa natura. ſ. naturans utpote artifex fœcunda omnis materiæ bonæ & malæ, reddider. t. i. reddere poſſit rationem rerum. ſ. quæ contigerunt. Non magis. Optimo pede progreditur ad recitanda mira, quæ in ratione aut etiã uitã carentibus natura producit dicens. Non magis ſup. rationem rerum ſupra dictarum reddiderit natura quam quid ita. i. cur aut q̃ ratione, ipſa ſup. dilexerit tantopere capreas ſylueſtres genitas cretæ. i. in creta inſula (Sunt qui legant qui ita certum enim eſt qui quaſi ablatiui caſus ẽ nominatiuo quid aduerbiliter ſæpe poni pro quo ut. Qui fit Mecœnas &c. certũ etiam eſt, quid ita particulam aptam interrogationi ſolere poni pro cur, aut quare quocirca legam, qui ita niſi ſequatur tantopere nam ita tantopere dicendo uidetur ita redundare. Quod non uacat, ſi quid ita ꝓ una ponatur particula) quas ſcilicet capreas confixas ſagittis natura deducit tantum non, ideſt non ſolum, ſuis manibus. ideſt naturali inſtinctu, ad auxilium ſalutare herbæ dictami. ſ. ſcilicet nomine, quæ in creta ſponte naſcitur, efficitq;. i. ẽt ut ea. ſ herba concepta. i. in uentrem redacta à capreis, ipſæ capreæ reſpuant. ideſt eiiciant quaſi expuendo & euomẽdo una cum herba uulneribus. ſ. ſagittarum, & ita non ſolum ẽ uentre, ſed ubicunq; fuerint uulnera, & tela, & uim ueneni, quo armari ſolent ſagittæ. Aut (repete quid ita. i. cur) in Cephalenia inſula, quam luſitaniæ uicinam hic Oliue. ut inuuere cũ altera ſit, aut ſaltem Cephalenia inſula maris Ionii, cum, ſcilicet ita ſit, ꝙ pecora recreentur, ubiq; quotidie hauſtu aquæ, cur natura inſtituerit pecudes ſedare ſitim ſuam recipientes. ſ. in pulmonẽ, uentos ex alto. ſ. aere, ore aperto. ex maiore parte anni, quia non in ſuprema bruma in ea ſ. inſula. uacat illud in Cephalenia, aut in ea, niſi alterum gratia alterius poſitum

dicas

dicas. Nam ſatis eſſet aut in Cephalenia. & cætera. Neq; tametſi aquæ ex aere concipiunt in Hiſpania neceſſe ſit dicere pecudes illic ſolum aere loco potus ueſci, aut quapropter natura donauerit potiſſimum .i. maxime omniū aram in templo Iunonis laciniæ, Crotone .i. quod templum habet crotonæ, quæ eſt ciuitas Calabriæ Iuno, cinere immobili ad omnes uentos quia peracto ſacrificio, & incenſa uictima ut hoſtia cinis derelictus in ara à nullo uento agitatur. uel quare natura uoluerit, alteram aquam idest fontem unum, in Macedonia, & alteram aquam, idest alterum fontem in agro calleno, iuxta cales oppidum campaniæ italicæ, poſſidere proprietatem uini, qua homines inebrientur. Nos debemus iſta .i. iſtiuſmodi miracula naturæ, proſequi, non admiratione, quia non eſt mirum ſi natura tantum poteſt, ſed memoria cum ſciamus plurimū licentiæ .i. auctoritatis, aut potentiæ, cuius non conſtet nobis ratione, uendicari .i. appropriari ſibi ab ea .ſ. natura naturante, penes quam .i. in cuius poteſtate, conſiſtit labor infinitus .i. officium immenſum gignendi cuncta .ſ. quæ uult.

ictu. nam tela in eum contorta penetrare non poterant. ¶ Baliſtarum tormentis .i. machinis, quibus ſaxa maiora mittuntur, ſed hoc loco balliſta ſine dubio uſ ſignificare ſaxum mai' quod machina mittitur, & dicitur balliſta βαλλειν à iaciendo unde lectum eſt etiam balliſtas talentarias eſſe .i. lxx. librarum ſaxa, unde hoc loco ſequitur. ſilicum crebris, & ponderoſis uerberibus ſed balliſta à græcis accipitur pro tormento mœnia concutiente in qua ſignificatione ſæpius inuentū eſt apud poetas Ouid. li. i. de triſtibus. Quā graue balliſtæ mœnia pulſat onus. Lucanus pro inſtrumento haſtam quandam iaciente accepiſſe uidetur, cum ait. Neq; .n. ſolis excuſſa lacertis, lancea, ſed tēſo balliſtæ turbine rapta. Procubuiſſe, poſtquam tandē tranſfixa ſagitta occubuit.

¶ De mirabili magnitudine & longitudine Serpentis.

AT quia ſupra vſitatam rationem excedentia attigimus, ſerpentis quoq; a Tito Liuio curioſe pariter, ac facunde relatæ fiat mentio. Is enim ait, in Africa apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis anguem fuiſſe, vt Attilii Reguli exercitū vſu amnis prohiberet: multiſq; militibus ingēti ore correptis, compluribus voluminibus caudæ eliſis, cum telorum iactu pforari nequiret: ad vltimum baliſtarum tormentis undiq; petitam, ſilicum crebris, & ponderoſis verberibus procubuiſſe, omnibuſq; & cohortibus, & legionibus ipſa Carthagine uiſam terribiliorem: atq; etiam cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporiſq; iacentis peſtifero afflatu, vicina regione polluta Romana inde ſūmouiſſe caſtra, dicit, belluæ corium C.xx. pedū longum, in urbem miſſum.

THEOPHILVS.

DIctami. Dictamus eſt herba paſſim proueniens in creta, de cuius ut inter naturæ miracula refert Ariſtoteles eadem, quæ Valerius. apud Aratum mallotes Zenodotus διχταιωνῳδῃ Dictamum putat intelligēdum uel ex eo, quod odorum uocat. Ad faciles .n. partus hæc herba ſuſternitur, unde Euphorion ieithias ea coronatas inducit. ¶ In Macedonia Vitruulus architectō, & Plini. in Paphlagonia.

OLIVERIVS.

A Tito Li. Hoc miraculum Liuius narrat in ſecunda decade primi punici belli, quam nos amiſſimus Aulus Gel. li. yi. ca. iii. Tubero, inquit, in hiſtoriis ſcriptum religt, bello primo punico. Attiliū Regulū conſulē in Aphrica caſtris apud Bagradam flumen poſitis prælium grande, atq; acre feciſſe aduerſus Serpentem inuſitatæ immanitatis. cumq; magna totius exercitus conflictione, balliſtis, atq; catapultis diu oppugnatum, eiuſq; interfecti longum corium pedes. C.xx. Romam miſiſſe, Pli. lib. yiii. Nota eſt, inquit, in punicis bellis ad flumen Bagradam. à Regulo imperatore baliſtis tormentiſq; ut oppidum aliquod expugnata ſerpēs. C.xx. pedū longitudinis pellis eius maxillæq; uſq; ad bellū Numātinum durauere in templo. ¶ Apud Bagradam fluuiū qui præter uticam labitur. quæ diſtat .xxx. milia paſſuum à Carthagine, ¶ Vſu amnis, quia non audebant appropinquare milites fluuio ut aq̄ ide haurirēt ¶ Voluminibus, q̄a longitudine caudæ corripiebatur milites complures, & ita illos pmebat, ut necaret. ¶ Liſis, diſſipatis, laceratis. ¶ Telorum

Bagrada flu.

ASCENSIVS.

AT quia &c. Affert ad cætera miranda naturæ ſerpentis ad Bagradam repti ſtupendam longitudinem dicens. At .i. ſed q̄a nos attigimus ſupra .i. in ſuperioribus exēplis, excedentia rationem uſitatam. i. conſuetam, quia multorū ratio à uobis reddi non poteſt, mentio ſerpentis relatæ .i. recitatæ à Tito Liuio curioſe pariter ac facunde. fiat quoq;, idest etiam ſup. à nobis. Enim pro quia, Is, idest Titus Liuius ait anguem fuiſſe in aphrica apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis, ut prohiberet, idest arceret exercitum, Attilii Reguli uſu amnis, idest aquatione, & multis militibus correptis, idest raptim reuocatis ingenti ore, ſcilicet anguis, aut ſerpentis compluribus uoluminibus, idest ſpiris, aut annulis caudæ eliſis, idest effractis, cum nequiret perforari iactu telorum, ait ſup. ipſam petitam (frequenter, & anguem, & ſerpentem fœminino genere pronunciat Valerius) ad ultimum, idest tandem undiq;, idest ex omni parte, tormentis balliſtarum, idest machinarum iaculantium ligna, lapides, & ſimilia procubuiſſe. idest proſtratam eſſe crebris, & ponderoſis uerberibus ſilicum, idest lapidum duriſſimorum, & ſup. ait, ipſam ſerpentem uiſam omnibus, & cohortibus, & legionibus ſup. Romanis, terribiliorem ipſa Carthagine, quam ſerpentem illam (ſi textus haberet, & Carthagine diceret de cohortibus, & legionibus punicis loqui) Atque dictus Liuius dicit ſerpentem ſummouiſſe, ſcilicet occaſionaliter, Romana caſtra inde, idest ab eo loco gurgitibus, idest fluctibus aquarum imbutis, idest poſtquam imbuerat gurgites aquarum ſuo cruore, & uicina regione polluta, idest infecta, & corrupta peſtifero afflatu corporis iacentis, idest proſtrati Dicit etiam Liuius, corium belluæ, idest immanis ſerpentis longum cxx pedes miſſum in urbem .i. Romam. Sūt qui legunt, quod ſi eſt ſubauditur longitudine, ut ſit longū longitudine. cxx. pedum.



ℭ Valerii Maximi Liber Secundus.

ℭ De Inſtitutis antiquis.

DIVES, ET PRAEpotens naturæ regnum ſcrutatus, in iiciam ſtylum tam noſtræ urbis, quã cæterarum gentiũ priſcis, ac memorabilibus inſtitutis. Opus eſt enim cognoſci huiuſce uitæ quam ſub optimo principe felicẽ agimus, quæ nam fuerint elementa: ut eorum quoq; reſpectus aliquid præſentibus moribus proſit.

ℭ De Nuptiis.

APud antiquos non ſolum publice, ſed ẽt priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto. quo ex more nuptiis etiã num Auſpices interponuntur, qui quãuis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis ueſtigia vſurpantur. Fœminæ cum uiris cubantibus ſedentes cœnitabãt. quæ conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. Nam Iouis epulo ipſe in lectulum Iuno, & Minerua, in ſellas ad cœnam inuitabantur. quod genus ſeueritatis ætas noſtra diligentius in Capitolio, q̃ in ſuis domibus ſeruat, videlicet quia magis ad rem pertinet dearum, quã mulierum diſciplina contineri. Quæ vno contẽtæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim eum præcipue matronæ ſyncera fide incorruptũ eſſe animum, qui poſt depoſitæ virginitatis cubile in publicũ egredi neſciret, multorum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cuiuſdam intemperãtiæ ſignum eſſe credentes.

OLIVERIVS.

DIues & ꝑpotẽs naturæ regnũ. Incipit nũc ſecũdus liber in quo ferme hæc omnia continentur, Inſtituta maiorum diſciplina militaris, ius triumphandi, cẽſoria nota, & uirorum maieſtas. Facit aũt præfationẽ qua nos reddit attentos cũ oñdat quibus primo de reb' dicturus ſit, uidelicet de inſtitutis maiorum, quæ ad id ptinent ut uitæ nr̃æ pſiti eorũ exemplis conſulere poſſimus. Captat inſuper bñuolentiã ab Impatore Tiberio. cũ dicat ꝙ ſub ei' imperio. ſ. uiuaſ ad cõfirmãdum ſtatum pñtem exempla hæc proficiũt. Vtitur uero trãſitione, colore rhetorico, cum quibus de rebus dixerit, et de quibus dicturus ſit breuiter oſtẽdit, poſtq̃, in qt de ptãte naturæ ſuperiori capitulo diximus, nũc de priſcis inſtitutis dicere icipiemus. Sũt aũt iſtituta mores rõne, & cõſilio cõprobati. Diues triũ gñrum eẽ hoc loco apte uidemus dita uero à dite inuenitur. ¶ Initiã ſtilũ, ſcribere incipiã. Nã inijcere eſt immittere, inſerere, iponere, ab in & iacio, quaſi intro iacere Initiare uero ſbuere, ſctificare, innouare, hoc loco inicere incipere ſignat unũ inicũ principiũ. ¶ Cæterarum quia non domeſtica ſolũ, ſed externa quoq; commemorabo. ¶ Sub optimo principe. ſ. Tiberio, nec ſine adulatione. h. d. ¶ Elemẽta. principia unde quattuor elementa rerũ oĩum primordia pñi eẽ uoluerũt, ꝙ ab his gignerentur cuncta, & iõ per ſimilitudinẽ cuiuſlibet rei principiũ, non abſurde dicimus elemẽtum. Pñtibus moribus, nã uetera exẽpla pñtib' auctoritatẽ pſtant. nã q̃to maioris auctoritatis eẽ uidebunt hi, à q̃bus hæc documẽta manauerint, tanto ea ẽt nobis uidebuntur eſſe ſanctiora.

Diues triũ generum.

ueteribus ac prioris ſæculi, ac memorabilibus, ideſt quæ et antiquo ſunt & memoratu digna ram noſtræ i. Romae urbis, ideſt ciuitas hoc loco, quam cæterarum gentium. Enim pro quia, opus eſt, id eſt operæ pretium elementa, ideſt primas inſtitutiones, & ſemina huiuſce uitæ, quam agimus felicem ſub optimo principe, uidelicet Tyberio, cognoſci, ideſt ut cognoſcãtur, quæ nam, ideſt qualia fuerint si eſſet cognoſce aut cognoſcere facilior eſſet ordo. Iõ opus eſt ut reſpectus, ideſt conſideratio, eorum, ſcilicet elementorum proſit quoq;, deſt etiam aliquid, ideſt in aliquo moribus præſentibus id eſt æui præſentis. Ideo enim antiqua legimus, ut ſi bona ſint imitemur.

OLIVERIVS.

APud antiquos. Hoc inſtitutum apud Liuium lib. i plane dignoſci poteſt, ubi dicit non prius regnũ acceptum fuiſſe à Numa Põpilio ſecundo Romano rege quam deus auſpicus ille cõſuleret. Is enim in loco edito aſcendens lituo ſpatia deſcripſit in cælo ab oriente, ab occidente, à meridie, à ſeptentrione, proſpiciens quantum oculi ferre poterant & partem ab oriente appellauit anticam, ab occidente poſticam, à meridie dextram, à ſeptentrione ſiniſtram. deinde cum operto capite ſteтиſſet, animo concepit, quæ auſpicia, & qua parte mitti uellet, quibus miſſis, continuo rex creatus eſt, & i regnũ acceptus. ¶ Auſpicio, ab aſpectu auium, ꝙ propter earum aſpectum, inteligebatur, quid placeret, diſpliceret ue diis. ¶ Ipſo tamen nomine, qui eo qđ auſpices appellantur tametſi auſpicia non petant, apparet tamen eos aliquid ex conſuetudine maiorum, qui omnibus in rebus auſpiciis utebãtur retinere. Vnde Lucanus in receptione Martiæ Catonis ait cõtentiq; auſpice Bruto. ¶ Auſpicia, ab aſpiciendis auibus ut dixi, ſiue præpetibus, ſiue oſcinibus, nam præpetes aues erant, quæ uolatu ſuo futura prænunciabant, oſcines uero quæ non uolatu tantum ſed etiam garritu ſignificabant, q̃ inſtare uiderentur. ¶ Fœminæ hoc inſtitutum ſatis abhorret à conſuetudine noſtra, & indecorum eſt, ut uiri cœnantes recubent, quam conſuetudinem adhuc græci ſeruant. cubito enim innixi, ſiue proſtrati, & iacentes epulantur. Sedentes. Viri quidem recubabant ſtrati mulieres uero ſedebant. Legitur in uita Catonis quod paulo antequam

Auſpicia eãdẽ cõſuetudo.

ASCENSIVS.

DIues & præpotens eõ gruo progreſſu, tranſiit ad ſecundi libri farraginem ſiue argumenta. Nã in primo de rebus diuinis pulchro ordine tractauit, ita ut à dei cultu, & mirabilibus ad naturæ miracula ſit progreſſus, cũ tñ natura ſine deo nihil poſſit, immo natura, q̃ naturantẽ uocant deus ipſe ſit, nunc aũt, q̃ proximæ ad res diuinas accedunt utpote inſtituta, ac mores hominũ primo loco proſecuturus dicit. Ego ſcrutatus regnum naturæ diues, & præpotens (unde patet, nomina in es neutrum genus non penitus reſpuere, ut depoſitum tibi ſoſpes erit &c.) iniciam ſtilũ. i. ſcribendi munus, inſtitutis. i. moribus uiuendi priſcis, ide t

ſe uticæ interimeret ſedens cœnauerit, quemadmodũ poſt ciuile bellum conſueuerat, nam ante, niſi cum dormiret, ſp ſtabat uel nunqua iacebat. ❡ Cœnitabant quia ut refert Seruius, & Iuue. teſtatur, apud maiores prandia nõ fuerãt in uſu. unde Iuue. Auus fercula ſeptem. ſecretu cœnauit auus & ſunt qui dicant primum qui prandii conſuetudinem in urbem Romanã introduxerit fuiſſe Marium propter illud carmẽ Exul ab octaua Marius bibit, ego uero ante Marium & priſcum & arpinatem prandia in uſu fuiſſe legi. Pli. li. xxxiii ubi loquitur de Qu. Aelio Tuberone L. pauli genero Q. Aeliũ inquit cum legati ætolorum in conſulatu prandentem in fictilibus adiſſent. miſſa ab his uaſa argentea non accepiſſe. Conſtat autem hunc Aelium multo ante fuiſſe quam Marium. Conuictu. Iam temporibus Valerii hæc conſuetudo ſenſim aboleuerat apud holes ſed in epulo Iouis adhuc ſeruabatur, erat autem epulum Iouis, quod alio nomine lectiſternium dicebatur. In capitolio enim ſtratis tribus lectulis, cõuiuiũ apponebatur tribus diis Ioui, Iunoni, & Mineruæ, uel ut tradit Liuius, ſex. ut paulo infra. Iupiter uero. i. ſimulachrum Iouis ſtatuebatur in lectulo recubans, Iuno & Minerua in ſellis conſidebant, ſed appoſitis epulis, non ipſi dii, ſed ſeptem epulones cõuiuia celebrabant. Quare autem inuenta fuerint lectiſternia Liui. lib. y. docet. Dicit enim grauis, peſtilenſq; omnibus animalibus æſtas excepit urbem. cui inſanabili perniciæ, quando nec cauſa nec finis inueniebatur libri Sybillini ex ſenatuſconſulto aditi ſunt duumuiri ſacris faciundis lectiſternia, tunc primum in urbe Romana facta per dies octo Apollinem, Latonamq;, & Dianam, Herculem, Mercurium, atq; neptunum tribus quam ãpliſſime tum apparari poterant ſtratis lectis placore, priuatim quoq; id ſacrum celebratum eſt tota urbe patentibus ianuis promiſcuoq; uſu rerũ omnium in propatulo poſito, notos ignotoſq; paſſim aduenas in hoſpitium ductos ferunt, & cũ inimicis quoq; benigne & comiter ſermones habitos iurgiis & litibus temperatum. uictis quoq; dempta in eos dies uincula, religioni, deinde fuiſſe, quibus eam opem intuliſſent uinciri. Auguſtinus quoq; de ciuitate dei de his mentionem facit. ❡ Conuictu. Alio nomine conuiuium dicimus, nam à cõuiuen dicitur, eo quod inter ſe conuiuere ſolent eſt enim conuiuere ſimul uiuere. ❡ Quod genus, ætate noſtra inquit conſuetudo iſta minime ſeruatur. ❡ Quia magis Plus auctoritatis habent exempla deum quam mulierum. ❡ Quæ uno contentæ matrimonio fuerant. Homines ſic exiſtimant, id eſſe uteriſſimum pudicitiæ ſignum uno poſtquam ſemel tantum cum uiro uixerint, & uno contentæ marito, & ita eſt profecto, nã ut inquit Iuuenalis, Ocius illud extorquebis, ut hæc oculo contenta ſit uno. Eiuſmodi autem mulieres, quæ uno tñ matrimonio contentantur. μονογαμοι græce dicitur, ideſt monogamæ, unius matrimonii. ❡ Corona pudicitiæ honorabantur, quaſi pudiciſſime dicerentur. ❡ Matronæ. ſup. quæ nõ tranſierant ad ſecunda uota. ❡ Sincera fide puta ſincerum dicitur purum, quaſi ſine cæra ſicuti mel purum dicimus. qđ ſine cæra eſt. ❡ Poſt depoſito uirginitatis cubile. ideſt poſt primas nuptias, in quibus uirginitas deponitur. ❡ In publicum egredi. neſcire publicari. ❡ Legitimæ intemperantiæ quia licebat quidem ſecundas uel tertias agere nuptias, ſed tamen non. ſuſpitione fiebat libidinis cuiuſdam intemperatæ, & ideo legitimam intemperantiam appellat.

Lectiſterniũ.

❡ De primo repudio.

REpudium inter uxorem, & uirum, a cõdita urbe uſq; ad uiceſimum & quingẽteſimum annum nullum interceſſit. Primus autem Spurius Cabillius uxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. qui quanquam tolerabili racione motus uidebatur: reprehenſione tamẽ non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum, coniugali fidei præponi debuiſſe arbitrabãtur ſed quo matronale decus uerecundiæ munimento tutius eſſet, in ius uocan ti matronam corpus eius attingere non permiſerunt: ut inuiolata manus alienæ tactu ſtole relinqueretur.

ASCENSIVS.

APud antiquos. Memoraturus inſtituta antiquorũ bñ auſpicatur ab auſpiciis nuptiarũ ut quod ſint antiquiſſimum, & firmiſſimum in humana ſocietate uinculũ. Docet itaq; primum curis, qui nuptiis pẽeſt ex parte ut uiri auſpex dicatur. Namq; fœminæ præeſt pronuba dicitur (quia inquit antiqui nihil ſine auſpicio faciebant. Ordo eſt nihil. i. nulla res nuliũ ue negociũ gerebatur apđ antiquos. i priſcos romanos, nõ ſolũ publice ſed etiã priuatim. i. i re priuata niſi ſumpto prius ex quo more auſpices interpõnuntur etiam nunc nuptiis, qui ſcilicet auſpices, quamuis deſierint petere auſpicia, tñ ueſtigia ueteris conſuetudinis uſurpantur, ideſt in uſum adducuntur ipſo nomine. Fœminæ. &c. quia poſt matrimonium ſequitur conuictus narrat conuiuendi modum dicens fœminæ cœnitabant ſup. apud antiquos (q; ex titulo intelligitur (cum uiris cubantibus. ideſt iucuṇue ſitis, & fere iacentibus, quæ conſuetudo penetrauit. i. penitus tranſiuit à conuictu. i. conuiuiis hominum, ad diuina. i. res diuinas, hoc eſt ad facrificia, & officia, quæ exhibentur diis Nam in epulo. i. ſoleni epulatione, & uiſceratione, Iouis. i. qđ ſupp. nomine Ionis offerebatur in templum ipſe. ſ. Iupiter tanq; princeps, ut a quo facta eſt denominatio, inuitabatur ad cœnam ſup. in lectulũ. i. ut cũ ſimulachro ſuo q; in lectulo erat ad epulum appoſitum, dignetur adeſſe in lectulo, & Iuno & Minerua. (Tres enim illi inter magnos deos habebantur) inuitabantur in cœnam in ſellas. i. ut deſcendant in ſellas. i. ſedes (nam ſella pro ſeda dicitur.) Quod genus ſeueritatis (ut. ſ. fœminæ, quæ maiores ſũt ad cubandum ſederent uiris cubantibus) ætas noſtra ſeruat diligentius in capitolio. i. in ſacrario ſummorum deorum, quale tunc erat in capitolio. quam in domibus ſuis. i. priuatis, uidelicet. i. uidere licet cur id faciat, qui pertinet magis ad rẽ. i. utilitatem contineri. i. conſtringi diſciplina dearum mulierũ Alii legunt diſciplinam, ut ſit diſciplinam dearum contineri. i. obſeruari magis quam mulierem. ❡ Quæ uno &c. Videt narrando ordinẽ rerũ reſpexiſſe. Nã primo nubent fœminæ deinde cum uiris cœnitant. tum ſi ita contingit, ut uiris ſuperſtites ſint, aut uiduuæ manent, aut ad ſecundas trãſeunt nuptias laudat autem eas quæ unis contentæ fuerint nuptiis q; ſi & religionis noſtræ principes ſic laudant, ut in iuueneulis poſtim ſecundas non damnent, melius enim eſt nubere quam Ordo eſt Vero pro ſed fœminæ ſup quæ fuerãt contentæ uno matrimonio, honorabantur. ideſt ad honorem coronabantur corona pudicitiæ. Enim pro quia maiores ſup. noſtri exiſtimabant. i. iudicabant eum animum præcipue matronæ eſſe incorruptum, ſyncera fide. i. propter ſynceram fidem, qui ſup. animus, neſciret egredi in publicum. i. nolit per ſecundas nuptias conſpectui mortalium expori, poſt cubile uirginitatis depoſitæ. i. poſtquam in primo matrimonio uirginitatẽ depoſuerãt, credentes experientiam multorum matrimoniorum eſſe ſignũ cuiuſdam intemperantiæ.

OLIVERIVS.

REpudium. Dicit hoc inſtitutum apud antiquos ſeruatum fuiſſe. Centeſimum & quinquageſimum annũ. A. G. diſſentit à Vale. li. iiii. c. iii. Dicit enim memoriæ traditum eſt quingentis fere annis poſt Romam conditam, nullas rei uxoriæ neq; actiones, neq; cautiões in urbe Romana, aut in latio fuiſſe, quoniam profecto non deſiderabantur nullis etiam tunc matrimoniis diuertentibus, Seruius quoq; Sulpitius in lib quem compoſuit de dotibus, tum primum cautiones rei uxoriæ neceſſarias uiſas eſſe ſcripſit, cum Spurius Carbilius, cui ruga cognomentum fuit, uir nobilis diuortiũ cũ uxore fecit qa liberi ex ea corporis uicio nõ gignerentur anno urbis conditæ quingenteſimo uigeſimo tertio. M. Attilio. P. Valerio conſulibus, atq; is Carbilius traditur uxorẽ, quam dimiſit, ægregie, cariſſimamq; moro eius gr̃a habuiſſe, & iuſiurandi religionẽ aio, atq; amori præuertiſſe, q; iurare à cenſoribus coactus erat, uxorem ſe liberorum habendorũ gratia habiturũ Alio loco dicit. idem Gellius hoc diuortium feciſſe de amicorum conſilio q; ſterilis eſſet Dionyſ Qđ aũt ait, hæc de mulieribus pulchre ſe habuerit, teſtis fuit diuturnita. conſtat. n intra qngentos uiginti annos nullum Romæ fuiſſe diuortium, centeſima & triceſima olympiade conſulibus M. Pomponio & C. Papirio, q; primus uxorem ſuam dimiſiſſe dr̃ Spuriũ Carbilius uir non obſcurus iurare coactus à cenſoribus liberorũ gr̃a ſe matrimonium colere, erat ãt eſ-

¶ De uſu uini mulieribus interdicto.

Vini vſus olim Romanis fœminis ignotus fuit: ne. ſ. in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à libero patre intemperantiæ gradus: ad inconceſſã venerem eſſe conſueuit. Cæterum ut non triſtis earum & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgẽtibus maritis & auro abundanti, & multa purpura uſæ ſunt: & quo formam ſuam concinniorem efficerent: ſumma cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc ſubſeſiores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: ſed pariter & uidere ſancte, & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.

coniunx ſterilis, quo tñ facto q̃ ꝗ̃ neceſſitatem populo iuſſus fuit. ¶ Sterilitatis cã. Vitio corporis, ꝙ uidelicet filios non cõciperet, Vocati. ſ. uiro, ꝗuis nonnulli diuortium fecerint, hoc tñ inſtitutum ſeruauere, ut matronarũ corpora, quæ in ius uocarentur, ab obſtetricibus non pertractarentur, ut pudicitiæ decus inuiolatũ maneret hoc autem fiebat, qñ mulier, q̃ ſterilis eſſe dicebatur, non ſua cauſa hoc fieri dicebat, & ideo adhibebãtur obſtetrices, quæ illius corpus pertractarent, ſed earum quæ in ius uocabantur non pertractabant. ¶ Inuiolata ſtole. Nolebant ne ueſtem quidem attingi mulieris in ius uocatæ, ut honor mulieris omnino ſeruaretur, & ſtole caſus nominatiuus eſt & græcẽ [illegible] hæc ſtole huius ſtoles, & proprie ueſtis muliebris ad talos uſque demiſſa.

ASCENSIVS.

Repudium. Locutus de fœminarum in matrimonio hõeſtate, affert & uirorum patientiam, qui multis annis libellum repudii dare ignorauerant dicens. Nullum repudium. i. nullum diſſidium nullaque ſeparatio per repuditionem alterius coniugum interceſſit, ideſt interuenit inter uxorem & uirum uſq; ad uigeſimum & quingenteſimum annum ab urbe condita duorum ordinem immutat, nam moris eſt prius uiros quam mulieres dicere, & poſt centum numerum minorem poſtponere. ¶ Verum alii textus habent centeſimum quinquageſimũ ¶ Autẽ pro ſed, Spurius Carbilius dimiſit primus uxorem cã ſterilitatis, quanquam uidebatur motus ratione tollerabili, tñ nõ caruit reprehenſione, quia maiores ſup arbitrantur ne quidem. i. non etiam liberorum cupiditate debuiſſe præponi fidei coniugali, qua ſcilicet indiſſolubilitas ꝓmittitur, ſed quo ideſt ut decus matronale. i. mulieris, quæ ut mater fiat, licet ſacta non ſit nupſerit, eſſet tutius munimento uerecundiæ non permiſerunt uocanti, ſcilicet uiro matronam, ideſt uxorem ſuam in ius, ideſt ad iudicem, ut dicta cauſa ſterilitatis legitime daret libellum repudii, attingere corpus eius, ideſt non ꝑmiſerũt experiri, an ſterilis eſſet, ut ipſa inuiolata tactu man⁹ alienæ relinqueretur ſtolæ. i. ueſti matronali. i. non priuatur ob repudium, aut potius ſic. ut ſtole, ideſt ueſtis matronalis relinqueretur inuiolata tactu manus alienæ.

THEOPHILVS.

Centeſimum, uigeſimum legẽdum uidetur, ex Dionyſio, Seruio Sulpitio, Gellioq;.

OLIVERIVS.

Vini uſus. Hõc inſtitutũ, quod apud maiores fuit non memoria ſolum uerumetiam laude uidet eſſe digniſſimum, quod mulieres Roma. ſine uſu uini fuerint, idq; Vale. ualde probat, ſicut & probandum eſt hoc autem ideo cenſuerunt, quia uidelicet ad inconceſſam libidinem ꝓximus ſit gradus, nam ubi uino calent mulieres, facile labuntur in libidinem, unde Teren. ſine Cerere & Baccho friget uenus, putabant ergo mulieres pudicas eſſe poſſe, ſi uino ſe abſtinerent & ſine dubio uinum eſt magnũ libidinis irritamentum, unde Aulus Ge. de noctibus atticis dicit non minori pœna affici conſueuiſſe mulieres, quæ uinum bibiſſe deprehẽderentur, quam ſi aut probrum, aut adulterio commiſiſſent, pœna autem capitalis erat. Dionyſi. quoq; libro primo Delinquens inquit uxor in aliquo iudice & magnitudinis pœne dominum ſortiebatur eum qui leſus erat. cognati namq; ſimul cum uiro de his iudicabant in quibus erat corporis corruptio de eo, ꝙ peccatorum omnium uĩ græcis minimum, ſi qua inuenta eſſet mulier uinum bibens, nam utraq; hæc mulctari morte cõceſſit Romu. Metel. quia uxore uinum bibiſſe depꝛehendit eam interemit. Romæ autem & in uniuerſo latio, uino quod priſca lingua temetum appellatur, mulieres abſtinebant, unde etiam abſtemiæ dictæ ſunt lauretam, paſſum murenã, pro uino bibebãt, cognati eorũ oſculũ afferebant, ut ſi uinum bibiſſent deprehendere poſſent. ¶ A libero patre intemperantiæ. Ex ebrietate proficiſcit libido. ¶ Libero. Baccho nam liber ille uĩ eſſe, qui uini aliquanto plus Liber
ſumpſerit q̃ neceſſe foret, utpote oĩa ſibi licere exiſtimans & unde
hinc liber nomen accepit. ¶ Comitatis genere, tẽperata eſſet Bacchus
indulgen. ſuauitatis, ſeueritas, & remiſſio duæ ſunt extremitates, comitas media eſt inter utranq; nam omnis uirtus ĩ medio duarum extremitatum poſita eſt ſeueritas eſt cum aliquis ne punctũ q dem à ueritate diſcedit, Remiſſio cum oĩa animi quadam oblectatione remittit, comitas utranq; temperat extremitatem, nam & ſi ſeueritas uirtus eſt, non tamen uſq; adeo ad calculum redigẽdi ſunt mores. ¶ Conciniorem Conuenientiorem, ſpecioſiorem, nec à cano deducitur, ut quidam exiſtimant, quod ſi eſſet, concinus penultimam breuem haberet, quæ longa eſt, ſed cinus erat potionis gen⁹, ꝙ è diuerſis rebus fieri ſolebat, q rerum uarietas. ſuauem potionem reddebat unde concinum dicitur conueniens, & congruũ, & concinare ſignificat facere Plautus, auceps priuſquam eſcam effundit cõcinauit aream. ¶ Capillos cinere rutilarunt. Hanc conſuetudinem & mulieres, noſtræ facile ſeruant, ut cinere calefacto rubicundos capillos reddant. ¶ Rutilarunt, Rubicundos reddiderunt nam rutilium dicimus rubicundum, fulgidum clarum coruſcum inde Rutilare. fulgere, rubicundum facere. ¶ Nonnulli enim occurrit tacitæ q̃ſtiõi, quia diceret aliquis, hõc uiros uxoribus non debuiſſe permittere, quæ fortaſſe his ornamentis, formoſiores factæ, amores aliorum in ſe elicere potuiſſent, & iuuenum animos ſollicitare, reſpondit ergo Valerius dicens, ideo conceſſiſſe uiros mulieribus hunc ornatum quia adulteros non metuebant. Tunc illis temporibus, cum pudori maximus honor habebatur. Subſeſſorum Inſidiatorum, ſubſeſſor proprie dicitur, qui delitescit ad alium occidendum per inſi- Subſeſſor.
dias, nam ſubſidere dicuntur qui uias obſident, ut per inſidias uiatores intercipiant. Virgil. ſubſedit adulter, unde hoc loco pro oppreſſoribus alieni thori accipitur, & eſt ſubſtantiuũ nomen ſubſeſſor, ſoris. Videre. & Hæc duo cuſtodiebantur mutuo pudore, & ut mulieres caſtæ uiderent adoleſcentes, & pariter caſtæ uiderentur ab ipſis.

ASCENSIVS.

Vini uſus. Quod ad conuictũ pertinet docet abſtemias fuiſſe matronas Romanus dicens uſus uini fuit olim ignotus fœminis Romanis. ſ. ne prolaberentur aliquod dedecus (q a ut dicit Naſo) Turpe iaceus mulier multo madefacta lyeo, ſed aliam cauſam affert, quam & diuus Hiero. ſic affert. Venter mero æſtuans facile deſpumat in libidinem, unde addit. Quiã proximus gra. intempe. conſueuit eſſe à libero patre. i. uino, ut ſit inuentor pro inuento, ad Venerem inconceſſam. i. ad coitum illicitum, ut in adulterio ſi Potæ enim mulieres, magis calent, & minus uerentur. Ceterum ut pudicitia earum eſſet non triſtis. & pro. i. horrida. i. inculta, & aſpera aſpectu, ſed eſſet temperata honeſto genere comitatis. i. ſuauitatis in maioribus ipſe fœmine Ro. uſe ſunt, & . i. ſimul auro abundante. i. ornatu ſeu mundo aureo frequẽti ut in anulis, & monilibus & multa purpura. i. purpureo indumento, & hoc maritis indulgentibus. i. ex indulgentia quadam ipſis ea cõcedentibus, aut ſuppeditantibus. Et quo. i. ut efficerent formam ſuam concinior rm. i. cõpoſitiorem, ipſæ fœmine rutilarunt. i. rutilos, ac rubicundos, effecerunt cum diligẽtia. i. accurate capillos ſup. ſuos cinere. ſ. calefacto aut ad lixium faciendum comparato. Id autem tunc ſine iactura pudicitiæ faciebant. Enim pro q a, nulli oculi ſubſeſſores, ideſt inſidiatores alienorum matrimoniorum metuebantur tunc ſed oculi cuſtodiebantur tunc pariter & uidere ſancte. i. corru ptione turpis deſyderii & aſpici mutuo pudore. i. ſeruata honeſtate tam in aſpicientibus quam in aſpectis.

THEOPHILVS.

Capil.

CApil. Ru. rutuli coloris ſtudioſæ mulieres antiquæ fuerunt unde Rutuliarum, cognomina traxerunt, ut Affranii teſtimonio docet Feſtus.

¶ De Sacello deæ Viriplacæ.

QVoties vero inter uirum, & vxorē aliquid iurgii interceſſerat, in Sacellum deæ Viriplacæ, quod eſt in palatio, veniebant: & ibi inuicem locuti, quæ noluerant, contentione animorum depoſita, concordes reuertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris aſſecuta fertur. veneráda quidem, & neſcio an præcipuis, & exquiſitis ſacrificiis colenda. vtpote quotidianæ, ac domeſticæ pacis cuſtos, in pari iugo charitatis ipſa ſui appellatiōe uirorum maieſtati debitum, ac fœminis reddens honorem. Huiuſmodi inter cōiuges verecundia, quid inter cæteras neceſſitudines nonne apparet conſentanea? nam ut minimo iudicio maximam uim eius ſignificem, aliquādiu nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum genero lauabatur. Manifeſtum igitur eſt tantum religionis ſanguini, & affinitati, quātum ipſis diis imortalibus tributum, quia inter iſta tam ſancta vincula, non magis, quam in aliquo ſacrato loco nudare ſe nefas eſſe credebatur. Conuiuium etiam ſolenne maiores inſtituerunt, idq; Chariſtia appellauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur: ut, ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis, tolleretur.

OLIVERIVS.

INuicem locuti, ut uerbi gratia, ſi dixiſſent, nō recte feciſti, qui me uerbo læſiſti, nec tu quidem quæ male reſpondiſti, ſed hoc tibi remitto uir inquit, & item ignoſco tibi ait uxor, & hoc modo placati inde diſcedebant. ¶ Quotridianæ, quia ſæpe accidere ſolet, ut inter uirū & uxorem aliquid oriatur, non ſatis ſincerum. ¶ In q; pari iugo. Cōiunctione, & pari copula uiri & uxoris, & bene pari, quia quantum uir uxori. tantum & uxor uiro debet. ¶ Sui appellatione, quæ partē uirorum, & partem continet fœminarum, nam in eo quod uirilem, i eo ꝙ uniuerſum nomen fœminini generis eſt, partem continet mulieris, habet igitur prolationem fœminini generis, ſed & maſculinum incluſum, Neceſſitudines, [Neceſſitudo.] Neceſſitudo dicitur coniunctio tam ſanguinis quam amicitiæ, plerūq; etiam neceſſitatem ſignificat. ¶ Conſentanea. Cōgrua conuenlens. ¶ Nam mi. Hoc, inquit exemplo maximo pōt eſſe iudicio, quāto in honore habita fuerit pudicitia. ¶ Minimo, quia res quamuis minima ſit, tamen uim maximam habet. ¶ Filio pub. filio adoleſcente, eſt enim puber, qui ad adultam ætatem peruenit, qua. xiiii. anno terminatur, à pub. i. corporis pudentia dictus, quod ea loca tunc primum lanuginē ducunt qui tunc puberes eſſe putabantur cum. xiiii. annum īpleuerint, quamuis alias nondum pubeſcant, tunc tñ ex habitu corporis pubertatem oñdunt & generare poſſunt, dicitur ēt pubis, unde eius compoſitum hic & hæc impubis Virg iupubis Iuli dixit pubes uero collectio iuuenum, hoc eſt iuuēius, ut ſtudioſa pubes ipſa quoq; ætas pubes dicitur, & pubertas pubes lanugo barbæ pars pudenda corporis. Cic. lib. officiorum i. c. de uerecundia. Quid inquit more noſtro uenuſtius cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generis, præſertim natura ipſa magiſtra. ¶ Nudare, deponere ueſtimenta, quibus depoſitis, quodammodo pudorem deponebant, ſicut ſcri. Heſio mulier ſimul eum ueſte pudorem exuit. ¶ Sanguini, ad id refertur qui dixit pater cum filio non lauabantur. ¶ Affinitati, ad id quod gener cum ſocero. ¶ Conuiuium etiam ſolenne Triplex eſt conuiuium, ſcilicet philoſophicum cui tantum philoſophi & ſapientes interſunt, de ſcientiis diſputantes, alterum politicum. i. ciuile q̄ fit à ciuibus, & ad hoc inuitantur affines, & cognati, fit autem maxime in feſtis ſolēnibus, utputa in feſtis natiuitatis, & ſimilibus Tertium uulgare appellatur, quod uulgaribus fit. ſed de politico loquitur hoc loco quot autem debeant eſſe conuiuæ. A. Gelius declarat lib. xiiii. c. x. Solenne à ſolo, & anno dicitur ſolennis q̄d ſemel in anno celebrari conſueuerit, ſæpe etiam pro ſingulari accipitur. ¶ Chariſtiam, gratificationem à græco deducitur nam gratifico ſignificat ¶ Interponebatur, nemini intereſſe licebat. ¶ Neceſſarias, neceſſitudine coniunctas, nam illos neceſſitate coniunctos dicimus qui uel amicitia, uel propinquitate, uel affinitate copulati ſunt ¶ Sacra menſæ i. epulas, nam omnia, quæ menſis apponuntur, ſacrata putabantur quia ex his antequam ueſcerentur, primitias ſemper deo offerebant. ¶ Fautoribus. ſ. cognatis, & affinibus, & quia erant inter ſe ſanguine coniuncti, ideo lauebant potius cocordiæ.

ASCENSIVS.

QVoties &c. Affert aliud inſtitutum maiorum circa uiri placam deam in cuius ſacellum, conuenientes coniuges poſt diſſidium reconciliabātur, ſed quia à placando uiro dea nomen ſortiebatur licet uiri ſe placabiles exhibebant, tñ eoꝝ maieſtas ſeruabatur, & muliebris honor non imminuebatur, honeſtū. n. eſt uxori uirum placare. Ordo eſt. Vero. i. ſed quoties aliquid iurgii interceſſerat inter uirum & uxorem, ipſi ueniebant in ſacellū. i. paruū templū deæ uiriplacæ quod eſt in palatio i. uico illo antiquiſſimo Romæ quē euāder coluiſſe dr, & ipſi locuti ibi Inuicem i ultro, citroq;, quæ uoluerunt, hoc eſt declarantes cām iurgii, aut iniuriæ alteri illatæ, & q̄uo læſus, aut læſa uelit placari, ipſi reuertebātur. ſ. domum concordes, & hoc contentione aiorū depoſita. Dea fertur aſſecuta. i. obtinuiſſe hoc nomen. ſ. uiriplacæ, à uiris placandis. i. pacatis faciēdis (& ita penul. eſt longa, quæ à placeo eſſet breuis) Quidē i. certe ueneráda ſup. eſt ea dea, & neſcio an colenda ſup. ſit, ſacrificiis p̄cipuis, & exquiſitis, utpote cuſtos. i. conſeruatrix pacis quotidianæ, ac domeſticæ, in pari. i. conſimili iugo charitatis. i. dilectionis reddens ipſa appellatione ſui. i. ipſo noīe, quo appellata eſt, maieſtati uirorum, ac fœminis debitum honorem quia licet uiri ſummiſſius in ꝰ agabant quod ad mulieres petitionem in ſacellum deſcendebant & forte magis placari cupiebant quã mulieres placare, quinetiam ſæpe uiri non placabātur, ſed placabant læſas coniuges, tñ q̃a à uiris placandis dea nomē ſortita erat, ſexui maieſtas ſeruabatur. ¶ Hmōi &c. docet ex antiquo inſtituto uerecundiam q̃ inter coniuges ſuperiori exemplo comprobauit, cæteras quoq; neceſſitudines dicere, ut parētum erga liberos dicens. Hmōi. uerecundia inter coniuges, quid ſup facit inter cæteras neceſſitudines. i. neceſſarias coniunctiones, ut ſunt ſanguinis, & legum, nonne apparet conſentanea ſup rōni, hoc eſt congrua, & decens. q. d. maxime. Nam ut ego ſignificem notificem, & declarem, maximam uim. i. ptātem eius. ſ. uerecundiæ inter neceſſarios cæteros iudicio minimo. (Eſt autem honeſta anthitheſis maximam, & minimo) nec pater lauabatur aliquandiu cum filio pubere. i. pubeſcente nec ſocer. i. maritus uxoris lauabatur cum genero, ne uidelicet aſpectu turpītudinem maxime inceſtam prouocarentur. Igitur quia hoc cauebant manifeſtum eſt tantum religionis. i. caſti timoris & obſeruantiæ tributū ſup eſſe, ſanguini ꝑ patrem & filios & affinitati ꝑ ſocerum & generum, quantum ipſis diis īmortalibus. Quia credebatur eſſe nephas ſe nudare inter iſta ſctā uincula. i. neceſſitates dictas, non magis (legendum puto magis, aut maius ſine negatione) aut nō minus quam in aliquo loco ſacro. Conuiuium &c. Affert aliud inſtitutum inter neceſſarios quod ad concordiam conciliandam maxime pertinebat dicens. Maiores. ideſt ſuperiores Romani, inſtituerunt etiam conuiuium. i epulum ſolenne, & appellauerunt id chariſtiam i. gratificationem, cui. ſ. conuiuio nemo interponebatur præter cognatos, & affines. Vt ſi qua querela eſſet orta inter perſonas neceſſarias i. cōnſanguinitate, aut affinitate coniunctas, ſup. ea tolleretur. ideſt amoueretur, aut aboleretur apd ſacra. i. ſacras cerimonias menſæ, & inter hilaritatem menſæ, & hoc fautoribus concordiæ adhibitis. Quia aderant ſemꝑ fautores concordiæ, ad quos lis referebatur.

OLIVERIVS.

SEnectuti, ita, inquit, adoleſcentes in honorem habuere ſenes ut communes adoleſcentibus patres eſſe uideren

❡ De honore impenſo ſenibus à iuuenibus.

SEnectuti iuuentus ita cumulatum, & circũſpectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adoleſcẽtium communes patres eſſent. Quo circa iuuenes, Senat⁹ die, utiq; aliquem ex patribus C. aut propinquum, aut paternum ad curiam deducebant, affixiq; ualuis expectabant, donec reducendi officio etiam fungerentur, quam quidem voluntaria ſtatione & corpora, & animos ad publica officia ſuſtinenda impigre roborabant breuiq; proceſſu morarum claram in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatiõe ipſi doctores erant. Inuitati ad cœnam, diligenter quærebant. quinam ei conuiuio eſſet interfuturi. ne ſenioris aduentum diſcubitu præcurrerent, ſublataq; menſa priores conſurgere, & abire patiebantur: è quibus apparet cœnæ quoq; tempore quam parco: & quam modeſto ſermone his præſentibus ſoliti ſint uti.

❡ De maioribus dantibus exemplum virtutis iuuenibus.

MAiores natu in cõuiuiis ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comp̄henſa pangebant, quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quid hoc ſplendidius? quid etiam utilius certamine? pubertas canis ſuum honorem reddebat, defuncta virium curſu ætas ingrediẽtes actuoſam vitam fauoris nutrimentis proſequebatur. Quas Athenas? quam ſcolam? quæ alienigena ſtudia huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim, Inde oriebantur Camilli, Scipiões, Fabricii, Marcelli, Fabii: ac ne, ſingula imperii noſtri lumina ſimul percurrendo, ſim longior, inde (inquam) cæli clariſſima pars diui fulſerunt Cæſares. adeo autem magna charitate patriæ tenebantur ut arcana cõſilia patrũ C. multis ſeculis nemo Senator enũciauerit. Quintus Fabius maximus tãtummodo, & is ipſe imprudentiam de tertio Punico bello in dicendo, quod ſecreto in curia erat actũ. Publio Craſſo rus petens, domum reuertenti in itinere narrauit, memor eum triẽnio ante queſtorem factum, ignaruſq; nondum à Cenſoribus in ordinẽ ſenatorum electum. quo vno modo etiam iis, q iam honores geſſerant, aditus in curiam dabatur ſed quãuis honeſtus error Fabii eſſet, uehementer tamen à COSS. obiurgatus eſt. Nunquam enim taciturnitatem optimum, ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum uinculum, labeſactari volebant.

Senectuti habitus honos.

tur nam, ut inquit Gellius, nulli rei maior honos tribui quã ætati ſolitus, Maioreſq; natu à minoribus colebãtur ad deũ prope & parentũ uicem, atq; omni in loco, omniq; ſpecie honores priores potioreſq; habiti ſunt, à conuiuio quoq;, ut ſcriptum eſt antiquitatibus, ſeniores à minoribus domũ reducebantur, eumq; morem accepiſſe Ro. à lacædemoniis traditum eſt apũd quos Lygurgi legibus maior omnium rerum honos maiori ætati habebatur, ſed poſtquam Soboles ciuitati neceſſaria uiſa ẽ, & ad prolem populi frequentandam præmiis, atq; inuitamentis uſus fuerit. tunc ante lati quibuſdam in rebus, qui uxorem qui liberos haberent, ſenioribus, neq; liberos, neq; uxores habentibus ſicuti capite legis Iuliæ priori & conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit non qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos quam collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit, ſed ſi ꝑ utriq; numerus liberorum eſt, maritus, aut qui in numero maritorum eſt præfertur, ſi uero ambo mariti & patres totidem liberorum ſunt tum ille priſtinus honos inſtauratur, qui maior natu eſt prior faſces ſumit. Super his autem qui & cælibes ambo ſunt aut parem numerũ filiorum habent, aut mariti ſunt & filios nõ habẽt, nihil ſcriptum in lege de ea re eſt ſolitos tñ audio qui lege potiores eſſẽt faſces primi mẽſis collegis concedere, aut longe ætate prioribus nobilioribus multo aut ſecundum conſulatum ineuntibus. ❡ Cumulatum. Plenum, perfectum, ãplum. ❡ Circunſpectum. Honorabilem quod omni ex parte diligenter obſeruarẽt, Quo circa iuuenes. Quo ſenatus hẽretur, uidelicet ſeniores cum curiam congregabantur. ❡ Patribus com. multi ſunt, qui exiſtimant omnes ſenatores ab initio conſtitutæ curiæ patres cõſcriptos fuiſſe appellatos, qđ omnes uno tẽpore ſimul ſcripti eſſent, ſed uehementer fallũtur, nã ut tradit Liui. Romu. ab initio curiam inſtituit, & cẽtum delegit ſenatores, ſiue ꝙ numerus ille ſufficere uidebatur, ſiue quod plures nõ erãt qui delegi poſſent, deinde cũ imperium Ro. auctũ eſſet, & opus eſſet pluribus conſulantibus, alii centum additi ſunt, regnante tarquinio priſco qui ſuperioribus additi ſunt appellari conſcripti. i. cum aliis ſcripti, deinde procedente tp̃e oẽs conſcripti fuere appellati, pr̃es ãt dicti, ꝙ non ſecus pr̃iæ curam hẽbant q̃ pr̃es filiis hñt. ſenatores uero à ſenectute. ❡ Affixi. oñdit diligentẽ curã adoleſcentũ, ut nec punctũ q̃dẽ horæ à ualuis diſcederent affixi ergo inhærentes. ❡ In ſtatione appellat expectationem illam quandam ſtationem, nam ſtationes loca ſunt ante fores caſtrorum, ubi ſtare cuſtodes caſtrorum conſueuerunt, & à ſtando dictæ ſunt ſtationes q̃q̃ & ipſi cuſtodes ſtationes ſæpe uocãtur. Statio quoq; ubi ad tp̃s ſtant naues portus eſt ubi hiemant in motus ab acceſſu uentorum, uoluntaria autem dicit ad differentiam ſtationis caſtrorum, nam forte excipiebantur qui cuſtodias facerent, & ſicut illa fortuita. ſ. ſortem, ita hæc uoluptaria ſtatio erat. ❡ Corpora. Ad ſuſtinendos labores. ❡ Alios, Ad perſeuerantiam. ❡ Impigre, prompte. ſtrenue. ❡ In lu. in manifeſtatione Exercitatione nam græci dicunt, μελετῶ quod nos meditor. inde μελέτη meditatio quando adoleſcẽtes principium alicuius actionis ineũt, antequã ad rem ipſam tractandam ueniant, non nihil ingenium ſuũ & uires exercebant, & appellatur meditatio. i. exercitatio. ut cum iuuenes in campo Martio exercebantur equum aſcẽdere, iaculum mittere curſu, paleſtra contendere, & hæc quædam præludia dicebantur. id ẽ meditationes. ❡ In lu. cum. tẽpus eſſet, in quo uirtutes ſuas oſtẽtare poſſent. ❡ Ipſi do. q̃a magno in honore ſenes hẽbãtur, & ea proſequebantur, q̃ ad maieſtatem eorum ueneranda pertinebant, doctores efficiebantur. ❡ Inuitati ad hoc quoq; inſtitutum ſeruabatur, ut ſi ad cœnam inuitati fuiſſẽt, uel à propinquis, uel à ſodalibus priuſquam diſcumberent diligenter ſciſcitarentur, qui nã eſſent uenturi ad cœnam, ne diſcumbendi offõ ſenem quẽpiam peruenirent. ❡ Ne ſe. ne ãtequam ſeniores ueniſſent, & ſuo quiſq; loco diſcubuiſſent, eos diſcubitum præuenirẽt, ꝙ eis non mediocri uitio aſcribi intelligebatur. Menſa. ſ. ſecunda, nam duabus menſis tantũ maiores utebãtur, una carni ſ altera pomorum. Virg. & mẽſæ gratæ ſecũdæ. ❡ Priores. Noſtris temporibus contrarium eſt, nam iuniores priores ſurgunt. ❡ Ex quibus, Ex hac diligentia apparet quam moderati fuerint in ſermone.

Meditatio.

Menſæ duæ

ASCENSIVS.

SEnectuti &c. Addit honeſtatem inſtituti circa obſeruãtiam ſeniorum dicẽs ❡ Iuuentus. i. multitudo iuuenum, reddebat ſenectuti i. ſenioribus, honorem ita cumulatum. ideſt auctum, & circũſpectum. ideſt accurate proſpectum, tanquam maiores natu ideſt ſeniores eſſẽt cões patres adoleſcentum, quocirca. ideſt quapropter iuuenes ducebant ideſt honorifice comitabantur ad curiam aliquem ex patribus conſcriptis, aut propinquum ſcilicet conſanguinitate, aut amicum paternum utiq;, ideſt certe ſi non ſemper ſaltem, die ſenatus, ideſt quo congregati erant ſeniores, & ipſi affixi. i. firmiter adherentes ualuis ſcilicet curiæ in qua tenebatur ſenatus expectabant, donec fungerentur etiam. ideſt præter officium in curiam ducendi, quo iam perfuncti erant, officio reducendi, ſcilicet domum. qua quidem ſtatione uoluntaria. i. ſpontanea ipſi iuuenes corroborabant, id eſt confirmabant, & corpora, & animos, ad officia publica ſuſtinenda impigre, id eſt ſtrenue,

nue, & ipſi, ſcilicet iuuenes, erant uerecunda meditatione.i. exercitatione laboris, in aperta.i. manifeſta luce, ideſt manifeſtatione uirtutum ſuarum doctores.ſ.aliorum, quia ſæpe plus opera docent ꝙ uerba & hoc breui ſucceſſu morarũ.i. dilationum temporũ. Deinde aſſerens aliud exemplũ de honeſto iuuenum inſtituto dicit, Iuuenes ſup. inuitati ad cœnam quærebant, ideſt inquirebant diligenter, qui nam eſſent interfuturi et conuiuio, ideſt ad quod inuitati erant ne præcurrerent diſcubitu, ideſt diſcumbendo aduētum ſenioris, & iuuenes mēſa ſcilicet ſecunda, hoc eſt appoſitione ſecundorum ferculorum, ſublata, ideſt depoſita, hoc eſt poſtquam erat ablata patiebantur ſeniores ſup. conſurgere, & abire priores quia honeſtatis gratia tenebant illi ſocietatem, donec illic placebat, nũc autem peracto conuiuio honeſtatis eſt, ante ſeniores ſurgere. Ex quibus, ſcilicet rebus apparet, quoq;, ſcilicet etiam, ꝙ ideſt quantum parco, & ꝙ ideſt quantum modeſto ſermone iuuenes ſoliti ſint uti tempore cœnæ his, ſcilicet ſenioribus preſentibus, quia per argumentum à minori, ſi non auſi ſint ſurgere ante ſeniores, multo minus loqui.

OLIVERIVS.

MAiores natu. diligentes quidem erant iuuenes in uenerandis ſenibus at non minus in ſormandis ad capeſſendas uirtutes iuuenibus ſtudioſi, diligenteſq; ſenes erant, idq; exempla uirorum illuſtrium præteritorum, & eorum clariſſima geſta declarant. ¶ At ti. ubi erant tibicines, qui
Tibicẽ i epulis. canebant præclarorum uirorum res geſtas. Cato in originibus dicit ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum uirorum uirtutibus, Idem Tullius lib. I. tuſculanarum quæſtionum. Sero igitur poetæ noſtris, uel agiti, uel recepti, ꝙꝙ eſt in originibus, ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus. Item eodem lib. q. iiii. nam cum carminibus ſoliti illi eſſe dicantur & præcepta quædam ꝙ occulous traderet, & mētes ſuas à cognitionũ intentione catu, fidibuſq; ad tranquillitatem traducere grauiſſimus auctor in originibus dixit Cato. morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum uirorum laudes, atq; uirtutes carmine comprehenſa, quæ carminibus celebrata erant.

¶ Pangebant. Canebant. ¶ Alacriorem. Promptiorem æmulationem, quaſi quandam inflammati animi adhortatione. ¶ Quid hoc. Commendat hanc maiorũ conſuetudinem. ¶ Pubertas adoleſcenti, apuber etiam dicitur ille, qui primam barbæ lanuginem mittere cœpit græci. Iulo appellant. Vnde Iulus dictus eſt Aſcanius. Canis ſenioribus, & iuuenes ſeniores obſeruabant ut ſenes uiciſſim iuuenes ad honores prouehebant. ¶ Defuncta aliter effecta, ideſt uiribus exhauſta. ¶ Ingredientes, qui ingrederentur uitam agendis rebus occupatam, & ubi opus aliquid agendum erat. ¶ Vitam ac in qua remp. adminiſtrare & honores gerere cœpiſſent. ¶ Athenas, quia conſtat athenas urbem fuiſſe nobilem, ex qua artis diſciplina
Schola manauit ad noſtram. ¶ Quam ſcholam ſcilicet philoſophorum qui præceptis uitam humanam inſtituunt, & ſcribitur ſchola per aſpirationem teſte Feſto. nam σχαλω, ideſt uaco deducitur, quia cæteris rebus, omiſſis ſtudiis liberalibus uacare pueri debent. ¶ Quæ alienigena ſtudia, Notanda conſtructio, cũ dixeris alienigena, quaſi declinetur alienigen⁹ na. num. quod antiquorum fuit, nunc tantum hic & hæc alienigena. ¶ Inde oriebantur, ꝙ ita ſit res ipſa declarat, ab hac enim uiri præſtantiſſimi nati ſunt, qui imperium peperere Ro. ¶ Camilli. Similes camillo, & cæteris. ¶ Ne ſim longior, ſcilicet in dicendo quaſi dicat ut uno concludam uerbo. ¶ Adeo autem magna ꝙ amantiſſimi reipub. fuerint Ro. ex hoc inſtituto deprehenditur, ꝙ quæ in ſenatu decreta fuiſſent arcana tenebantur.

¶ Arcana ſecreta, componitur ab arca, nam ſicut quæ reponũ
Arcana tur in arca, ſecreta ſunt ita arcana conſilia dicimus quæ in pectore ueluti arca concluduntur. ¶ Tertio. p. b. ſæpius agitatũ eſt de tertio punico bello, tertio dixit, quia fuit primum, & ſecundum primum, quod confecit C. Lutatius, in quo M. A. Regulus captus fuit, & graui ſupplicio affectus, ſecundũ, cui finem impoſuit Scipio aphricanus ſuperior, tertium P. Scipio Aphricanus inferior confecit, conſtat ſæpius agitatam fuiſſe hanc rem in ſenatu, quia duo præſtantiſſimi uiri inter ſe diſſentiebant Cato, ſcilicet & P. Scipio naſica, nam Cato ſentiebat bellum inferendum, & ſuccedente uictoria euertendam eſſe carthaginem, quæ ſæpe fœdera frangeret, totienſq; rebellaret. At Scipio contra relinquēdam eſſe ut bellum illud exercitatio quædam foret iuuentuti Romæ. quæ belliis aſſueta, ocioſa eſſe nullo modo poſſet. ¶ Verebatur enim id futurum, quod euenit, ne ſubacta carthagine, debellatiſque exteris gentibus, cum deeſſent hoſtes, in ſeipſos arma conuerterent, tamen ſecundum Marci Cato ſententiam factum eſt ſenatuſconſultum, ut bellum carthaginienſibus inferretur, & ſubacta carthago euerteretur. Cicero in Catone maiore, ubi Catonem inducit de ſe loquentem, ego inquit, quum Carthagini iam diu malo cogitanti bellum ſit inferendum, multo antea denunciaui, de qua uereri non deſinam, antequam illam exciſam cognouero. ¶ Memor. Dicit quare per imprudenciam hoc fecerit Fabius credebat enim hunc in numerum ſenatorum electum, quia meminerat triennio ante fuiſſe quæſtorem, & poſt quæſturam patebat aditus ad ordinem ſenatorium. ¶ Aditus in, ut & ipſi ſenatores curiam ingredi poſſent ¶ Honeſtus, quia ſe legitime excuſabat, ꝙ crederet illum ſenatorem eſſe. ¶ Obiurgatus, increpitus iurgium inter amicos, lis eſt inter inimicos. ¶ Optimum atque, recte dicit, nam cum aliquid conſilii capitur de gerenda republica & preſertim cum de bello agitur, feliciter euenire ſolet, ſi occultum fuerit. Adminiſtrandarum. ¶ Quia ea taciturnitas eſt, quæ facit, ut res optimæ gerantur. ¶ Labefactari. Corrumpi.

ASCENSIVS.

MAiores &c. Recitat inſtitutum maiorum circa exempla recitanda minoribus dicens. Maiores natu. ideſt ſeniores, pangebant, ideſt pſallebant in conuiuiis ad tibias, egregia opera ſuperiorum, ideſt anteceſſorum, comprehenſa carmine, ideſt uerſu poetico, quo, ideſt ideo ut redderent, ideſt reficerent, iuuentutem, ideſt multitudinem iuuenum, alaciorem ad imitanda ea, ſcilicet egregia opera ſuperiorum, ideſt ſuperioris temporis. Quid hoc. affert inſtitutũ de mutuo certamine maiorum, & minorum inter ſe, ex quo tot egregios imperatores Rome natos aſſerit dicens. ¶ Quid ſup. eſt ſplendidius, quid etiam ſup. eſt utilius hoc certamine.i. concertatione honeſtate uitæ maiorum, & minorum inter ſe quaſi dicat nihil quia pubertas, ideſt puberum cœtus, reddebat, ideſt exhibebat canis, ideſt caneſcentibus, hoc eſt ſenioribus ſuum, ideſt debitum honorem, & ætas defuncta curſu uirium, ideſt, quæ expleuit curſum, ſeu exercitum uirium corporalium (quia ut dicit in officiis Cice. Senibus deminuendi ſunt labores corporis) proſequebatur nutrimentis fauoris, ingredientes uitam actuoſam, hoc eſt adoleſcentes. Quas athenas, ideſt quæ gymnaſia literaria athenien. ſimilia, & quam ſcholam, & quæ ſtudia alienigene prætulerim, ideſt preferre debuerim huic diſciplinæ domeſticæ quaſi dicat nullas, nullam & nulla. ¶ Quia Camilli. Scipio Fabricii Marcelli. Fabii oriebantur inde, ideſt ex domeſtica illa diſciplina, ac ne ego percurrendo ſimul ſingula lumina noſtri, ideſt Romani imperii, ſim longior, ideſt prolixior inꝗ, ideſt dico ꝙ diui Cæſ. ut Iulius Augu. & Tyb. Cæ. appoſitoꝛ clariſſima pars, ideſt qui Cæla. ſunt clariſſima pars cœli, in eorum qui cœlos tranſlati putantur, fulſerunt, inde, ideſt ex ea domeſtica diſciplina. ¶ Adeo autem &c. Recitat aliud inſtitutum de celandis arcanis curiæ amore patriæ, ne quid ex reuelatione detrimenti pateretur dicens. Maiores ſupple noſtri tenebantur adeo magna charitate patriæ, ut nemo ſenator enuntiauerit multis ſæculis, conſilia patrum conſcriptorum, ideſt conſiliariorum ſenatus, Quintus Fabius. M. tantummodo, ideſt ſolummodo, & is ipſe qui ſolus id fecerat, narrauit per imprudentiam publio Craſ. quod factum erat in curia ſecreto de tertio bello punico, ideſt Carthaginien indicendo, ideſt denunciando narrauit dico in itinere, petens rus, craſſo reuertenti domum, memor eum, ſcilicet P. Craſſum factum ſupp. fuiſſe, quæſtorem triennio ante, ſcilicet ꝙ illi ſecretum illud cõmunicarat, & ignarus eum nondum electum à cenſoribus in ordinem ſenatorium, quo uno, ideſt ſolo modo, ſcilicet per electionē cenſorum, aditus dabatur in curiam ét iis, qui geſſerant iam honores.i. alios magiſtratus. Sed ꝗuis error fabii eſſet honeſtus, tamen ipſe obiurgatus eſt uehementer à conſulibus. Enim pro quia, ipſi conſules, & cæteri maiores nunꝗ uolebant taciturnitatem, appoſitoriæ optimum, ac tutiſſimum uinculum rerum adminiſtrandarum labefactari, ideſt corrumpi, & debilitari, aut infringi.

ſummopere laudari, hoc ideò dicit, quia ruſticitatem quandā ſibi obiiciebant, q̃ à literis ſe abſtinuiſſet, quia minime idoneus eſſet eiuſmodi humanitatis ſtudiis, ſed hic laudandus ē, q̃ ſe militaribus ſtudiis exercuerit, ſicut Saluſt. uoluit, dicit .n. mario ad capiendū conſulatum præter familiæ uetuſtatem, omnia abunda erant, induſtria, probitas, militiæ magna ſciētia, & reliqua, Paulo infra dicit ubi primum ætas militiæ patiens fuit, ſtipendiis faciēdis nō græca facundia, neq; urbanis munditiis ſeſe exercuit, item in oratione ad populū, nō ego, inquit, græcas literas didici, q̃m parū placebat eas diſcere, q̃ ad uirtutē doctoribus nihil proficerent. ¶ Rigoris. Duritiæ, q̄a durus ad ſtudia literarum fuit. Cice. p̄ Archia poeta, & ipſi illi Caio Mario, qui durior ad hec ſtudia uidebatur, iocundus fuit. ¶ Gemina laurea. Quia triumphantes coronati albinis equis iunctis capitolium præcedentibus captiuis & ſubſeq̄nte exercitu, & uniuerſo ferme populo uehebātur. ¶ Numidicis. Nam in Numidia Iugurtham uicit, & prouinciam illam Ro. ſubegit iperio. Germanicis. Quia Gallos, Teutōas, Senones, Cibros, & Tugurinos, qui inundatione, aquarū patria pulſi, cum in Italiam diſcendiſſent, cum liberis, & coniugibus eo animo ut aut nouas ſedes impetrarent, aut pulſis Ro. ipſi regnarent, is uirtute ſua fudit, atque deleuit. Teutōas priores aggreſſus apud ſextias aq̄s ſub ipſis alpium radicibus, Cibros deinde in italia inter Veronam, & Tridentū in cāpo quē canidiū uocant, ſiue ſauidiū. Pli. de uiris illuſtribus. C. Marius inquit, ſepties cōſul, arpinas, loco humili natus primis honoribus p ordinē functus, legatus, Metello in numidia criminando cōſulatū adeptus, Iugurtham captū ante currum egit, in primum annum cōſul ultro factus Cibros in Gallia apud aquas ſextias Teutonas, in Italia in cāpo ſauidio uicit, de hiſq; triūphauit, de hoc germanico triūpho latius dicemus in ca. de pudicitia ¶ Credo. Supple hoc feciſti. ¶ Alienigena exercitatione, utpote græca quaſi alterius ingenii. apud Plut. illud de mario legitur ſolitum dicere ridiculū eſſe illorū diſcere literas, quorū magiſtri ſeruirent. ¶ Quis ergo? Quærit, & deinde r̄ndet, quis nā fuerit ille author, q̄ primus auſus fuerit græcā linguā introducere in curiā Ro. q̄ adeo celebris eſt, ut aures ſenatus græca facundia obtūdantur. ¶ Quis ergo q̄ſiquidem ita ſeruabant dignitatē ſuam Ro. ut nemo in ea curia, niſi latine loqui poſſet. ¶ Exurdantur, obtunduntur uſq; adeo nunc
Exurda oēs græce loquuntur ut quodāmodo obtundantur aures cū nihil græce loqui audiāt. ¶ Molo. Molo appollonius rhodius fuit apud quē eloquentiæ ſtuduiſſe. Ci. conſtat. ¶ Rhetor. inter rhetorem & oratorem hoc intereſt, q̃ rhetor eſt artis profeſſor, ideſt qui de arte præcepta tradit, orator qui ex arte dicit. ¶ Quem honorem, nec id quidem immerito conceſſum eſt. Moloni, nam ipſe auxerat Cicero ingenium, in quo Roma. florebat eloquentia. ¶ Conſpicuæ fel. Dicit inuenire ſe Arpinatem ſummæ felicitatis fuiſſe, ſiue illum contemptorem literarum dixeris, ſiue amatorem, nam uterq; de municipio arpinati fuerant Cice. ſcilicet & C. Mari. ¶ Glorioſiſſimum. c. ſ. marium. ¶ Abundantiſſimum fon. Cice. Arpinatum refertur ad utrunq;, nam arpinas eſt oomen patrium, & ſignificat da oppido arpinati.

ASCENSIVS.

QVapropter, &c. Commendat ſeueritatem licet ſubruſticanam Caii Marii per apoſtrophē ad ipſum dicens. Quapropter. i. propter q̃ cauſam iam dictam, O Cai Mari, tu nō es dānandus crimine rigoris ruſtici qui uictor ſup. iā exiſtens, noluiſti ſenectutem tuam coronatam gemina laurea, & illuſtrem trophæis numidicis ob deuictum Iugurtham. ¶ Et germanicis, ob deuictos Cimbros, & Theutonas, fieri politiorem facundia gentis deuictæ, ideſt qui alienigena lingua uti noluiſti, credo ne exiſteres, ideſt euaderes ſeruus transfuga, ideſt deſertor patrii ritus, exercitatiōe alienigena, ideſt externa ingenii ſ. tui, ideſt ne te exercendo in linguis alienis ritus quoq; alienos imbiberes. quis ergo. Subinfert ſpecialem audientiam factam moloni Rhodio præceptori .M. Tulii in rhetorica, & cum uterq; tam marius q̃ Cicero eſſet arpinas, addit utrunq; fuiſſe feliciſſimum, Marium in contemnenda eloquentia, Ciceronem in ſectanda. Ordo ē. Ergo ſi latine loqui omnes oratores cogebantur, & Marius laudatur, q̃ alienas linguas diſcere nolebat, quis patefecit ianuam, ideſt quis aditum fecit, huic ideſt noſtri temporis conſuetudini, qua aures curie, ideſt ſenatorum in curia exurdātur, ideſt obtunduntur nunc actionibus græcis, reſpondet ut opinor. ¶ Molo rhetor. ſ. Rhodius q acuit ſtudia Marci Cic. Nāq; conſtat eum. ſ. molonem auditum in ſenatu abſq; interprete ante omnes, ſcilicet alios oratores gentium exterarum. Quē honorem ipſe cepit, ideſt accepit non imperio, quoniā adiuuerat ſummā uim eloquentiæ Romanæ, q̄ erat in Cice. Arpinas. i. natus arpini, ſiue illinc oriūdus, ſup. eſt dicendus felicitatis conſpicuæ. i. claræ, ſiue uelis. i. quis uelit intueri ſiue glorioſiſſimum contēptorem literarū ut. C. Marium unicū. i. ſingularē in ea re, ſiue fontem abundantiſſimū. ſ. literarū, & præſertī eloquentiæ, unicū. i. ēt ſingularem, uidelicet Marcum Cice. uterq; enim (ut dixi) arpinas fuit.

¶ De more, quem maiores obſeruabant in vrbe.

MAxima autem diligētia maiores hunc morē retinuerūt: nequis ſe inter Coſ. & proximum lictorem: quamuis officii cauſa vna progrederet̃, interponeret. filio dumtaxat & ei puero ante patrē COS. ambulandi ius erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus eſt, vt Q. Fabius maximus quinquies COS. vir etiam pridem ſummæ authoritatis: & tunc vltimæ ſenectutis à filio COS. inuitatus: vt inter ſe, & lictorem procederet: ne hoſtiū ſamnitum turba, ad quorum colloquium deſcendebant: elideretur: id facere noluerit. Idem à ſenatu legatus miſſus ad filium COS. Sueſſam: poſtquā animaduertit eum, ad officium ſuum extra mœnia oppidi proceſſiſſe: indignatus quoq; quod ex lictoribus nemo ſe equo deſcendere iuſſiſſet: plenus iræ ſedere perſeuerauit: q̃ cum filius ſenſiſſet proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit. cuius voci Fabius continuo obſecutus, non ego, inquit, fili ſummum imperium tuum contempſi: ſed experiri volui: an ſcires COS. agere. nec ignoro quid patriæ venerationi debeatur: verum publica inſtituta à priuata pietate potiora iudico.

OLIVERIVS.

MAxima aūt. Semper conſules Pomp. xxiiii. lictores p̄cedebant, & ſecures uirgarum faſciculis alligatas geſtabant, q faſces diſcebantur. ¶ Filio. ſ. conſulis & hoc Principū filii ſeruant tēpe noſtro. ¶ Ius poteſtas. Fabius maxi. in ſamnitibus bene ſignauit. ¶ Pridem, priori ætate, cōmendat Fabiū à multis partibus, à potentia eum dicit maximus, dignitate cum dicit quinquies cooſul, ab authoritate dum dicit, uir ſummæ auctoritatis, ab ætate dum dicit, ultimæ ſenectutis. ¶ Id no. Ne à maiorum conſuetudine diſcederet. ¶ Deſcendere ſcilicet ad conditiones pacis componendas, cæſis, ſcilicet ſamnitibus. ¶ Idem ſe, inter cætera maiorum inſtituta, illud quoq; memoratu dignum eſt, & neminem uoluere ad conſulem equo inſidentem uenire, ſed honoris gratia anteq̃ conſuli appropinquaſſent, deſcendere, quod exemplo eiuſdē Fabii comprobat, qui cum legatus ad filium conſulem miſſus eſſet, atq; illi filius honoris gratia prodiiſſet obuiam, nec præmiſiſſet lictorem q iuberet ſe q̃ primum equo deſcendere & filio peditem preſto eſſe, indignatus noluit ſponte deſcendere quod ubi animaduertit filius, iuſſit proximo lictori patri ut imperaret ad ſe pedes uenire, qd ſummopere laudauit pater, & ſimul paruit dicto filii. A. Gel. li. ii. c. ii. facti conſules Sempro. grac. iterūq; Fab. maximus filius eius qui priore anno erat conſul, ei conſuli pater procul obuiam in equo uehens uenit, neq; deſcēdere uoluit, q̄a pater erat, & q̃ inter eos ſciebat maxīa concordia cōuenire, lictores non auſi ſunt deſcendere iubere ubi iuxta uenit tū conſul ait, deſcendere iuba qd poſtq̃ lictor ille, q appellabat cito intellexit, maximū deſcēdere iuſſit Fab. imperio paruit & filiū collaudauit, cū peruiū qd populi eſſet retineret. ¶ Idē. ſ. Fabi. miſſus legatus pſeuerauit ſedere in equo plenus ira Filium conſulem. Fabi' quiritem.

De mira conſtantia legatorum Ro.

RElatis Qui. Fabii laudibus, offerunt ſe mirificæ conſtantiæ viri, qui legati à ſenatu Tarentum ad res petendas miſſi: cũ grauiſſimas ibi iniurias accepiſſent, vnus etiam vrina reſperſus eſſet, in Theatrum (vt eſt conſuetudo Græciæ) introducti: legationem quibus acceperant verbis, peregerunt. de his, quæ paſſi erant, queſti nõ ſunt: nequid vltra ac mãdatum eſſet: loquerẽtur. intimiſque pectoribus eorum: antiqui moris reſpectus dolore, qui ex contumelia grauiſſimus ſentitur: conuelli nõ potuit. finem profecto fruendarum opum, quibus ad inuidiam diu abundaueras Tarentina ciuitas: quæſiſti. Nam, dum horridæ virtutis inſeipſum connexum ſtabilimentum, nitore fortunæ pſentis inflata faſtidioſæ æſtimas: in prævalidũ imperii noſtri mucronem, cæca, & amẽs irruiſti.

¶ Sueſſam. Ciuitas eſt Campaniæ ubi erat cum imperio. ¶ Officium ſuum, ut honoris gratia patri obuiam prodiret. ¶ Quod poſtq̃ animaduertit Seneca, ſi conſulem, inquit, aut prætorem uidero, omnia quibus honor haberi honori ſolet, faciam, equo deſcendam, caput adoperiam ſemita decedam. ¶ Quod cum filius ſenſiſſet, ubi filius intellexit patrem in equo ſedere de induſtria.

Præſto eſſe

¶ Appareret præſto adeſſe, nã apparere inter alia ſignificata preſto adeſſe quoq; ſignificat. unde apparitores dicti prætorum miniſtri ſunt, eo ꝙ præſto adſint. ¶ Non ego, inquit, excuſat ſe filio pater. ¶ Non ignoro, ſcio quid pietatis patri filius debeat, ſed hæc paterna pietas debet cedere maieſtati cõſulari. ¶ Pietati pri. pietas priuata eſt quam patri filius debet, publica uero, quæ ſummo imperio debetur, qualis eſt conſulatus, ut poſt habita pietate paterna, publica maieſtas ueneretur.

ASCENSIVS.

MAxima &c. Commemorat inſtitutum ambulandi cum conſulibus dicens autem pro ſed maiores, ideſt priſci Roma. retinuerunt maxima diligentia hunc morem, ne quis interponeret ſe inter conſulem, ſeu conſules, & proximũ lictorem, ideſt miniſtrum publicum, q̃uis progrederetur, ideſt deambularet una, ideſt pater cum eo, coram offici. honoris exhibendi (dubium eſt utrum de conſule, an de altero homine loquatur, ſi de conſule, ut uero ſimile eſt, loquitur ſic exponitur q̃uis cõſul progrederetur, ideſt obuiam exiret cauſa officii, ſi de altero ſic, q̃uis is progrederetur. i. inambularet una cum conſule cauſa officii) ius ambulandi ante patrem conſulem erat duntaxat filio & ei puero. i. non prouectiori ætate. Qui mos. ſ. ambulandi cum conſule eſt retentus adeo pertinaciter. i. conſtanter, ut. Qui Fabius maximus quinquies conſul; & uir etiam pridem. i. antea ſummæ authoritatis, & tunc ultimæ ſenectutis inuitatus à filio conſule Vt proce. inter ſe. ſ. conſulem & lictorem, ſcilicet primum, ne turba ſamnitum hoſtium ad quorũ colloquia deſcendebant. ſ. paciſcendi gratia eliderent. ſ. à Fabio pater & comitibus eius noluerit facere id, ideſt contra morẽ proxime conſulẽ ingredi. ¶ Idem &c. Affert exemplum eiuſdem fere rei de eodem Q. Fabio dicens Idem. ſ. Q. Fa. Maxi. miſſus à ſenatu legatus, ideſt functurus officio conſulari, ſi filius conſul deficeret, ad filium conſulem, Sueſſam, ideſt in illud oppidũ Apuliæ, poſtq̃ animaduertit eum. ſ. filium ſuum conſulem proceſſiſſe extra mœnia, ideſt muros oppidi ad officium ſuum. i. ſibi patri exhibendum, & indignatus quoq;. i. &t ꝙ nemo ex lictoribus iuſſiſſet ſe. ſ. fabium patrem deſcendere equo perſeuerauit ſedere, ſcilicet in equo, plenus iræ: i. indignationis, quod quum filius. ſ. Fabius gurges ſenſiſſet, imperauit proximo lictori ut ſup. pater aut lictor appareret. i. pariturus adeſſet ſibi, ſcilicet filio conſuli. q. d. non debet indignari pater. ¶ Quod lictor primus mihi apparet, cum ex ueteri inſtituto ita fieri debeat. Cuius. ſ. filii conſulis uoci Fabius. ſ. pater obſecutus, ideſt obtemperans continuo, inquit, ò fili, ego non contempſi ſummum imperium tuum, ſed uolui experiri, an ſcires agere conſulem. (Quo reſpõſo uidetur mihi pater prudentior q̃ filius plus, nam cum ſentiret filium ſibi non ceſſurum, nec ex ea re filio inuidia oriretur, in eius laudem uertit). Nec ignoro quid debeatur, ſcilicet à filiis, uenerationi patriæ, ideſt paternæ, uerum, ideſt ſed ego iudico inſtituta publica potiora pietate uidelicet priuata, quod apud Aulum Gellium ita diſcernitur, ut in actione pub. filius magiſtratus patri præferatur, in priuata contra.

OLIVERIVS

Tarentũ

REl̃atis. Quin. Fabii. Tarentum oppidum eſt in litore maris poſitum, & theatrum maius habet in pſpectũ maris expoſitũ, qđ Tarentinis cã maximarum calamitatũ fuit, nam cũ Tarentini ludos forte celebrantes claſſem Ro. non longe à littore maris nauigantem proſpexiſſent, qui frumentatum, ut quidam dicunt, in Apuliam ierant, hoſtem rati in eas impetum fecerunt & ſpoliatis domum reuerſi ſunt, ad eos miſſi ſunt legati, qui quererentur iniurias illatas, & res de more repeterent, qui cum iniuriis affecti eſſent, ac unus urina perfuſus in theatrum intromiſſi, legationem ſibi à ſenatu demandata expoſuerũt, de iniuria quam acceperant, ne uerbum quidem unũ fecerũt. ¶ Florus Tarentum, inquit, ẽt lacedemoniorum opus, Calabriæ quondam & Apuliæ totiuſq; Lucaniæ caput tum magnitudine, & muris, portuq; nobili, tum mirabili ſitu, quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſita in oras noſtras, Hiſtriam Illiricum, Epirum, Achaiam, Aphricã, Sicilia uela dimittit. Imminet portu ad proſpectum urbis theatrum, quod quidẽ cauſa miſeræ ciuitati fuit omnium ſuarum calamitatum, ludos forte celebrant, cum remigantes littori Rom. claſſes inde uident, atq; oſtentati emicant, ſine diſcrimine inſultant, qui n. aut unde Romanis, nec ſatis norant. Aderat ſine mora querelam ferens legatio, hanc quoq; fœdius per obſcœnam, turpẽq; dictu contumeliam uiolant, ex hinc bellũ. Q. Fabii. qui adeo perſeuerans fuit in ſeruandis inſtitutis. ¶ Tarentum, quia claſſem Romã: Tarentini diripuerant, & duumuirum, qui claſſi præerat occiderant. ¶ Græciæ, nam ibi quondã magna Græcia appellata eſt. Hoc Cice. oſtendit multis in locis, & præcipue in Catone ma. Dicit ergo, ut eſt conſuetudo græciæ. ¶ Verbis, ut nec adderent quicquam, nec diminuerent. ¶ Antiqui moris, uidelicet ut non plus i legatione diceretur q̃ à ſenatu, uel à populo mandatum eſſet. ¶ Dolore, nullus dolor maior eſt q̃ qui ex contumelia naſcitur, nam inquit, ille. Aſperat in medio dãna dolore pudor. ¶ Finẽ pfecto; Sicut legimus in hoſtia, nullus unq̃ in urbe pulchrior aut ſpecioſior triumphus intrauit ante hunc diem, nil niſi pecora Volſcorum greges Sabinorũ, carpenta Gallorũ, & fracta Samnitum uidiſſes arma. Tunc ſi captiuos aſpiceres, erãt Moloſſi, Theſſali, Macedones Brutius, Appulus, atq; Lucanus, Si põpas, aurũ, argentũ, purpura ſigna tabulæ, Tarentinæq; deliciæ, ſed nihil libentius Po. Ro. aſpexit, quam illas, quas timuerant cũ curribus ſuis beluas, q̃ non ſine ſenſu captiuitatis ſubmiſſis ceruicibus uictores equos ſequebantur. ¶ Quibus ad inuidiã diu abundaueras, bene ad inuidiã dixit, nam Tarentinorũ opes ampliſſimæ aliquando fuere, rẽ ſuam ciuilem populari ptãte gerentes democratia, nã claſſe maxima cunctos ſuperauerunt accolas, pedireſq; ad millia triginta in expeditiões miſere equitũ uero tria millia: ductores aũt equitum mille. Pythagoricã quoq; pħiam amplexati ſunt in primis Archytas ſingulariter, q diutius eius ciuitatis princeps eminuit, inde poſterioribus annis illecebroſæ inualuere deliciæ pp fortuñas nimiũ ſecundas, adeo ut plures totius populi ludos, feſtaſq; celebritat. quotãnis agerent, q̃ reliquos anni dies. Eã ob rẽ in deterius urbanũ regimẽ ferebatur, cuius flagitiorũ unũ illud documentũ eſt; ꝙ externis uti imperatoribus coacti ſunt, cõtra Meſapios n. & Lucanos Alexandrũ Moloſſorũ regẽ acerſierunt, antea quoq; Archidamũ Ageſilai filiũ, poſtea Cleonymũ & Agatoclẽ, deindẽ Pyrrhũ quo tpe aduerſus Ro. bellũ cõflauere, auctor Strab. ergo finitimæ ciuitates oẽs tantæ rerũ oium affluentiæ inuidebant, uel quia tantopere pp diuitias eas elata, ut populi uicini ſuperbiam tuam ſubſtinere non poſſent. ¶ Horridæ, duræ ad labores tollerandos, non mollis propter luxum diuitiarum. ¶ Virtutis. ſ. Romanæ in ſeipſum connexum, ideo dicit, quia nullo extrinſecus adminiculo uirtus indiget, ſed ſeipſa cõiecta eſt, nam Romani tantas uires habebant, ut per ſe bellum ſine aliorum auxilio gerere poſſent, hoc ideo dicit, quia Ta-

tentini multorum populorum, & ciuitatum armis adiuti ſuere, nã Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutii, Campani, Apuli, Lucani atq; ipſe clariſſimus græciæ rex Pyrrhus pro Tarentinis Incitatiſſimo animo cõſurrexerunt, & ſocia arma iunxerunt Roma. ſuis contenti opibus, & armis aduerſus tot populorum potentiam, non ſolum audacter, ſed ẽt feliciter bellum geſſere. ¶ Faſtidioſe exiſtimans, paruiſaciẽs alii habent faſtuoſe, & ſignificat ſuperbe, declinatur autẽ faſtus faſti, & ſignificat librũ in quo faſti dies continentur, nã faſti ẽt libri dicebantur quos conſules habebant, in quibus reges, & conſules ſcribebantur à faſcibus dicti idest à poteſtatibus, unde Ouidii libri Faſtorum dicuntur, quod in his de faſtis diebus tractatur faſti uero dies erant quibus licebat fari cum populo, nefaſti quibus fari non licebat, & ut dixi cum eiuſmodi librum ſignificat, ſecundæ eſt declinationis, licet aliquando, & quartæ inueniatur in hac ſignificatione, ſed raro, faſtus enim quartæ tedium, ſuperbiam, contemptumq; ſignificat Virg. Stirpis achileæ faſtos, iuuenemq; ſuperbum. Ser. in expoſitione huius loci. Faſtus, inquit. i. ſuperbiam, & eſt quartæ declinationis, nam liber, qui dierum habet computationem, ſecundæ declinationis eſt, unde erraſſe uidetur Luc. dicendo, Nec meus eudoxi uincetur faſtibus annus.

Faſtidioſe.
Faſti

tunæ, irruſti cæca, & amens in mucronem, idest ſtimulum noſtri, idest Romani imperii præualidum, quia per ipſum paulo poſt periit.

OLIVERIVS.

SEd ut à luxu. Vale. quia uidebatur quodammodo ab eo egreſſus eſſe, quod inſtituerat, inquit, quia diximus de luxu Tarentinorum, & eorum ſuperfluitate, quæ illos ad eam inſaniam deduxerit, ut Roma. irritare auderent, nunc reuertar ad rigidiſſima maiorum noſtrorũ inſtituta. ¶ Luxu. quia cõſtat hanc urbẽ opulentiſſimã fuiſſe, & omnium rerum abundantem. ¶ Antea ſenatus. ¶ Hoc quoq; inſtitutũ ſeruatum eſt. ¶ Senaculum, eo quod locum illum ſenatores frequentare ſolebant. ¶ Edicto, uidelicet, ut præcones mitterentur qui hoſtiatim ſenatores in curiam uenire iuberent. ¶ Ambiguæ laudis. Laudat hoc propoſitum illi enim ambigue cuiuſdam fidei uidẽtur eſſe ciues qui non ſponte, ſed iuſſu quodammodo coacti rempubli. gerant. ¶ Ambiguæ, bene dixit ambiguæ, quia fortaſſe niſi cogerentur, nõ uenirent. ¶ Laudis, Laudandum quidem eſt, quod in curiam ueniunt, ſed uituperãdum, quod dictum expectẽt. Quicquid iperio cogitur, quicquid enim fit imperio alterius id imperanti potius aſcribendũ eſt quam agenti. ¶ Acceptum refertur honeſta locutio, refero hoc beneficium tibi acceptũ, idest hoc quicquid eſt beneficii tibi dico eſſe aſcribendũ, & fateor à te recepiſſe, & aliud referre in acceptum, quod à uulgo lingua uernacula dici ſolet facere notationem de ſoluto.

Senaculum.
acceptũ fertur.

SEd vt à luxu perditis moribus, ad ſeueriſſima maiorum inſtituta tranſgrediar: antea ſenatus aſſiduam ſtationẽ eo loci peragebat: qui hodie quoq; ſenaculum appellatur. nec expectabat, vt edicto contraheretur: ſed inde citatus protinus in curiam veniebat. ambiguæ laudis ciuem exiſtimans, qui debitis Ro. Po. officiis non ſua ſponte, ſed iuſſus fungeretur. quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præſtanti acceptum refertur.

¶ Aliud inſtitutum contra trib. ple.

ILlud quoq; memoria repetendum eſt, quod trib. ple. intrare curiam nõ licebat: ante valuas autem poſitis ſubſelliis decreta patrum attentiſſima cura examinabant: vt ſi qua ex eis improbaſſent: rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus S.C. T. litera ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur: illa trib. quoq; cenſuiſſe: qui quamuis pro commodis plebis excubabant: inq; imperiis compaſcendis occupati erant: inſtrui tamen ea argenteis vaſis, & annulis aureis publice præbitis, patiebantur: quo talium rerum vſu, authoritas magiſtratuum eſſet ornatior. Quorum quemadmodum maieſtas amplificabatur, ita abſtinentia arctiſſime conſtringebatur. Immolatarum enim ab his hoſtiarum exta, ad Quæſtores Aerarii delata, veniebant. Sacrificiiſq; P.R. tum deorum immortalium cultus, tum etiam hominũ continentia inerat. Imperatoribus noſtris quam ſacras manus habere deberent, apud iſta altaria diſcentibus, continentiæq; tantum tribuebatur: vt multorum æs alienum, quia prouincias ſinceare adminiſtrauerant à ſenatu perſolutum ſit. Nã quorum opera, publicam authoritatem ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe viderant: eorum dignitatem domi collabi indignũ, ſibiq; deforme eſſe arbitrabantur.

ASCENSIVS.

RElaris &c. recitat conſtantiã legatorum Romanorum dicẽs. Laudibus Q. Fabii ſup maximi relatis. i. recitatis uiri mirificæ cõſtantiæ offerunt ſe ſup dicẽdos aut referendos, quientes legati miſſi à ſenatu Tarẽtum ad res repetendas, quum accepiſſent ibi, uidelicet Tarenti grauiſſimas iniurias, & unus ẽ ſup. eorum reſperſus eſſet ẽt urina. i. lotio ipſi introducti in theatrũ idest ſpectaculum publicum, ut eſt conſuetudo Græciæ, unde innuit tunc Græcos tarentum incoluiſſe, peregerunt, ſcilicet in præſentia totius populi, legationem, idest cauſam, cur, ad quam miſſi fuerant, uerbis ſupp. illis, quibus acceperant, ſcilicet eam agendam à ſenatu, & non ſunt queſti de his, quæ paſſi erant, ne loquerentur quid, idest aliquid. ¶ Vltra ac. idest quam mandatum eſſet ſupp. eis à ſenatu, & reſpectus, idest conſideratio antiqui moris, ſcilicet nihil ultra mandata loquendi non potuit conuelli, idest abſtrahi aut expelli pectoribus eorum dolore, idest per dolorem animi, qui ſentitur, idest ſentiri ſolet, grauiſſimus ex contumelia, hoc dicto, per apoſtrophen alloquitur auctor Tarentinos dicens. O ciuitas Tarentina tu profecto, idest reuera, quæſiſti, idest tentaſti inuenire finem, idest exitum opum fruendarum, quibus, ſcilicet opibus abundaueras ad inuidiam ſupp. uſque. Nam dum tu æſtimas, idest appretiaris ſtudioſe, idest cum contemptu. ¶ Stabilimentum uirtutis horridæ, idest rigidæ, qualis erat in legatis Romanis connixum, idest innitens in ſeipſum, idest in nihil extrinſecus proueniens, cuiuſmodi ſunt res, fortunæ (ſunt qui legant connexum, idest conuolutum in ſeipſum) æſtimas dico, aut exiſtimas inflata nitore idest ſplendore, & ſtrepitu, preſentis, ſcilicet temporis fortunæ

ASCENSIVS.

SEd ut &c. Apta tranſitione more ſuo tranſit, ad exemplum ſpontanei officii i Romanis dicens. Sed ut ego tranſgrediar, à moribus perditis luxu, idest propter luxum & abundantiam opum, ut Tarentinorum, ad ſeueriſſima inſtituta, idest mores ſeueriſſimos maiorum ſupple noſtrorum, idest priſcorum Romanorum unde minores orti ſunt. Senatus, idest cœtus ſenatorum peragebat ante, idest olim aſſiduam ſtationem eo loci, idest in eo loco, qui quoque, idest etiam hodie appellatur ſenaculum, idest ſenatorum conuenticulum, nec expectabat, ut contraheretur, idest congregaretur, edicto ſcilicet conſulari, ſed ſenatus citatus, idest uocatus inde idest ẽ ſenaculo illo, ueniebat protinus in curiã exiſtimans, idest iudicans, ciuem ambiguæ, idest incertæ laudis (Qui enim non faceret niſi coactus, non eſt laude dignus, quando autem quis cogitur prius quam inuitetur, dubium eſt, an ſponte facturus fuiſſet, etiam non coactus) quod ſcilicet ciuis fungeretur officiis debitis reipub. non ſua ſponte ſed iuſſus, quia quicquid cogitur imperio, refertur acceptum, idest debetur adiudicari magis exigenti. ſ. ob debitum quam præſtanti. ſ. ob imperium alterius.

OLIVERIVS.

ILlud quoq;, hoc quoq; inſtitutum Romani ſeruabant, ne uidelicet tribuni plebis curiam intrarent, quod poſtea uulgatũ eſt, nam temporibus Cic. poterant tribuni curiã intrare. ¶ Subſelliis, ſubſellia ſunt minorũ magiſtratuũ ſedes,

ſicut ſellæ curules amicorum dicuntur, ſunt etiam ſubſellia, ut quidam uolunt, ſedes & pulpita, in quibus ſpectabantur ludi, unde Perſius Troſulus exultat tibi per ſubſellia lenis Cicero tamen in epiſtola ad Apium, ſubſellia, per cõtemptũ ſenatorum roſtra appellauit, cum dixit. Ad me literas miſeris longi ſubſellii ut Pompeius noſter appellat. ¶ Veteribus. Ideo dixit, quia poſtea hæc conſuetudo aboleuit. ¶ Pro commodis. Quamuis, inquit Tribu Pleb. reipu. commodã curarent tamen paſſi ſunt magiſtratibus argentea uaſa, & annulos aureos ex publi. dari ut eorum maieſtas amplificaretur. ¶ Vſu. Eiuſmodi inſignibus precioſis non nihil auctoritatis addi uidebatur magiſtratibus. ¶ Veniebant. uendebãtur. ¶ Immolatarum. Quia ipſi, qui magiſtratum gerebãt immolabant, nam quanto dignior perſona erat, quæ immolabat, tanto dignior deorũ cultus. ¶ Continentia, neqꝫ enim permittebatur inteſtinis ueſci, quod certe maxima laudedignum erat ꝙ noſtri tanti ea faciunt, ac illi continentiam pluris faciebant. ¶ Sanctas manus, integras, corruptas, innocentes. ¶ Continentiæ tantum tribuebatur, ideſt tanti faciebant continentiam nam tribui multum alicui eſt aliquem magnificare. ¶ Sinceræ, pure, innocenter, & caſte ſcilicet prouincialium hominum rebus intactis. ¶ Splendorem. Nam innocentia præfectorum in prouinciis erat ſplendor quidam nominis Ro.

ASCENSIVS.

ILlud quoqꝫ addit uetus Tribunorum plebis inſtitutum officioſum in rempub. dicens. Illud quoqꝫ eſt repetendũ memoria ideſt memorandum, ꝙ non licebat tribunis plebis intrare curiam, ideſt ſenatum, aut locum, ubi ſenatus habebatur, autem pro ſed tribuni plebis examinabant attentiſſima cura decreta patrum ſubſelliis, ideſt ſedibus minorum magiſtratuum, poſitis ante ualuas, ſcilicet curiæ, quia in illis ſedebant, ut ſi qua, ideſt aliqua improbaſſent ex eis, ſcilicet decretis patrum, ipſi non ſinerent, ſupple ea eſſe rata. Itaque, ideſt & ita, T litera, quæ ſignificabat tribuno plebis, ſolebat ſubſcribi, ideſt in infima parte ſcribi, ſenatuſcõſultis ueteribus, ſed ſignificabatur ea nota, ideſt ſigno T, literæ, tribunos quoque, ideſt etiam cenſuiſſe, ideſt approbaſſe, aut decreuiſſe illa, ſcilicet decreta patrum, aut ſenatuſconſulta. qui, ſcilicet tribuni, quanquam excuſabant, ideſt uigilabant. Pro commodis plebis, & erant occupati in imperiis compeſcendis, ideſt refrenandis imperioſitatibus nobilium, tamen patiebantur ea, ſcilicet imperia, ideſt nobiles, quorum erat imperare, inſtrui, ideſt ornari, uaſis argenteis, & annulis aureis præbitis publice, ideſt ex publico ærario, quo ideſt ut, authoritas magiſtratuum eſſet ornatior uſu talium rerum. Quorum &c. Recitat ſeueritatem circa ſacrificia dicens. Quorum, ſcilicet imperiorum, aut ſummorum magiſtratuum, quemadmodum maieſtas amplificabatur, ideſt dilatabatur, ſcilicet ex permiſſione talium ornamentorum, ita conſtringebatur, ideſt comprimebatur arctiſſime abſtinentia, ideſt per abſtinentiam (ſunt qui addunt malorum) ſed meliores textus non addunt. Enim pro quia extra hoſtiarum immolatarum ab his, ſcilicet ſummis magiſtratibus, ueniebant, ideſt uendebantur delata ad quæſtores, id eſt ut uulgo dicunt receptores ærarii, ideſt publicæ pecuniæ, & ita licet honorem uictimandi habebant, non tamen commodi (Textus fere habent, ueniebant, ſed à ueneo uenibãt legendum eſt, dicimus enim ibam non iebam.) Et tum, ideſt ſimul, cultus deorum immortalium, tunc etiam continentia hominum inerant ſacrificiis Popu. Roma. & hoc imperatoribus noſtris diſcentibus apud iſta altaria, ꝗ ideſt quantum ſanctas, ideſt impollutas ab omni rapina manus debe rent habere. Et tantum, ideſt tam multum tribuebatur, cõtinentiæ, ſcilicet à rebus alienis, ut æs alienum, ideſt debitum, multorum, ſcilicet ciuium Romanorum, ſit perſolutum à ſenatu, quia adminiſtrauerant ſincere, ideſt ſine corruptione prouincias, ſcilicet quibus præfuerant. Nam ipſi arbitrabantur indignum, & deforme ſibi eorum dignitatem collabi domi, quorum opera ideſt operatione, & diligentia uiderant authoritatem publicam obinueniſſe, procul, ideſt in longinquis oris ſuum ſplendorem.

¶ De ordine Equeſtri.

EQueſtris vero ordinis iuuentus, omnibꝰ annis bis vrbem ſpectaculo ſui, ſub magnis authoribus celebrabat, die Lupercalium, & equitum probatione. Lupercaliũ enim mos à Romulo, & Remo inchoatus eſt tunc cum lætitia exultantes, quod his auus Numitor Rex Albanorum eo loco, vbi educati erant: vrbem cõdere permiſerat ſub monte Palatino, hortatu Fauſtuli educatoris ſui: quem Euander Argiuus conſecrauerat, facto ſacrificio, cæſiſqꝫ capris epularum hilaritate, ac vino largiore prouecti: diuiſa paſtorali turba cincti omnes pellibus immolatarum hoſtiarum, iocantes obuios petiuerunt. cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos vero equites idibus Iulii Quin. Fabius tranſuehi inſtituit. Idem cenſor cum P. Decio ſeditionis finiendæ gratia: quia Comitia in humillimi cuiuſqꝫ poteſtatem redacta acceſſerant: omnem forenſem turbam, in quatuor tantummodo Tribus deſcripſit: eaſqꝫ Vrbanas appellauit: quo tam ſalubri R. P. facto, vir alioqui bellicis operibus excellens, Maximus cognominatus eſt.

OLIVERIVS.

EQueſtris uero iuuentus ſcilicet equites Roma. q ex nobilitate iuuenum erant. ¶ Spectaculo, quia ſe ſpectandos populo præbebãt. ¶ Die lupercalium, ideſt die quo lupercalia celebrabant, id eſt dies feſtos in honorem pannis. Lupercalia ludi erant ſolẽnes inſtituti à Romulo & Remo ſub monte Palatino, ubi expoſiti fuerunt. Nota eſt hiſtoria quo pacto Romulus & Remus fratres expoſiti fuerũt ab Amulio, cum in ſicco unda illos deſtituiſſet, ex proximis montibus lupa deſcendens in pueros incidit, & infantibus mammas adeo miti præbuit, ut humanum ſenſum habere uideretur, ſuperuenit inter ea Fauſtulus regis paſtor, qui pueros Laurentiæ uxori ſuæ educandos tradidit. Scimus deinde quum aduiti facti Numitorem auum ſuum occiſo Amulio in regnum reſtituerunt, & factum eſt ut in ipſis locis, ubi expoſiti fuerant, lupercalia exercerentur, quod ludicrum ab Euandro antea inſtitutum fuerat, erat autem ubi eiuſmodi pa- Lupercalia.
ſtores congregabantur, & pellibus immolatarum ouium, cibo, potuqꝫ repleti laſciuientes inuicem concurrebant, & ſe mutuis ictibus earum pellium pulſitabant, liceum Panna uenerantes, hanc autem opinionem induxerant, ut quæ mulier ſterilis ſe ludentibus obtuliſſe, & eorum ictibus colliſa fuiſſet, fœcunda efficeretur, unde Iuuenalis. Nec prodeſt agili palmas præbere luperco. Ouidius Faſto. ii. Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis. Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patientis uerbera dextre lam ſacer optatum nomen habebit aui. Nam fuit illa dies duræ cum ſorte maritæ. Reddebant uteri pignora cara ſui. Lupercales autem dicti ſunt à lupis arcendis, hoc enim ſacrificio exiſtimabant lupos ab ouibus arceri. De lupercalibus alii alia dicunt, ſunt enim qui tradunt paſtores nudos modo pellibus cinctos eiuſmodi ludos celebrare conueniſſe, lora pro manibus gerentes, quibus quoſqꝫ cederent, laruiſqꝫ tectas facies habentes de nuditate uaria, & incerta ratio affertur Plut. in Antonii uita, ſi breuiter, inquit, erat ſolemnis lupercaliũ dies. Cæſaris autem triumphali ueſte amictus in roſtris ſedebat currentes lupercos inſpecturus, currunt enim & nobilium iuuenum, & eorum, qui magiſtratum gerunt complures, nudi, atqꝫ cincti, loris albis obuios ferientes. ¶ Equitũ probatione. Luſtrandis equitibus, ideſt cum equites tranſuehebantur, nam, ut Liuius docet, equites ſe cenſoribus oſtendebant, quod inſtitutum primo à Quint. Fabio cenſore, cui maximo cognomen erat, traditum, manauit ad poſteros, tranſuehebantur autem idibus quintilibus. ¶ Fauſtuli. Regii pecoris magiſtri. ¶ Facto ſacri, ſcilicet Panni deo ruſticorũ ludus lupercal dicebatur ab arcẽdis lupis, ut dixi, nã ita Panna placari

na placari credebant, qui lupos ab ouibus expelleret. ¶ Immolatarum ouium. Quarum pellibus ſe cingebant partim tenentes manibus, interſe, ut dixi concurſantes ſe pulſitabant, & erat opinio, ut ſi mulier ſterilis occurriſſet, fœcunda redderetur. ¶ Epularum, quia epulabantur, & uescebantur carnibus. ¶ Diuiſa quia in duas partes ſe diuidebant, & ita inter ſe concurrebant tanquam pugnantes. ¶ Geſtierunt. Lætitiam geſtu corporibus oſtendebant, nam geſtire proprie eſt habitu corporis lætitiam oſtendere. ¶ Feriarum. Feſtorum, nam feriæ dies feſti dicti ſunt à feriendis uictimis. ¶ Circuitu. Circuitus dicitur, eo q; ſol incipiens ab uno ſigno zodiaci cum ad ſignum redierit, annus dicitur exactus. ¶ Trabeatos, Plinius iunior tradit. Quin. Fabium Rullum primum ex ea familia ob uirtutem maximam inſtituiſſe ut equites Roma. idibus quintilibus ab æde honoris equis inſidentes in capitolium tranſirent, eundem cenſorem libertinos tribus amouiſſe. Liuius libro nono Fabius, inquit, concordiæ cauſa ſimul ne humillimorum in manu comicia eſſent omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus coniecit, urbanaſq; eas appellauit adeo q; eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut max mi cognomen, quod tot uictoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pararet, ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites Idibus quintilibus tranſueherentur plerunq;. ¶ Trabeatos, trabea ueſte indutos, nam trabea ueſtis erat, quam honoratus quiſque ſuper tunicam ſumebat, nunc prætextam uocant, quã in extremitate purpuram habebat circuntextam, & duo tantum erant cenſores. ¶ Redacta. Calliditate nobilium. ¶ Forenſem turbã, Clientum libertinorum, & ſcribarum. ¶ Deſcripſit, Diuiſit, & proprie deſcribi dicuntur. ¶ Vrbana, Vt uocabuli dignitas illos leniret. ¶ Alioquin, Præter hoc, quod inſtituit cenſor. ¶ Bellicis operibus, Nam fuit ille, qui primo tempu. calamitoſo illo Hannibalis tempore afflictam & prope perditam cunctando reſtituit.

ASCENSIVS.

EQueſtris &c. Recitat inſtituta antiqua circa ordinem equeſtrem, & à Quint. Fab. introducta dicens. Vero pro ſed iuuentus, ſcilicet multitudo iuuenum, ordinis equeſtris, qui ſecundus erat Romæ. Tres enim erant, primus patrum & patriciorum, ſecundus equitum, & tertius plebeiorum celebrabat omnibus annis urbem ſcilicet Romam, ſpectaculo ſui, ideſt exhibendo ſe inſpectandam, ſub magnis auctoribus, ideſt illius rei inceptoribus, bis, ſcilicet die lupercalium, & probatione equitum, ideſt equitum luſtratione, quam galli monſtram uocant. Enim pro quia, mos lupercalium, ideſt feſtorum illorum inchoatus eſt à Romulo & Remo, tunc cum ipſi exultantes lætitia, q; Numitor eex Albanorum auus ſupp. eorum, permiſeret his, ſcilicet Romulo & Remo condere urbem, ſcilicet Romam, eo loco, ubi fuerant educati, uidelicet ſub monte palatino, & hoc hortatu Fauſtuli educatoris ſui, ſcilicet Romuli & Remi, Quem, ſcilicet montem Euander argiuus, ideſt græcus quia archas conſecrauerat, ſcilicet Ioui. Enim pro quia ſacrificio facto, & capris cæſis, ideſt mactatis prouecti, hilaritate epularum, ac uino largiore, & hoc turba paſtorali diuiſa, omnes, ſcilicet qui tunc ſub Romulo & Remo aderant, cincti pellibus hoſtiarum immolatarum, ipſi ſupple locantes peruerunt obuios. Cuius hilaritatis memoria repetitur anno circuitu feriarum. Vero pro ſed Quintus Fabius inſtituit equites. ¶ Trabeatos, ideſt trabea ueſte honorata inſtructos tranſuehi, ſcilicet ante conſpectum populi in capitolium, Idibus iulii, ideſt quintilis menſis, prius dicti, q; à Martio quintus eſſet, ut Auguſtus, qui ſextus eſt, ſextilis. ¶ Idem, ſcilicet Quintus Fabius cenſor ideſt cum eſſet cenſor cum Publio Decio, graua ſeditionis finiendæ, quia comitia, ideſt iura eligendi magiſtratus in comitiis, ideſt coitionibus Populo Romano acceſſerant, ideſt aduentarant, redacta, ſcilicet fraude potentiorum in poteſtatem cuiuſque humillimi ideſt abiectiſſimæ conditionis, excepta ſeruili, utpote clientulorum, & plebeiorum, deſcripſit, ideſt diuiſit, omnẽ turbam forenſem, ideſt in forum conuenire ſolitam, tantummodo in quattuor tribus & appellauit eas urbanas, quo facto, tam ſalubri, ideſt utili ad ſalutem reip ub. ſeu Populi Romano ipſe uir excellẽs alioquin, ideſt etiam alter opibus bellicis, cognominatus eſt maximus.

¶ De C. Mario.

LAudanda etiam populi verecundia eſt: q impigre ſe laboribus, & periculis militiæ offerendo, dabat operam ne imperatoribus, capite cenſos ſacramento rogare eſſet neceſſe: quorum nimia inopia ſuſpecta erat: ideoq; his publica arma non cõmittebantur. Sed hanc diutina vſurpatione firmatam conſuetudinem C. Marius Capite cenſum legẽdo militem, abrupit. Ciuis alioqui magnificus, ſed nouitatis ſuæ conſcientia, vetuſtati non ſane propitius, memorq;: ſi militaris ignauia humilitatem ſpernere perſeueraret: ſe à maligno uirtutum interprete velut capite cenſum imperatorem compellari poſſe. Itaq; faſtidioſum delectus genus, in exercitibus Romanis obliterandum duxit: ne talis notæ contagio ad ipſius quoq; gloriæ ſugillationem penetraret.

OLIVERIVS.

LAudanda. Id etiam pertinet ad maiorum conſuetudinem. ¶ Impigre, Se laboribus offerendo. ¶ Dabat opera, Capite cenſi dicebantur, qui pro ſuo capite tributi nomine æra pendebant & ſine ſuffragiis erant. Nam horum nihil præter perſonam cẽſebatur, quorum enim res cenſebantur in claſſes coniiciebantur totus Populus Romanus, in quinque claſſes diſtinctus erat, ita ut qui centum millia æris, uel eo plus, poſſiderent, primæ claſſis eſſent, ſecundæ claſſis erant qui intra cẽtum uſque ad quinque & .lxx. millium cenſum haberent, tertiæ uero qui quinquaginta millium æris haberent, quartæ ad uigintiquinque deſcendebant cenſum, quintæ, qui undecim poſſiderent, reliqua multitudo, quæ citra hunc cenſum poſſediſſent, uel proletarii uel capite cenſi dicebantur. A. G. libro ſecundo qui in plebe Romana tenuiſſimi, pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentum æris in cenſum deferebant proletarii appellati ſunt, qui uero nullo, aut perquam pauco ære cenſebantur, capite cenſi uocabantur, & erant immunes militia. ¶ Rogare, Quia rogabantur, omnes, ut nomina darent, & in manus, ac uerba imperatoris iurarent hoc modo, iuratis ne omnes quocunque uos duxero me libere ſecuturos, nec ueſtrum quenque iniuſſu meo à ſignis diſceſſuros, reſpondebant, iuramus. ¶ Quorum nimia inopia ſuſpecta erat. Propter nimiam inopiam non admittebantur ad militiam, in qua Romanum imperium ſtabiliri conſueuerat, quia paupertate homines plerunque ad maleficia compelluntur. ¶ Caius Marius. Dicit Caium Marium hanc conſuetudinem abrupiſſe, ut ex uerbis Saluſtii in iugurtino legitur, dicit enim Marius milites ſcribit non ex more maiorum, nec ex claſſibus, ſed uti cuiuſque libido erat capite cenſos, pleroſque id factum, alii per inopiam bonorum militum, alii per ambitionem conſulis memorabant, quod ab eo genere celebratus, auctuſque erat & homini potentiam quærenti egentiſſimus quiſque opportuniſſimus. ¶ Sed nouitatis ſuæ conſcientia. Ideo ad militiam capite cenſos admiſit. Marius contra conſuetudinem &, inſtituta maiorum, quia & ipſæ ſibi conſcius erat nouitatis, & inopiæ ſuæ, nam præter uirtutem animi, corporiſque paruas poſſedit diuitias, adeo ut à maligno uirtutis interpræte capite cenſus appellari potuerit Imperator, noui autem homines dicuntur, qui ab humili ſtatu ad ſummum dignitatis gradum aſcendunt, ut Marius, qui ex municipio arpinati pauper admodum Romam prouectus ſummos honores adeptus eſt. ¶ Vetuſtati non ſane, propitius, quia inſtitutum aboleri uoluit antiquum. ¶ Militaris ignauia humilitatem ſpernere, ideſt ſi milites diuites quidem & opulentos, ſed ignauos, humiles uero, ſed uirtute & robore præditos iure militari contemnere pateretur. ¶ Maligno uirtutum interpræte, Malignus uirtutum

Capite cenſi q̃ primũ milites

Malignus uirtutis interpres.

¶ De P. Rutilio Conſule.

ARmorum tractãdorum meditatio à P. Rutilio COS. C. Mallii collega militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe imperatoris exẽplum ſecutus, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi, atq; inſerendi ictus ſublimiorem rationem legibus ingenerauit. Virtutemq; arti, & artem rurſus virtuti miſcuit: vt illa impetu huius fortior, hæc illius ſcientia, cautior fieret.

¶ De vſu Velitum primo reperto.

VElitum vſus eo bello primum repertus eſt: quo Capuam Fuluius Flaccus imperator obſedit. Nam eum equitatui cãpanorum crebris excurſationibus equites noſtri: quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent Q. Neuius Centurio è peditibus lectos expediti corporis, breuibus, & incuruis ſeptenis armatos haſtis, paruo tegmine munitos, veloci ſaltu iungere ſe equitantibus & rurſus celeri motu dilabi inſtituit: quo facilius equeſtri prælio ſubiecti pedites, viros pariter, atq; equos hoſtium telis inceſſerent. Eaq; nouitas pugnæ vnicum campanæ perfidiæ debilitauit auxiliũ. Ideoq; authori eius Neuio adhuc honos eſt habitus: proximus militaribus inſtitutis ad vrbana caſtra ideſt theatra gradus faciendus eſt: quoniam hæc quoq; ſepenumero animoſas acies inſtruxerunt. Excogitata namq; cultus deorũ, & hominum delectationis cauſa: non ſine aliquo pacis, rubore, voluptatem, & religionẽ, ciuili ſanguine, ſcænicorum portentorum gratia, macularunt: quæ inchoata quidem ſunt à M. eſſala, & Caſſio Cen. Cæterum authore P. Scipione Naſica: omnem apparatum operis eorum ſubiectum haſtæ venire placuit. Atq; etiam S.C. cautum eſt: ne quis in vrbe propinſue paſſus mille ſub ellia poſuiſſe: ſedẽſue ludos ſpectare vellet: Vt ſcilicet remiſſioni animorum iniũcta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis nota eſſet.

Interpres dicitur, qui uirtutem hominis æſtimat, non per ipſam, ſed per diuitias, ac fortũæ qualitaté. Ergo maligno. Maliuolo & iniquo. ¶ Faſtidioſum, Superbum, nam omnis ſuperbia naſcitur ex faſtidio. ¶ Delectus. Genitiui caſus eſt, & eſt delectus militum electio, uel deſcriptio. ¶ Obliterandum, Abolendum. ¶ Notæ, Infamiæ ipſius Marii. ¶ Contagio. Infectio pollutio. ¶ Sugillationem. Notatiõem ignominiæ, ut quo ſigillo capite cenſis infamiæ nota ſuiſſet impreſſa, eodem ſibi inureretur.

ASCENSIVS.

LAudãda &c. Affert aliũ inſtitutum populi Roma. circa rem militarem dicens. Verecundia etiam populi. ſ. Ro. laudanda ſup. eſt ẽt qui, ſcilicet populus, offerendo ſe impigre, ideſt ſtrenue, laboribus, & periculis militiæ dabat operam, ne neceſſe eſſet imperatoribus rogare ſacramẽto, ideſt iuramento, quod milites tanquam rem ſacram imperatori præſtabant, cenſos capite, ideſt pauperes, & abiectos, qui incenſum præter caput parum afferebant, quorum, ſcilicet capite cenſorum nimia inopia erat ſuſpecta, quia qui nihil habent, quod admittere timeant domi, non tam uiriliter dimicant, & citius pellici poſſunt ſaltem pecunia propoſita ut ad hoſtes tranſeãt, aut ſuſpecti, ꝙ potius rapinæ q̃ rei bene gerendæ intenti forent, ideoq; armata publica non cõmittebantur his. i. huiuſmodi ciuib⁹ ¶ Sed hanc &c. Dicit Marium dictum inſtitutũ abrupiſſe hoc ordine. Sed Caius Marius abrupit hanc conſuetudinem firmatã diutina uſurpatione. i. lõgo uſu, legendo militem cenſum capite. i. dum cenſus fieret æſtimatum nihil debere in rem pu. conferre præter caput. Marius inq̃ ciuis alioquin, ideſt in quouis alio facto magnificus. ¶ Sed cõſulæ no. i. quia ſe nouit hominem nouum. i. qui prius in familia ſua ad eũ honorem, quem adiuerat utpote conſulatem, peruenerat, nõ ſane, ideſt non multum, propitius, ideſt idoneus, & utilis uetuſtati, ideſt nobilibus memorq; ſi ignauia militaris perſeueraret, ſpernere humilitatem, ideſt abiectionem nouorum hominũ, ſe poſſe compellari à maligno interprete uirtutum, ut qui uirtutem inuertat, idq; uitio det, quod honori dandũ ſit, uelut. i. tanq̃ imperatorem cenſum capite. Itaq;. i. & ita dixit, ſcilicet utile. i. iudicauit faſtidioſum. i. ſuperbum, & contentioſum genus delectus. i. eligendi milites de multis, obliterandũ. i. delendum in exercitibus Romanis, ne contagio talis notæ. ſ. humilitatis capite cenſorum, penetraret quoq;. i. ẽt ad ſugillationem. i. denigrationem gloriæ ipſius. ſ. C. Marii.

OLIVERIVS.

Armorum ludus

ARmorum tractandorum meditatio. Exercitatiõ, & præiudium Dicit à P. Rutilio hanc emanaſſe diſciplinam, ut milites ſimulachra pugnæ quædam inſtituerent, antequam ad uerum pugnandi cum hoſtibus certamen accederẽt, diſcebant autem à magiſtris gladiatorum artem uitandi ictus, atq; inferendi, legitur de hoc P. Rutilio ꝙ cum frater eius conſulatum impetrare non potuiſſet, dolore periret. Cice. tuſculana quarta, ægre tuliſſe P. Rutilium fratris repulſam conſulatus ſcriptum apud Fabium eſt, ſed tamen tranſiſſe modum uideatur, quippe qui ob eam cauſam à uita receſſerit Plinius natu. hiſto. libro ſeptimo. P. Rutilius, inquit, morbo leui impeditus nunciata fratris repulſa in conſulatus petitione illico expirauit. ¶ Ex ludo, Scilicet funebri, nã gladiatores exhibebantur ad ludos funebres, qui plerunq; eo uſq; certabant ut uel caderet, uel ſanguinem effunderet, eorum alter & ſe uictum fateretur, ꝙ ſi accidiſſet, placulum illud plurimum diis placere arbitrabantur, & ad animarum expiationem plurimum pertinere, dicit ergo tunc à ludis funebris Caii Aurelii gladiatorum accitos fuiſſe magiſtratos qui iuuentutem Romanam laſciuientem hac arte inſtruerent. ¶ Legibus Arte uelitum. Nunc narrat quiſnam fuerit inuentor uelitum, ſunt autem uelites milites qui alio nomine rorarii, alio etiam ferentarii appellantur dicti ſunt autem uelites græco nomine ἀπὸ τοῦ βάλλειν. i. à iaculando, eo ꝙ tela tantum miſſilia ſecum gerant quæ iaculantur in hoſtes. Rorarii uero dicti eo ꝙ tela in modum rotis ſpargerent, ferentarii eo ꝙ tela geſtabant qua in hoſtem ferri poterant.

ASCENSIVS.

ARmorum &c. Recitat aliud inſtitutum militare dicens Meditatio, id eſt exercitatio armorum tractãdorum eſt tradita militibus à Publio Rutil. conſule, collega Caii Mallii, ideſt qui ſimul cũ C. Mallio conſul fuit. Enim ꝓ quia, is, ſcilicet Rutilius, nullius ideſt non ullius, non ſecutus exemplum alicuius imperatoris ante ſe, ingenerauit ideſt introduxit legibus, ideſt per leges à ſe latas, ſubtiliorem rationem uitandi ictus, atq; inferendi ictus, ut faciunt gladiatores, quos dimicatores uocant, & hoc doctoribus, ideſt magiſtris gladiatorum accerſitis ex ludo, ideſt ut dicunt ſchola gladiatoria C. Aurelii ſcauri, ſcilicet laniſtæ, & miſcuit arti uirtutem, & rurſus uirtuti artem, i. fecit, ut ad uirtutem priſtinam militum Romanorum accederet ars gladiatoria, ut illa, ſcilicet ars fieret fortior impetu huius, ſcilicet uirtutis, & hæc, ſcilicet uirtus fieret cautior ſcientia, ideſt per ſcientiam illius, ſcilicet artis, hic non liceret dicere cautior q̃ ſcientia, non etenim eſt ablatiuus rei exceſſæ, ſed ſeptimus caſus inſtrũ intrinſeci.

OLIVERIVS

CApuam, Capua ſecundum Titum Liuium à campanorum fertilitate dicta alii uolunt à capi duce denominatam eſſe. Strabo uero à capite dictam plane oſtendit, ꝙ aliarum ciuitatum ſit caput dicit enim libro quinto cũ autem urbes duodecim populoſæ forent Capuam perinde, ac illarum caput nominarunt. Hæc autem ciuitas bello punico ſecundo à Populo Romano defecit ad Hannibalem. ¶ Excurſationibus, qui ſæpe è mœnibus erumpentes incurſabant in Romanos. ¶ Expediti, Agiles corpore, quia nõ admodum armis onerati erant. ¶ Breuibus, & incuruis. Vnũ ſequitur ex reliquo, nam telum, quo breuius eſt, eo etiam rigidius. ¶ Et incuruis haſtis, ſignificat eas fuiſſe non admodum craſſas, quæ dum contulcarentur, incuruari poſſent. ¶ Paruo tegmine, breui ſcuto. ¶ Veloci ſaltu. Quia didicerant milites exercendo ſe agili ſaltu in equos conicere, & de-

inde

inde cum cœpiſſent hoſtes, deſilerent. ita primo impetu equites eſſe dicebantur, ergo ueloci ſaltu, quia in clunes equorum aſcendebant agili ſaltu & cum ad pugnam peruentum eſſet, deſiliebant, & ita duplici pugna equitatum hoſtium deludebant. ſ Delabi, Celeriter deſcendere, ſcilicet ab equis. ſ Inceſſerent, Inuaderent. Eaq; no Hac nouitate rei deterriti, hoſtes facti ſunt imbeciliores. ſ Auxilium, Scilicet equitatum. ſ Cãpanæ perfi. Quia defecerant à Romanis. ſ Proximis mi. inſti. Dicturus de ſpectaculis ita trãſit, ut nõ ex abrupto trãſire uideatur, ut dicat non eſſe diſſonum, quod in theatris fit ab eo, quod in caſtris fuerit dicit ergo diximus đ bellis quæ foris geruntur, nunc dicẽdum eſt de certaminibus, quæ intra urbem fiunt uidelicet in theatro ſ Militaribus Non enim multum intereſt, inter ſpectacula & militarem diſciplinam.

Gradus. ſ Gradus, Tranſitus. ſ Quoniam hæc. Oſtdit quomodo ſimilitudinem habeant ſpectacula cum militari diſciplina quia uidelicet plerunq; exorta ſunt bella in theatro ꝓpter animorum iracundiam, adeo ut ciuilis ſanguis excitaretur. ſ Animoſas aci. inſtru. Quia ut dixi ciues plerunq; inter ſe dũ alii aliis fauent hiſtrionibus occidebantur. ſ Excogitata iuuenta, quia cauſa ſpectaculorum fuit, ut colerentur Dii. & homines quoq; oblectarentur. ſ Cultus deo. quia, ut paulo poſt dicturus eſt in honorem deorum ludi edebantur. ſ Nõ ſi. ali. p. ru. quia reuerentia diuini cultus in pace retinere debebat homines, nam in ſummo otio ſpectacula eduntur, in q̃bus cum rixæ orirentur quodammodo initiebantur. ſ Volu. quantum ad hominum delectationem. ſ Reli. quantum ad deorum cultum. ſ Gratia ſcæ. por Bene dixit portentorum propter fabulas poetarũ, quæ in Scænis recitabantur, nam portenta dicuntur miracula quæ excedũt rerum naturam, et quia hæc in Tragœdiis narrantur, quæ præter conſuetudinem fiunt, hominumq; naturam, ideo portenta appellauit uel certe portentorum, id eſt mioorum, quos portenta appellauit propter perſonas, quas induunt, aut portentorum dixit, quia monſtroſũ quodammodo uſ'q; ciuis inſurgat contra ciuẽ ſine cã & ſpe pacis. ſ Aucto. P. Scipione, quia in ſenatu rettulit & ſecundum ſententiam eius factum eſt ſenatuſconſultum, ut ſub haſta uẽderetur, Aug. de ciui. dei dicit. Caueam theatri ſenatum conſtruere molientem ab ea diſpoſitione & cupiditate cõpeſcuit. P. Scip. Naſica perſuaſitq; oratione grauiſſima, ne græcam luxuriam uirilibus patriæ moribus paterentur obrepere. Hoc autem homine nemo ſuo tempore melior, nemo ſanctior in urbe fuit. hic ille eſt, qui omnium optimus à ſenatu iudicatus dignuſq; ductus. apud quem Deorum mater, quæ publice A peſinunte uehebatur, per aliquot dies diuerteret. Sedens lu. ſpe. nolebat, inquit, ludos ſedendo ſpectare, ſed ſtando, ut ſi ſpectacula ederentur, omnes ſtantes expectarent, ut ſtando robuſtiores efficerentur. ſ Remiſſioni animorum. Vt non ſolum in laboribus, & periculis adeundis, ſed etiã dum animi laxamenta quærerent, utilitatem quandam præ ſe ferrent. quia ut Liui. ait Romanus, eſt fortia pati, ergo remiſſioni, id eſt laxamento. Remiſſio aiorum.

ℂ Mos ludorum.

PEr quingentos autẽ, & quinquaginta octo annos, Senatus Populo miſtus, ſpectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Attilius ſeranus, & L. Scribonius ædiles, ludos Matri deum facientes, ſuperioris Africani ſententiam ſecuti diſcretis Senatus, et populi loci ſoluerunt, eaq; res auertit vulgi animum, & fauorem Scipionis magnopere quaſſauit. Nunc cauſam inſtituendorum ludorum ab origine ſua repetam C. Sulpitio Pætico C. Licinio Stolone COSS. intoleranda uis ortæ peſtilentiæ ciuitatẽ noſtrã à bellicoſis operibus reuocatam domeſtici, atq; inteſtini mali cura afflixerat. Iamq; plus in exquiſito, & nouo cultu religionis, quam in ullo humano conſilio poſitum opis videbatur. Itaq; placandi cæleſtis numinis gratia, compoſitis carminibꝰ uacuas aures præbuit ad id tempꝰ Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus raptis virginibus ſabinis Conſualium nomine celebrauit. Verum, vt eſt mos hominum paruula initia pertinaci ſtudio proſequendi, venerabilibus erga deos obſequiis iuuentus, rudi, atq; incompoſito motu corporum iocabunda, geſtus dedit, eaq; res Ludium ex Hetruria accerſendi cauſam præbuit, cuius decora pernicitas vetuſto ex more Curetum: ydorumq;, à quibus Hetruſci originem traxerunt nouitate grata Romanorum oculos ꝑmulſit: & quia Ludius apud eos Hiſtrio appellabatur, ſcenico nomen hiſtrionis iditum eſt paulatim deinde ludicra ars ad ſatyrarum modos perrexit, à quibus primus omnium poeta Liuius, ad fabularum argumenta ſpectantium oculos, animos tranſtulit. Iiq; ſui operis actor, cum ſæpius à populo reuocatus, uocem obtudiſſet, adhibito pueri, & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit. Attellani autem ab Oſcis acciti ſũt: quod genus delectationis italica ſeueritate temperatum: ideoq; uacuum nota eſt: nam neq; tribu mouetur, neq; a militaribus ſtipendiis repellitur: & quia cæteri ludi ipſis appellationibus unde trahantur, apparet: non abſurdum uidetur Secularibus initium ſuum, cuius generis minꝰ trita notitia eſt, reddere.

ASCENSIVS.

VElitum &c. ꝓcedit ad alia inſtituta & inuenta militaria dicens. Vſus ueſitum, id eſt, expeditorum militum, repertus eſt primum eo bello, quo Fuluius Flac. imperator obſedit Capuã, urbẽ potentiſſimam in campania italica, Nam quum equites noſtri, id eſt Romani quia pauciores erant numero nõ poſſẽt reſiſtere equitatui campanorũ crebris excurſationibus, id eſt facientium crebras excurſiones. Quin. Næuius centurio inſtituit milites ſup. lectos è peditibus exiſtentes corporis expediti, armatos ſeptenis haſtis id eſt ſeptem iaculis ſingulos, breuibus, & incuruis, & munitos paruo tegmine, inſtituit dico iungere ſe ueloci ſaltu equitantibus. Et dilabi rurſus motu celeri. quo, id eſt ideo ut pedites ſubiecti facilius prælio equeſtri, inceſſerent, id eſt laceſſerent telis, uiros pariter, atq; equos hoſtium. E. ea nouitas pugnæ debilitauit unicum, id eſt ſingulare auxilium perfidiæ campanæ, uidelicet equitatum eius. Ideoq; honos eſt habitus adhuc Næuio auctori eius. ſ. rei. Proximus &c. Tranſiens à caſtris militaribus ad urbana. id eſt ad theatra in quibus eſt etiã ſua militia, id eſt exercitatio, recitat antiquorum ſeueritatem in ſpectando, nam ſtantes non ſedentes ſpectare permittebantur. Ordo eſt Gradus, id eſt paſſus, aut tranſitus proximus inſtitutis militaribus eſt faciẽdus ad caſtra urbana, id eſt theatra, exponit quæ ſint caſtra urbana, dicens ea eſſe theatra, id eſt ſpectandi loca. Quoniam hæc quoq;, id eſt etiam hæc. i. urbana caſtra, hoc eſt theatra inſtruxerunt ſæpe numero acies animoſas aut quia uiriliter in arena decertabant, & ex inſpectatione animi tyronum ad cædem imbuebantur aut quia etiã in ſcænicis ſpectaculis, ſæpe ingens eſt animorum, & uerborum conflictatio, aut potiſſimum (nam id ſenſit author) quia non minore contentione digladiantes in arena contendebãt quam in uera acie. Namq; theatra ſup excogitata, id eſt inuenta cauſa cultus deorum, ut per ludos ſolennes (quem cultum diuus Aug. in li. de ci dei merito irridet, cenſetq; à malignis ſpiritibus excogitatum) & cauſa delectationis hominum, ut homines ſpectando oblectamenta capiant, macularunt non ſine aliquo rubore pacis (per hoc enim cognoſcebant, quod ſine uicio in pace longa uiuere neſcirent. unde Iuue. paci longæ omnia luxuriæ mala imputat dicens. Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis luxuria incubuit uictumque ulciſcitur orbem &c. macularunt inquam uoluptatem, & religionem (nam utriuſq; cauſa introducta dixit) ſanguine ciuili, id eſt effuſione ſanguinis ciuilis inter ſpectandum auccta

tandum ſuſ. gratia portentóſorum ſcænicorum, quia alii aliis
fauebant uſq; ad conflictum quæ ſcilicet theatra aut portenſ
ta ſcænica, ſunt quidem inchoata à meſſala & Caſſio cenſori
bus, cæterum, ideſt ſed, placuit authore *P. Scipione*. Naſica
omnem apparatum operis eorum uenire, ideſt uendi ſubie
ctum haſtæ, ideſt auctioni aut ſectioni publicæ factæ ſub ha
ſta. Atq; cautum eſt, ideſt inhibitum, etiam ſenatuſconſulto,
ne quis uellet poſuiſſe ſubſellia ad ſedendum, ue pro uel. ☞ Se
dens ſpe. lu. in urbe, ue pro uel propius, ſup. urbem, ſup. uſq;
ad mille paſſus, quod millibre dicitur, utq; ſcilicet utilitas ſtā
di iniuncta remiſſioni, id eſt laxamento animorum eſſet no
ta propria gentis Roman. nam ſiue tunc quidem, cum uolu
ptati operam dabant, utilitatis immemores erant, uero ſimi
le eſt, ipſam eorum eſſe propriam.

OLIVERIVS.

PEr quingentos & .lviii. annos. Iam inquit, quingenti
& quinquagintaocto anni fluxerunt, ex quo ſenatus
cum populo mixtus ludis ſemper interfuit. ☞ Hūc mo
rem, Scilicet mixtim, confuſe ſpectādi ludos. ☞ Aediles, Qui
ludos ædere ſolebant, à quibus etiam, ut quidam uolunt di
cti ſunt. Matri deum fa. Facientes ludos, qui in honorem ma
tris deum celebrabantur, & Megaleſia dicebantur ἀπὸ τῆς με
γάλης a magna & matre Deorum. Nam ita græce dicitur
μεγάλη μήτηρ magna mater, de quibus Li. in bel. mace. In
quit. M. Iunius brutus ædem magnæ matris deū in palatio
dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos Megaleſia
appellauit. & μέγα quod eſt magnum deductū uocabulū.
Diſcretum. ☞ Diſcreti, diuiſi ſeparati ☞ Et. p. l. Quia loca ubi ſederet popu
lus & ubi ſenatus uoluerunt eſſe diſcreta, & ſeparata, & non
permixta ſicut ante. ☞ Eaq; res, inquit, Scipioni peperit ioui
diam, quia id gratia populi feciſſet, quoniam dedignaretur
una cum populo ſpectare ſenatum. ☞ Auertit animum, ſcilicet
à fauore Scipionis. Nūc cām Inſtituendorū ludorum proſeq
tur narrare Val. quo Initium ludi ſumptum fuerit quod à Ti
to Liuio lib. vii. decadis ab urbe condita prolixe tractatur.
☞ Domeſtici atq; inteſtini mali curia ab otio, Inquit alia rerum
orti ſunt, cum tamen peſtilentia urbem inuaſiſſet, nec reme
dium ullum inueniri poſſet, niſi Deorum ira placaretur, nam
humanæ opes ad auertendum peſtilentiam parum prodeſſe
poterant. ☞ Reuocatam, remotam à bellis externis. ☞ Dome
ſtici, Quia maior cura à minori animos deterreret, nam
maior cura eſt unicuiq; ſalutis ſuæ aliarum rerum ☞ Inteſtini,
quod ad ſalutem cuiuſq; pertinebat ut maior illum cura do
maret. ☞ Iamq; adeo increuerat peſtilentia, ut humanæ opes
nihil ſufficere poſſe uiderentur. ut auxilium potius à Diis ꝗ
ab hominibus petendum eſſe uideretur. ☞ Nouo magno quo
dam cultu, ut aliquid genus colendorum Deorum exquiſi
tum Inueniretur. ☞ Itaq; placandi cæleſtis numinis gratia, an
te hac inquit, Po. Ro. nullos alios ludos ſpectauerat, præter
quam circenſes, qui alio nomine magni, & Romani appella
bātur, quo genere ſpectaculi ad eam uſq; ætatem Po. Ro.
contentus fuerat. Compoſitis. ca. i. himnis in quibus deorū
laudes continebantur, hunc morem Virg. tetigit, ubi dicit.
Dant motus incompoſitos & carmina dicunt. ☞ Quod pri
Conſualia. mus Ro. Quod quidem ſpectaculum & ludi ſunt primum
à Romulo conſualia dicti, nam Romulus cū equeſtris ima
go Neptuni in fundamentis urbis reperta fuiſſet ei ludos ꝗ
tu potuit apparatu conſtituit, & populos uicinos ad hos lu
dos ſpectandos inuitari iuſſit. Cæteri frequentes conuenere
Sabini etiam paſſim & uxores cum liberis omnes affluxere,
quippe qui propinquiores erant cum benigne hoſpitio ſu
ſcepti eſſent, nouamq; urbem tam breui opibus uiriſq; aucta
perluſtrati eſſent, ad Ludos conuenerunt, ubi cum omnes
ſpectaculo intenti eſſent, iuuentus Ro. ad uirgines rapiēdas
compoſito diſcurrit, eas ſibi uxores adiungunt ut, quod ali
ter obtineri nequierant, nam cum per legationem Roma
ni ad affinitatem uicinas urbes ſæpius inuitaſſent, idq; ſemp
denegatum ſibi fuiſſet, utpote genti nouæ ui graſſandum
eſſe cenſuerunt. Romulus igitur poſt raptum Sabinarū ima
ginem illam equeſtrem Neptuni cōſum appellauit, & ludos
conſualia quaſi cōſilium Dei, quia poſt inuentam illam ima
Conſus qui. ginem ſubito conſilium cœpiſſet rapiendarum uirginum p
ludorum ſpectaculum, De conſualibus tradit Plut. fama diu
uulgata à Romulo cuiuſdam Dei aram conditam ſub terra
inuentam eiq; Deo conſo nomen indiderunt, ſiue à conſi
lio, quod conſiliarius foret, ſiue Neptunus equeſtris. ara eſt in
circo maximo poſita, quæ reliquum tēpus latet in equeſtri
bus autem certaminibus aperitur hæc condita ſub terra eſt,
quoniam conſilium arcanum eſſe oportet, ludi igitur in ho
norem huius Dei inſtituti à Romulo conſualia dicta. Diony
ſius alicar. de antiquitatibus Romanis, Sacratam, inquit, il
lam ſolennitatem nunc etiam Romani perficiunt conſualia
uocantes, in qua etiam ara ſubterranea conſtructa iuxta cir
cum maximum circumfoſſa terra ſacrificiis, quæ & ingētib⁹
ſolennitatibus colitur, curruſq; æquorum agitur iunctorum,
& non iniunctorum, uocatur autem is Deus cui hæc perficiū
tur, Conſus à Romanis, ac propterea ſubterranea con araeā
dicunt, quod hic Deus terram habeat, ego uero alterū quoq;
ſermonem audiui, quod hi quidem dies feſti Neptuno agan
tur, q; q; curſus & equites huic etiam deo fiant, ara uero po
ſtea genio cuidam arcano conſtructa fuerit occultorum cō
ſiliorum duci atq; cuſtodi. Neptuno enim Interea nec domi
tori terræ neq; à græcis, neq; à barbaris ara uſq; erigitur, ue
ritas autem ubi lateat, difficile eſt dicere. ☞ Vt eſt mos ho. ita
ferme cōſuetudo eſt, ut omnia tenui principio oriantur. ☞ Ve
nerabilibus uerbis, Carminibus compoſitis in honorē Deo
rum ☞ Io. abunde geſtus adiecit, Quia iocos inter ſe iacta
bant, eaq; res, quia non ſolum carmina canerent. ſed etiam
motu corporum geſtus facerent cauſa fuit, cur à Lydia uo
carentur Hiſtriones. ☞ Ludium, Romanum nomen eſt, nam
Tuſco uerbo dicitur Hiſtrio. ☞ Decora, Venuſta. quicquid fit
quod decet, dicitur Decorum ☞ Pernicitas, Velocitas, ut per
nicibus ignea plantis Vir. ☞ Cuius de perni. uetuſto ex more
Curetum. Curetes populi ſunt Cretæ, qui hoc canendi, ſaltā
diq; genus primi inueniſſe dicuntur ad uſum militiæ, ſiue ad
cultum Deorum ſiue magis ad fabuloſam Iouis originem,
nam hæc omnia Stra. lib. x. inouit circa medium, ubi de Cu
retibus diuerſas auctorum ſententias referens, dubiam eo
rum ethimologiam his uerbis eſſe oſtendit, quo fit ut multi
fariam noſcendi nominis rationem, & ethimologiam Cu
retes habere facile copioſeq; uideantur credibile eſt, & armi
ſeram illam ſaltationem ab iis prius introductam, qui circa
comam, atq; ſtolam exercitati fuere, qui Curetes uocarentur
quod quidem negocium occaſionem illis præbuiſſe credide
rim ut fortiores in re militari cæteris euaderent, & uerſatam
lo armis uitam haberent paulo inferius, armiſona, inquit, ſal
tatiu, militari de more, & Hypercha, & Pyrricus ipſe inditio
ſunt, qui huiuſmodi repertor exercitii pro iuuenibus, ad mili
tarem periciam fuiſſe perhibetur. Apparet ergo ex his uerbis
ad uſum militiæ hoc ſaltationis genus fuiſſe repertū, ſed alio
loco dixerat, hac armorum agitatione in Deorum ſacris uſos
fuiſſe ubi Deorum miniſtros illos nominat tales, inquit, dæ
mones quoſdam, deorū ue miniſtros Curetas uulgant, dein
de ſubiungit, quidam uero res Cretenſes, ac phrygias edidere
ſacrificiis nonnullis implicitas, partim aliquo pacto conten
tas, uti Iouis infantiam in Creta educati. matriſq; Deorum,
cerimonias in phrygia, & in Idæ Troianæ locis celebrandas,
quibus ſane in ſermonibus magna uarietas eſt, cum alii eoſ
dem eſſe Curetas, & Corybantes, & Caberos, & ideos dacty
los, & Telchines oſtendant, alii cognatos inter ſe, & puſillas,
quaſdam ipſarum diſias inter eos eſſe diſtinguant. in hoc au
tem uniuerſi tradunt quoſdam ſpiritibus afflatos, & bacchi
chos, inq; armorum agitatione tumultuoſa, & cum ſtrepitu,
& fragore, cymbaliſq;, & tympanis, & armis, item etiam ti
biis uociferationibus inter ſacrificandum ſtupefaciētes, inq;
miniſtrorum habitu publica modo quodam ſacra iactitātes.
Rurſus ad fabulam Iouis alio loco referens ait, Hos Cure
tas nominabant adoleſcentes quoſdam armiſonam quādam
cum ſaltibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Io
uis origine fabulam, &c. nam ipſam fabulam deinde narrat.
item paulo infra ubi Homeri carmina refert, Cretenſem etiā
rem his adiungit hoc modo ſedes Curetum, religioſiq; etiā
Iouis genitores ubi tibiæ, ubi triplices criſtæ, ubi Byſſa &c.
Thyrſum orbem hunc mihi Coribantes excogitarunt. Cu
retes autē fuiſſe non ſolum in Creta, ſed in Eubœa, Aetolia, &
Acarnania idem auctor cum multis in locis, tum ibi potiſſi
mum oſtendit. ubi ait. Itaq; eodem inſignitos nomine cure
tas ipſos appellari, qui in Eubœa ſunt, quiq; in ætolia, & in
Acarnania, hinc eſt quod Lu. dicit li. iii. Curetas feroces po
pulos in Dalmatia. Quos alit adriatico tellus circumflua pon
to.

Diſcretum. to. Apud quos Mar. Ant. fuit à Pompeianis clauſus cũ maximo diſcrimine. Lydorumq́ à quibus thuſci originem traxerunt. Nam Thuſci dicti ſunt Lydi, quõ ex lidia coloni uenerunt in thuſciam, duce Tyrrheno Atys filio. Stra. li. v. Tyrrhenos, inquit, Romani Aetruſcos appellant atque Tuſcos, græci uero Tyrrhenos hoc eos nomine nominarũt à Tyrrheno Atys filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionem ſicuti traditur, dimiſit. Atys enim ex prognatis Her. & Omphales cum ſterilitate & fame populũ emittere cogeretur, è duobus filiis ſorte iacta Lydium Lydiæ regni ſucceſſorem tenuit Tyrrheno autem maiorem applicans, populum foras abire iuſſit, hanc ille tandem ingreſſus oram de ſuo uocauit noie tyrrheniam, Lydos autem hoc genere ſaltationis uſos eſſe idem auctor multis in locis oſtendit Plau. quoq; ſub ſilice populi hanc propriam lydorum eſſe dicit. Plin. uero li. iii. Lydia, inquit, à quorum rege tyrrheni mox à ſacrificiorum ritu lingua græca, thuſci ſunt cognominati. de fabulã Curetum hymbribus deletorum, & ex fungis reſtitutorum, mihi hoc loco uidetur dicendum. ¶ Scænico, Miniſtro ſcænæ, qui par-

Scẽicus tes aliquas agit ſcænæ. ¶ Liuius poeta, De hoc Cic. li. Tuſ. i. ſenus poeticam nos accepimus annis fere quadringentis decem & octo poſt Romam conditam, Li. fabulam dedit. ¶ Fabularum, Reprehenſiones ciuium, ſalibus enim quibuſdam ciues irridebant. ¶ Perrexit, peruenit. ¶ Satirarũ mo modus dr̃ uerſuum menſura, certa lege diffinita, ergo modos modulationes appellat ſatyrarum. Ex carminibus, quæ primo incompoſita agebantur res eo proceſſit, ut ſatyri efficerentur & comœdiæ, & tragœdiæ. ¶ Sui op. a. Quia cœnebat & cantum nutu corporis mitabatur. ¶ Reuo. ¶ Cum finierat adeo populo placebat, ut ſæpius ad principium reuocaretur agendi. Sed cum raucam uocem feciſſet, puerum acciuit, qui caneret uoce & alterum, qui tibia, ipſe uero modus, & cantus agere cœpit motu corporis ¶ Tacitus non narrãs quia ante narrabat, & deinde geſtum corporis dabat, ¶ Atelani, Ludi proprie ſunt comicorum, uidelicet in quibus comœdiæ agũtur in theatro. Atellani erant ludiões qui iõ ſunt acciti ab atellis, quia peritiores erant quam Ro. Atellæ ciuitas eſt campanorum quorum luxuria in hmõi ludis nimia erat, & iõ apud campanos inhoneſtiſſimi erant, ſed à Ro. deinde magna ſeueritate correcti. ¶ Ab oſcis ac. Oſci dicti ſunt campani, q̃ in campania ſerpentes abundent, Ver. Oſcorumq́ manus capuẽſes exponit. Ser. Nam oſcus campania lingua ſigñat ſerpentem, uel ſecundum alios dicti ſunt oſci, quaſi obſcœni à quadam cicatrice quam habent in fronte, quæ reddit eos obſcœnos. Hora. in Sermonibus At illi fœda cicatrix, ſetoſam leui frontem turpauerat oris, campanum morbum ſed melior eſt ſuperior expoſitio. Stra. in deſcriptione campaniæ Oſcus ſeparat Capuenſi ¶ Italica ſe. iõ dicit, qua cum apud græcos. ironice ciues Athe. comœdi rep̃henderẽt, cautũ eſt lege apud Ro. ne id adeo ſolute fieret. immo ẽ. ſenſim res eo proceſſit, ut nulla eiuſmodi uirorũ reprehenſio contineretur, ſed aliud genus carminis inuentum eſt, q̃ poſtea Satyricum eſt appel-

Italica ſeueritas. latum. ¶ Italica autem ſe. iõ dixit, quia uult Italiæ propriam eſſe ſeueritatem, ſicut Græcorum fuit eloquentia, & liberaliũ artium ſtudium. Satyrica, ut inquit, Diome. eſt apud Græcos fabula, in qua item Tragici poetæ non reges, aut Heroes, ſed ſatyros induxerunt ludendi cauſa iocandiq́ ſimul, ut ſpectator inter res tragicas ſerias, ſatyrarum quoq; iocis & luſibus delectaretur, & ut Hora ſenut. mox etiam agreſtes ſatyros ornauit. Cl. in procemio. Tuſ qõnũ, annis quaſi quadringentis poſt Romam conditam Li. fabulam dedit C. Claudio cæci filio & Tuditano conſulibus. Idem Dio. Tertia eſt ſpẽs fabularum inquit, latinarum, quæ à ciuitate oſcorum Atella in qua primum captæ Atellanæ dictæ ſunt argumẽtis, dictiſq́ iocularibus ſimiles Satyricis fabulis græcis. Vacuũ, iõ aũt non erat ludi genus uituperandum, quoniam iuuentus Romana inter ſe carmina iactare conſueuerit. Nam neq; à tribu mouetur. Oñdit quare ignominioſum non erat q. a. ſ. à tribu non mouebatur, ex quo apparebat non eſſe ſeruile. Nam is dr̃ in tribu eſſe, qui ſuffragiũ ferre põt. omnis enim Po. Ro. per tribus diuiſus eſt atq; Centurias qui infamis fuiſſet tribu

Tribu moueri mouebatur. Et quia cæteri. De aliis ludis minus incertum ẽ, unde originem habuerint, nam nomine ſuo facile comprehendi poteſt, ludi Apollinares, q̃ in honorem Apollinis fiebant, circenſes à circuitu, ut ſupra diximus, uel à circum & enſes. Magaleſia [Greek] i. à magna Dea magni, & Romani, eo q̃ in honorem Iouis fierent. Atellani ab atellis ciuitate oſcorum. i. campaniæ. unde Acciti fuerunt hiſtriones ſed ſæcularium ludorum origo obſcura uſ, non enim à nomine cognoſci poteſt. ¶ Sæculares, ideo dicti ſunt quod poſt ſæculum ſemel tm̃ hi ludi celebrarẽtur. ideſt poſt centum annos. nam ſæculum eſt centorum annorum ſpacium. ¶ Trita, Vſitata, conſueta tranſlatio eſt ſumpta à ueſte, quæ proptee longam conſuetudinem teritur.

ASCENSIVS.

PEr quin. &c. commendat antiquorum modeſtiam in ſpectandis ludis, eo q̃ ſenatores mixti plebeis, ſpectabant, ſed poſt annos quingentos & lyni. diſcreti ſunt. Ordo eſt. Senatus. i. ordo ſenatorius, interfuit ſpectaculo ludorum. ſ. ſcænicorum, & ſolennium, mixtus, ideſt non diſcretus loco populo per ãnos quingẽtos, & quinquagintaocto. Sed Atti. Seranus, & L. Scri. Aediles ſ. ciuiles, ad quos pertinebat ludos inſtruere facientes ludos matri Deum, quæ Megaleſia dicebantur, ſecuti iniam Aphricani. ſ. Scipiõis, ſuperioris. i. maioris, q̃ carthaginem tributariam fecerat, ſoluerunt hunc morem. ſ. mixtum ſpectandi, & hoc locis ſenatus, & populi diſcretis. Et ea res. i. diſcretio ſenatus à populo auertit animum uulgi. ſ. à fauore Scipionis quaſſauit. i. labefecit magno pere. i. uehementer fauorem Scipionis. i. quo Scipionis prius fautum fuerat. Nunc &c. quia ludorum mentionem fecit, docet à quibus, & qũo inſtituti ſint dicens. Ego repetam nunc cãm ludorum inſtituendorum. i. cur primum inſtituti ſint, ab origine ſua. Caio Sul. Bætico, & Caio Lici Stolone cõſulibus, ideſt quo anno. ii. conſules erant uis. i. uehementia, & copia intoleranda. i. intolerabilis, quia maxima peſtilentia orta affixerat ciuitatem noſtrã reuocatam ab operibus bellicoſis, cura. i. ſollicitudine mali domeſtici atq; inteſtini, quia in uiſceribus ciuitatis graſſantis. Et iam plus opis. i. auxilii uidebatur poſitum in exquiſito, & nouo cultu religionis quam in ullo conſilio humano. Itaq;. i. & ita ciuitas ſup. nr̃a, p̃buit carminibus cõpoſitis grã numinis. i. Dei cæleſtis placãdi, aures uacuas. i. non occupatas alieno ſonitu ut bellico, aut forenſi contenta. i. q̃ ciuitas fuerat contenta ad id tp̃s, ſpectaculo circenſi. i. q̃ in circo exhibebatur nondum. n. theatrum erat, & ſcænicos ludos non norat, q̃ ſup. ſpectaculum circenſe. Romulus celebrauit primus nomine conſualium uirginibus ſabinis raptis. i. qñ rapiebat uirgines ſabinas, ut Ro. po. qui tũc uirorum duntaxat erat uxores à uicinis negatas hẽret ut Liu. ſite docet li. i. ab urbe condita. Verum. i. ſed, ut. i. quemadmodum, aut ſcd̃m q̃ mos hoium eſt proſequendi pertinaci ſtudio. ſ. continuandi, & augendi paruula initia, iuuentus ſ. Romana iocabunda. i. luſitans, dedit obſequiis uenerabilibus erga deos. Geſtus. i. motus, & ſaltationes, rudi atq; incompoſito motu corpis. Et ea res p̃buit cãm. i. occaſionem accerſẽdi. i. aduocandi ex hetruria, ludiũ. i. hiſtrioné. qui ludendi peritus eſſet, cuius. ſ. ludii, pernicitas. i. agilitas, & uelocitas in motu corporis decora i. honeſta & ſpecioſa, atq; ita plauſibilis, ex uetuſto more curetum populorum in creta. Et lydorum, à q̃bus ſ. lydis etruſci traxerũt originẽ p̃mulſit. i. oblectauit nouitate gratã. i. delectabilẽ, q̃a oia noua placent, oculos Romanorum. Et q̃a ludius. ſ. lingua Ro. appellandus, appellabatur apud eos hiſtrio, iõ ſup. nomen hiſtrionis inditũ. i. impoſitum. eſt ſcænico. i. actori in ſcænis. Deinde ars ludicra perrexit. i. peruenit paulati ad modos. i. uerſus ſatyrarũ, à q̃bus ſcilicet modis, Liui. ſ. andronicus, poeta tranſtulit primus omniũ oculos & aĩos ſpectatiũ, ad argumenta fabularũ, q̃a primus fabulã egit. unde addit. Et is actor, id ẽ recitator & luſor ſui operis, quũ ipſe ſepius reuocatus à populo ſcilicet in ſcænam ad agendũ. obtudiſſet. i. hebetaſſet uocẽ ſup. ſuã Ipſe pegit tacitus ideſt tacẽs geſticulationem concẽtu pueri & tibicinis adhibito. Aũt pro. ſed atellani, ideſt attellanæ fabulæ actore, acciti, ideſt accerſiti ſunt ab oſcis, populis etruriæ q̃ genus delectationis, ſcilicet attellanæ, tẽꝑatũ ſup. eſt (q̃a nimis laſciuulum erat ſeueritate italica. Et iõ uacuũ eſt, ideſt caret nota, ſcilicet infamiæ Nã neq; (actor ſup. atellanæ fabulæ) mouetur tribu ut q̃) ludicram artem exercebant, tribu mouebantur, ita ut ñ hẽrent in tribu ſua ſuffragia danda, neq; repellitur à ſtipendiis militaribus. Et q̃a apparet. i. manifeſtũ eſt, uñ cæteri ludi trahantur, ipſis appellationibus. i. noibus eorũ, non uſ abſurdũ reddere ſæcularibus ſup. ludis ſuũ initiũ, cuius generis ſcilicet

ludorum notitia eſt minus trita, ideſt uulgata.

ngenti apparatu fecit, quos centeſimo quoq; anno (is enim terminus ſæculi) fieri mos. hæc ille ſæculares igitur à ſæculo dicti ſunt.

THEOPHILVS.

HVnc mo. Hoc eē ſcrī Val. Antias auctorē ludis Roma. quos fecerunt Aediles curules, Attilius Seran⁹ & T. Scribonius Libo, idq; eos feciſſe iuſſu cēſorū Sex. Aelii Pæti, & C. Cor Cethegi. Sic.n. Ianus apud Aſconium caſtigauit Antiatis inuerſum nouiſſima clauſula teſtimōiū. Sed illud obſeruandū prænomē Aedilis Scribonii, in Aſconio. T. legi in Va. L ¶ Ludos matri deum Va. antias & Liu. ait Ludis Ro. Ci. Megaleſiacis eius uerba ſūt hæc. Nā q̄d ego de illis ludis loquar, quos in palationū maiores aū tēplū matris magnæ fieri celebrariq; uoluerunt, quibus primū aū populi conceſſum &c. unū ſuſpicari licet eoſdē fuiſſe ro. & megaleſiacos ludos, ut in Li. Ianus admonuit. ¶ Africani ſniam ſecuti Ci pro cor. de maieſtate. P. Inquit, africanus ille poſterior dī non ſolū ſapientiſſimis hominibus, qui tum erant uerum à ſeipſo ſæpe accuſatus ē q̄ cū conſul eēt cū. T. longo paſſus eſſet tū plurima à populari cōſeſſu ſenatoria ſubſellia ſeparari. In ea āt q̄ p⁹ aliquot annos habuit de haruſpicū reſſo, non paſſum eē Scipionem ſed ipſum auctorem fuiſſe dandi eū locum ſenatoribus haud obſcure ſignificat, inde Valerius ait, Africani ſententiam ſecuti. ¶ Superioris Africani uetuſti codices habent poſterioris & ita legendum putabit, q cunq; non indigens eſt hiſtoriæ, temporumq;. ¶ Dedit, Exēplaria duo reuerendæ uetuſtatis, & exploratæ fidei legunt adiecit. ¶ Liuius, Liui. Andronicus (ut eſt apud Sueto.) grāmaticus, & poeta ſemigræcus utraq; ligua domi, foriſq; docuit, nihil amplius quam græcos interpretabatur, & ſi quid ipſe latine compoſuiſſet, prælegebat. ob ingenii meritum, manumiſſus à Liuio Salinatore, cuius erudiebat liberos, olympiade centeſima duodequinquageſima ſcriptitandis, agendiſq; in Scæna Tragœdiis claruit. auctor Hierony. in Euſebium. ¶ Reuocatus. Nāquom placeret iterum atq; iterum, exposente populo, prodibat in Scænam. Et hoc eſt, quod ait Liuius ludi Scenici Romani biduum inſtaurati. Similiterq; de cæteris idētidē. ¶ Attellani, Attella ciuitas Oſcorū, mediis inter Neapolim Capuáq; finibus, unū gētile nomen Attellanus, Attellæ numero multitudinis ēt dr, hodieq; Auerſa ſu⸗ giora Po. ll. Strabo Stepha. horūq; teſtimonio Parrhaſius in Liuiū ¶ Italica ſeueritate, quorū ꝓpria grauitas eſt. Hic auctor obſcæni carminis cum uenies latio ſupercilium. Papinius ad Vxorem de Neapoli, Quid laudem littus, libertatemque Menandri, Quam Romanus honos, & graia licentia miſcet, quem nodum Ianus, ut multos apud hunc poetam, primus omnium ſoluit. ¶ Sæculares, Tytus Liuius libro. cxxxyi. Ludos, inquit, ſeculares Cæſar

¶ De quodam Valeſio.

CVm ingenti peſtilētia Vrbs ātiqua, agri q; uaſtarentur: Valeſius uir locuples ruſticæ uitæ duobus filiis & filia ad deſperationem uſq; medicorum laborantibus aquam calidam iis à foco petens genibus innixus Lares familiares, ut puerorum periculū in ipſius caput transferrent, orauit orta deinde uox eſt habiturū eos ſaluos, ſi continuo flumine Tyberis deuectos Tarentum portaſſet. Ibiq; è Ditis patris, & Proſerpinæ ara petita aqua calida, quam illi deſideratēt, recreaſſet. Eo prædicto magnopere confuſus, quod & longa, & pīculoſa nauigatio impabat, ſpe tamen dubia præſentem metum uincēte pueros ad ripam Tyberis protin⁹ detulit. Habitabat enim in uilla ſua ꝓpe uicum Sabinæ regionis Heretum, ac lintre Hoſtiam petens nocte concubia ad Martium campum appulit: ſitientibuſq; ægris ſuccurrere cupiens, igne in nauigio ſuppetente, ex gubernatore cognoſcit, haud procul apparere, fumū, & ab eo iuſſus egredi Tarentum (id nomen ei loco eſt) cupide arrepto calice aquam flumine hauſtam eo, unde fumus erat obortus, iam lætior pertulit. diuinitus dati remedii quaſi ueſtigia quædā in propinquo ſe exiſtimans nactum. Inq; ſolo magis fumante, quam ullas ignis habente reliquias, dum tenaci⁹ omen apprehendit, contractis leuibus, & quæ ſors obtulerat, nutrimenti pertinaci ſpiritu flammam euomuit, calfactamq; aquam pueris bibendam dedit qua potata, ſalutari quiete ſopiti, diutina ui morbi repente ſunt liberati. patriq; indicauerunt uidiſſe ſe in ſomnis neſcio à quo Deorum ſpongia corpora ſua pertergi, & præcipi, vt ad Ditis patris, & Proſerpinæ aram à qua potio ipſis fuerat allata, furuæ hoſtiæ immolarētur, Lectiſterniaq;, & ludi nocturni fierent. Is qui eo loci nullam aram uiderat, deſiderari credens, vt à ſe conſtrueret, aram empturus in urbem prexit, relictus, qui fundamentorū conſtituendorū grā terram ad ſolidū foderent. Ii domini impium exequentes, cū ad. xx, pedum altitudinē humo egeſta perueniſſent, animaduerterunt aram Diti patri, Proſerpinæq; inſcriptam. Hoc poſtquam Valeſius nuntiante ſeruo accepit: omiſſo emendæ ꝓpoſito. Hoſtias nigras, quæ antiquitus furuæ dicebant, Tarēti imolauit: ludoſq;, & Lectiſternia continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.

OLIVERIVS.

CVm ingenti peſtilentia urbs antiqua agri. Quia nō ſolum ciues, ſed etiam agreſtes peſtilentia implicìti corrumpebantur. Nam ager dicitur omne territorium, ut ager Vicentinus, Veronenſis &c. Accipitur plerunq; profundo unde agellus diminutiuū hoc loco plane territorium ſignificat. ¶ Ad deſperatiōem Quia nullum remedium medici inueniebant contra ualetudinē illam. ¶ Lares, Genii dicuntur naturæ dei. Lactātius Hi & geniorum nomen aſſumunt, q̄ græce lares dæmones interp̄tantur, orauit ergo, ut trāſportarent in caput ipſius puerorū morbum. ¶ Genibus innixus, Aut geſtum tangit accedentis ignem, uel quod uerius eſt q̄ orationem fecit ad deos penates flexis genibus. ¶ Ibiq;, ex eo oſtendit, quo modo poſſent recuperare ualetudinem. Eo prædicto magnopere confuſus. Quia uidebatur longū iter, ideo quaſi animo perturbatus erat, ſed tantus mœrus fuit, ut in certam ſpem ſubigeret præſens metus, ſcilicet mortis filiorum, quia metus mortis filiorum uincebat, ¶ Habitabat, Oſtendit haud procul à uilla ſua tyberim fluxiſſe. Vicinum Sabinæ regionis, quia præterlabitur tyberis. ¶ Eretū, Quia petentibus Tarentū neceſſe eſt ingredi mare Tyrrhenum. ¶ Per hoſtiam, Nam hoſtia eſt haud procul ab urbe utpote octo millib⁹ paſſuū qua defluit Tyberis in mare. ¶ Lintre ¶ Fluuiali naue linter enim genus eſt naiculæ breuis fluminibus traiciendis aptæ. Vir. Cauat arbore lintres. ¶ Nocte concubia, intempeſta nocte, prima parte ſomni ¶ Ad martium campum, Qui tunc extra urbem fuit, ſicut oſtendit Liuius Dicit enim tarquiniorum agere, qui inter urbem & Tiberim fuit cōſecratus Marti, martius deinde campus fuit, & cætera. ¶ Suppetente, ſubminiſtrāte, uel ſufficienter exiſtēte. ¶ Tarentum, hoc etiā oſtendit Seruius. Dicit enim partem aliq̄ Tyberis in urbe appellari Tarentum quod Ouidius quoq; teſtatur in lib. Faſto. ubi, inquit. Iamq; ratem monitu doctæ carmentis àd amnem. Egerat, Et fuſcis obuius ibat aquis, Fluminis illa latus cui ſunt uada iuncta Tarēti, Aſpicit & ſparſas per loca ſola caſas, Ergo Tyberis in aliqua parte ſui uocatur Tarentum à terendo q̄ ripas, ſcilicet terat, in aliquam uero, fretum appellatur à feruore. ¶ Solo magis fumante, Locus ille fumabat, nec tamen ulla ſigna apparebāt exhalātis ignis. ¶ Spongia, Quaſi omnem morbum hauriret. ¶ Pertergi, demulceri, & mundari. ¶ Aqua, potio. Nam ex eo loco, ubi Ditis patris ara ſubterranea erat, fumus ille exhalauerat. ¶ Furuæ, nigræ. unde fures etiam dicuntur q̄ in furuo, ideſt nigro

Cāpus martius

tempore

per noctis ſurentur. Antiqui ſuperis immolabant alba aīalia Inferis uero nigra. Vergi lib.vi. Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto ꝛ Lectiſternia, Quia tribus continuis noctibus ea ſacrificia fiebant, dicebantur autem lectiſternia (ut ſupra diximus) à ſternendis lectis, quibus Deorum ſimulachra ſuper imponebantur. ergo lectiſternia, quibus ſe ſternentes tota nocte uigilabant. ꝛ Relictis ſcilicet famulis. Altitudinem? Profunditatem. Nam altitudo, tam de faſtigio quam de profundo dicitur unde cælumq́ profundum dixere poetæ, & altum mare. nam altum & ſuperiorem, & inferiorem altitudinem ſignificat. teſte Seruio, quia menſuræ nomen eſt altitudo, ſicut etiam faſtigium dicimus plerunq́ profunditatem, Ver. Forſitan & ſcrobibus, quæ ſint faſtigia quæris. ꝛ Inſcriptam, Quia notis quibuſdam ſignificabatur aram illam Diti patri, Proſerpinæq́ conſecratam.

ASCENSIVS.

Cum ingenti &c. Recitat (ut promiſit) originem ſecularium ludorum, quæ antique ſuperſtitionis pleniſſima eſt dicens. Cum, ideſt quādo, urbs āliqua ſcilicet Roma, & agri, ſcilicet uicini, (Sūt qui legāt urbes, atq́ agri &c.) uaſtarentur, ideſt uaſti, & uacui cultoribus fierent, ingenti peſtilentia, Valeſius uir locuples uitæ ruſticæ duobus filiis, & filiam laborantibus, ideſt cum duo filii & filia laborarent, ſcilicet morbo, uſq́ ad deſperationem medicorum, ideſt uſq́ adeo, ut medici eos deponerent, & nihil de eorū ſanitate ſperarent, petens iis, ſcilicet filiis & filiæ aquam calidam à foco orauit innixus, ideſt incumbens genibus, ideſt ſup genua ſua Lares familiares, quibus focus ſacer erat, ut transferrent periculum puerorum, ideſt liberorum, in caput ipſius .ſ. orantis patris Deinde uox eſt orta ualeſiū ſup. hiturū ſup. eſſe eos .ſ. filios & filiam ſaluos, ſi portaſſet eos deuectos, ideſt deorſum uectos, continuo flumine Tyberis Tarentum, ideſt in eum locum qui ſic dictus erat, ſed intellexit in id oppidum ſatis longinquum ab urbe. Et ſi recreaſſet, ideſt refocillaſſet, & refrigeraſſet eos æſtuantes, ibi. ideſt Tarenti, aqua, quam illi deſiderarent. petita ex ara calida calefacta per ſacrificium. Ditis, id eſt Plutonis patris, ſcilicet inferorum, & Proſerpinæ uxoris eius. Confuſus, ideſt diſturbatus magnopere eo prædicto, id eſt uaticinio, ſeu oraculo quod ideſt quia nauigatio, & longa, & pericoloſa imperitabatur, ſcilicet à Diis laribus, tamen ſpe dubia, ideſt incerta uincente præſentem, ideſt qui tūc aderat metum de periculo nauigationis, detulit protinus, ideſt ſtatim pueros, ſcilicet ſuos, ad ripam Tyberis, Enim pro quia, ipſe habitabat in uilla ſua, ideſt domo ruſtica prope Heretum uicum regionis Sabinæ, ac petens Hoſtiam, ſcilicet urbem ad Tyberim ſitam, lintre, ideſt nauicula, quaſi excauata arbore facta, appulit ſcilicet lintrem nocte concubia, ideſt qua cubitum ferebatur, ad, ideſt iuxta campum Martium, qui tunc extra urbem fuit, & cupiens ſuccurrere ægris, ſcilicet liberis ſuis ſitientibus, igne in nauigio. ideſt qui erat in nauicula ſuppetente, ideſt non ſufficiente, hoc eſt deficiente, cognoſcit ex gubernatore, ſcilicet nauigii, fumum apparere haud procul, ideſt è proximo & iuſſus ab eo, ſcilicet gubernatore nauigii, egredi, Tarentum (id ſcilicet Tarentum eſt loco nomen) ipſe calice, ideſt poculo accepto, cupide, quia iam ſpe erat plenus, audito nomine Tarenti, pertulit aquam hauſtam, flumine uidelicet Tyberi, eo, ideſt ad locum unde fumus erat obortus, exiſtens iam lætior, & exiſtimans ſe nactum, quaſi ueſtigia quædam remedii dati diuinitus, ideſt à diis laribus indicati, in propinquo, ſcilicet Tarento, non in urbe illa remota, & dum apprehendis tenacius. i. conſtantius, omen, ex nomine Tarenti oblatum in ſolo, ideſt ſolida terra magis. fumante quam habente ullas reliquias ignis, leuibus nutrimentis ideſt fomentis ignis, quæq́, id eſt & quæ aut quæcunq́ ſors obtulerat contractis, ideſt rapiim conſtructis, euomuit, ideſt elicuit pertinaci ſpiritu, ideſt continuo flatu, flammam, & dedit pueris, ideſt liberis ſuis aquam calfactam, ideſt calefactam igne illo, bibendam, qua ſcilicet aqua pota, aut ut potata, ut alii legunt, ipſi pueri, ſopiti, ideſt ubdormientes, quiete ſalutari, liberati ſunt repente diutina ui morbi, & indicauerunt patri ſup. ſuo uidelicet, Valeſio ſe uidiſſe in ſomnis, ideſt dum ſopiti erant, corpora ſua pertergi, ideſt per omnem partem tergi, ſpongia, neſcio à quo Deorum, ideſt ab aliquo Deorum, quem quis eſſet, ignorabant, & indicauerunt præcipi ab illo Deo, ut hoſtiæ furuæ, ideſt nigræ (unde æneid. vi. Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto) immolarentur ad aram Ditis patris, & Proſerpinæ, ſcilicet reginæ infernæ, à qua ſcilicet ara, potio fuerat allata ipſis & præcipi, & lectiſternia, lectiſtrati, in quos Dii uocarentur, & ludi nocturni fierent. Is uidelicet Valeſius pater qui eo loco, ideſt in eo loco nullam aram uiderat, credens deſiderari, ideſt expeti à Diis, ut ſup. ara conſtrueretur à ſe, perrexit in urbem, ſcilicet Romam empturus, ideſt ut emat à domino fundi aram. i. locum ad inſtruendam aram, relictis ſcilicet ſeruis qui foderent terram ad ſolidum, ideſt profundum, ubi ſolidum ſolet eſſe ædificiorum fundamentum, gratia fundamentorum uidelicet aræ conſtituendorum. Ii ſcilicet relicti ſerui, exequentes imperium domini, cum egeſta, ideſt excauata, & exportata humo, ideſt terra perueniſſent ad altitudinem ideſt profunditatem uiginti pedum, animaduerterunt, ideſt adnotauerunt aram inſcriptam, ideſt titulo addictam Diti, ideſt Plutoni patri, & Proſerpinæ. Quocirca dicēdum, eſt aut ueterem illic aram terræ incremento occultatā fuiſſe. Nam in locis ſacris præſertim, ubi ſepulturæ ſunt, terra altius ſurgere ſolet, aut Demoniorum callidicate aram ſubterraneam effectam (Poſtquam Valeſius) Sic enim antiquitus dicebatur, qui poſtea Valerius, ſuam prior littera ſæpes profertur, ut mulieres Parhiſienſium documento ſunt ideſt accepit hoc ſcilice aram inuentam eſſe, accepit dicit ideſt intellexit, ſeruo nunciante, omiſſo propoſito, aræ emendæ. immolauit Tarenti, ideſt in dicto loco ſic uocato. hoſtias nigras quæ antiquitus dicebantur furuæ, & fecit ludos, & lectiſternia tribus noctibus continuis, quia totidem ideſt tres filii, & liberi (erant duo filii, & filia, ſed conceptorie dicuntur tres filii) erant liberati periculo ſcilicet mortis ꝑpter morbū.

THEOPHILVS.

Quom ingenti peſtilentia. Varro de Scænicis originibus libro primo cur inſtituti ſint aliter narrat Quom multa portenta fierent (inquit) & murus & turris, quæ ſunt inter portam Collinam & Aeſquilinam de cælo eſſent, tacta, & ideo libros Sybillinos decemuiri adiſſent, renunciauerunt ut Diti patri, & Proſerpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent, tribus noctibus, & furuæ hoſtiæ immolarentur, utique ludi centeſimo anno fierent. ꝛ Antiqua ueniſſt codices, antiqua uerbum non habent ergo uel eradendum, uel emendandum eſt atq́, ut non Roma ſolum, ſed proximi quoq́ fines eius morbi contagione eſſent implicitı. ꝛ Fretum. Hoc animaduertere oportet, multas in Aethruria ciuitates, iis, quæ in latio referuntur, haberi cognomines, ut Ferentinum, etiam ſi Ptolomæus Ferentiū, Stra. tamen Ferentinum utcunq́ in Tuſcia Ferentini potius in Latio Ferentinates dicuntur, de quibus ipſe Pli. ut in Stephano Ferentani & Ferentii, non tamen à Ferentino Ferentinorẽ, ſed à Ferento Sabinorum oppido, aut ſamnitum, de quo Halicar. Diony. xvii hiſtoriarum uolumine, ut hoc fortaſſe illud ſit, de quo uale. habitabat (inquit) ſecundo libro, in uilla ſua prope uicum Sabinæ regionis Ferentum, etiam ſi corrupte Fratum legitur. Non ſum neſcius Eretum id à quibuſdam ſcribi ex Strabone, Liuioq́, nec improbo. Tibur, inquit, Strabo & Eretum uici potius quam oppida. Idem paulopoſt. Via, inquit, Salaria, in quam & Nomentana concidit, ubi Sabinorum uicus ſupra Tyberim Eretum nomine. Antoninus quoq́ ab urbe, inquit Eretum diſtat duodeuiginti. M. P. Diony. Eretum inquit Sabinorum fuit oppidum. Ver. Ereti manus omnis oliui, fereq́ Mutiſcæ. porro Eretum is uidetur locus eſſe, qui mons. Eretum, & corrupta uulgo dictione mons rotundus uocatur. Hæc Hermolaus. ꝛ Dedit Antiqui codices habent, detulit.

OLIVERIVS.

Valerius Publicola. Valeſius ludos & ſolennia ſecularia fecit liberandorum filiorum cauſa. Valerius Publicola liberandæ ciuitatis gratia quæ peſte grauiter corrupta fuerat. Hic fuit Valerius, ille qui exactis regibus primus in urbe conſulatum geſſit cum Iunio Bruto. Nam collatinus Lucretiæ coniux cum Bruto creatus ob nomen, & genus regium coactus eſt abdicare ſe magiſtratu, & urbe excedere quoniam de gente Tarquinia foret, hic illi deinde ſucceſſit. ꝛ Studio, Cupiditate. Succurrendi ciuibus, qui peſtilen-

❡ De P. Valerio publicola.

CVius exẽplum Valerius publicola, qui primus COSS. fuit, ſtudio ſuccurrendi ciuibus, ſecutus, apud eandem aram publice nuncupatis uotis, cæſiſq; atris bobus Diti maribꝰ, fœminis proſerpinæ Lectiſternioq;, ac ludis trinoctio factis, aram terra, vt ante fuerat obruit.

❡ De Q. Catulo.

REligionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta lætitia eſt. Eius inſtinctu Q. Catullus Campanã imitatus luxuriam primus ſpectantium conſeſſum uelorum vmbraculis texit.

❡ De Cn. Pompeio.

CNeus Pompeius ante omnes, aquæ per ſemitas decurſu æſtiuum minuit feruorem.

❡ De Claudio pulchro.

CLaudius pulcher ſcenam uarietate colorum adumbrauit, uacuis ante pictura tabulis extentam, quam totam argento C. Antonius: auro Petreiꝰ: ebore Q. Catulus prætexuit. Verſatilem fecerũt Luciꝰ & Cinna locum, quẽ argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornauit. tranſlatũ antea phœniceis indutum tunicis M. Scaurus exq̃ſito gn̄e ueſtis cultum induxit. Nam gladiatorum munus primum Romæ datum eſt in foro Boario, Appio Claudio Q. Fuluio COSS. dederunt M. & Decius filii Bruti funebri memoria, patris cineres honorando.

ſta laborabant. ❡ Atris, Furuis, nigris. ❡ Trinoctio, per ſpacium trium noctium Lautícia proprie dicitur magnificentia conuiuii & elegantia, unde etiam mundicia, dicimus lauticiam, quibus in conuiuiis uti conſueuerunt, & deriuatur à lauo lotum, uel lautum hic accipitur pro magnificẽtia.

ASCENSIVS.

CVius ſcilicet Valerii exẽplum Valerius publicola qui primus cõſul fuit ſcilicet cum Bruto, exactis regibus ſecutus .i. imitatus, aut tunc imitans, ſtudio .i. cupiditate, & diligente conuentu ſuccurrendi ciuibus ſcilicet peſtilentia laborantibus, atris ideſt furuis aut nigris bobus cæſis apud eandem aram ſcilicet Tarentinam, & hoc uotis nuncupatis, ideſt pronuntiatis conceptis uerbis, publice ideſt nomine publico, aut coram multis, maribus ſup. bobus cæſis, Diti. ideſt Plutoni, & fœminis ſcilicet bobus cæſis, Proſerpinæ, ideſt ad honorem eius & lectiſternio, ac lectis factis trinoctio, ideſt ſpacio trium noctium, obruit aram terra, ut ante, ſcilicet obruta, ideſt cooperta erat, quia inferis dicata.

THEOPHILVS.

TRinoctio, cõtinuis tribus noctibus. Auſonius in Grypoternario Trina tarentino celebrata trinoctio ludo.

OLIVERIVS.

QVin. Catulꝰ. Pli. li. xy. primus omniũ Catulus linteis in theatro, umbrã fecit & byſſina, uel à primus in theatrum duxit. ❡ Campanam luxuriam, quia & ipſi campani omnium rerum opulentia abundare eiuſmodi apparatibus utebantur. ❡ Spectantium conſeſſum, Conſeſſus dicitur extructus locus, ubi ad ſpectaculum populus conſedit. Vir. li. y. Conſeſſus medium tulit, extructoq; reſedit dicit etiam conſeſſus ſpectantium multitudo, & populus ut eodẽ libro. Hic totum caueæ conſeſſum ingentis & ora, Prima patrum magnis Salius clamoribus ſplet. ❡ Vmbraculis. Sicut ſunt aulæa, nã aulæis texit ſcænã, ſub qua ludi celebrabantur, & q̃ a ſole defendebant ideo umbracula appellauit. Vmbracula

ASCENSIVS.

REligionem. Docet incrementa ludorum ex luxu & apparatu dicens. Lautitia, aut Lautia .i. Lautus apparatus, & magnificentia ludorum, ſecuta eſt religionẽ ludorum, quia prius religioſe agebantur, & hoc copioſius .i. facultatibus, & diuitiis Creſcentibus Quin. Catulus imitatus luxuriam Campanam .i. qua campani frui ſolebant, inſtinctu eius. ſ. Lautitiæ ſunt tamen, qui Letitiæ legant Texit primus umbraculis uelorum, ſcilicet Linteorum, conſeſſum .i. multitudinem ſimul ſedentium. cum diu ſtetiſſent, ſpectantium .i. inſpectantium Ludos.

OLIVERIVS.

PEr ſemitas decurſu aquæ. Aquam riuulis deduxit per theatrum.

ASCENSIVS

CNeus Pompeius, ſcilicet magnus minuit ante omnes, ideſt primus omnium feruorem æſtiuum decurſu aquæ per ſemitas, ideſt aqua in riuulos ſecta, &

per theatrum ducta.

THEOPHILVS.

CNeus Pompeius. Is enim manſurum theatrum è quadrato lapide primus Romæ ſtruxit, ut ſcri. Tacitus, antea temporarium fuit.

OLIVERIVS.

CLaudius pulcher. Hic eſt ille Clau. qui primo puni. bel. non paſcentibus pullis, & per contemptũ religionis mari demerſis, q̃ſi biberent, quando eſſe nollent nauali prælio ſuperatus fuit, d̃ quo ſuo loco dicemus. Ebore. q; eburnea & ſpecioſior, & ſtabilior eſſe. ❡ Verſatilemq; fecerunt. Duplex erat Scæna, aut uerſatilis, aut ductilis, uerſatilis cum rota machinis quibuſdam ſubito uertebatur, & aliã atq; aliam picturæ ſpeciẽ oſtendebat. Ductilis cum hac atq; illac ducta, & iacta rota o͞is pictura nudabatur interior & ſicut Seruius ait in Georgi. Virgi. lib. iii. exponens carmẽ illud uel Scæna ut uerſis diſcedat frontibus, utq; purpurea intexti tollunt aulea Britãni. apud maiores Theatri gradus tantum fuerunt. Nam ſcæna ex lignis ad tempus fiebat, unde hodie quoq; permanſit cõſuetudo, ut cõponantur Pegmata ideſt gradus a ludorum Theatralium editoribus. Scæna autem fiebat, aut uerſatilis aut ductilis uerſatilis tunc erat cum ſubito rota machinis quibuſdam conuertebatur & aliã picturæ ſpeciem oſtendebat. Ductilis tunc erat cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ nudabatur interior. hoc etiam Varro & Suetonius commemorant. erat autem Scæna teſte Caſſiodoro pars illa Theatri, quæ ab uno eius cornu ad aliud ducebatur cũ coopertura, & principium habuita ruſticis, eodem teſte. cũ ad decantanda incondita carmina ruſtici ſibi adumbrationes parabant. ❡ Choragiis. Choragia dicuntur inſtrumenta ſcænarum, ideſt apparatus απο του χορου, ideſt à multitudine minorum, de quibus Virgilius. Purpurea intexti tollunt aulea Britani. ❡ Lentulus Spinter. Quia minimo ſibi per ſimili in ſuo conſulatu uidenti cognominatus eſt, fuit autẽ tempore Cice. ut uidere poſſumus in Epiſtolis ad Atticum. ❡ Tranſlatam antea Phœniceis, Puniceis, puniceus & phœniceus idem eſt. Nam pro pleruñq; ponitur pro daſea, ut φοινικος græci dicunt nos punicũ. ❡ Traſlatum, quod inde ſumpſerat colorem, unde etiã phœniceus puniceus dicitur. Nam gladiatorum munus. Dixit, de his q̃ adornauerunt Scænam. Nunc narrat, qui primum inſtituerũt artem gladiatoriam. ❡ Romæ datũ eſt, Liuius hoc dicit Marcus Decius Brutus munus gladiatorũ in honorẽ patris ſui defuncti primus edidit in foro Boario. ❡ Gladiatorũ, ludi funebres appellati ſunt, cũ paria gladiatorũ, uel duo uel plura, dabãtur, ut cuiuſq; facultas erat. Erant autẽ gladiatores, ut ſupra diximus, qui ſingulari certamine gladiis inter ſe dimicabant. donec alter eorum, uel occideretur uel ſe uictum fateretur, & ſi ſanguis ſpargebatur, exiſtimabant inferorum, expiationem fore. ❡ Foro boario, Vbi uenduntur boues. Scæna. Choragia.

ASCENSIVS.

¶ De Athletis.

ATHletarum certamen à M. Scauri tra-ctum eſt munificentia.

¶ De prima Statua aurea in italia.

STatuam auratam, nec in ulla parte Italiæ q̃ſquam prius aſpexit, quam à M. Attilio Glabrione equeſtris patri poneretur in æde pietatis. eam autem ædem P. Cornelio Lentulo, & M. Bebio. Pamphilo COSS. ipſe dedicauerat cõpos uoti factus Rege Antiocho apud Termopylas ſuperato.

¶ De Cn. Flauio uulgante Ius ciuile.

IVs ciuile per multa ſæcula inter ſacra, cærimoniaſq; Deorum immortalium abditum, ſoliſq; Pontificibus notum Cn. Flauius libertino patre genitus, & ſcriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus Aedilis Curulis uulgauit: ac faſtos pene toto foro expoſuit, qui cum ad uiſendum ægrum collegam ſuum ueniret, neq; a nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat cõpletum: ſedendi loco reciperetur ſellam Curulẽ afferri iuſſit, & in ea honoris pariter atq; cõtẽpt⁹ ſui uindex, conſedit.

CLaudius pulcher adumbrauit. i. cooperuit Scænam. i. umbraculum, in quo fabellæ agebantur, uarietate colorum. i. uariis coloribus extentum. i. explicatum, antea. i. prius quam id faceret Claudius, tabulis uacuis. i. carentibus pictura. Quam. ſ. ſcænam Caius antonius prætexuit. i. incruſtauit, totam argento, petreius prætexuit totã auro. ¶ Et Qu. Catulus prætexuit totam ebore. Lucius & Cinna conſules fecerunt locum uerſatilem. i. aptum ut quibuſdam machinis uertatur ad aliam picturæ ſpeciem oſtendendam quam, P. Lẽtulus Spinter adornauit choragiis. i. inſtrumentis agendarum fabularum, argentatis. i. argento tectis, aut decoratis. Marcus Scaurus induxit exquiſito. i. eleganti, & diligẽter queſito genere ueſtis cultum. i. ſcænicum, tranſlatum: ſ. ab aliis nationibus, & indutum antea tunicis phœniceis. i. rubicundis. Nam gla. &c. Compẽdioſe tranſit à ſcænarum apparatu ad gladiatorum munus, ac ſi dicat, hi quidem Scænam inſtruxerunt. Nam munus gladiatorum datum eſt Romæ primum in foro Boario, Appio Clau. & Qu. Fuluio conſulibus. dederũt ſup. illud Marcus & Decius filii Bruti honorãdo cineres patris ſcilicet ſui; hoc eſt Bruti, memoria funebri. Credebãt. n. miſeri mortales rem gratam facere inferis & manibus præſertim cæſi, ſi à gladiatoribus populo ad ſpectaculum datis ſanguis inter dimicando funderetur.

THEOPHILVS.

PEtreius. Exemplar ãtiquum legit. P. Cetelus, aliud. P. Retelus. ¶ Verſatilem &c. Codices inter ſe non conueniunt, in quibuſdam legitur. Verſatilem fortunæ locũ choragiis argẽtatis. P. Len. Spinter adornauit, in aliis hunc in modum Verſatilem fecerc locum, quem argentatis &c. Anti qui ſic. uerſatile fecerunt, Lu & Cinna locum, quem &c. Satis indicaſſe exemplariorum fidem uacillare. Solertis ingenii facile quid uero proprius accedat, intelliget. ¶ Foro boario, alii forum boarium dictum malũt ab æreo tauri ſimulachro de quo li. xii. Tacitus igitur à foro Boario, ubi æreum tauri ſimulachrum aſpicimus.

OLIVERIVS.

AThletarum. Athletæ ſunt, qui lacertis, & brachiis inter ſe luctantur ἀθλητὴς ſermo græcus eſt.

ASCENSIVS.

CErtamen Athletarum. i. pugilum tractum eſt. i. originem ſumpſit à munificentia Marci Scauri.

OLIVERIVS.

STatuam &c. nam. M. Attilius in honorẽ patris ſui Glabrionis ſtatuam erexit, quam Antiochum regẽ Phil. iuuante ex Aſia pepulit, idem etiam Aetolos euicit, & ad honorem uictoriarũ, quas pater cõſecutus erat, nũc pellẽdo ex Aſia Antio. nunc Aetoles ſubigendo ſtatuam erexit. Nec. n. aureæ unq̃ ſtatuæ erectæ fuerant, his q̃ bñ rẽ geſſiſſent. Acilius Glabrio nequis in errore trahatur. A. Gl. qui ſuperauit Anti. Pietatis, æde ex uoto dedicata eq̃ſtrẽ ſtatuã pr̃i poſuit. ¶ Cõpos uo. q̃ obtinuerãt, q̃ optauerat uel certe, quia uouerat ſe ſtatuam illã eſſe facturum, ſi uictoriã conſeq̃retur aduerſus Antiochum. ¶ Apud Thermopylas. Thermopilæ ſũt anguſtiæ q̃dã montis Oete, ut uult Stra. lib. ix. in deſcriptione montis Oetæ. qui Græciam eo pacto diuidit, quo Apenninus Italiam dicit enim hi uero Oetam montem poſſidebant mons ipſe ab oriente ac Thermopylis in occidentem uſq; ſinum ambracium extenditur, quodam etiam modo per lineas rectas mons iſte montanã ſcindit regionẽ, à gnaſo uſq; pindum barbariſq; ſuperiacentibus, iſtius pars una uergens i Thermopylas Oeta uocatur, lõgitudinis ad ſtadia. xxx. aſperitatis & celſitudinis non mediocris, longe autem excellentiſſim⁹ ad Thermopylarum tractum, ibi enim cacumen attollitur & in rupes acutas præruptas, præcipiteſq; finitur. paruum & anguſtum uiatoribus à littore locros petentibus & ex Theſſalia derelinquit tranſitum. ipſum quidem trãſitũ pylas. i. portas, & anguſtias uocitant atq; thermopylas, ſunt. n. ibi prope thermæ. i. calidæ aquæ magno in honore, ut Herculi conſecratæ. Liui. uero lib. y. de bello Macedoni. dicit montem eſſe longiſſimũ qui mediam ita Græciam diuidit ſicut Appẽninus ſuo dorſo ſcindit Italiam.

Thermopyle

ASCENSIVS.

STatuam &c. Tranſit ad alia inſtituta ſuperiorum non diſſimulis dicens. Quis quam nec in urbe, nec ulla parte Italiæ aſpexit prius ſtatuam auratam. i. auro incruſtatam, aut tectam, quã ſup. ea poneretur equeſtris à M. Attilio Glabriõe patri ſup. ei⁹. ¶ In æde id eſt fano pietatis ſcilicet deæ. Autem pro ſed ipſe. ſ. M. Atti. glabrio. dedicauerat ſcilicet pietati, eam ædem Pu. C. L. & M. Bebio Pamphi. cõſulibus, factus compos uoti, & hoc Antiocho rege ſuperato apud Thermopylas, id eſt anguſtias illas montis Oetæ.

OLIVERIVS.

IVs ci. Hoc etiam Liui. narrat ab urbe con. li. ix. dicẽs Cn. Flaius ciuile in penetralibus repoſitum uulgauit, Faſtus in albo poſuit, ut quãdo cum populo agi liceret ſciri poſſet. Geli. Cn. inquit Flau. patre Libertino natus ſcriptum faciebat, iſq; in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles ſurrogabant, eumq; pro tribu ædilem curulem renũciarunt. at ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neq; ſibi placere, qui ſcriptum faceret eum ædilẽ fieri. Cn. Fla. Anii filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripto ſeſe abdicaſſe, iſq; ædilis curulis factus eſt idem. Cn. Fla. Anii filius dicitur ad collegã ueniſſe uiſere ægrotum, & in cõclaue poſtq̃ introiuit, adoleſcentes ibi cõplures nobiles ſedebant, hi contẽnentes eum aſſurgere ei nemo uoluit. Cn. Fla. Anii filius ædilis id artiſſe dicitur ſellãq; curulem iuſſit ſibi afferri, eam in limine appoſuit, ne quis illorum exire poſſet, utiq; hi homines inuiti uiderent ſeſe in ſella. ¶ Ius ci. quod. xii. tabulis cõtinebatur. has cõditas ſeruabant pontifices, eum cæteris ſacris, ac cærimoniis. ¶ Inter ſa. cæ. i. penetrabilibus, ubi Dii penates celebrabantur nec iuris ciuilis ſcientiam præter pontifices quiſquam habebat. ¶ Soliſq;. quia ſoli pontifices ſeruabant libros. ¶ Libertino patre cuius pater aliquando ſeruierat. ¶ Et ſcriba, quia ſeruile faciebat offim. nam ſcripturam exercebat, quæ apud Ro. ſeruile habebatur olim, quanquam apud nos nec liberale q̃dem dici poſſit, & ex eo quæſtum ille cõparabat, ¶ Indignatione, quia indignum uidebatur, ut qui ſeruili conditione natus eſſet, ad curulẽ dignitatem proueheretur. ¶ Vulgauit. in apertum expoſuit, ut ab omnibus cognoſci poſſent. ¶ Faſtos Faſti libri erant in quibus continebantur dies, quibus cũ populo agi liceret, & quibus non liceret, ſed à priori denominati ſunt. ſ. à fando. Nam dies quibus cum populo fari licebat faſti, quibus uero non nefaſti. Ci. pro. L. Murena, faſtos, inquit uulgus non habebat, erant in magna potentia, qui cõſulebantur, à quibus etiam dies tanquam à Chaldeis petebantur, inuentus eſt, ſcri. Cn. Fla. qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit. Pli. li. xxxiii. Frequentior autem uſus annulorum non ante Cn. Fla. deprachẽditur. hic nã q; publicatis diebus feſtis. quos

Cn. Fla. ſcriba.

Faſti.

¶ De Veneficiis in vrbe.

VEneficii qđ & moribus, & legibus Ro. ignota, cõplurimum matronarum pateſacto ſcelere orta eſt, q̄ cũ uiros ſuos clandeſtinis inſidiis ueneno perimerẽt vnius ancillæ indicio protractæ, pars capitali iudicio damnatæ, centum ſeptuaginta numerũ cõplerũt. Tibicinum quoq; collegium ſolet in foro uulgi oculos in ſe conuertere, cum inter publicas, priuataſq; ferias, actiones perſonis tecto capite, uariaq; ueſte uelatis cõcentus edit. Inde tracta licentia quondã ueriti in æde Iouis quod priſco more factitauerant, ueſci. Tibur irati ſe contulerunt: quorum miniſterio ſenat⁹ deſerta ſacra non æquo animo ferẽs, per legatos à Tiburtib⁹ petiit, ut eos gratia ſua Romanis templis reſtituerent: quos illi in propoſito perſeuerantes, interpoſita feſte epulationis ſimulatiõe, mero ſomnoq; ſopitos, plauſtris in urbem deuehẽdos curauerunt. quibus & honos priſtinus reſtitutus, & huiuſce luſus ius eſt datum. perſonarum uſus pudorem circumuentæ temulentiæ cauſam habet.

populus à paucis principib⁹ quotidie petebat, tantã grãm plebis adeptus ẽ alioquin libertino p̄re genitus & ip̄e Appii cæci ſcriba, cuius hortatu excepat eos dies cõſultando aſſidue ſagaci ingenio promulgaueratq;, ut ædilis curulis crearetur cum Qu. Antio p̄neſtino, q paucis añ diebus hoſtis fuerat, p̄teritis C. Petilio & Domitio, quoꝝ p̄res cõſules fuerãt. Aditũ. Flauio ut ſimul tribunus plebis eſſet quo facto, tanta ſenatus indignatione exarſit, annulos ab eo abiectos fuiſſe in antiq̄ſſimis repiat annalibus. ¶ Scriba fuit. n. ſcriba Appii cæci, ut Pli. teſtat. hẽtur. ff. de ori gi. iuris. ¶ Toto foro, Forum, ſunt, q dicũt à phorõneo Inachi p̄re dictũ eẽ; q primus cõſtituit leges apud græcos. Eſt ãt locus conuentui, & exercẽdis litibus relict⁹, ubi ciues cõueniunt. Eſt forũ quoq; locus mercati, ꝙ ꝓ reꝝ q̄ uẽduntur qualitatibus notatur, ut forũ boarium, in quo boues uẽdũtur uinariũ i quo uinũ, frumãtariũ in quo frumẽtũ, & ſic de cæteris rebus. ¶ Nobilibus, à iuuentute nobiliũ. hoc. quoq; Li. nararat. ¶ Sellã cu. Sella curulis appellatur, uel à curibus ciuitate Sabinorũ, unde hoc genus tractũ eſt à Ro. ſicut & toga p̄texta, uel ꝙ ſellæ illi rotæ ſubiectæ eẽnt ut in quancunq; partẽ ciuitatis uehi, & impelli poſſet. Nã q2 iuriſdictionẽ habebãt & ciuitas magna erat, iõ multis in locis iura dare cogebantur. ¶ Cõtemptus ſui, ꝙ cõtemneretur à nobilitate eſt enim genitiui caſus.

ASCENSIVS.

IVs ci. &c. Paucis recitat iuris ciuilis occultationẽ ex antiquo iſtituto, & eius publicationẽ factã ab hoĩe libertino p̄re nato, ꝙ nõ ſine morſu quodã explicat, quaſi à mere libero hoĩe fieri nõ potuiſſet, Ordo eſt. Cn. Flauius genitus à p̄re libertino .i. libertinæ cõditionis, ut q libertate donatus fuerat, cũ prius ſeruus fuiſſet, & ſcriba .ſ. Appii cæci factus ædilis .i. cũ ædilis eẽt, & ita ædiũ ſacrarũ, & eoꝝ, q̄ in eis eſſent, cura hẽret, uulgauit .i. in uulgi cognitionẽ detulit, cũ ingenti indignatione nobilitatis .i. nobiliũ ius ciuile .i. ciuiũ romanoꝝ, abditũ .i. occultũ ꝑ multa ſæcula inter ſacra, & cærimonias deorum immortaliũ, & notũ .i. cognitũ ſolis pontificibus. ac ſup. idem Cn. Flauius expoſuit .i. legendos dedit, toto foro .i. ꝑ totũ forũ .ſ. litiũ. Faſtos .i. libros continentes dies faſtos, & nefaſtos Qui .ſ. dictus Cn. cũ ueniret ad uiſendum .i. uiſitandũ, aut uidendũ collegã ſuum .i. coædilem ægrum .i. ægrotantem, neq; reciperetur loco ſedendi .i. in quo ſedere poſſet, à nobilibus, quorũ frequentia cubiculũ, ſcilicet ægroti erat completum. Iuſſit ſellam curulem, ideſt quo ipſe ædilis curulis dum officio fungebatur, utebatur, afferri .ſ. in cubiculũ & conſedit .i. locũ cæpit, & ſedit in ea exiſtẽs uindex .i. uſurpator honoris ſui, & pariter uindex .i. ultor contemptus, id eſt uilipenſionis ſui, ideſt quo uel qua contemptus fuerat.

THEOPHILVS.

SCriba, Probus Aemilius in Eumene Caediano. Apud nos, inquit, reuera (ſicut ſunt) mercenarii, ſcribæ exiſtimantur.

OLIVERIVS.

Veneficii quõq; Romæ.

VEneficiis, Liuius quoq; lib. viii. Cum primores inquit ciuitatis ſimilibus morbis eodem ferme omnes euentu morerentur, ancilla quædam ad Q. Fabium maximum ædilem curulem indicatura ſe cauſam publicæ peſtis ꝓfeſſa eſt, ſi ab eo ſibi fides data eſſet, haud futurum noxæ indicium. Fabius confeſtim rem ad conſules, conſules ad ſenatum referunt conſenſuq; ordinis fides indici data, cum patefactum eſt muliebri fraude ciuitatem premi matronaſq; ea uenena coquere, & ſi ſe ſequi ex templo uelint manifeſto dep̄hendi poſſe, ſecuti indicem, & coquentes quaſdã medicamẽta, & recondita alia inuenerunt, q̄bus in forum delatis et. xx. matronis apud quas deprehenſa erant per uiatorem accitis duæ ex eis Cornelia ac Seruilia patriciæ utraq; gentis, cum aut medicamenta ſalubria eſſe contenderent ab conſulante indice bibere iuſſæ ut ſe falſum, comentas arguerent. ſpacio ad colloquendum ſumpto, commoto populo in conſpectu omnium rem ad cæteras retuliſſent: haud abnuentibus, & bibere epoto medicamẽto ſua met ipſæ fraude omnes interierunt, comprehenſæ ex templo earum comites magnum numerum matronarum indicarunt, ex quibus ad. clxx. dãnatæ, neq; de ueneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt. ¶ Perimerent, abſumerent, occiderent, necarent. ¶ Pars iſtarum ſcilicet. clxx. fuerũt capitali ſupplicio affectæ ꝓpter admiſſum ſcelus, & hæ potiſſimum fuere pauperes, aliarum uero pœna permiſſa fuit earũ maritis propter infamiam, & dedecus. ¶ Tibicinum quoq; col. Liui. Tibicines, inquit, ꝓhibiti à proximis cenſoribus erant in æde Iouis ueſci, quod traditum antiquus erat ægre paſſi Tybur uno agmine abierunt. adeo ut nemo in urbe eſſet, q ſacrificiis præcineret, eius rei religio tenuit ſenatum legatos Tybur miſerunt, ut darent operam, ut homines Romanis reſtituerentur Tyburtini benigne polliciti primum accitos eos in curiam, hortati ſũt, ut reuerterẽtur Ro. Poſtq̃ ĩpelli neq̃bant, cõſilio haud adhorrẽte ab ĩgeniis hoĩum eos aggrediuntur die feſto, alii alios ꝑ ſpẽm celebeãdaꝝ cãtu epulaꝝ cã inuitãt, & uino, cuius auidũ ferme genus ẽ oneratos ſopiũt, atq; ita in plauſtra uictos cõiiciũt Romã deportãt, nec prius ſeſe ꝙ plauſtris ĩ foro relictis plenos crapulæ eius lux opp̄ſſit. ¶ Tũc cõcurſus populi factus ẽ, ĩpetratoq;, ut manerẽt, datũ ut triduũ quotannis ornati, cũ cãtũ, atq; hac, q̄ minime ſolẽnis ẽ licẽtia ꝑ urbẽ uagarẽtur reſtitutũq; in æde ueſcẽdi ius iis, q ſacris p̄cinerẽt. De tibicine Oui. fa. li. vi. Cur uagus icidit tota tibicẽ ĩ urbe, Quid ſibi ꝑſonæ, qd toga lõga uolũt. Oculos ĩ ſe cõuertere, q2 uulgus dicẽs tibicines ꝑ urbẽ ĩcedere ꝑſonatos ĩ eos oculos cõiiciebant. Publicas priuataſq; ferias, ſiue publice, ſiue priuatim ſacrificia fiebãt feriæ antea dicebatur, dies q̄bus hoſtiæ feriebãtur. Actiões .ſ. q2 agũt ipſi tragœdias, ſiue comediis tibiis canẽtes. ¶ Cõcẽtus edidit, cãtus cõcordes, & bñ cõuenientes iter ſe. Nã cõcẽtus ẽ, ꝙ græci ſymphoniã dñt. ¶ Priſco more. id & idignitus tulerũt. q2 hoc antea freq̄nter fecerãt. ¶ In ꝓpoſito, uidelicet ĩ ſuis ĩceptis ꝑmanẽtes. ¶ Honor priſtinus, ut ꝑſonati ꝑ urbẽ ĩcederẽt, ut ĩ æde Iouis ueſci poſſẽt. ¶ Perſonarũ uſus, primus ꝑſonaꝝ iuẽtor, teſte Hora. ĩ poetica, fuit. Aeſcyl⁹ poeta, ꝑſona pallæq; repertor honeſtæ. Aeſcylus & modicis inſtrauit pulpita tignis. Cã ãt cur uſi fuerint ꝑſonis hæc ẽ .ſ. pudor adeptæ temulẽtiæ Nã q2 ipſis pudori erãt temulẽtos fuiſſe ĩ urbẽ reuectos, petierũt ut liceret uti ꝑſonis ad caput tegẽdũ. Hoc ẽt Oui. li. fa. oñdit dicẽs. Callidus, ut poſſit ſpẽm numerũq; ſenatus. Fallere, ꝑſonis ĩpat ora tegi. Concentus. Symphonia.

ASCEN.

VEneficii qđ &c. Docet ueneficiũ diu romæ ignotũ fuiſſe, ſed tãdem nimis uulgatũ, & acriter uĩdicatũ dicens Qđ .i. iq̄ſitio ueneficii .i. de ueneficio ignota, & moribus, & legibus ro. (Præponit decenter mores, q2 ob mores inſtitutæ ſunt leges) orta eſt Rõæ ſcelere .i. ueneficio. cõplurimũ matronaꝝ pateſacto .i. manifeſtato aut cõperto, q̄ .ſ. matronæ cũ ꝑimerent uiros ſuos inſidiis cladeſtinis .i. occultis. Pars ꝓtractæ .ſ. ĩ ius ip̄e ꝑtim, ĩditio .i. indica. & reuela. unius ancillæ, dãnatæ iudicio capitali .i. q̄ ĩ caput hoc eſt uitã eaꝝ aiaduerſũ eſt cõpleuerũt nu. clxx. ſup. captũ, aut matronaꝝ. ¶ Tibicinũ &c. Docet antiquũ ius tibicinũ, & eorum ĩ urbem reuectionem dicens. Collegiũ quoq; tibici .i. canentiũ tibiis ſolebat cõuertere ĩ foro .ſ. rerũ uenaliũ oculos uulgi in ſe quũ .ſ. qñ edidit iter publicas, & priuatas feries .i. uacatiões ab ope

& lite,

& ſite, hoc eſt dies feſtos, & inter publicas, & priuatas actiones, ſcilicet fabularum edidit uico concentus, ideſt ſymphonias perſonis. ſ. diuerſarum qualitatū ſimulacris, Galli fallaces aſpectus, ideſt faulx uiſages appellant, qualibus utuntur qui eſt ſcænica actione in Flandria quæſtum in priuato faciunt, uelatis capite tecto, & ueſte uaria. Alii legunt uelati, ut referatur ad tibicines, ſic collegium edidit, hoc eſt tibicines ediderunt, capite tecto perſonis, & uelati uaria ueſte. Inde, ideſt ex ea re, aut deinde licentia, ideſt mala, & ad libitum faciendi cōſuetudine tracta uetiti quondā ideſt quodam die uſci in æde Iouis, quod, ideſt quam rem, ipſi factitauerant more priſco, ideſt ueteri inſtituto, irati. ſ. ob eam rem contulerunt ſe. i. abierunt, Tiburtum, ideſt ad illud oppidum uicinū, quorum. ſ. tibicinum miniſterio. i. officio, aut famulatum, ſenatus ferens non æquo. i. iniquo omnino ſacra. i. ſacrificia deorum eē ſup. deſerta. i. deſtituta, & priuata, petiit à Tiburtibus. i. populo tiburtino per legatos, ut reſtituerent tēplis. Ro. eos. ſ. tibicines gratia ſua. i. qua apud illos ualebant Quos ſcilicet tibicines perſeuerantes in propoſito. ſ. non redeundi Romā. ſ. tiburtes curauerunt deuehendos plauſtris ideſt uehiculis, aut curribus, in urbem. ſ. Romā, ſopitos. i. obrutos mero. i. puro uino, quod biberunt, & ſomno; & hoc ſimulatione epulationis feſtæ. i. ad die feſtum detinentis, interpoſita, quia ſimulauerunt ſibi feſtū eſſe die, quo genio indulgerent, & ita mero obrutos in currum coniecerunt, dormienteſq; Romam auehendos curauerunt. ¶ Quibus. ſ. tibicinibus iam Romam aduectis, & i. ſimul, honos priſtinus, ſcilicet ueſcendi in æde Iouis, eſt reſtitutus, & ius huiuſce, ideſt huiuſcemodi, luſus, propter cuius licentiam exacti fuerant, eſt datū. i. permiſſum eis. Vſus perſonarum, ideſt ut tibicines perſonis uterentur, conſuetudo habet pudorem temulentiæ, ideſt ebrietatis circumuentæ. i. per circūuentionē, & impoſitionē, ac deceptionem cōmiſſæ, cauſam. ſ. propter quā permiſſus eſt.

THEOPHILVS.

Tibicinum quoq; collegium. Plutar. in quæſtionibus. Quid eſt inquit, quod idibus Ianū. permiſſum eſt, ut tibicines muliebri habitu urbem luſtrent? An propter cauſam, qua dr̄. Magnis. n. ut uidetur, fruebant honorib', quos illis Numa Pō. propter ſanctitatem, ac deorum cultum cōtulerat, iis, poſtea per Tri. conſulari poteſtate ſpoliatos urbe extceſſerunt, quos quō uehementer requirerent (nā religione tāgebantur animi, q ſine tibiis rem diuinā facerent) ꝗ primū reuocandos cenſuerunt, ſed quō accerſiti non paruiſſent, ac Tyburi, quo ſe initio contulerant, manere uelle ſe dicerent. ¶ Libertus quidam clam magiſtratus adiit, ſeq; eos reducturum policitus eſt. Conuiuio igitur laute, & opipare apparato quaſi rem diuinam feciſſet tibicines inuitauit. Aderant in conuiuio mulieres, uox in ſomnis ducitur ſaltationibus ac ludis omnia perſtrepunt. Tum de repente quō patronum libertus adeſſe diceret, & uehementer pturbatus uideretur, hominib' perſuaſit, ut ſtati currus conſcenderent pellibus circuntectos ac Tybur perueherentur è ueſtigio, hoc autem dolo fiebat. Nam quomodo ignarus illis, & per noctem, ac uinum nihil cernentibus currus circunduxiſſet, omnes ante quam illuxiſſet Romam, præter opinionem reportauit. Erant autem eorū plærīq; ornatu muliebri, propter comeſſationem, ac uigilias ornati. Sed poſtea ꝗ perſuaſi à magiſtratibus, & plane reconcilati ſunt, inſtitutum eſt eo die, ut eodem habitu ornati per urbem incederent. Actiones. Ex antiquis exemplaribus unum non habent hoc uerbum.

De modo comedendi antiquorum.

FVit etiam illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis ſimul, & continētiæ certiſſima index. Nam maximis uiris prandere, & cœnare in propatulo uerecūdiæ non erat. nec ſane ullas epulas hēbant: qs populi oculis ſubiicere erubeſcerent. erant āt adeo continentiæ attenti: ut frequentior apud eos pultis uſus, quā panis eſſet. Ideoq; in ſacrificiis mola, quæ uocabatur, ex farre, & ſale, conſtat. exta farre ſparguntur. & pullis, quibus auſpicia petūtur: puls obiicitur primitus enim ex libamentis uictus ſui; deos eo efficatius, quo ſimplicius placabant. Et cæteros quidem ad benefaciendum uenerabantur. Febrem autem ad minus nocendum templis colebāt quorum adhuc unum in palatio alterum in area Marianorum monimētorum. tertium in ſumma parte Vici longi extat. In eaq; remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mentis æſtus leniendos cum aliqua uſus ratione excogitata, cæterum ſalubritatem ſuam induſtriæ certiſſimo, ac fideliſſimo monimento tuebantur: boneq; ualetudinis eorum quaſi quædam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis: & aliena nimie uini abundantiæ, & ab omni immoderato ueneris uſu, auerſa.

OLIVERIVS.

SImplicitas, eſt & bona ſimplicitas & mala, Cœnare in propatulo, in publico in aperto ante fores ſuæ cuiuſq; domus, hinc ait, q Iuue. conqueritur ſuorum temporum mores, quia priſca illa uiuendi norma declinaſſent, q uidelicet ſuæ ætatis homines maiorum inſtituta mutaſſent propter luxuriam epularum, dicit enim, Quis fercula, ſeptem, ſecreto cœnauit auus. ¶ Subiicere erubeſcerent, & profecto id ſine rubore facere potuerant, cum epulæ eiuſmodi eſſent, quę ab omnibus ſpectari poſſent. Erant adeo continentiæ. Adeo inquit perfecta utebantur continentia, ut frequentius uterentur pultibus ꝗ pane. ¶ Puls, genus cibi eſt, quod ex farina, & aqua mixto ſale conficitur. ¶ Mola. Ouidi. de Faſtis, hoc idem oſtendit dicens. Ante deos homini quod conciliare ualeret. Far erat & puri lucida mica ſalis. Plinius libr. xviii. natura. hiſto. Pulte autem, inquit, non pane longo tempore uixiſſe Romanos manifeſtū eſt quoniam inde & pulmentaria hodie quoq; dicuntur. Et Ennius antiquiſſimus uates obſidionis famem deſcribens officia eripuiſſe plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie ſacra priſca atq; natalium pulte fritilla conficiuntur, uidetur q; iam puls ignota Græcię fuiſſe, quā Italiæ polenta, mola igitur cōficiebatur, ut Serui. tradit ex farre, orno, & ſale, orno farre. i. eo anno orto, far aūt eſt genus frumenti grādioris. ¶ Et pullis. Nam in cauea pulli ſeruabantur, & cum bellum cū hoſtibus cōmittere uellent, primum auſpicia capiebant obiecta pulte, quam ſi ſumpſiſſent, ut pars in humum caderet, bonum erat auſpiciū, ſi reſpuiſſent, Diis non placere dicebant, id bellum ſuſcipi. ¶ Libamētis, libare proprie eſt partem & primitias diis fundere λείβειν græce, latine ſignificat fundere, quia primā partē libantes in ignē quaſi primitias fundētes, ſe Diis ſacrificare dicebant. ¶ Febrem aūt. Ad aliud trāſit inſtitutum. Vici longi, qui uicus longus appellabatur In eaq; remedia deferebantur. Ea remedia quibus ualetudinē priſtinā recuperaſſent ægroti in tēpla febris deferebāt, ſicut apud nos ſyngraphi, qbus ad febrē depellendā utuntur, nonnulli recupata ualetudie, ad tēpla deferuntur, alii uero inceduntur. ¶ Annexa, ſicut eiuſmodi ſyngraphi, ita illi ſortes, qbus liberati eſſent in tēplis, ſuſpēdebāt. ¶ Hæc ad humanæ mētis. Ad mētis qdē ſanitatē diuinū q̄rebatur auxiliū, qd̄ uero ad ſalubritatē corporis ptinebat, eā frugalitate, & parſimonia tuebātur. ¶ Mētis æſtus qa ſunt ēt corporis æſtus, uidelicet cū ægritudie laborat. ¶ Leniendos, ſedandos. Sed quō dicit mētis æſtus leniri, cū iam ea remedia corporibus annexa fuiſſe dixerit, non pōt fieri quin mens p ægritudinē corpis aliq̄tulū, & ipſa laboret. ¶ Vſus po. utilitatis cū aliqua rōne, ideo dixit aliqua, qa eſt alia certior rō ualitudinis ſeruandæ. ¶ Excogitata, inuenta. ¶ Bonæ ua. quia ēt eſt mala. Nā ualetudo mediū eſt uocabulū, qd in utranq; partē accipitur. ¶ Mater erat frugalitas. Nā ex frugalitate naſcitur bona ualetudo, frugalitas media eſt inter pdigalitatem & auaritiā, cū nec nimis parce rebus utimur nec nimis luxurioſe. Eſt igitur moderata per ſimoniam cibi & potus. Inimica luxurioſis epulis, ſicut ex epulis luxurioſis morbus medicorum inducitur, ita ex frugalitate bona ualetudo conſeruat. ¶ Veneris uſu, quia ab utroq; incenditur libido. Nam ut inquit, Teren. Sine Cerere, & Baccho friget uenus, uitabant igitur maiores crapulationem, ut tuerentur ſalubritatem uitabant uinum, ne deuenirent in dementiam, uitabant luxuriā, Frugalitas.

ut ſeruarent caſtitatem induſtria, doctrina ſtudium, uigilātia, indulgere, ideſt operam dare ſtudio, induſtria dicitur aſſiduitas, cura, labor, pertinacia, inſtantia, induſtria eſt frequens exercitium circa rem honeſtam induſtrioſus, ſtudioſus, laborioſus, efficax.

ASCENSIVS.

FVit & &c. Proſequitur antiquorū inſtitutum in comedendo dicens. Illa ēt ſimplicitas antiquorum in capiendo cibo fuit ſup. olim, index certiſſima humanitatis, ideſt benignitatis, & continentiæ .ſ. à luxu. ¶ Nā prandere. Et cœnare (ergo prādia tunc quoq; nota erant) in propatulo .i. patenti loco non erat uerecundiæ uiris maximis. Nec habebant ſane .i. omnino ullas epulas, quas erubeſcerent, ſubiicere oculis populi .i. omniū conſpectui exponere. ¶ Et ſup. priſci illi erant adeo .i. uſq; adeo attēti continentiæ .ſ. à luxu, & illicito uſu rerum, ut uſus pultis .i. cibi uulgaris confecti ex farina & aqua, aut lacte, eſſet frequentior apud eos quā panis, q̃ ſolidior ē cibus. Ideoq; .i. & ideo ſup res, quæ uocabatur mola in ſacrificiis, utpote, ſine qua ſecundū Seruiū, nulla fiebant ſacra, cōſtat .i. cōficitur, ex farre, et ſale, & aqua extaſ. hoſtiarū unde futura inquirūtur, ſpargunt farre, quo puls cōfici ſolet, & puls obiicitur, ut ueſcantur pulli quibus, ideſt per quos auſpicia petuntur .ſ. à diis per augures. Enim pro quia, priſci ſup. Romani, placabant deos primitus ex libamentis .i. oblationibus ſui uictus .i. eius quo ueſcebantur, uidelicet farris cū ſale, & aqua, eo .i. tanto efficatius, quo ſimplicius. Et quidem .i. certe, ipſi uenerabantur cæteros .ſ. deos, & deas, ad benefaciendū .i. ut benefacerent, aūt pro ſed. ¶ Ipſi colebant febrē .i. deam, ad minus nocendū .i. ut minus noceret, templis .ſ. tribus, quorū .ſ. tēplorū febris unū extat adhuc in palatio, alterū .ſ. ſecundū extat adhuc in area .i. ſpaciolo, monumentorū marianorū, ideſt quæ à mariis illuc ſtructa erant, tertiū ſup. templū febris extat in ſumma parte uici longi. (Qd dicit extat adhuc .i. nōdum periit, intellige tpe, quo hæc ſcripſerit) & remedia, quæ fuerunt annexa corporibus ægrorū .i. laborantiū febri deferebantur in ea .ſ. templa febris poſt ſanitatē receptam, aut naturæ, aut Dei ueri non febris (ut credebāt), beneficio, aut dæmoniorum uexare deſinētium calliditate, hæc .ſ. remedia, que corporibus annexa erant, excogitata ſup. erāt .i. inuenta cū aliqua ratione uſus ad æſtus humanæ mētis, qui phreneſim ſæpe excitant, leniendos .i. ſedandos, cæterum .i. ſed priſci ſup. Romani tuebantur .i. protegebant ſalubritatem ſuam .i. ſuorū corporū ſoſpitatē, certiſſimo, ac fideliſſimo monimēto induſtriæ ſup ſuæ & frugalitas, ideſt ſobrietas erat, q̃ ſi mater quædam bonæ ualetudinis .i. ſoſpitatis eorum, frugalitas tāq̃ inimica epulis luxurioſis, & aliena nimiæ abundantiæ uini, & auerſa, ab omni immoderato uſu ueneris, ideſt coitus non legitimi.

THEOPHILVS.

VIci longi. Vicus longus urbis, decima quarta regione transtiberim redditur à P. Victore.

OLIVERIVS.

Sparta næ uenatrices

IDem ſenſit. Trāſit ad externa. Proxima propinqua, & q̃ſi conformis grauitatis Spartana ciuitas Lacedæmon. occata autem Sparta poſtquā maioris iuuētutis parte longo, & graui bello conſumpta permiſſum fuit mulieribus Vt cum quibuſcunq; uellent, ſine diſcrimine concōberent, unde qui nati ſunt, partheniæ quoq; appellati ſunt, quaſi uirginales, dicit ergo Spartanos conſimilem Romanis habere grauitatem uult enim primas partes continentiæ Romanos tenuiſſe. Romanis deinde Spartanos ſecundos fuiſſe. adeo Spartani luxuriæ contemptores, & laboribus patientes fuere, ut ēt uirginibus eorum, teſte Cice. lib. ii. tuſcu. quæſt. magis paleſtricus puluis uenaticus labor & militia in ſtudio fuerit quā

¶ Externa, de ciuitate Spartana.

IDem ſenſit proxima maiorum noſtrorū grauitati Spartana ciuitas, quæ ſeueriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu ciuium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit, ne illecebris eius capti, ad delicatius uitæ genus prolaberentur, Audierant enim lautitiam inde, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſaria uoluptatis genera fluxiſſe. primoſq; Ionas unguenti, coronarumq; in conuiuio dandarum, & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinem, haud parua luxuriæ irritamenta reperiſſe: ac minime mirū eſt, quod homines labore, ac patientia gaudentes, tenaciſſimos patriæ neruos: externarum delitiarum contagione ſolui, & hebetari noluerunt: cum aliquāto faciliorem virtutis ad luxuriam, q̃ luxuriæ ad virtutem tranſitum viderent.

fertilitas filiorum, unde & uarium habitum ab aliis Virginibus fere cōſueuerant, dicente Vir. Virginis os habitum, q̃ gētes & uirginis arma Spartanæ. ¶ Aliquādiu. Per dcc. annos et amplius ſe ab Aſia abſtinuerunt, continenter uiuentes legibus nunq̃ mutatis. Ci. in oratione pro L. Flacco. Lacedæmonii, inquit, ſoli toto orbe terrarum ſeptingētos annos amplius unis moribus, & nunq̃ mutatis legibus uixerunt. Poſſet hec quis quodāmodo exorari, cur non exempla Atheinienſiū Lacedæmoniorū proponat exēplis, cum ſapientia uirtuti bellicæ uideatur anteponenda? Reſpondet quia Lacedæmon cōformis eſt Romæ i uirtute bellica, ideo præpoſuit Athenis. ¶ Voluptatis ergo difuit eſſe quandam uoluptatem hominibus conceſſam. Primoſq; Ionas. Aut erant Ionas, qui & ipſi pars Aſiæ eſſe creduntur, ſunt certe in extremitate minoris Aſiæ uerſus nos primum inueniſſe, ut coronati epularētur, hos ēt ſecundas menſas inſtituiſſe, cum antea una tantum menſa uterentur. ¶ Ionas, ſunt ut dixi ſcdm quoſdam pars Aſiæ, quī tū & ipſi Græcā habent linguā nā Ionica lingua una eſt ex quinq; Græcis, ſed magis eſt regio græca poſita, teſte Pō. inter Cariam & Aeolā, & Iones primi fuerunt, q legatos Cyro miſſerunt, ut in fidē amicitiāq; ſuā uellet eos accipere, qui urbanæ ſatis, & facete legatis dr reſpondiſſe, nā Aeſopi fabulā illis expoſuit, q̃rens nunq̃d audiuiſſent piſcatorē quēdā ad littora maris ueniſſe, q ſuauiter canens piſces conuocare ſtudebat, q cū aliquādiu ceciniſſet, nec piſces cantu mouerentur, indignatus retia iecit, q̃bus implicitos piſces cū ad littora traxiſſet, & ſup herbā expoſuiſſet, illi ſaltare q̃ primū cœperunt, tū piſcator deſinite inquit cōtumaces ſaltare, nā cū canerē, id facere noluiſtis, nūc uero cū nolim ſaltatis, ita uos cū ſocietatē meā ultro eā me uobis offerente habere potuiſtis, eā quodāmodo reſpuiſtis, nunc uero cū petitis, cōſequi nō poteritis. ¶ Secundæ men. ſ. pomorū & aliorū eiuſmodi fructuū, nā ſecundā menſam Poma eſſe ēt Vir. oñdit cū dicit. Et menſæ grata ſeræ, cū de pomis loq̃retur. ¶ Ac minime mirū eſt, q collaudat hoc ppoſitū Spartanorū, q uoluerint ciues ſuos Aſiam frequentare, q facilior eſſet tranſitus à uirtute ad uitia. Tēaciſſimos, robuſtiſſimos pp ſeuerā, ac triſtē uiuendi rōnē. ¶ Neruos, robur. ¶ Hebetari, obtundi, effœminari.

ASCENSIVS.

IDē ſenſit. Apte, utpote à cōſimilibus moribus docto ſtilo orationes pgreditur ad inſtituta externa & prio Lacedæmoniorū dicens. Ciuitas Spartana .i. Lacedæmon pxia grauitati maiorū noſtrorū (imo in multis pcedens) ſenſit idē .ſ. de frugalitate, quod Roma, q̃ .ſ. ciuitas Spartana, obtēperās .i. obediens ſeueriſſimis legibus Lycurgi retraxit aliquādiu .i. p aliquot annos, oculorū ſuorū ciuiū, à contēplanda Aſia .i. arcuit à contēplatione luxuriæ, q̃ in Aſia tūc erat, ne .ſ. ciues ſui capti illecebris eius .ſ. Aſiæ plaberentur ad genus uitæ delicatius .ſ. q̃ prius uſi fuerant. Enim p quia ipſi Spartani, ſeu Lacedemonii, audierāt lautitiā .i. exq̃ſitū apparatū in uictu, & imodicos .i. magnos ſumpt9, & oīa gñā uoluptatis non necīa .i. ſupflua, fluxiſſe, idē .i. ex Aſia. ¶ Et audierāt Ionas .i. populos Ioniæ, eſt aūt actūs pluralis tertiæ à nominatiuo Iones, & uox triſyllaba, repiſſe primos, cōſuetudinē unguēti, & coronarū dandarū in cōuiuio, & ſcdæ menſæ, q̃ pomorū erant, ponende .ſ. in cōuiuio, appoſitione haud pua .i. q̃ res ſunt non parua, ſed maxia irritamēta luxuriæ. Ac minime .i. nullo modo mirū eſt q hoīes, ut erāt Spartani gaudētes labore, ac patiētia, no uerunt neruos tenaciſſimos patriæ .i. p quos patria maxīe cōſeruabatur utpote laborē & potentiā, ſobrietatēq; ſolui, & hebetari .i. obtuſos fieri cōtagione .i. turpi cōicatiōe, deliciarū exte narū, cū uiderēt tranſitū uirtutis ad luxuriā faciliorē ſup. eſſe aliquāto quā luxuriæ ad uirtutē, quā rē fecit amiſſio iuſtitiæ origioalis illis qdē ignota tāq̃ cauſa, ſed i effectu notiſſima.

Oliuerius.

De Pauſania.

Quod eos non fruſtra timuiſſe dux ipſorum Pauſanias patefecit. Qui maximis operibus editis: vt primum ſe Aſiæ moribus permiſit, fortitudinem ſuã, effœminato eius cultu, mollire non erubuit.

De Ciuitate ipſa.

Eiuſdem ciuitatis exercitus non ante ad dimicandum deſcendere ſolebant: quam Tibiæ concentu: & Anapæſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent, vegeto, & crebro ictus ſono, ſtrenue hoſtem inuadere admoniti. Iidem ad diſſimulandum, & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, puniceis tunicis in prælio vtebãtur: non vt ipſis aſpectus earum terrorem: ſed ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret.

De Athenienſibus.

Egregios virtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmoniorum, prudentiſſimi pacis moribus, Athenienſes ſubſequuntur: apud quos inertia è latebris ſuis langore marcens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur, fit ꝙ vt facinoroſæ, ita erubeſcendæ rea culpæ.

De Areopago.

Eiuſdem vrbis, & ſanctiſſimum conſilium Areopagus, quid quiſq; Athenienſium ageret: aut quo nam quæſtu ſuſtentaretur diligentiſſime inquirere ſolebat: vt homines honeſtatem: vitæ rationem momores reddẽdam eſſe, ſequerentur.

OLIVERIVS.

Pauſanias. Quod eos &c. Corroborat exemplo hanc opinionem. Nam Pauſanias cum multas, magnaſq; res geſſiſſet, ubi ſe moribus aſiaticis dedit, ita corruptus eſt, ut conſilia prodendæ patriæ cum rege perſarum iniret. Hic pauſanias cum aduerſus Xerſen perſarum regem opulentiſſimum miſſus multas atq; præclaras inde uictorias retuliſſet, & plurimum incremẽti Lacedæmoniorum adieciſſet imperio ſenſim uitã ſuam in mores Aſiaticos labi permiſit, deinde eo uſq; proceſſit res, ut cum Xerſe ita conueniret ſe illi imperium Lacedæmoniorum proditurum eſſe, ſi filiam ſibi in matrimonium dediſſet id uulgatum cum lacedæmones reſciſſent. Pauſaniam exilio mulctarunt, uel ut alii dicunt, accuſatus ab Argilao adoleſcente, quo abutebatur turpem mortem ſubire coactus eſt, maximis operi.edi.q Mardonium ſatrapẽ natione Medum, & perſarum regis generum manu fortẽ, & conſilii plenum cum ducentis millib' peditum, & uiginti equitum haud ita magna manu apud plateam uicit. ⸿ Molliri. mollem facere, & effœminatã reddere.

ASCENSIVS.

Quod eos &c. Perpetuo ſtilo rem ꝓſequitur dicens. Quod .ſ. neruos tenaciſſimos patriæ ſolui contagione delitiarũ Pauſanias dux ipſorum .ſ. Lacedæmoniorum patefecit eos .ſ. lacedæmonios timuiſſe, non fruſtra .i. non ſine cauſa, qui .ſ. pauſanias maximis operibus editis .i. poſtq̃ maxima opera ediderat, & confecerat, ut primũ .i. tam cito, ut permiſit ſe moribus Aſiæ nõ erubuit emollire, ideſt mollẽ facere, fortitudinem ſuam cultu eius, uidelicet Aſie effœminato, ideſt in fœminatam molliciem deducto.

OLIVERIVS.

Anapæſtim pedis modulo. Anapæſtus pes eſt, qui primas duas ſyllabas breues habet, ultimam longam, per huius ergo pedis modulationem uolebant intelligi primo, concurſu celeriter, & impetuoſe cum hoſte pugnandum eſſe, ut ſi quomodo poſſent primo conflictu cõficerent hoſtem, quod ſi hoſtem prima acie profligare nequirent, firmiter & præſſo pede pugnandum. Nec prius moueri oportere, quam hoſtem confeciſſet. Aulus Gellius dicit Lacedæmones non carmine tybiarum, & cantu, & ſignis, ſed tybicinum moduſis in præliis utebantur. ⸿ Vegeto, ſtrenuo, & forti, ac robuſto quantum ad ultimam ſyllabam crebro quantum ad duas primas ſyllabas, quæ breues ſunt. ⸿ Nõ ꝙ ipſis, non ꝙ terrorem ſanguis afferret, nam aſſueti erant pati, & fortia ferre.

ASCENSIVS.

Eiuſdem &c. Ordo eſt. Exercitus eiuſdem ciuitatis, uidelicet Spartanæ, ſolebant non deſcendere ad dimicandum, ideſt non inire periculum dimicandi, ante, ideſt prius quam traxiſſent animo calorem cohortationis concentu tybiæ. ⸿ Et modulo pedis anapæſti, qui ex duabus breuibus, & longa conſtans incundi prælii formam indicat, admoniti uegeto, ideſt uiuaci, & uigoroſo ſono ictus, ſcilicet, indicati per anapæſtum in ultima ſyllaba, & crebro ſono ictus quantum ad duas priores ſyllabas pedis indicati celeriter inuadendum eſſe, inuadere hoſtem ſtrenue, ideſt acriter, ita ut ſubita ſit inuaſio, & conſtans pugna. Idem ſcilicet Lacedæmonii utebantur in prælio tunicis puniceis, ideſt rubicundis ad occultandum cruorem uulnerum ſuorum, non ſupple id faciebant, ꝙ, ideſt q̃ aſpectus earum, ſcilicet tunicarum ſanguinolentarum, afferret ipſis, ſcilicet Lacedemoniis terrorem (quia puſillanimes, quales non erant Lacedæmonii, ſtatim uiſo ſanguine ſuo labaſcunt animo) ſed ne aſpect' earum tunicarum cruentatarum, afferret hoſtibus aliquid fiduciæ, quando enim uulneratus, quis conſpicitur, eum non diu pugnaturum confiditur.

OLIVERIVS.

Egregios uirtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmoniorum. Quemadmodum illi in bello præſtantes fuerunt, ita Athenienſes in pace. Plato in timæo hanc ciuitatem commendans dicit. Fuit olim athenienſium ciuitas longe ceteris præſtans morum bonitate, ac potentia uirium, bello, & pace memoranda. Hæc ille. Apud quos inertia, non aliter inquit apud Athenienſes inertes homines puniuntur, ac ſi delictũ aliquod perpetraſſent, eſt autẽ iners qui ſine arte hoc eſt ſine exercitatione uiuit, nulli .ſ. ſe honeſto ſtudio applicans, & poſuit inertiam pro homine inerti, ideſt rem pro homine. ⸿ E latebris ſuis, quia per otium in occulto uitam agunt. Nam proprium inertis eſt in otio & in tenebris deliteſcere. ⸿ Languore, torpore, & otio quod inducit languorem. ⸿ Perinde ac delictum tanquam homo delicto obnoxius eſſet in forũ protrahitur, ut puniatur.

ASCENSIVS.

Egregios, &c. Tranſit ad mores Athe. quos dicit in pace excelluiſſe, ut lacedæmonios in bello. Ordo eſt. Athenien. prudentiſſimi moribus pacis, ideſt in pace ſeruandis, ſubſequuntur (quaſi minor ſit uirtus in pace q̃ in bello gerendo.) egregios ſpiritus uirtutis bellicæ lacedæmoniorum, apud quos .ſ. Athenië. inertia, ideſt ignauia, & uita ſine arte, & induſtria marceſcens, ideſt putreſcens langore, ideſt torpore, in latebris ſuis, ideſt ganeis, popinis, & aliis locis illecebroſis, & propterea occultis, protrahitur in forum, ideſt iuridice reprehenditur, & diiudicatur, perinde, ideſt pariter, ac ideſt ſicut aliquod delictum, & ipſa inertia fit rea, id accuſatur culpæ ut facinoroſæ ita erubeſcendæ, hoc eſt apud Athenienſes deſides inertes, hoc eſt nihil boni tempore pacis agentes, ita puniebantur, & cõdemnabantur, ut facinoroſi.

OLIVERIVS.

Areopagus. Areopagus. Areopagitarum officium erat ſimile Romanis cenſoribus. Areopagus uicus erat Athenis, ſic dictus à templo Martis, quod haud procul inde foret. Nam interpretatur uilla Martis αρης enim Martem [illegible] fontem ſignificat inde Areopagus, quod illic iudicium Martis aliquando à diis latum ſit. Nam fabula talis eſt, Mars homicidii accuſatus uocatus eſt in ius palladi conceſſum fuit, ut athenis iudicium haberetur, & duodecim dii conſeſſum Iouis honeſtarunt, ſex maribus à dextris, & ſex deabus à ſiniſtris aſſidentibus

Plutone, Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio, & Apolline à dextris, à ſiniſtris uero Iunone, Cerere, Venere, Veſta, Pallade, & Diana, & cum totidem ſentētiis damnarentur quibus abſoluebantur, pallas ſuffragium his adiecit, qui illum abſoluebant, & ita abſolutus eſt. Inde aūt fabulam fictam eſſe arbitror, ꝙ ibi teſte Pli. primum capitis iudicium actum fuerit, ibi autem cōſilium erat Athenienſium, & iudicia ferebātur, quæ exquiſitiſſima hēbantur. ⸿ Vt homines honeſtatē. Reddit rationem, cur ita facerent, quia niſi probaretur ratio uitæ ſuæ, pœnā darent nō mediocrem.

ASCENSIVS.

EIuſdem & c. laudat inſtitutum Athe. in areopago dicens. Areopagus. i. uicus martis, ubi iuſtitia exercebantur apud Athe. & .i. etiā ſanctiſſimum. i. inuiolatiſſimū conſilium eiuſdem urbis, ſcilicet Athe. ſolebat inquirere diligentiſſime quid quiſq; Athe. ageret, aut quo quæſtu .i. lucro, aut qua acquiſitione rerū ſuſtētaretur, ut homines ſequerentur honeſtatem, memores, ideſt momoria repetentes rationem uitæ eſſe reddendā.

THEOPHILVS.

AReopagus. Athenis curia, in qua capitis iudicia agebantur. Areopagus appellatus, eo ꝙ in edito ſitus, arios. i. Martius, qa de cede cognoſcit, cui Mars præeſt, uel ꝙ ibi Mars cām dixit necati allirrhothii filii neptuni, quē interemit ob illatam uim alcippæ eius filiæ, quam ſuſtulit ex agraulo Cecropis, ut Hellanicus auctor eſt in primo, uel ut autumat Aeſchylus, ꝙ amazones caſtra habuerunt in eo Martis filiæ. Poſteritas. Vetuſta exemplaria legunt poteſtas.

OLIVERIVS.

EAdem bonos ciues, & hoc inſtitutum athe laude digniſſimum fuit ꝙ pmia uiris optimis reddebantur, ſic enim ad uirtutes incitantur. Honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium uirtutis ut uult philoſophus in æthicis. Periclis, pericles orator maximus, ac philoſophus doctiſſimus fuit, qui reipubli. Athenien. quadraginta annis mira quadam prudentia gubernauit, & illi habitus eſt honos, ut ſuo loco dicemus. ⸿ Siue rem ſiue perſonam. Nam maxime gloria homines ad uirtutem concitantur, ſicut ille Solō unus è ſeptem putabat rempub. duabus rebus contineri, præmio & pena, ut hinc boni ad uirtutes inuitentur, illinc malia flagitiis arceantur. In huius quoq; ſententiam & Oui. de Pōto carmen edidit. Laudataq; uirtus, creſcit, & Imenſum gloria calcar habet ⸿ Siue rem, quia res illa bene inſtituta ſit nam ut infra dicit. Honos eſt uirtutis uberrimum alimentum. ⸿ Siue perſo. Cui tale premium debetur. ⸿ Nam & uirtutis. Sic etiam Ariſtoteles dicit honorem eſſe reuerentiam & dignitatis collationem, quæ datur in teſtimonium uirtutis. ⸿ Initium caperet, ut ipſe princeps eſſet huius inſtituti ⸿ Age quid illud inſtitutum athenarum. Inſtitutum fuit athenis, ꝙ ſiquis manūmiſſus à domino poſt libertatem ingratus extitiſſet, libertate priuaretur. Sunt uerba legis Siue domini ſeruum manumiſſum in ſeruitutem uindicantis. ⸿ Quem domi ſceleſtum. Si domi inimicus es, non eris reipub. amicus, uel ſi domi iniquus reipub. non eris iuſtus. — Premiū

ASCENSIVS.

EAdem ciuitas. i. athe. introduxit primo cōſuetudinē decorandi bonos ciues corona, cingendō caput periclis, illius ciuis Atheneſi clarūum, ideſt illuſtre, ob bonū cunſiliū, & fortia geſta, duobus ramulis aut (ut alii habent) ramuſculis, oleæ ideſt arboris oliferæ apud athe primū, ut quidā uolūt repertæ. Probabile inſtitutum. i. qđ inſtitutum atheſi. eſt probabile Cōmendabile ſiue uel intuentē. i. effectū ipſum. Nā per talē uiā prouocantur ciues ad fortiter agēdū, ſiue perſonā, hic eſt pericles, qui talē honorē bene meritus fuerat. Nā & honos. i. honor, eſt uberrimū alimētū. i. nutrimētū uirtutis, unde Naſo laudataq; uirtus, creſcit, & immenſum gloria calcar habet. Et pericles ciuis ille Athe. dign⁹ ſup. erat, ut eſſet iis, à quo potiſſimū poſteritas caperet initiū talis muneris i. coronæ oleaginæ dandi. ⸿ Age. & c. Proſequitur inſtitutū Athe. circa gratos & ingratos dicens. Age adhortandi uox eſt, ut diligentius rñdeatur. quod. i. quale ſup. eſt illud inſtitutum Athe. ꝗ. i. ꝗtum memorabile .i. dignū memoria ꝙ libertus i donatus libertate conuictus. i. probatus à patrono. i. manumiſſore, ingrat⁹. ſ. in patronū fuiſſe, exuitur iure libertatis. i. reuocatur in ſeruitutē. Patronus ſup. reuocās libertum in ſeruitutem, inquit, ego ſuperſedeo. i. prætereo, & deſino habere te impiū æſtimatorem. i. appretiatorem, tanti muneris, ꝗtū ē libertatis ciuē. i. in numero ciuiū, hoc eſt nō reputo te amplius ciuē, nec poſſum adduci, ut credā utilē ſup. eſſe, aut fore urbi, quē cernā domi. i. in patremfamilias ingratū & ita ſceleſtum. i. iniquum. Igitur qm̄ neſciſti eē liber, abi, & eſto. ſ. poſt hac ſeruus.

⸿ De eodem.

EAdem bonos ciues corona decorandi, primo cōſuetudinem itroduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Probabilem inſtitutum ſiue rē, ſiue perſonā intueri velis. Nam & virtutis vberrimum alimentum eſt Honos: & Pericles dignus à quo talis muneris dandi poſteritas, potiſſimum initium caperet: Age quid illud inſtitutum Athenarum? quam memorabile? quod conuictus à Patrono Libertus ingratus, iure libertatis exuitur. ſuperſedeo te, inquit, habere ciuē tanti muneris impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum: ut eredam vrbi vtilem, quem domi ſceleſtū cerno. abi igitur, & eſto ſeruus: quoniam liber eſſe neſciſti.

⸿ De Maſſilienſibus.

INde Maſſilienſes quoq; ad hoc tempus vſurpant diſciplinæ grauitatem: priſci moris obſeruantia, charitate Popu. Roma. præcipue conſpicui: qui tres in eodem manumiſſiones reſcindi permittūt: ſi ter ab eodem deceptum dominum cognouerint: quarto errori ſubueniendū non putant: quia ſua iam culpa iniuriam accepit: qui ei ſe toties obiecit. Eadem ciuitas ſeueritatis cuſtos acerrima eſt. nullum aditum in ſcænam mimis dando: quorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus: ne talia ſpectandi cōſuetudo, etiam imitandi licentiam ſumat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiæ querunt: clauſas portas habet: & mendacem, & fucoſam ſuperſtitionem ſubmouendam eſſe exiſtimans. Cæterum à condita urbe gladius eſt ibi: quo noxii iugulanē: rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio: ſed index in minimis quoq; rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda.

OLIVERIVS.

INde Maſſilienſes quoq;. Hi maxima fuerunt amicitia. Po. Ro. deuincti adeo, ut cū cæteræ ciuitates à P. Ro. defeciſſent, hi ſoli in fide, & officio permanerēt, quod & tpe belli ciuilis fecerunt, unde Stra. lib. iiii. Maſſilienſes inquit, Ro. Po. amicitiā conciliarunt, qui cum illis, permultum utiles eſſent, magnū ex ipſis ſuſceperūt incrementum, & paulo infra. Tum uero ex Po. Ro. amicitia eximia felicitate florebant in Pompeiana aduerſus Cæſarem ſeditiōe, cum uictæ parti ſeſe addixiſſent magnam ſuæ feli. iac. fe. Inſtitutum autem fuit, ꝙ ſiquis comperiſſet ſeruum ſuum, quem libertate donaſſet ingratum eſſe, uſque ad tertiam libertatem, poſſet ſe ingratitudinis uitio ulciſci. ſi poſt tertia libertatem rurſus eum libertum faceret, non haberet ius in ſeruū illū ⸿ Qui ei ſe toga. qui ſeſe totiens periculo obiecit ſi poſtea periculi pœnam dederit, nullum habet, quem accuſet, niſi ſeipſum. ⸿ Maiori ex parte, quia ſunt nonnullæ, quæ ſtuprorum non habent, ut apud Plautum aulularia captiui duo. ⸿ Talia ſpe. cō. nam quæ frequenter ſpectantur, ea quoq; licentius committi poſſe uidentur, ita nobis perſuademus, nam niſi eiuſmodi, licerent, non concederentur ſpectari, conceduntur autem ergo licet. ⸿ Religionis ſimulationem dum ſimulant ſe religioſos eſſe, ut à labore ſint alieni nā tunc erant nonnulli, qui ſimulabāt religionē, ꝗ potius erat ſuperſtitio. ⸿ Mendacē, falſam, & ſimulatā. ⸿ Fucoſam, non ſincerā, ſed apparētē. ⸿ A condita ur. Hec urbs eſt in ſinu Galliæ tranſalpinæ, teſte Strabo libro tertio qui dicit. Quo loco is, qui ſinus uocatur Gallicus diffunditur inq; eo Maſſilia, & Narbo ſunt urbes clariſſimæ, uel te. Solino, — Religionis ſimulatio.

Solino, in Narbonenſi ꝓuincia à focéſibus quondã fugatis. Perſarũ aduentu.xlv.olympiade cõdita ſunt Iuſti. uero dicit, phocẽſes anguſtia terræ coactos, mare curioſius exercuiſſe, piſcãdo, mercãdo, plerũq; ẽt latrocinio, qđ illis tẽpibus decus erat. Vir. Cõuectare iuuat ꝑdas, & uiuere rapto. Prædãtes ergo ueniſſe in finẽ Gallicũ ad hoſtiũ amnis rhodani, & eius loci amenitate captos, domũ rediſſe & ſuoꝝ cõplures ſollicitaſſe, q tãdẽ duce ꝓueniẽtes Maſ. cõdidere. ⸿ Rubigine qdẽ exeſus, ꝑ nimia ueluſtate, rubigo glad. ñ illũ prope corrupit.

ſectantur ſubmouendã eſſe. ſ. ab urbe ſua. Cæterũ. i. ſed, gladius, quo noxii. i. ſontes, & maleficio conuicti, iugulantur. i. necantur, eſt ibi ab urbe cõdita. i. ab eo tpe quo primũ urbs earũ fuit cõdita, qdem. i. certe, exeſus. i. corroſus, & partim corruptus, rubigine. i. uitio illo ferri, diu ſine uſu lenti, & uix ſufficiens miniſterio. ſ. decollandi, aut iugulandi, ſed iudex. i. monſtrator, & ſignificator, uſa momẽta. i. diſcrimina, aut efficaciæ ſeu ut dicunt importãtiæ, antiquæ cõſuetudinis ſeruanda ſub eſſe, quoq;. i. ẽt in minimis rebus. q. d. nedum in maximis.

⸿ De duabus Arcis.

DVæ etiam ante portas eorum Arcæ iacent: altera, qua liberorum, altera, qua ſeruorum corpora ad ſepulturæ locum plauſtro deuehuntur. ſine lamẽtatione ſine planctu, ſine luctu, funeris dies, domeſtico ſacrificio, adiectoq; neceſſariorũ conuiuio finitur. Etenim quid attinet humano dolori indulgere? aut diuino numini inuidiam fieri? quod immortalitatem ſuam nobiſcum partiri noluerit. Venenũ cicuta temperatum in ea ciuitate publice cuſtoditur: quod datur ei, qui cauſas ſexcentis (Id enim Senatus eius nomen eſt) exibuit ꝑꝑ quas mors ſit illi expetenda: cognitione virili, beneuolentia temperata: que neq; egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam ꝓbet. vt vel aduerſa, vel proſpera nimis vſi Fortuna: (vtraq; enim finiendi ſpiritus: illa ne perſeueret: Hæc ne deſtituat rationem præbuerit) cõprobato exitu, terminetur. Quam conſuetudinẽ Maſſilienſium non in Gallia ortam: ſed è Græcia tranſlatam inde exiſtimo: quod illam etiam in inſula Cæa ſeruari animaduerti, quo tẽpore Aſiã cum Sex. Pomp. petens. Iulide oppidum intraui. Forte enim tunc euenit, vt ſummæ dignitatis ibi fœmina: ſed vltimæ iam ſenectutis, reddita ratione ciuibus, cur excedere vita deberet: ueneno cũ ſumere ſe deſtinarit: mortemq; ſuam Pomp. præſentia clariorem fieri magni æſtimarit. Nec præces eius vir ille, vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoq; laudibus inſtructiſſimus, aſpernari ſuſtinuit. venit itaq; ad eam: facundiſſimoq; ſermone, qui ore eius quaſi è beato quodam eloquẽtiæ fonte manabat: ab incœpto conſilio diu nequicquam reuocare conatus, ad vltimum propoſitum exequi paſſus eſt. que. xc. annum trãſgreſſa cum ſumma & animi; & corporis ſynceritate: lectulo quantum dignoſcere erat, quotidiana cõſuetudine cultius ſtructo recubans: & innixa cubito: tibi, inquit, Sex. Pom. Dii magis, quos relinquo, q̃ quos peto, gratias referant quia nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Cæterum ipſa hilarem Fortunæ vultum ſemper experta: ne auiditate lucis triſtem intueri cogar: reliquias ſpiritus mei proſpero fine, duas filias, & vnum nepotum gregem relictura ſuperſtitem, permitto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio. & cultu ſuo, ſacriſq; domeſticis maiori filiæ traditis poculum, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextera arripuit. Tunc defuſis Mercurio delibamẽtis, & inuocato numine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partem cupido hauſtu mortiferam traxit potionem: ac ſermone ſignificans quaſnam ſubinde partes corporis ſui rigor occuparet: cum iam viſceribus eum, & cordi imminere eſſet locuta: filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium aduocauit, noſtros autem, tametſi nouo ſpectaculo obſtupefacti erãt: ſuffuſos tñ lachrimis dimiſit.

ASCENSIVS.

INde. Trãſit ad mores Maſ. populoꝝ in ꝓuincia Gallicana, q ex phocẽſibus originẽ traxerunt dicẽs. Maſ. conſpicui. i. illuſtres obſeruãtia moris priſci l. antiq & ꝓcipue charitate. P. R. uſurpãt quoq; inde ſ. poſt Ath uſq; ad hoc tps, grauitatẽ diſciplinæ, qm̃ ſ. maſ. permittũt tres manumiſſiones reſcindi. l. reuocari, in eodẽ. ſ. manumiſſo, ſi cognouerint dñm ſ. manumiſſorẽ, deceptũ ter ab eodẽ. ſ. manumiſſo, & non putãt ſubueniẽdũ q̃rto errori, qa ſi q̃rto, qs manumiſerit, & poſtea ſe erraſſe oſiderit, nõ reuocabat in ſeruitutẽ manumiſſus qa q̃ter inuẽtus ẽ, malus ſemp talis futurus cẽſendus eſt, quaſi dñs accepit iniuriã, iã. ſ. q̃rto loco, ſua culpa, utpote q abiecit ſe toties ei. ſ. ſeruo malo libertate donato. ⸿ Eadẽ &c. Proſeq̃tur alterũ ſeueritatis Inſtitutum maſ. à diuo Aug. in li. de ci. dei magnope laudatũ dicẽs. Eadẽ ciuitas maſ. ẽ accerrima cuſtos ſeueritatis nullũ. i. ullũ, nã dando mimis ullũ additũ in ſcenã. i. agẽdarũ fabularũ locũ, quoꝝ ſ. mimoꝝ, hoc ẽ hiſtrionũ mores hoium geſtu corpis imitãtiũ, argumẽta. i. mãæ, ut res tã ueræ q̃ fictæ, q̃s agũt, cõtinent ex maiore parte actus ſtuproꝝ. i. illicitorũ coitũ, iõ autẽ nullũ aditũ dedit, ne cõſuetudo ſpectãdi talia. ſ. lubrica, & carnalia nõ ſ. res obſcœnæ oculis, ſed auribus uerbis q̃tũ fieri põt captis ſubiiciũtur, ſed qa ex geſtu & pſonarũ hitu, potiſſima uoluptas depẽdebat, ſpectari potius q̃ audire dicebãtur, ſumat. i. p ſe capiat ẽt licẽtiã. i. malam cõſuetudinẽ, aut pmiſſionẽ imitãdi. ſ. turpia, ut ſtupra, aũt pro ſed ciuitas maſ. habet portas ſ. urbis ſuæ clauſas oibus, q que ſũt alimẽta inertiæ l. ignauiæ, & ocioſitatis. p aliquã ſimulationẽ religionis, qa multi ſub ꝑtextu religionis mollẽ & inertem uitã, ẽt tunc ſectabantur, ſemp enim religionibus addicti ab externis fuerunt immunes, niſi ſumma urgente neceſſitate, habet dicit portas clauſas, exiſtimans ſuperſtitionem mendacẽ, & fucoſam. i. palliatã nã reuera tales molliciem uitæ

OLIVERIVS.

DVæ ẽt. Hanc ẽt cõſuetudinẽ Maſſi. ſeruabant, ꝙ & duas arcas ante urbem ſuã cõſtituere, in quarũ altera ſeruorũ corpora, in altera liberorũ portarentur ad ſepulchrũ, & cũ cadauer ad funus effertur, nemo eſt q lugeat, & pectora plangat. Plauſtro, nõ humeris hoium ad ſepulchrũ efferebãtur cadauera, ſed plauſtro. ⸿ Lamentatiõe, q̃relarũ. ⸿ Plãctu, pulſatione pectorũ, nec q̃reis, nec plãctibus funera ſuorũ cõmitabãtur. ⸿ Funeris dies lugendi funeris. ⸿ Domeſtico, qa domus funeſta dr eius, qui mortuus eſt. ⸿ Etenĩ qđ attinet. Laudat hoc ꝓpoſitũ, & iſtitutũ maſ. dicens nil aliud facimus dũ, q̃relis, & lachrymis inſiſtimus, niſi ꝙ dolorẽ nr̃m augemus, & inuidiã deoꝝ ꝓuocam⁹ ⸿ Indulgeri, operã dari, ſicut Cice. dicit. Nõ intelligis duplicari dolorem ⸿ Immortalitatẽ ꝙ nos immortales facere noluerint, ſicut ipſi ſunt. ⸿ Cicuta tpamentum. Cicuta uenenoſa herba eſt, teſte Plin. lib. xxv. natu. hiſtor. q cicuta, inquit, quoque uenenũ eſt, publica Athe. poena inuiſa, ad multa uſus nõ omittendi, ſemen habet noxium & reliqua. ⸿ Sexcentis Senatoribus. ſ. qui ſexcenti erant, nã cõſiliũ eorũ ſexcenti appellantur Strabo libro. iiii. Cæterum Maſſilienſes rem urbanã p optimates, & ariſtocratiam regentes, oẽs legũ æquitate ſuperant cõſilium ſexcentis ex uiris inſtituentes, qui quo ad uita ſuperſit, id honoris genus habent, quos timidos, ideſt honorificos appellant. xv. uero ſenatus ſunt principes, q bus q̃ ad manus prompta obueniunt moderari, & regere datum eſt, ruſus, ex his. xv. tres ſunt præſides qbus plurimũ poteſtatis attribuitur, uerũ ex his nemo timidus creatur, qui liberos non habeat, ne ue de ciuium ſanguine tertiam per generationẽ ortus ſit. Mors expetenda, qui iuſtam cãm moriendi ſe probauerint habere, his publice hoc uenenũ hauriendum datur. ⸿ Temperata beneuolentia, ꝙ eos nolint temere mori uirili, de his qui uiriliter mori uolunt, ordo eſt.

Cicuta.

De ritu Maſſilienſium.

SEd vt ad Maſſilienſiũ ciuitatem, unde in hoc diuerticulum exceſſi: reuertar: intrare oppidum eorũ nulli cum telo licet. præſtoq́ eſt, qui id cuſtodiæ gratia acceptũ, exituro reddat. vt hoſpitia ſua quemadmodum aduenientibus humana ſunt: ita ipſis quoq́ tuta ſint.

Cognitione uirili temperata cum beneuolentia, cognitio uirilis eſt de his, qui fortiter mori uolunt, quæ temperatur hac beneuolentia, ne ſine cauſa moriantur. ⁋ Sapienter, hoc pertinet ad uirilem cognitionem. ⁋ Nam utraq́, utraq́, inquit, fortuna tam diuerſa quam proſpera cauſam moriendi præbet hominibus. Nam ſi aduerſa fuerit, nolũt in ea diutius permanere, ſi ꝓſpera, dubitant ne deſerat eos, & in aduerſam incidant. ⁋ Iulide op. eſt inſulæ. Cææ. ⁋ Clariorẽ fieri, ut mors ſua præſentia Pompeii celebraretur. ⁋ Inſtructiſſimus, paratiſſimus, munitiſſimus. ⁋ Inſana in hec uno inſana erat, ꝙ mori uolebat. ⁋ Sinceritate, integritate. Sincerus dicitur ille, q plane purus eſt ſine ulla mixtione malitiæ, ut mel ſine cera ſincerum dicimus. ⁋ Dii, quos relinquo, ſcilicet ſuperi. Quam quos peto, ſcilicet inferi. ⁋ Nec ho. vi. meæ, quoniam à propoſito eam reuocare ſtuduerat. ⁋ Ipſa epi. eſt, ipſe lego, ipſe legis, ipſe legit. Nam ad omnem perſonam referri poteſt. ⁋ Sacriſq́ dii: ut diis penatibus ſacrificia facerent. ⁋ Maiori fi. ita mos erat, ut maioribus natu ſacra domeſtica traderentur. ⁋ Conſtanti. firma, & non tremebunda. ⁋ Deſuſis me. liba. ideo Mercurio libauit, quia dicitur animabus præeſſe Vir. Animas ille euocat orco, pallentes alias

Mercurius infernus.

ſub triſtia tartara mittit, eſt autem deorum nuncius, qui nõ ſolum diis ſuperis, ſed inferis quoq́ miniſtrat. Placido itinere, æquo non aſpero quia, planiore in campos elyſios. ⁋ Deſuſis, autem dixi factis ſacrificiis uel in terram fuſis, anteq̃ libaret, fudit aliquantulum potionis in terrã. ⁋ Subinde, deinceps quia dicebat, quomodo rigor primo pedes occupaſſet, deinde ad genua perueniſſet, poſtea ad cor aſcendiſſet. ⁋ Opprimẽdorum occul. claudendorum oculorum. Vir. Preſſi ue oculos, & funera laui. conſuetudo enim erat ut propinquiores mortuis lumina clauderent. ⁋ Tamen aduer. ad id, quod dixit obſtupefacti, q̃ ſi dicat: ſi ſtupefacti eramus, nõ debeam flere.

ASCENSIVS.

DVæ autem &c. Recitat inſtitutum Maſſiliẽ. de duabus arcis, ideſt feretris, aut capſulis, ſeu capulis, quibus omnium cadauera ad ſepulturam deferebantur, in altera liberorum, in altera ſeruorum dicens. Autem prõ ſed duæ accæ, ideſt ciſtæ, ligneæ quibus efferrebantur cadauera iacent ante portas eorum, uidelicet Maſſilieñ. altera ſupp. arca, iacet ante portam, qua corpora liberorum deuehuntur plauſtro ad locum ſepulturæ, & altera qua corpora ſeruorum deuehũtur plauſtro ad locum ſepulture. Et dies funeris finitur. i. tranſigitur ſine planctu. i. concuſſione membrorum præ dolore, & ſine luctu. i. ſigno doloris in ueſtitu, ſacrificio domeſtico, & conuiuio neceſſariorum. i. cõſanguinitate, aut affinitate neceſſaria coniunctorum, adiecto, ideſt addito quaſi impertinẽti. Etenim (laudat inſtitutum Maſſilen. in temperamento luctꝰ dicens.) Etenim. i. & certe quid attinet. ſ. ad rẽ. i. quod prodeſt, aut idulgere. i. nimis incũbere dolori humano. i. pp hõis mortalitatẽ orto, aut inuidiã fieri numini diuino, ꝙ ipſum numen diuinũ noluerit partiri. i. cõicare ſuam ĩmortalitatẽ nobiſcum q. d. nihil. Et recte id diceret, ſi deus nos imortales eſſe uoluiſſet. Nihil. n. iniuſte, aut uult, aut nõ uult. Verũ uoluiſſet qdẽ deus nos eſſe imortales, ſi ꝓtoplaſti obediẽtes eẽ uoluiſſent. ⁋ Venenũ &c. Recitat aliud Maſ. inſtitutũ, tunc quidẽ laudabile, ſed nunc, ſi fieret deteſtabile. Nã ns, qbus ſocietate uite honeſta petebatur, mors potio uenenata ad hoc publice aſſeruata, cũ nemini liceat ſuæ necis accelerationẽ petere. Ordo ẽ uenenũ tpatũ. i. dilutũ cicuta. i. ſucco herbe frigidiſſimæ, cuſtoditꝰ pub. i ea ciui. uidelicet Maſ. qd ſup. uenenũ datur ei, q exibuit. i. expoſuit, & declarauit ſexcẽtis. ſ. ſenato. aut iuridicis uiris (id. n. eſt nom ſena.) eius. ſ. ciuitatis cãs, pp q̃s mors ſit expetẽda. i. honeſte, aut rõnabiliter petenda illi, & hoc cognitione uirili. i. uiriliter mori cupientiũ ſpata bñuolẽtia. ſ. iudicũ, q̃ neq́ petitur temere. i. ſine iuſta cã egrediuita, & ꝓbet cupiẽti excedere. ſ. uita, ſapiẽter. i. iuſta de cã celerẽ uitã ſau. i. mortis, ut uſi fortuna, uel nimis aduerſa, uel nimis proſpera (utraq́ eni fortuna ꝓbuerit. i. ꝓbere poterit, rõnẽ ſpiritus. ſ. uitalis, finiendi, illa. ſ. aduerſa, ne perſeueret, hæc. ſ. proſpera ne deſtituat. i. derelinquat, quia ſummum infelicitatis genus) ut Boetius ſentit (eſt fuiſſe infelicem, & ideo qui aliquo uehementi gaudio delibuti erant, ut Cherea ille in Eunucho Terẽtii, emori exoptabat ne gaudium ægritudo contaminet aliqua) utinq̃ uſi tali fortuna uehementer bona, aut mala terminentur exitu. ſ. uitæ cõprobato. Quam conſuetudinem &c. dicit eſſe conſuetudinẽ è Cæa inſula tráſlatã, idq́ probat exemplo cuiuſdam mulieris ſic mortẽ obeuntis dicens. Quã conſuetudinẽ Maſſilieñ. ego exiſtimo non ortã in Gallia, ſed tranſlatam è græcia, inde. i. ex ea re, ꝙ ego animaduerti illam ſeruari etiã in Cæa inſula, ſup. eo tpe quo tpe ego petens Aſiam cũ Sexto Põ. (nõ illo priſco ſed ſui tpis uiro) intraui oppidũ Iulide. ſ. nomine. Euenit enim forte tũc ut fœmina ſummæ dignitatis, ſed iã ultimæ ſenectutis, rõne, cur deberet excedere uita reddita ibi ciuibus, deſtinauit. i. decreuit ſe cõſumere ueneno æſtimauit, ideſt cenſuit magni ſup. prætii eſſe mortẽ ſuam fieri clariorem ꝓſentia Pompeii, uidelicet Sexti. Nec ideſt & non, & uir ille, uidelicet Sextus Pom. inſtructiſſimus. i. ornatiſſimus, & maxime ꝓditus, ut omnibus uirtutibus, ita quoq́ ideſt etiã laudibus humanitatis, ideſt clementiæ, non ſuſtinuit, ideſt non paſſus eſt, ꝓces eius. ſ. fœminæ aſpernari, ideſt uilipendi. Itaq́ ipſe uenit ad eam, & conatus eſt diu ne quicq̃. i. fruſtra ſermone facũdiſſimo, qui manabat ore eius. ſ. Pompeii, quaſi e quodã fonte eloquẽtiæ, beato, ideſt abundãte. Quæ. ſ. fœmina, tranſgreſſa annũ. xc. ſ. ætatis ſuæ cũ ſumma ſinceritate. i. puritate, & animi & corpis, recubans in lectulo ſtrato cultius quotidiana conſuetudine, quantũ erat, ideſt dabatur dignoſcere, & innixa cubito, inqt, o Sexte Pompeii. dii magis, quos relinquo. i. ſuperi, aut mũdi huius rectores, quã quos peto. i. quã inferi, referãt tibi gratias, qa nec faſtidiſti, ideſt non contẽpſiſti ſupbe. eſſe adhortator uitæ meæ, ne ſpectator mortis. Cæterũ. i. ſed ipſa, ideſt ego, experta ſemꝑ uultũ fortunæ hilarẽ. i. fauorabilẽ mihi, ne cogar auiditate. i. ꝓpter auiditatẽ uitæ, intueri. i. inſpicere ſup. fortunã aut uultũ eius triſtẽ. permitto. ſ. diis inferis, aut ꝑmuto cũ morte reliquas ſpiritus mei. i. quod reliquũ eſſe poſſit uitæ, fine ꝓſpero qa relictura duas filias, & unũ gregem. i. multitudinẽ nepotum e filiabus ortorũ, ſupſtitem. i. poſt occaſum, & mortẽ meam ſtaturũ, & in uita ꝑmanſurũ. Deinde ipſa fœmina cohortata ſuos. ſ. neceſſarios ad concordiã patrimonio diſtributo eis, & cultu ſuo, ſacriſq́ domeſticis traditis maiori filiæ, arripuit dextra cõſtanti, ideſt conſtãtis animi indice, poculum, in quo uenenũ erat temperatũ. Tunc. i. deinde delibamentis, ſeu libamentis. i. oblationibus potiõis ꝓlibatæ deſuſis. ſ. in terram, mercurio, ideſt ad honorẽ mercurii, & numine, ideſt diuino auxilio eius ſcilicet Mercurii inuocato, ut deduceret ſe placido itinere in meliorem partẽ ſedis inferi, ideſt apud inferos habendæ, traxit. i. attraxit & imbibit cupido hauſtu potionem mortiferã, quia uenenatã. ⁋ Ac ſig. ſermone, ideſt in loquendo, quaſnã partes corpis ſui, rigor. i. torpor mortis occuparet, cũ eſſet locuta eũ ſ. rigorẽ, aut ſi legatur, eã uidelicet potionẽ uenenatã, uñ rigor ille oriebat imminere. i. appropinqre iã uiſcerib9, & cordi, aduocauit manus filiarũ ad ſupmũ. i. ultimũ officiũ, uidelicet oculorũ opprimẽdorũ. i. claudẽdorũ, qa a morientib9 derelinquunt patẽtes, aũt ꝓ ſed, ipſa demiſit nros. i. Põpeii, & meos cæterorũq́ ro. tametſi erãt obſtupefacti nouo ſpectaculo, tñ dimiſit ſuffuſos lachrymis. Quo dicto idicat ſuũ & cæterorũ ro. clemcuã,

THEOPHILVS.

COa. Cæa. legẽdũ nõ Coa. qm̃ legtur Iulidẽ intraui. Satis. n. cõſtat ex Plinio Iulidẽ unũ eſſe ex oppidis inſulæ Cææ patriã Simonidis melici. ⁋ Iulide, corrige Iulidẽ. Iulis. n. Cææ oppidũ ab eiuſdẽ noĩs fõte dem. Steph. auctor ẽ.

OLIVERIVS.

SEd ut ad Maſſi. Nunc redit ad ꝓpoſitũ. ⁋ Diuerticulũ. digreſſionẽ. digreſſio eſt ab eo d uertit, qđ dicere cœperat. ⁋ Vt hoſpitia ſua quemadmodũ, ipſi hoſpitales benigne ſumerẽt peregrinos, ita ipſi ab hoſtibus tuti eſſe poſſent.

ASCENSIVS.

SEd ut &c. Redit ad narrationem inſtitutorum Maſſilienſium dicens. Sed ut ego reuertar ad ciuitatem Maſſilienſem, unde ego exceſſi. i. extra uagatus ſum, i hoc diuerticulum,

clulũ.i.in narratione inſtituti Cæe inſulæ. Nulli.i.non ulli,nõ icet ulli intrare oppidũ eorũ.ſ. Maſſili,cũ telo.i.armis inuaſiuis de longe iaculari ſolitis,& præſto eſt,qui reddat exituro ſ. peregrino Maſſiliam egredi uolẽti,ſ.ſ.telum acceptum.ſ. ab intrante,gratia cuſtodiæ. Vt hoſpitia ſua.ſ. Maſſi. quemadmodũ ſunt adeũtibus humana.i.benigna,ita ſint tuta quoq; idest etiam Ipſis ſcilicet Maſſilienſibus.

terentur,ſed ut fortes & magnanimos decet. Vir. Pulchrũq; mors ſuccurrit in armis. Lamentabantur. Contra uero ſi iacuiſſent in lecto metuebant mortem, & ideo triſtabantur, q; ignauiter quodammodo, & turpiter perituri eſſent. Hoc idẽ Cice.lib.Tuſcu.queſtio.ii.

OLIVERIVS.

PEcunias mu. Opinio antiquorũ ſatis deridẽda. Apud inferos, dicebant tu mihi x.aureos mutuab's,& ego tibi poſtea totidẽ apud inferos reddã. Quia perſuaſum habuerunt. Credebant ad aliam migrari uitã ſecundũ Metẽplychoſim. Dicerem ſtul. Damnarẽ,inquit,eorũ ſtultitiã, niſi hoc idẽ ſenſiſſet Pythagoras. Braechati. Quãuis oĩs Gallia comota uno noĩe appellata,teſte Pli li.iiii.natu. hiſto.in tria populorũ gña diuiſa eſt, uidelicet in belgicos,aqtanos,& celtcos,ſiue lugdunẽſes,qd idẽ & Cæſar in pricipio comẽtariorũ ſuorũ affirmat,tñ inueni nonnullos ex noſtris, q dicunt triplicem Galliã, brachathã,comotã,& togatã eſſe,comatam eſſe,q̃ Lombardia dr, & Galli inſubres. Togatã ab alpibus uſq; ad mare Britãnicũ tendere. Brachatã Narbonenſem puinciã & oẽm regionẽ, q̃ adiacet rheno. q̃ multas habet partes Burgũdiã, Lotoringiam, Flandriã, Coloniã, & terrã Ligonenſiũ. Palliatus, græcus, qa ut ſupra diximus pallio utebantur græci, Pythagoras quidem credebat animas hominum immortales eſſe, ſed ex uno corpore in alia corpora tranſire, nec uſpiam inferos eſſe.

Braccha ta Gallia.

De more, quem obſeruabant Galli.

HOrum mœnia egreſſo, vetus ille mos Gallorum occurrit:quos memoria proditum eſt:pecunias mutuas: q̃ his apud inferos redderentur, dare. quia perſuaſum habuerint,animas hominum immortales eſſe,dicerem ſtultos,niſi idem Brachati ſenſiſſent: quod Palliatus Pythagoras credidit.

De Gallis.

AVara,& fœneratoria Gallorum Philoſophia. Alacris, & fortis Cimbrorum, & Celtiberorũ: qui in acie gaudio exultabant,tanquam glorioſe,& feliciter vita exceſſuri. lamentabantur in morbo quaſi turpiter, & miſerabiliter perituri.

De Celtiberis.

CEltiberi etiam nefas eſſe ducebant, prælio ſupereſſe:cum is occidiſſet: pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant. Laudanda vtrorumq; populorum animi præſtantia:quod & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitiæ conſtanter præſtandam arbitrabantur.

De Thracia.

THraciæ vero illa natio merito ſibi ſapientiæ laudem vendicauerit:quæ natales hominum flebiliter:exequias,cum hilaritate celebrat: ſine vllis doctorum præceptis: verum conditionis noſtræ habitum preuidit. Remoueatur itaq; naturalis omnium animalium dulcedo vitæ: quæ multa & facere, & pati turpiter cogit:ſi ea mortua,aliquanto eius felicior,ac beatior reperietur finis.

ASCENSIVS.

AVara &c. Tranſit ad mores Cibrorũ,& celtiberorum dicens philoſophia gallorũ ſic mutuo dãtium eſt ſup.auara & fœnatoria,quia plus recipere ſperabãt q̃ dederãt ſed ſup.philoſophia cimbrorũ,& celtiberorũ eſt alacris,& fortis,q.ſ.cimbri & celtiberi exultabãt gaudio in acie: i.qñ cũ periculo uitæ pliabantur, tanq̃ exceſſuri uita glorioſe,& fortiter. Et lamentabantur in morbo .i. qñ afficiebantur morbo quaſi perituri turpiter, & miſerabiliter.

OLIVERIVS.

CEltiberi ẽt. Proſequitur aliud inſtitutũ eorũ fuiſſe, ut cum milites ducẽ ſuum amiſiſſent, mortuo duce,ſe interfici malebant, qd legitur in uita Sertorii. Pro cuius ſalute ſpũm deuouerant, quia in bellum pficiſcentes iurabant in manus imperatoris ſe pro ſalute illius fortiter pugnaturos.

ASCENSIVS.

CEltiberi ducebant.i.exſtimabant ẽe nefas eſſe ſupereſſe prælio,quum is occidiſſet,uidelicet princeps eorũ pro cuius ſalute ipſi deuouerant.i.morti addixerãt ſpñ. i.uitã ſuam. Præſtantia animi utrorũq; populorũ eſt laudanda,q;.i.quia,&.i.ſimul,tueri.i. tuebantur fortiter incolumitatem patriæ,& arbitrabantur fidem.i.fidelitatem præſtandam amicitiæ.

ASCENSIVS.

HOrũ mœnia &c. Secundũ locorũ ſitũ pulchre tranſit à Maſſiliẽ. ad gallicanos mores,dicens Vetus ille mos gallorũ occurrit mihi egreſſo mœnia horũ.ſ. Maſſil. quos.ſ. Gallos,proditũ eſt memoria dare pecunias mutuas, aut mutuo,q̃ redderentur,his,ſcilicet mutuo dantibus,apud inferos,quia habuerunt perſuaſum,animas hominum eſſe immortales, dicerem ſupple Gallos ſtultos (qui reuera in eo facto errabant, non q; animas Immortales credebant,ſed q; talia commertia apud inferos putabant,ut pecunia opus haberent,niſi forte eo animo dabant,ut pro datis amore dei mercedem reciperent) niſi bracchati,ſcilicet Galli hoc eſt bracchis induti ſenſiſſent, idem quod Pythagoras palliatus credidit.ſ. pecuniam mutuo datam,apud inferos recipi.

OLIVERIVS.

AVara & fœni. qui philoſophantur, ut dicant animas eſſe immortales,& ideo pecunias mutuo accipiant; ſed nunc optimum illum fœneratorem eſſe dicimus, qui egentibus opem preſtat, quaſi qui pro uno centuplum expectet, adeo & hæc reuera quæſtum nullum maiorem facere poteſt q̃ pecuniam pauperibus effundere, compenſationem illius à deo promiſſam expectans,ſed apud ignaros noſtræ fidei uana fuit opinio. Alacris,læta atq; iucunda,& oſtẽdit utramq; rationem, qui in acie gaudio exultabãt qui cum prælio commiſſo periculis ſe expoſitos uiderent lætabantur Iulius Cæſ. lib. vi. Druides inquit perſuadent animas non interire ſed ab alus poſt mortem tranſire ad alios. Glorioſe, q; fortiter pugnantes morerentur in acie id ſibi honorificum, & glorioſum fore credebant, qu a non,ut ſegnes,& ignaui morerentur...

OLIVERIVS.

EIuſdem ordinis: quod ſequitur, papirius Dictator cum aduerſus imperium ei' Q. Fabius Rutilianus magiſter equitum exercitum iu aciem eduxiſſet: quanquam fuſis Samnitibus in caſtra redierat: tamen neq; uirtute eius, neq; ſucceſſu, neq; nobilitate motus. uirgas expediri, eumq; nudari iuſſit. O'ſpectaculũ admirabile & Rutilianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte, ſpoliatoq; corpore, lictorum ſe uerberibus lacerandũ præbuit, ut in acie exceptorum vulnerum nodoſis ictibus cruore renouato, uictoriarum, quas modo ſpecioſiſſimas adeptus erat, titulos reſpergeret. Precibus deinde ſui exercitus, occaſionem Fabio confugiendi in urbem dedit: ubi fruſtra ſenatus auxilium implorauit. Nihilominus enim papirius in exigenda pœna perſeuerauit. itaq; coactus eſt pater ei' poſt Dictaturam tertiumq; conſulatum: rem ad populum deuocare, auxiliumq; Tri. plebis ſupplex pro filio petere: neq; hac re ſeueritas papirii refrenari potuit. Cæterum, cum ab uniuerſis ciuibus, ipſiſq; Tri. plebis rogaretur teſtatus eſt, non pœnam illam ſe Fabio: ſed Po. Ro. & Tri. concedere poteſtati.

dices penes quos erat ſummum decus. i. ornamentum ſenatus & ordinis, equeſtris, & uniuerſæ plebis (in tot. n. ordines po. Ro. diſtinctus erat). Et quorum nutu. i. eis ornati uoluntate, uel ſigno capitis indicata, latium. i. nobiliſſima illa pars italiæ ac uires totius italiæ regebantur, contuſi atq; fracti ſ. à dictatoria ptāte ſubſtrauerunt ſe, ai aduerſioni. i. conſideratæ & ordinaræ punitioni dictatoriæ. i. Cincinati dictatoris, ac ne gloria cõſularis foret multa. i. ſine ultione læſa, conſul uindex ois delicti. i. penes quē eſt omne delictum aliorum punire punitus eſt. ſ. à dictatore. O' Mars pater imperii noſtri i. Roma. quia primi regis pater habitus eſt ubi. i. poſtq̃ degeneratũ erat. i. minus generoſe agendo diſceſſerat, à tuis auſpiciis. i. præclaris inceptis numen tuũ. i. diuina maieſtas tua quæ nutu quæ uis facis propitiabatur. i. piacabat, his. i. huiuſmodi. (ut ita dicam. i. ſi mõ liceat ſic dicere) piaculis. i. pinatiõibus, & purgationibus delicti. Videlicet nota. ſ. infamiæ affinium, q̃ Rutilius notauit. Q. Fabium generum ſuum cognatorum, qua Cotta pecuniolam diffamauit, & Fratrũ, qua Flaccus cenſor Fuluium fratrem inſignem reddidit, & ſtrage filiorum. i. Poſthumii & Manlii, & exauratione. i. exauthoramento ac priuatione ſacramenti, quod Milites imperatori exhibebant ignominioſa, quia poſſet eſſe honeſta, ut ſi ob ualetudinē, aut uulnera accepta, aut religionem aliquã quis ſe magiſtratu abdicarit, conſulum ſ. Minutii ſed ad rem extolleudam de ſingulis præterq̃ de filiis (cum tñ ab aliis ēt unus cenſeatur) pluratiue loquitur.

OLIVERIVS.

EIuſdem ordinis Papirius dictator. Fronti. li. iiii. L. Papirius curſor dictator Fabium Rutilium magiſtrũ equitum, q aduerſus edictum eius q̃q̃ proſpere pugnauerat, uirgis popoſcit cædi ſecuri percuſſurus, nec contentione, aut precibus militum, conceſſit animaduerſionem, eumq; profugientem Romam proſecutus eſt, nec ibi quidem remiſſo prius ſupplicii metu, q̃ ad genua eius & Fabius cum patre prouolueretur, & pariter ſenatus & populus rogarent. Liuius uero multo prolixius ſcribit hiſtoriam. Fuit hoc bello ſamnitico, cui cum. L. Furius Camillus conſul præeſſet morbo implicitus dictatorem dixit Papiriũ Curſorem, qui ſibi Quin. Fabium Rutilianum magiſtrum equitum dixit, quibus in caſtra profectus pauiopoſt dictator in urbem ad auſpicium petendum acerſitur, imperat magiſtro equitum, ut ſeſe locu teneret nec abſente ſe cum hoſte confligeret. Fabius cum poſt profectionem dictatoris per exploratores comperiſſet perinde omnia ſoluta apud hoſtes, ac ſi nemo Romanus in ſamnio eſſet ſeu ferox adoleſcens indignitate accenſus, quod omnia in dictatorem uiderentur repoſita eſſe, ſeu occaſione bene gerendæ rei ductus, exercitu inſtructo paratoque profectus ad hoſtes conflixit. Ea fortuna pugnæ fuit ut nihil relictum ſit quo ſi affuiſſet dictator res melius geri non potuerit, non enim dux militi, nec miles duci defuit uiginti milia hoſtium ea pugna cæſa dicuntur, Quod ubi Romæ cognitum eſt, dictator incenſus ita redit in caſtra, Fabiũ accerſi iubet, ſpoliariq;, ut de illo ſumeret ſuppliciũ milites reiectis lictoribus Fabiũ tutantur, iãq; ſeditio maxima apparebat, nox eam diremit, Fabius interea Romam profugit, & auctore patre apud ſenatum de iniuria dictatoris conqueritur. Demum ſuperueniente dictatore, tribunorũ omniũ, ac Po. Ro. fidem implorat, qua nihil ſibi proficiente, fluctuabat eius uita, niſi q populus ad pces, & obteſtationē conuerſus, ut ſibi pœnã magiſtri equitum dictator remitteret. Tribuni quoq; inclinatam rem i preces ſub ſecuti orare dictatorē inſiſtũt ut ueniã errori humano ueniam adoleſcentiæ. Q. Fabii Rutiliani daret ſatis eum penarum dediſſe, iam ipſe adoleſcens, iam pater M Fabius contentionis oblitu, procumbere ad genua, & irã deprecari dictatoris, Tunc dictator ſilentio facto, bene habet quirites, uicit diſcipliã militaris, uicit Imperii maieſtas, ñ noxæ eximitur. Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit. ſed noxæ damnatus donatur. P. R. donatur tribunitiæ ptãti precarium, non iuſtum auxiliũ ferenti. ¶ De gente Papiria. Ci. epiſtolarũ familiarium li. ix. epiſtola ad Petũ. Tandem inquit inſanire tibi uideris ita ingt, ſed tñ mi Petæ, quid tibi uenit in mentem? negaret Papirium quenquam niſi plæbeium fuiſſe nunquam? fuerunt. n. patricii minorũ gentium, quorum princeps. L. Papirius. M. Vigilanus qui cõſul cum. L. Sempronio Atratino fuit cũ ante cenſor cum eodē fuiſſet. annis poſt Romã conditã trecentis. xii. ſed cum papiſii dicebãtur poſt hunc. xiii. fuerunt ſela curuli ante. L. Papiriũ craſſum, qui primum papiſius uocari deſitus eſt, is dictator cũ Luci. Papirio Curſore magiſtro equitum factus eſt annis poſt Romam conditam trecẽtis. xv. & quadriennio poſt cõſul cum duellio hunc ſecutus eſt papirius curſor homo ualde honorat'. Neq; uirtute, q uicerat. Neq; ſucceſſu, quia felix fuerat. Nobilitate, quia patricius erat de fabia gente. O'ſpectaculum exagerat rem iſtam. cruore renouatione uulnerum quæ ab hoſtibus acceperat nondum cicatrices ſanatæ erant. ¶ Vulnerum quæ nondum obductæ erant. ¶ Nodoſis ictibus. ſ. uirgarum. ¶ Dedit occaſionem fugiendi. ¶ Diſpendio pœnæ non q ita putaret, ſed quia rogauerant milites, ut punitionem illã in ſequentem diē differret. Papirius. q ubi ſcm eſt nocte Fabius in urbem confugit. Poſt dictaturam, tertiumq; conſulatum, quia Fabius pater eius q & dictator, & conſul fuerat, coactus ad auxiliũ populi confugere atq; illius opem implorare. ¶ Vniuerſus. Quia uniuerſus Po. Ro. Papirium ſupplex rogabat, ut eum ſibi condonaret, hæc papirii ſeueritas ſic totius exercitus animum à dictatore auertit, ut proximo cum ſamnitibus prælio hoſtes debellari potuerint niſi milites duci ſuo gloriam inuidentes, uincere uoluiſſent.

ASCENSIVS.

EIuſdem ordinis Affert alterius dictatoris in cõſimili ſeueritate. exēpiũ dicens. Id ſup. q ſeqtur eſt ſup. eiuſdem ordinis. ſ. dictatorii. Nam ſup. Papirius dictator quum Quintus Fabi. Rutilianus, magiſter equitum, & ita ſecundus à dictatore in exercitu, ſicut comeſtabilis olim ſecundus ab rege fuit, eduxiſſet aduerſus Ideſt contra imperium eius. ſ. papirii exercitum. ſ. Romanum. In aciem, ideſt prælium (non q acies ſit præliũ ſed quia hic pro prælio accipitur, niſi ſit in aciem hoſtilem) quanquam ſup, Rutilianus redierat in caſtra ſamnitibus fuſis & ita uictis tamen neq; motus, ideſt à propoſito reuocatus, uirtute eius, ſcilicet Rutiliani, neq; ſucceſſu. i. proſpera pugna, neq; nobilitate eius iuſſit uirgas expediri. i. è faſcibus euolui, & iuſſit eũ ſ. Rutilianũ nudari, ut uirgis cederetur. unde exclamat author. O'ſpectaculum admirabile. Et. i. ſimul Rutilianus, ut nobiliſſimus, cui ob ſolum nomen parcere debuerit & magiſter eqtum, & ita pñti magiſtratu fungens, & uictor, & ita ob rem paulo añ bene geſtam clarus ueſte ſciſſa, & corpore ſpoliato. i. ignominioſe nudato, præbuit ſe lacerandum uerberibus lictorum, ut reſpergeret titulos uictoriarũ, quas adeptus erat mõ. i. paulo antea, ſpecioſiſſimas. i. honeſtiſſimas, reſpgeret dico cruore uulnerũ exceptorũ in

acie

acie renouato, nodoſis ictibus .ſ. uirgarum. Deinde Papirius dedit precibus .i. ob preces ſui exercitus, fabio ſ. Rutiliano occaſionem confugiendi in urbem quia cum imponunt pro eo intercederent, & lictores ab eius cæde repellerent ligatúq; ſoluerent, patefacto abitu, aut ut alii uolunt precibus exercitus ultione in poſterum dilata nocte, in urbem ſe proripuit, ubi implorauit, ideſt plorãdo orauit auxilium ſenatus, fruſtra, quia ſenatus in dictatorẽ nil potuit. Enim pro quia Papirius .ſ. dictator nihilominus perſeuerauit in pœna .ſ. capitali exigenda, quod durũ erat in tali culpa, unde per alluſionẽ dictum putem à marone pœnas cũ ſanguine poſcunt. Itaq; .i. & ita pater eius .ſ. Fabii, qui ẽt Fab. dictus eſt coactus eſt poſt dictaturam, & tertium cõſulatum .i. poſtq̃ ſummis honoribus functus erat deuocare rem ad populũ .ſ. Romanũ, & petere ſuplex auxilium tribunorum plebis pro filio neq; ſeueritas papirii .i. dictatoris, potuit refrenari .i. cohiberi à perſecutione ultionis, hac re .i. ſupplicitate tanti uiri. Cæterum .i. ſed cum rogaretur ab uniuerſis ciuibus, & tribunis plebis teſtatus eſt, ſe concedere .i. condonare illam pœnam, nõ Fa. ſed populo Roma. et poteſtati tribunorum.

ℂ De L. Calpurnio.

LVcius quoq; Calpurnius piſo COSS. cũ in Sicilia bellum aduerſus fugitiuos gereret: & Titius equitum præfectus, fugitiuorum multitudine hoſtium circumuẽtus arma his tradidiſſet: his præfectum ignominiæ generibus affici iuſſit: eum toga laciniis abſciſſis amictum diſtinctaq; tunica indutum, nudis pedibus à mane noctem uſque ad principia, per omne tempus militiæ, adeſſe. Interdixit etiam ei conuictum hominum vſumque balnearum: turmaſque equitum, quibus præfuerat, ademptis equis in funditorum alas tranſcripſit. magnum profecto dedecus patriæ, magno Piſonis decore uindicatum eſt. quoniam quidem id egit Piſo, ut qui cupiditate uitæ adducti, cruce digniſſimis fugitiuis trophea de ſe ſtatuere conceſſerant, libertatiq; ſuæ ſeruili manu flagitioſum imponi iugum non erubuerunt: amarum lucis uſum experirentur. mortemq; quam effœminate timuerant: uiriliter optarent.

ℂ De Q. Metello.

NEc minus piſone acriter Q. Metellus, qui cum apud Trebiam res gereretur: collocatas a ſe in quadam ſtatione quinque cohortes, atque ex ea viribus hoſtium depulſas, repetere eandem ſtationem eueſtigio iuſſit: non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recuperari poſſe: ſed ut præteritæ culpam pugnæ, inſequentis certaminis manifeſto periculo, puniret: edixit etiam, ut ſi quis ex his fugiens caſtra petiiſſet, pro hoſte iterficeretur. qua ſeueritate compreſſi milites, corporibus fatigatis, & animis deſperatione uitæ implicatis, loci tñ iniquitatem, multitudinemq; hoſtiũ ſuperarunt. humanæ igitur imbecillitatis efficaciſſimum duramentum eſt Neceſſitas.

OLIVERIVS.

LVcius quoq; calpurni⁹. Hoc quoq; fuit bel. fugitiuo, q̃ in Sicilia geſtũ eſt cum. L. Calpurnius prouinciam obtineret, & bellum aduerſus eos gereret. Titius, q̃ p̃fectus erat equitum. in inſidias cecidit fugitiuorum, & cũ undiq; circumuẽtus euadere nullo mõ poſſet, illis arma tradidit. Ipſe uero cũ eq̃tibus euaſit. Conſul calp q̃ contra diſciplinã militare feciſſet, ut q arma hr̃et, his depoſitis in prãtẽ hoſtiũ ueniret, ipm hac pœna mulctauit, ut ſciſſa lacinia togæ, pedibuſq; nudis in conſpectu uigilum ſtaret inter principes, quoſq; illud præſidium mitteretur hoc etiam Frontinus affirmat lib. iii. c. i. Dicit enĩ L. Piſo. C. Titium præfectum cohortis, quæ loco fugitiuis ceſſerat titio togæ præciſo, ſoluta tunica nudis pedibus in pn̄cipiis, quotidie ſtaret dum uigiles uenirent, iuſſit conuiuiis, & balneo abſtinere. Piſonum domus à Numa Pompilio duxit originem, teſte Horatio in poetica, ubi loquitur ad Piſones Vos ò Pompilius ſanguis carmen reprehendite. ℾ Fugitiuorum, Seruorum, qui bellum in Siciliam mouerant. ℾ Laciniis. a fine ſimbris, quæ lacerando dictæ ſunt. ℾ Principia, id eſt prima acie donec militarent. ℾ Fuditorum. genus eſt militiæ uiliſſimum, de equitibus facti ſunt funditores, qui fungis glandes in hoſtes torquebant ℾ Alas ordinẽ, ſed proprie alæ ſunt equitum, ſic dictæ, q̃ pedites tegant alarum uice. ℾ Magnum profecto dedecus. Decus imperatoris eſt ſeruare rem militarem. dedecus uero corrumpere. ℾ Decor, gloria, & ornamentum. ℾ Quoniam fecit enim Piſo ut qui ſe tam turpiter dediſſent, his tam ſordidis hominibus. qui erant cruce digni, uitam morte grauiorem ducerent, nam hæc ſupplicia, q̃ ignominiæ plena erant faciebant ut mori maluiſſent. ℾ Seruili manu fugitiuorum ſeruorum.

Piſones à numa

ASCENSIVS.

LVcius &c. Affert ſeueritatem Lucii Calpurnii in Titũ equitum præfectum ob neglectam diſciplinam militarem dicens. Lucius quoq; Calpurnius ſeu (ut alii ſcribunt) calpurnius Piſo, conſul, cum, ideſt quando gereret bellum in ſicilia aduerſus fugitiuos .i. ſeruos, qui à dominis fugerant, & titius præfectus equitum, circumuentus multitudine fugitiuorum hoſtium .i. eorũ, qui fugitiui, & hoſtes erant tradidiſſet his arma iuſſit præfectum .ſ. Titium, affici his generibus ignominiæ, iuſſit ſup. eũ amictum toga abſciſſis laciniis .i. fimbriis, & indutum tunica diſcincta .i. diſſoluta in ſignũ ignauiæ, & molliciæ adeſſe nudis pedib⁹ à mane uſq; ad noctem. Ad principia .i. primam ſtationẽ in acie, ut ab omnib⁹ aduenientibus conſpici poſſet aut ut inermis hoſti obliceretur per omne tempus militiæ, ideſt quo deinde militabat. Et ipſe interdixit ẽt ei, conuictum hominum, ideſt ne cũ aliquo conuiuium iniret, & uſum balnearum (Ex hoc loco patet, interdico ẽt actõm regere cũ datiuo. nam ſecũdum Vallam dicendum eſſet cõuictu, & uſu) & tranſcripſit turmas equitum quibus præfuerat .ſ. Titius in alas funditorum i. uiliſſimorũ peditum ẽ fũdis glandulas iacientium, & hoc equis ademptis .i. ablatis eis profecto .i. reuera, magnum dedecus patriæ quia turpe erat tam degeneres educaſſe eq̃tes, eſt uindicatũ, & ita purgatũ decore .i. honeſto facto Piſonis .ſ. cõſulis. Q̃m quidẽ .i. q̃ſiquidẽ Piſo egit id ut q adducti cupiditate uitæ cõceſſerant fugitiuis .ſ. ſeruis digniſſimis cruce .i turpiſſima morte, ſtatuere trophea de ſe, ꝓpter arma eis tradita, & nõ erubuerãt iugum flagitioſum .i. ſubiugationẽ flagitioſam, imponi ſuæ libertati, manu ſeruili, experirentur, uſum lucis .ſ. huius uitæ amarum, & optarent uiriliter mortẽ q̃ timuerant effœminate .i. molliter, & quaſi mulliebriter.

OLIVERIVS.

NEc minus Piſone. Quin. Metellus, Frontinus lib. iiii. cap. primo. Quin. Metellus nũmidicus, inquit, in hiſpania quinq; cohortes, quæ locũ amiſerant, teſtamẽtũ facere iuſſit, eas deinde ad locũ recuperandũ remiſit, minatus non niſi poſt uictoriam recepturũ, cũ igitur inhiberentur facere teſtamentũ intelligebant niſi uincerent ſe morti deſtinatos, eſſe, & hoc mõ expreſſa eſt illis neceſſitas ut pulſis hoſtibus locum recuperarent, unde fuerant deiecti. Qui. Metellus. Hic fuit ille. Q. Metellus. qui Iugurtham numidiæ regẽ prius dare terga coegit, de quo multa Salu. ℾ Trebiam. hæc ciuitas eſt in celtiberia quæ pars eſt hiſpaniæ. ℾ Statione q̃dã iuſſerat quinq; cohortes locũ quendã ſeruare ne caperetur ab hoſtibus. ℾ Manifeſto, quia uolebat oẽs occidi, & pro ſcelere pœnã luere. ℾ Ac de. y q a ſe in manifeſtius periculũ irruere uidebãt, iõ ferociores facti locũ receperũt, nihil n magis ualet ad difficillima obtinẽda, q̃ deſperatio uitæ, unũ Vir. Vna ſalus uictis nullã ſperare ſalutẽ. Humanæ ig: f. Ex quo, inq̃t, cognoui põt neceſſitatẽ eſſe, q̃ homines imbeciles facit eſſe fortes. Trebia ciuitas.

ASCENSIVS.

NEc minus &c. Adducit Quinti. Metel. ſeueritatem in eadẽ re dicens. Nec Quin. Metellus ſup. egit minus acriter Piſone .i. quã Piſo. qui cum res gereretur apud

Contrebiam alii Treblam ſegunt, urbem Celtiberiæ, iuſſit quinq; cohortes collocatas à ſe in quadam ſtatione, atq; depulſas ex ea.ſ.ſtatione.i loco, in quo ad tempus ſtarent, uiribus hoſtium repetere eueſtigio.i.ſine cunctatione, eandẽ ſtationem, non q; ſperaret locum amiſſum ab iis poſſe recuperari ab iis, ſed ut puniret culpam pugnæ præteritæ. i.prius ab eis male geſtæ, manifeſto periculo certaminis inſequentis. Edixit etiam, ut ſi quis ex iis fugiens, ſcilicet a ſtatiõe illa petiſſet caſtra interficeretur pro hoſte, ideſt tanquam eſſet hoſtis. qua ſeueritate milites compreſſi, & corporibus fatigatis & animis implicatis deſperatione uitæ, quia uidebantur, aut ab hoſtibus aut à ſuis interficiẽdi tñ, ideſt nihilominus ſuperarunt, ideſt uicerunt iniquitatem loci, quia difficile erat recuperare locum amiſſum, & ab hoſte occupatum, & multitudinẽ hoſtiũ. Igitur neceſſitas eſt duramentum.i. ſtabilimentum, & corroboramentum efficaciſſimum imbecillitatis humanæ, id eſt quo imbecillitas humana perſeuerat & durat.

THEOPHILVS.

Contrebiam uetuſti codices aliquot habent trebiã, Cor. Nepos apud contrebiam oppidum cohortes loco pulſas redire, & locũ recipere iuſſit oppidi Contrebiæ Liui. in hiſpaniæ mentionẽ memini ut hinc appareat impreſſoris eius inſcitia, qui Cornelii nepotis opuſculum Sueto. uindicat, is oppidum cantabriæ pro contrebia ſubſtituit ĩpudentiſſimus in ſceuolæ cognomento, quod eſt cordus, in Decii patris hiſtoria, quæ cũ Coſſo confuſa citra mentionẽ Decii prius erat item decii filii, quæ per initia ſtatim legebatur inuerſa, in nomine duelli, Calatini, calpurnii, flammæ, Nabidis Ortiagontis, & aliis centũ caſtigationes Iani ſequitur, & in eum facit argutias ac ſi Trãquilli lucubrationes in Cornelium temere transferrat. Hoc uerum ſit, niſi luce clarius, in huius operis calce demoſtra uero, Cornelii Nepotis eſſe non Tranquilli, ſicut is ſtultiſſime ſuſpicatur.

OLIVERIVS.

In eadem pro. Fa. Ma. hic præerat eidem prouinciæ, ideſt Hiſpaniæ, qui cum totam pene Romano ſubegiſſet imperio, omnes qui ad hoſtes transfugerant captos præciſis manibus dimi ſit, qui tametſi natura manſuetioris eſſet ingenii, tamen ut cæteris terrorem incuteret, ne tale aliquid facere auderent uoluit illos amputatis manibus exemplo cæteris eſſe. Tantiſper Dum uindicaret diſciplinam militarem. ⸿ Seueritatem, inter ſeuerum, comem, & crudelem hoc intereſt. Seuerus dicitur rigidus, qui nec prece, nec precio, nec miſericordia poteſt à iuſtitia deduci, & interpretatur quaſi ſequens uerum Comis uero dicitur is, qui ſeueritatem habet cum quadam manſuetudine coniunctam. Crudelis eſt, qui præter iuſtitiam, & æquitatem graſſatur in omnes. ⸿ Omnium enim Nam Hiſpaniam totam. Quintus Fabius imperio ſuo ſubegit. ⸿ Vt trunca præ ſe, Hoc ideo fecit ut exemplo illi cæteris forent, dum manus præciſas præ ſe ferrent. ⸿ Rebelles ita, qui bellum renouare uoluerunt, nam rebelles dicuntur contumaces, eo quod ducis imperio parere recuſant.

Rebelles.

⸿ Diſtractæ, Amputatæ. ⸿ Documento. Exemplum cæteris præbuerunt, ne tale quicquam facere mollirentur, aut auderent.

⸿ De Q. Fabio.

In eadem prouincia Q. Fabius Max. ferociſſimæ gentis animos contundere, & debilitare cupiens manſuetiſſimum ingenium ſuum ad tempus depoſita elementia, ſæuiore uti ſeueritate coegit. omnium enim, qui ex præſidiis Ro. ad hoſtes transfugerant, captiq; erant manus abſcidit, ut trunca præ ſe brachia geſtantes, metum defectionis reliquis inicerent. rebelles itaq; manus à corporibus ſuis diſtractæ inque cruento ſolo ſparſæ, cæteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.

⸿ De Aphricano ſuperiore.

Nihil mitius ſuperiore Aphricano: Is tamen ad firmandam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima crudelitate ſibi amaritudinis mutuandum exiſtimauit, ſi quidem deuicta Carthagine, cum omnes: qui ex noſtris exercitibus ad pœnos tranſierant in ſuam poteſtatem redegiſſet, grauius in Romanos, quam in latinos transfugas animaduertit. Hos enim tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit. Illos autem tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non proſequar hoc factum vlterius: & quia Scipionis eſt: & quia Romano ſanguini, quamuis merito perpeſſo ſeruile ſupplicium, inſultare non attinet. Cum præſertim tranſire ad ea liceat quæ ſine domeſtico uulnere geſta narrari poſſunt.

ASCENSIVS.

In eadem. Ordo eſt. Quin. Fabius maxim. cupiens contundere, & debilitare animos gẽtis ferociſſimæ, in eadem prouincia, ſcilicet celtiberia, aut hiſpania, coegit ingeniũ ſuum manſuetiſſimum uti ad tempus, ⸿ Seueritate ſæuiore, ideſt, multum ſæua, aut magis ſæua quam prius, & hoc clementia depoſita ad tempus. Enim pro quia, abſcidit manus omnium, qui transfugerãt ex præſidiis Romanorum ad hoſtes, & qui capti erant ut ipſi geſtantes præ ſe, ideſt ante ſe brachia trunca.i truncata abſciſſis manibus, iniicerẽt reliquis metum defectiõis.i.trãſfugiendi ad hoſtes. Itaq;, ideſt & ita manus rebelles diſtractæ à corporibus ſuis, & ſparſæ in ſolo cruento, fuere cæteris documẽto, ne auderent committere idem, ſcilicet crimen defectionis.

OLIVERIVS.

Nihil mitius ſuperiore Aphricano, quaſi minus mirum ſit, hanc ſeueritatem in cæteris fuiſſe cum hoc idem à Scipione Aphricano factum fuerit, quo nemo mitior. Nam cum Carthagínienſes bello uiciſſet, urbemq; eorum cepiſſet. omnes qui ab exercitu Romano ad hoſtes transfugerant, cum in poteſtatem ſuam redigiſſet. aſperius ĩ romanos animaduertit quam in externos, ciues enim ſupplicio affecti ſunt. alii uero ciuili. Nihil mi. Si naturam, inquit, Scipionis conſideres nihil mãſuetius ferme inueneris, ſed hæc propter ſeruandam militarem diſciplinam incorruptam ſeipſa deficere, & ad peregrinã ſibiq; longe alieniſſimã crudelitatem labi coacta eſt. ⸿ Mutuandum. Quia non ſuum erat crudelitate uti, ſed à barbara, & immani gente pro tempore ſibi mutuo ſuſcipiendum eſſe exiſtimauit, tantiſp dũ uiolatã militarẽ diſciplinã merito ſupplicii gñre uindicaret. ⸿ Inſultare. per deriſionẽ inuadere, p cauillationẽ irridere. ⸿ A dea.ſ. externa, hoc eſt de his dicere, qui non fuerunt Romani in edendis populoꝝ ſpectaculis. Quia in ludis q populo edebantur, plerunq; faciebant canes, & uenatores pſeq feras. Vñ Ter. Lauinio aduerſario ſuo obiecit, q in comœdiã tragœdiaꝝ portenta induxerit adoleſcẽtulũ ceruã uidere fugiẽtẽ, & ſectari canes & eã iplorare ut ſubueniat ſibi. Martialis, & Iuue. de theatrali uenatiõe multa dicũt.

ASCENSIVS.

Nihil mitius &c. Vt Romana reſpu. gloria militari præcellit, ita & exemplis ſeruatæ diſciplinæ militaris, unde affert exemplum Scipionis aphricani maioris dicens. Nihil mitius ſupple fuit, ideſt nemo mitior aphricano ideſt Scip. ſuperiore ideſt priore (nam duo fuerunt) tamen.i. tametſi fuit mitiſſimus, is exiſtimauit aliquid amaritudinis, id eſt acerbitatis mutuandum, ideſt mutuo accipiendum ſup. eſſe ſibi ob crudelitatẽ alieniſſimã ſibi, ideſt ſuo ingenio ad diſciplinam militarem firmandam ideſt ſtabiliendam. Siquidẽ, ideſt quoniam carth. deuicta quum redegiſſet in ſuam poteſtatem omnes, qui tranſierant exercitibus noſtris.i. Ro. ad pœnos, ideſt Cart. ipſe animaduertit, ideſt ultionem exercuit grauius in transfugas Ro.i. Romanæ ciuitatis quam in latinos .i. ſocios. Nam affixit hos.i Ro. crucibus tanquam fugitiuos patriæ. ideſt à patria ad hoſtes transfugerant, ſeruos autem

pro ſed percuſſit, ideſt percutiẽdos mandauit ſecuri, illos .ſ. latinos, tanq̃ ſocios pfidos. Nõ proſequar hoc factum. ſ. Scl. ulterius, hoc eſt uerbis contumelioſis aut expoſitoris contumeliæ in ea latentis, & quia eſt Scip. hoc eſt uiri laudatiſſimi, & quem taxare nefas ſit, & q̃ non attinet, ſcilicet ad rẽ, ideſt non decet, inſultare, ideſt per irriſionẽ improperare ſanguini Roma. perpeſſo ſupplicium ſeruile, quamuis, ideſt quantũuis merito, ideſt peccato ſuo, præſertim quum liceat tranſire ad ea, quæ poſſunt narrari geſta ſine uulnere domeſtico, id eſt ſine leſione Pop. Romani. quod in ſequentibus facit.

OLIVERIVS.

ET Lu. Paulus De hoc ſatis ſupradictum eſt in capi. de ominibus q̃ bellum macedonicum extra ordinem huic ſenatus decreuerit, quod cum ſumma felicitate, et gloria confecit, regem uicit. ¶ Eiuſdem culpæ fugitiuos. ¶ Proterendos. Conculcãdos peſſundandos. ¶ Aſpero enim & abſciſſo, imperatores, & duces exercituum, ſi militem quẽpiam à militari diſciplina declinãtem punierint, tametſi id iuſte, & merito faciant, tamen id inſolentia potius quadam feciſſe indicantur, quia crimen in iudicium non uenit ſed cõmiſſum continuo punitur, qđ etiam fieri neceſſe eſt, nam ſi per diſpendia iudiciorum expectandum eſſet, ut de iure diſceptaretur, nimis creſceret gladiatorum licentia. ¶ Abſciſſo, compendioſo, & breui.

ASCENSIVS.

NAm Aphr. poſte. ideſt minor imperio punico euerſo, quia carthaginem deleuit obiecit feris beſtiis, ut leonibus in edendis ſpectaculis populo transfugas exterarum gentium, ideſt qui cũ imperatori Romano iurati fuiſſent, ad hoſtes tranſierant, à quibus recepti ad ſupplicium fuerunt. ¶ Et Lucius Paulus, ſcilicet macedonicus, Perſe rege, ſcilicet Macedoniæ ſuperato, quia capto & in triumphũ ducto, ſubſtrauit homines eiuſdem generis, ideſt externi, & eiuſdem culpæ, ideſt transfugas, proterendos elephantis, qui eos conculcantes proterebant, Obiecit inquam ille feris & hic ſubſtrauit elephantis, exemplo utiliſſimo, ſcilicet rei Romanæ, ut alii cauerent trãſfugere, ſi tamen permittitur, ſubaudi mihi æſtimare, ideſt appretiari, humiliter, ideſt abiecta, & uili acta excellentiſſimorum uirorum, ut erant iã

¶ De Africano Poſteriore.

NAm poſterior Africanus, euerſo Punico imperio, exterarum gentium tranſfugas, in edendis populo ſpectaculis, feris beſtiis obiecit. Et L. paulus Perſe rege ſuperato, eiuſdem generis, & culpæ homines elephantis proterendos ſubſtrauit. vtiliſimo quidem exemplo: ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter æſtimare, ſine inſolentiæ reprehenſione permittitur. Aſpero enim, & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina idiget: quia vires armis conſtant. quæ vbi à recto tenore deſciuerint: oppreſſura ſunt: niſi opprimantur.

¶ De L. Martio tribuno militum.

SEd tempus eſt eorum quoq; mentionem fieri: quæ iam non à ſingulis, verum ab vniuerſo ſenatu pro militari more obtinendo, defẽdendoq; adminiſtrata ſunt: Lucius Martius Tribu. militum, cum reliquias duorum exercituum Publii, & Cnei Scipionum, quos arma punica in Hiſpania abſumpſerant: diſperſas mira virtute collegiſſet: earumq; ſuffragiis dux eſſet creatus: ſenatui de rebus actis à ſe, ſcribens, in hunc modum orſus eſt. L. M. Proprætore, cuius honores vſurpatione vti eum patribus C. non placuit. q̃a duces à populo, non à militibus ſolerent creari. quo tempore tam anguſto, tamq; graui, propter immane reip. damnum etiam Trib. militum adulandus erat. Quoniam quidem ad ſtatum totius ciuitatis corrigendum vnus ſuffecerat. ſed nulla clades, nullum meritum valentius militari diſciplina fuit. Succurrebat enim illis, q̃ animoſa ſeueritate Tarentino bello maiores eorũ vſi fuiſſent. In quo quaſſatis & attritis reip. viribus, cum magnum captiuorum ciuium ſuorum numerũ à Pyrrho rege vltro miſſum recepiſſent: decreuerunt: vt ex iis, qui equo meruerant: peditũ numero militarent: qui pedites fuerant: in funditorum auxilia tranſcriberẽtur. ne ve quis eorum intra caſtra tenderet: ne ve locum extra aſſignatum vallo, aut foſſa cingeret: ne ve tentorium ex pellibus haberet: recurſum autem iis ad priſtinum militiæ ordinem propoſuerunt. ſiquis bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet. quibus ſuppliciis compreſſi, ex deformibus Pyrrhi munuſculis, acerrimi hoſtes extiterunt. Parem iram aduerſus illos ſenatus diſtrinxit qui apud Cannas remp. deſeruerunt. Nam, cum eos grauitate decreti vltra mortalium conditionem relegaſſet: acceptis à M. Marcello literis, vt eorum ſibi opera ad expugnatiõem Syracuſanorum vti liceret: reſcripſit indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur, cæterum ſe ei permittere: vt faceret, quod expedire reip. indicaſſet. dum nequis ex eis munere vacaret: aut dono militiæ donaretur: aut in Italiam, donec hoſtes in ea eſſent, accederet, Sic enerues animos odiſſe virt9 ſolet. Age, quam grauiter ſenatus tulit: quod Quintum Petilium COSS. fortiſſime aduerſus Ligures pugnãtem, occidere milites paſſi eſſent. legioni neq; ſtipendium anni procedere: neq; æra dari voluit: quia pro ſalute imperatoris, hoſtium telis ſe non obtulerãt. Idq; decretum ampliſſimi ordinis, ſpecioſum, & æternum Petilii monimentum extitit ſub quo in acie, morte, in Curia, vltiõe clari cineres eius acquieſcunt. Conſimili animo: cum ei

dicti. ſine reprehenſione inſolentiæ, quia inſolentis uidetur diminuere laudem tantorum uirorum ea autem immiaui uidetur, dum frigide narratur. Declarat, q̃re utili exemplo, aut cur in ea re maximopere laudandi ſint dicti imperatores, enim pro quia diſciplina militaris indiget genere caſtigationis aſpero, & abſciſſo, quale eſt dum membrum putridum abſcinditur aut abſciſſo, ideſt compendioſo abſciſſa omni mora, quia uires militum conſtant armis, quæ, ſcilicet arma, ubi deſciuerint, id eſt per defectionem, & ſeditionem diſceſſerint ab itinere recto, ideſt ab æquo & iuſto. Sunt, qui legant tenore, ideſt perpetuo tramite recto, aut potius recti ſunt oppreſſura, ſcilicet in quos impetum fecerint, niſi opprimantur, ſcilicet ab illis mature.

OLIVERIVS.

LVcius Martius tribunus Mi. Pu. & Cn Scipiones diu in hiſpania contra carthaginienſes bella feliciter geſſerunt, carthaginienſes Aſdrubalem & Magunem aduerſus eos cum magnis copiis miſerunt, & cum eos Romani aliquandiu perſecuti eſſent, illi uero ſe in tutiora loca recepiſſent, & nõnunq̃ pauci Romani ex multis uictoriam reportaſſent, Celtiberi, qui cum Romanis erant precio corrupti ad carthaginienſes defecerunt & forte diuiſis exercitibus, duo fratres biſariam bellum gerebant, ut tandem aliquando ei finem imponerent, ſed deſtituti à celtiberis, in quibus ſpes maxima erat uictoriæ (quippe qui ſupra. xxx. milia eſſent) intra paucos dies ab hoſtibus oppreſſi ſunt, & duo imperatores Romani cũ magna parte exercitus deleti ſunt quod reliquũ fuit uirtute. L. Martii tribuni militum in unum coactũ eſt, & dux eſt à militibus electus, qui cum intellexiſſet hoſtes ob rem bene geſtam lætitiam agitantes, quaſi omnes Romanorum copias deletas crederẽt & propterea ſe negligenter haberent, milites ad concionem uocauit, & adhortatus eos ad hoſtes inuadendos, cum inter concionandum (ut diximus in capitulo de ominibus) ſubito flamma è capite eius emicuiſſet, læti milites omen acceperunt, & ducem Martium ſecuti ad caſtra hoſtium, eos cibo ſomnoq; oppreſſos confecerunt, hic ergo Martius cum de rebus geſtis ad ſenatum ſcriberet, hoc Titulo uſus eſt. L. Martius proprætor. S. P. Q. R. S.

Hannibal ſex millium Romanorum, quæ capta in caſtris habebat, redimendorum poteſtatem feciſſet: conditionem ſpreuit, memor tantam multitudinem armatorum iuuenũ, ſi honeſte mori voluiſſent: turpiter capi nõ potuiſſe. quorum neſcio Vtrum maius dedecus fuerit, quod patria ſpei, an quod hoſtis, metus nihil. in his repoſuerit: hæc ꝑ ſe, ille ne aduerſus ſe dimicarent: parui ducendo, Sed eum aliquoties ſenatus pro militari diſciplia ſeuere excubuerit: neſcio an tunc præcipue, eum milites, qui Rhegium iniuſto bello occupauerãt: mortuoq; duce Bubelio M'. Ceſium ſcribã eius, ſua ſponte imperatorem delegerãt: carcere incluſit, ac M. Furio Flacco Tribuno ple, denunciante, ne in ciues Romanos aduerſus morem maior̃ animaduerteret. nihilominus propoſitum executus eſt. Cæterum minore eum inuidia vt id perageretur: quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, ſecuri percuti iuſſit, eorumq; nullum ſepulturæ mandari, mortemq; lugeri vetuit.

P.D. quo genere tituli cum ſenatus ulterius uti noluit, ut cum tribunus creatus eſſet à populo, ſe proprætorẽ diceret quod id à militibus accepiſſet. ¶ Adulandus hoc uerbum apud ueteres cõmune fuit, ſicut multa alia, teſte Priſciano. Tarentino bello, cũ Tarentini bellum cum Po. Ro. haberent Pyrrhum regem epyrotarum in Italiã acciuerunt, quo in bello attritæ primo ſunt uires Pop. Rom. cum igitur pyrrhus magnum numerum captiuorũ cepiſſet, ſine redemptione omnes Po. Roma. condonare uoluit, in quo ſentẽtia Appii Claudii cæci fuit, ne reciperentur priſtino ſtatu, igitur qui equites fuerant in peditum numerum qui pedites in funditorum a'as tranſcripti ſunt, & aliis conditionibus alligati, unde Frõtinus li. iiii. c. i. Appii Claudi ſnĩa ſenat9 eos qui à Pyrrho rege Epirotarum capti, & poſtea remiſſi fuerũt, equites ad pedites redegit pedites ad leuem armaturã omnibus extra uallum iuſſis tendere, donec bina hoſtiũ ſpolia ſinguli referrẽt ¶ Magnum captiuorum, enim Fuerunt, autem ducenti, teſte Iuſtino libr. xviii. qui, inquit pyrrhus ducẽtos captiuos milites gratis Romam remiſit, ut cognita uirtute eius, Romani cognoſcerent liberalitatem. ¶ Meruerant. militauerant. Luca. ære merent paruo. ¶ Tenderent. Tentoria haberent. Vergil. hic ſæuus tendebat Achilles. ¶ Vallo & foſſa. Volebat, ipſos hoſtibus expoſitos eſſe. ¶ Expellibus, ſed ex tela tantum. ¶ Quibus ſupplicíis. His, inquit, legibus, & conditionibus tam aſperis milites illi munuſcula fuerant Pyrrhi idem illius acerrimi hoſtes fuerunt. ¶ Parem iram ſenatus, Frontinus lib. o quarto capitu. primo Fululo & Appio Claudio Conſſ. milites ex pugna canenſi in Siciliã à ſenatu relegati poſtulauerunt à conſule. Marco Marcello ut in prælium ducerentur, ille ſenatum conſuluit, ſenatus negauit ſibi placere committi his rempubli. quam deſeruiſſent. Marcello tamen commiſit facere, quod uideretur, dum ne quis eorum munere uacaret, ne ue donaretur, ne ue quod præmium ferret, aut in Italiam deportaretur, dum pœni in ea fuiſſent. Liuius legatis militum qui relegati poſtulabant ut in prælium ducerentur. Marcellus id nec iuris, nec poteſtatis ſuæ eſſe dixit, ſenatui ſcripturum ſe, omniaq; de ſententia patrum facturum eſſe, literæ ergo Marcelli ad nouos conſules allatæ ac per eos in ſenatu recitatæ ſunt, conſultuſq; de his literis ita decreuit ſenatus militibus, qui ad cannas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent ſenatui nihil uideri rempub. committendam eſſe, ſi. M. Claudio proconſuli aliter uideretur, faceret, quod è republica. fideq; ſua duceret, dum ne quis eorum munere uacaret, ne ue dono militari uirtutis gratia donaretur ut in italiam reportaretur, donec hoſtis in terra italia eſſet. ¶ Diſtrinxit. nudauit, trãſlatio ſumpta à gladio. ¶ Vltra mor. con. Quia conditiones illorum morte ipſa atrociores fuerũt. ¶ Munere ua Dum ne quis illorum uacationem haberet militiæ, uidelicet ut ſemper militiam gererent. ¶ Aut dono, ut ſi etiam fortiter geſſiſſet nullo munere militari donaretur. ¶ Sic enerues. Sic uiriles, & uirtute præſtantes molles, & effœminatos odiſſe ſolent, quia Romani ſemper uiriles fuerunt. ¶ Age quam, ſenatus tulit. De hoc in. c. de Ominibus abunde ſatis dictum eſt, nam hic. Q. Petilius fuit, qui dixit hodie lætum captam, ſcilicet montem, ubi fortitee pugnando occubuit, Frontinus lib. iiii. capitu. I. cum à liguribus in prælio. Q. Petilius interfectus eſſet decreuit ſenatus uti ea legatio in cuius acie conſul fuerat occiſus, tota infrequens referretur, ſtipẽdium ei non daretur annuum, æra reſcinderentur. ¶ Nec ſtipendia proce. ſequentis anni. Neque æra dari, quæ meruerant, duplici ergo ſtipendio priuauit. ¶ In curia ultione, ꝑpter decretum ampliſſimi ſenatus. ¶ Cõſimili aio. Liui. deca. ii punici belli, Hannibalem dicit ſecundum proſperam ad cã-

Quin. Petili9. Cõſſ. à liguri b9 inter fectus.

nas pugnam, captiuos Romanos quod nunq̃ antea fecerat, benigne ſatis fuiſſe allocutum, eiſq; ſe redimendi poteſtatem feciſſe, præcium conſtituiſſe in capita, equiti quingenos nummos, tricenos pediti, ſeruo terdenos, & quamquam, q̃ aliquantum adiiciebatur equitibus ad id præcium, quo pepigerãt dedentes ſe lætos tamen quamcunq; conditionem accepiſſe, romamq; legatos miſiſſe, ſenatũ non redimendos cenſuiſſe, diſſuadente in primis. T. Manlio Torqua. priſcæ, & nimis duræ ſeueritatis uiro, qui præter alias rationes, eorum ignauiam inſectatus illam afferebat, quod cũ P. Sempronio tuditano, aufugere potuiſſet. Cic. officiorum li. ultimo circa finem. Octo hominũ millia, inquit, tenebat Hannibal non quos in acie cepiſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent, ſed qui relicti i caſtris fuiſſent à Paulo & Var. conſule, eos ſenatus non cenſuit redimendos cum id parua pecunia fieri potuiſſet, ut eſſet inſitum militibus noſtris, aut uincere, aut emori. ¶ Sex millia Romanorum, in numero diſſentit à Cicero. & à Liuio, qui octo millia fuiſſe dicunt. ¶ Ille ne adu. ſe. Ne pro ut poſuit aperte hoc loco. ¶ Qui rhe. in b. Frontinus eodem lib. & cap in legione, inquit, quæ rhegiũ oppidum iniuſſu ducis diripuerat, animaduerſum eſt, ita ut quatuor millia tradita cuſtodiæ necarentur, præterea ſenatus conſulto cautum eſt, ne quem ex eis ſepelire, aut lugere fas eſſet, abbreuiator Liuii, non Romanos, ſed campanos fuiſſe dicit. Campana, inquit, legio, quæ rhegium occupauerat obſeſſa, ſeditione facta, ſecuri percuſſa eſt. ¶ Eorumq; corpora. Ad mortem uſq; ſeuire tolerabile eſt, ultra mortem inhumanum ſicut de Achille legitur, qui in Hectorem mortuum ſæuit. Vergilius Ter circum iliacos raptauerat hectora muros, Exalumque auro corpus uendebat Achilles.

ASCENSIVS.

SEd tp̃s eſt mẽtionẽ fieri, quoq;. i. ẽt eorum, q̃ iam adminiſtrata ſunt, non à ſingulis. ſ. imperatoribus, ſed ab uniuerſo ſenatu pro more militari obtinendo, & defendendo. L. Martius tribunus militũ, cũ collegiſſet mira uirtute reliquias duorũ exercituũ, uidelicet Publii & Cnei Scipionum quos, ſcilicet Scipiones arma punica, ideſt Carthaginienſes, abſumpſerant in Hiſpania diſperſas, ſcilicet poſt ducum cædem, & eſſet creatus dux ſuffragiis, ideſt uotis, aut uocibus earum, ſcilicet reliquum ipſe ſcribens ſenatui de rebus actis à ſe ſcriptum eſt in hunc modum. Lucius Martius proprætor, ideſt foris fungens officio prætoris. Cuius, ſcilicet proprætoris honoris uſurpatione non placuit patribus conſcriptis eum uti, ideſt ut amplius utatur, quia duces ſolerent creari à populo, ſcilicet toto in comitiis, non à militibus, ſcilicet tantum, in caſtris qui tamen mos poſtea inualuit. Quo tempore tam anguſto, ideſt anxietatis pleno, & tam graui, ideſt duro, & moleſto, propter immane, ideſt maximum damnum Reipubli. etiam tribunus militum erat adulandus, ideſt adulatione in officio retinendus, quoniam quidem unus, id eſt ipſe ſolus, ſuffecerit ad corrigendum ſtatum totius ciuitatis, quia pene deperditum reſtituit, ſed nulla clades fuit ualentior, ideſt plus potuit & nullum meritum fuit ualentius diſciplina militari, quia maluiſſent nouam clauem accipere & tribunum ſibi iratum conſtituere, q̃ diſciplinam militarem frangere. Succurrebat enim illis, ſcilicet patribus conſcriptis q̃, ideſt quantum animo ſeueritate maiores eorum fuiſſent uſi in bello Tarentino, in quo uiribus reipubli. quaſſatis, id eſt concuſſis & attritis, ideſt imminutis, & abſumptis, cum recepiſſent magnum numerum ciuium ſuorũ miſſum à pyrrho rege ultro, ideſt ſine præcio, dixit enim, ut Cicer recitat apud Enniũ, Dono ducite, doq; uolentibus magnis diis, decreuerunt. i. ſniam tulerunt ut ſup. ii ex his qui meruerant, ſuiſcet æra

cet æra & ſtipendia equo.i.qui equites fuerant, militarent nu mero peditum,ſcilicet gregariorum , & qui fuerant pedites , tranſcriberentur in auxilia,ideſt ſupplementum,funditorum ideſt uiliſſimorum peditum non cominus,ſed è minus bellā tium.Et decreuerunt,ne quis eorum tenderet, ideſt tentoria fi geret,intra caſtra,ne ue cingeret uallo.i.ſepimento ex ualiis.i. ſtipitibus,& terra facto,aut foſ ſa locum aſſignatum ſup.eis , extra.ſ.caſtra,ne ue.i. & ne ha beret tentoriū ex pellibus. Aūt pro ſed , ipſi propoſuerunt iis recurſum ad priſtinum ordinē militiæ ſiquis tuliſſet ex hoſti bus bina ſpolia .i. duorum à ſe occiſorū , quibus ſuppliciis illi à Pyrrho remiſſi compſſi.i.an guſtiati,extiterunt .i. euaſerunt acerrimi hoſtes Pyrrhi, ex de formibus munuſculis Pyrrhi, quia dono eos emiſerat , tan quam indignos,qui præcio re dimantur , Ennius tñ (ut dixi) aliter interpretatus eſt id Pyr rhi donū. Parem &c. Senatus. ſ.romanus diſtrinxit.i. exercuit parem i.conſimilē iram, aduer ſus illos,qui deſeruerunt remp pub.ſ.fugiendo, apud cānam uicum apuliæ , ubi Romanus exercitus ab Hānibale profliga tus eſt.Nam cū ſenatus relegaſ ſet eos.ſ.milites,in Siciliam,ui delicet,ultra cōditionē morta lium,ꝗa mortalibus nihil gra uius morte accidere poſſe uide tur,& tñ illis relegatio illa mor te acerbior uiſa eſt , literis acce ptis à M.Marcello,qui tunc in Siciliam miſſus erat, ut liceret. i.quibus Marcellus à ſenatu pe tiit,ut liceret ſibi uti opera eo rum ad expugnationē ſyracu ſanorū,reſcripſit.ſ.ſenatus,eos eſſe indignos,qui reciperentur in caſtra.ſ.Roma. Cæterum.i. ſed reſcripſit ſe permittere ei .ſ. Metello , ut faceret quod iudi caſſet expedire Reipub.dum.i. dūmodo,nequis.i.non aliquis ex eis.ſ.qui fugerant,uacaret. i.uacuus eſſet munere.i. onere militari , aut donaretur dono militiæ.i.inſigni præmio rei bñ geſtæ,aut accederet in Italiā, donec hoſtes eſſent in ea.Sic uirtus ſolet odiſſe animos ener ues.i.molles,& ībelles. Age ꝗ.i.ꝗrum,grauiter tulit.i. paſſus eſt ſenatus,ꝙ milites erant paſſi.Q. Petiliū conſulē pugnantē fortiſſime aduerſum ligures , occidere.i. occumbere & mori ut autem ſciatur ꝗtum grauiter tulerit dicit, ſenatus neq; uo luit ſtipendiū.i.ſtipem quæ pendebatur.i.ſoluebatur anni.i.ꝓ anno ſequente integro,ꝓcedere i.ulterius ratum haberi,neq; uoluit æra.ſ.tā debita dari,quia non obtulerunt.i non obie cerunt ſe telis hoſtiū pro ſalute imperatoris.Idq; decretū am pliſſimi ordinis,uidelicet patrū conſcriptorum extitit ſpecio ſum,& æternū monimentū.i.ſepulchrū memoratiuum. Peti lii.ſ.conſulis interempti,ſub quo.ſ.monimento,cineres eius , acquieſcunt clari morte in acie.ſ.obita, & clari ultione , in cu ria.ſ.ſenatoria aut acquieſcunt in acie clari morte , & in curia clari ultione.i.animaduerſione in milites ignauos. ☞ Conſi mili &c. Proſequitur eiuſdem exempla dicens. Senatus quum Han.feciſſet ei poteſtatem redimendorū ſex millia Romano rum, qui, ſcilicet ſex millia habebat in caſtris capta, aut quos Romanos habebat in caſtris captos ſpreuit conditionem,id eſt noluit eos redimere memor tantam multitudinem iuuenū armatorū,ſi uoluiſſent,honeſte mori nō potuiſſe capi.Quoꝝ ſ.militū,aut milium neſcio utrū maius dedecus.i.probrū fue rat ꝙ patria nihil ſpei repoſuerit in his, an ꝙ hoſtis nihil met⁹ repoſuerit ī his,aut ī eis hec.ſ.ꝑtia ducēdo.i.eſtimādo ꝑui ut

☙ Externa exempla.

LEniter hoc Patres C.ſi Carthaginienſiū ſenatus in militiæ negotiis procurandis violentiam intueri velimus:à quo duces bella prauo conſilio gerentes: etiam ſi ꝓſpera fortuna ſubſecuta eſſet:cruci tamen affigebantur.quod bene geſſerant, deorum immortalium adiutorio:quod male cōmiſerant, ipſorum culpæ imputantes.

☙ De Clearcho.

CLearchus vero Lacedæmoniorum dux egregio dicto diſciplinam militiæ continebat.Identidem exercitum ſui auribus inculcando,a militibus imperatorē,potius,ꝗ hoſtem metui debere: quo aperte denunciabat futurum:ut ſpiritum pœnæ impenderent: quem pugnæ acceptum ferre dubitaſſent. Idq; à duce precipi non mirabantur maternarum blanditiarum memores:quæ exituros eos ad prælian dum monebant: vt aut viui cum armis in conſpectu earum venirent,aut mortui in armis referrētur.hoc intra domeſticos parietes accepto ſigno, ſpartanæ acies dimicabant.Sed aliena proſpexiſſe tantummodo ſatis eſt:cum propriis multoque vberioribus,& felicioribus exemplis gloriari liceat.diſciplina militaris acriter retenta,Principatum Italiæ Romano imperio peperit:& multarū vrbium,magnorum Regum, validiſſimarum gētium regimen largita eſt.fauces Pontici ſinus pateſecit:Alpium , Tauriq; montis conuulſa clauſtra tradidit:ortumq; è paruula Romuli caſa totius terrarum orbis fecit columen . Ex cuius ſinu quoniam omnes triumphi manarunt:ſequitur vt de iure triumphandi dicere incipiam.

ſup.pugnarent,ꝓ ſe,ille ducēd opuſ,ne dimicarēt aduerſum ſe. Sed cum ſenatus excubuerit i.uigilauerit aliquoties pro diſci plina militari ſeuere,cōſeueritate, & grauitate,neſcio an ſup. excubuerit ꝓ diſcipina mili ꝑcipue tunc cum incluſit carce re milites,ꝗ occupauerant.ſ. inuaſerant rhegium .ſ.oppidum bello iniuſto.i.non legitime indicto, & Bubelio duce mor tuo delegerant.M.Ceſium ſcri bam eius, quem nunc Cancela rium dñt,ſua ſponte.i.nō inui tati à ſenatu,imperatorem, ac. M.Furio Fla.tri.ple.denunciā te,ne.ſ.ſenatus animaduerteret in ciues Ro. aduerſus.i.contra morē maiorū,executus eſt ni hilominus ꝓpoſitū .i. ultimo ſupplicio eos affecit Cæterum. i.ſed,ut id perageretur cū mi nore inuidia,ſenatus iuſſit qn quaginta.ſ.eorū, aut qnquage nos eos cæſos uirgis ꝑſingu los dies,ꝑcuti ſecuri.i.decolla ri,& nulli.i non ulli, & corpo ra eorum nō mādari ulli ſepul turæ,& uetuit mortem eorum lugeri.

THEOPHILVS.

QVotpe Pyrrhus Epi rotarum Rex in Ita liam copias traiecit aduentu eius deter riti Rhegini ſimul ꝙ Car.tunc mari dñantes metuebant Po. Ro.opem atq; ꝓſidiū poſtula runt . Miſſi à romanis ad eos milites aliq̄diu urbē tutati,fidē ciuitati ſeruauerunt Erāt nume ro quatuor millia hominū , q bus duces ꝑerant Decius & Cā panus.Sed tandem Mamertino rum exemplo permoti, & eos tanti facinoris cōſpiratores ha bentes,ipſi quoq; Rheginis fi dē uiolant.tū rei oportunitate tū Rheginorū opulentia pelle cti , ciues alios ex urbe depel lunt , alios cedunt , deniq; ue Mamertini Meſſanā , ita Rhe gium detinent romani, ſi hāc Rheginoꝝ calamitatē graui, & iniquo aio ferrent , ſupiorib⁹. tñ bellis occupati,ſubſidiū ferre nō poterāt. Cōfecto demum bello Regiū ꝓfecti.urbē obſederunt,ac tādē expugnarunt in terfectis cōpluribus,ꝗ ī ipſa ēt uictoria ꝑſcii,qd paſſuri forēt, ſi ſupuiuerent,uſq; ad extremū fortiſſime repugnarunt.ccc.ſo lū uiuen ꝑtātē redacti,quos Romā eueſtigio emiſſos Coſ ī forū ꝓducti,ac uirgis cedi,& tādē ſcdm priē morē ſecuri ꝑcu ti fecerūt,quo & illi ſcelerati facinoris pœnas darēt,& ipſi ſuā erga ſocios fidē,ꝗtū fieri poſſet cōfirmarēt hic hiſt i. Polybi⁹.

ASCENSIVS.

LEniter.Apte tranſit ad externa,& prio ad ſenatus Cart. exēpla dicens.Patres cōſcripti ſ.Romani ſenatus ſup.fe cerunt leniter.i.parum uehementer, hoc.ſ. quod dictū eſt,ſi uelimus intueri uiolentiam ſenatus Carthag.in negociis militiæ procurandis à quo,ſcilicet ſenatu,ducens,ſcilicet Car. gerentes bella prauo conſilio.i.modica prudentia , ēt ſi pro ſpera fortuna eſſet ſubſecuta , tñ affigebantur cruci,affigeban tur inq̄ cruci ab ſenatu imputante adiutorio deorum immor talium,quod bene geſſerant,& culpæ ipſorū.ſ.ducū,qd com miſerant male.i.conſules.Sunt,qui legant imputātes, ſed or do non ſtat,niſi dicamus.Et erant imputantes &c .quod da tū eſt à ſtilo orationis ualerianæ abhorrens.

OLIVERIVS.

INculcando.ingerendo.☞ Vt ſpi.pæ.im.Ex eo , inquit, ꝙ dicebat magis imperatorē ꝗ hoſtem metui debere ſigni ficat fore,ut uitam ꝗ honeſte pugnando effundere nō du bitaſſent,eā ꝑ pœna delicti turpiter amiterēt hoc ēt Frōtinus.

Clearchus ſpart. dux.

Clearchus dux lacedæmoniorum exercitui dicebat, imperatorem pluſquam hoſtem metui debere, ſignificans eos, qui in prælio dubiam mortem timuiſſent, certum ſi uixiſſent de ſe manere ſupplicium, ut intelligerent ſibi poſt præliũ mortem certam expectandam eſſe. ¶ Maternarum de.me. Legitur, ꝙ mater quædam cum Diropetrion filium audiſſet ignauũ, & matre indignũ, illum ſuis manibus extinxit, unde & uerſus conſtant. Hunc timidum mater Diropetrion ipſa necauit. Nec dignum matre, nec lacedæmonium. Matres autem filios in præliũ exeuntes breuibus admonebant dicẽtes, aut hunc, aut in hoc, uidelicet uel hunc clipeũ, referas uiuus, uel ĩ hoc mortuus referaris. ¶ Fauces.p.ſi. De hoc ait Cic. in oratione pro Archia poeta. populus.n.Ro. aperuit Lucullo imperante pontum, & regis opibus quondã & natura regiõis uallatum, nã Lucullus contra Mitridatẽ regẽ pont. miſſus ẽ, & uictoriæ aditũ patefecit, quã amplã poſtea Põ. conſecutus eſt. ¶ Validiſſimarũ gen P.Q. Flaminius in græciã miſſus eã uniuerſam Romano ſubegit ĩperio, & liberam eẽ uoluit, unde cum præco iuſſus eſſet ad hanc uocẽ canere, uidelicet ut græciam liberã eſſe nunciaret, tantus dr̃ clamor ſubſecutus, ut aues ſupra uolantes hoc clamore repercuſſæ in terrã prolapſæ ceciderint, ut ſupra notatũ eſt. ¶ Parua Ro.c. Tuguriũ illud ĩ quo Romulus adhuc paſtoralem uitam agens, dr̃ habitaſſe, qđ poſtea ro. refecerunt ſuo tẽpore in parẽtis ſui memoriam ſempiternam.

ASCENSIVS.

Clearchus uero &c. Paucis percurrit exẽpla externa, afferens duo lacedæmoniorũ, & purgans, ꝙ nõ plura afferat externa, eo ꝙ tot ſupſint domeſtica, unũ cum laude Romanæ diſciplinæ titulũ hunc claudit. Ordo aũt eſt. Vero pro ſed, Clearchus dux lacedæmoniorũ cõtinebat, ideſt cõſeruabat diſciplinam militiæ egregio dicto inculcando idẽtidem, ideſt per interualla temporis auribus exercitus ſui, imperatorem debere potius metui à militibus ꝗ hoſtem. Quo ſcilicet dicto denunciabat aperte futurum, ut ipſi impenderẽt pœnæ, ideſt ultioni ab imperatore expectandæ, ſpiritum .ſ. uitalem, quem dubitaſſent ferre acceptum, ideſt impendere pugnæ, ſcilicet honeſte. Et ipſi milites lacedæmonii non mirabãtur id præcipi à duce. Memores, ideſt eo ꝙ eſſent memores blanditiarum maternarum, id eſt utilium iuſſorum matrum ſuarũ, ꝗ abeuntibus dabant, cũ aliarũ nationũ matres blandiri ſoleant, unũ ſeuera illarũ mãdata ſpecioſe blãditias uocant, ꝗ .ſ. matres potius ꝗ blãditiæ maternæ monebant eos exituros ad p̃liandũ, ut aut uenirẽt uiui in cõſpectu earꝫ cũ armis .i. non amiſſis illis, nec abiectis, aut referent mortui i armis utpote in clypeo, aut ſcuto. Acies ſpartanæ, ideſt lacedæmonię dimicabãt hoc ſigno, ideſt uexillo hoc eſt hoc monitu loco uexilli accepto intra parietes domeſticos, quia à matribus. Sed ſatis eſt ꝓſpexiſſe, ideſt de longe uidiſſe, tãmodo aliena ſup. exempla militaris diſciplię, cũ liceat gloriari exemplis ꝓpriis, ideſt domeſticis, & multo uberioribus ac felicioribus. Nã ſup. diſciplina militaris retenta acriter peperit imperio Ro. principatũ italiæ & largita eſt, ſup. ei regimen magnarũ regũ, & ualidiſſimarũ gentium, & patefecit ei fauces ſinus pontici .ſ. maris & tradidit clauſtra alpium, & tauri montis conuulſa .i. ui diſtracta, & fecit ipſum imperiũ romanũ ortũ è parua caſa .i. humili tugurio Romuli, columẽ .i. faſtidiũ totius orbis terrarum. Ex cuius .ſ. imperii ro. ſinu qm̃ oẽs triũphi manarunt, ſequitur i. conſequẽs eſt, ut dicere icipiã de iure triũphandi.

¶ De iure triumphandi. Cap. III.

OB leuia prælia quidam imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabãt: quibus vt occurreretur: lege cautum eſt, nequis triumpharet, niſi qui ꝙ millia hoſtium vna acie cecidiſſet. Non enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius vrbis noſtræ futurum decus maiores exiſtimabant, cæterum ne tam præclara lex cupiditate Laureæ obliteraretur: legis alterius adiutorio fulta eſt: quã L. Marius, & M. Cato Tri. ple. tulerunt. pœnam enim imperatoribus minatur: qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum, literis ſenatui auſi eſſent referre, iubetꝙ eos, cum primum vrbem intraſſent, apud Quæſtores vrbanos iurare de vtroꝙ numero vere ab his ſenatui eſſe ſcriptum. Poſt has leges iudicii illius tempeſtiua mentio introducetur. in quo de iure triumphandi inter clariſſimas perſonas & actum, & excuſſum eſt. Luctatius COSS. &. Q. Valerius prætor. circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleuerant. quo nomine Luctatio. COSS. triumphum Senatus decreuit Cum autem Valerius ſibi quoꝙ eũ decerni deſideraret: negauit id fieri oportere Luctatius: ne in honore triũphi minor poteſtas maiori æquaretur. pertinaciuſꝙ progreſſa contentione, Valerius ſpõſione Luctatium prouocauit, non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu, punica claſſis eſſet oppreſſa, nec dubitauit reſtipulari Luctatius. Itaꝙ iudex inter eos conuenit Attilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit. Cõſulem ea pugna in lectica claudum iacuiſſe: ſe autem omnibus imperatoriis partibus functum. Tunc Calatinus prius, ꝗ Luctatius cauſam ſuam ordiretur. quæro, inquit, Valeri à te, ſi dimicandum nec ne eſſet: contrariis inter vos ſententiis diſſediſſetis. vtrum quod COSS. an quod PR. imperaſſet: maius habiturum fuerit momentum? Reſpondit Valerius non facere ſe cõtrouerſiam, quin priores partes COSS. eſſent futuræ. Age deinde, iquit, Calatinus. Si diuerſa auſpicia accepiſſetis, cuius magis auſpicio ſtaretur? Item reſpondit Valerius, COS. Iam me hercule, inqt, cum de imperio, & auſpicio, inter vos diſceptationẽ ſuſceperim, & tu vtroꝙ aduerſarium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis: nihil eſt, ꝙ vlterius dubitem. Itaꝙ Luctati, quamuis adhuc tacueris, ſecũdum te litem do, Mirifice iudex quod i manifeſto negotio tempus teri paſſus non eſt. probabilius Luctatius, quod ius ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Sed nec Valerius quidem improbe: quia fortis, & proſperæ pugnæ vt non legitimũ, ita ſe dignum præmium petiit.

OLIVERIVS. — Triumphandi ius

OB leuia p̃lia iperatores triũphos. Trãſit ad capitulũ de triũphis, & oſtendit iperatores Ro. non niſi de maximis uictoriis triumphaſſe, nam lege cautũ erat, ne cui triumphus decerneretur, niſi quinꝙ millia hoſtiũ una acie ꝓſtrauiſſet. Erat aũt triumphus maximus honor ꝗ dabatur iperatoribus R. ꝗ q̃tuor albis equis inaurato currui iunctis, capite laurea coronato ĩ capito. uehebantur, ꝓcedentibus captiuis catenatis, & ꝓeunte ſenatu in Iouis optimi maximi tẽpliũ deuicti imolato tauro albo ad ꝓprias ædes redibant, ꝗ aũt primus in urbe Ro. triũphauerit, uaria eſt ſcriptorũ ſnĩa, nã alii camillũ, alii tarqniũ priſcũ, alii Val. pu. fuiſſe tradunt. ¶ Obliteraretur, obliuiõi traderetur deleretur. ¶ Fulta ẽ. Nec.n. lex illa p ſe ſatis ualida erat potuiſſent n. iperatores cupiditate triũph. falſum occiſorũ hoſtiũ nũ. referre. ¶ Luct. Ca. cõ. Hic cõtra pœnos Siciliã inuadẽtes miſſus eſt ꝗ cũ nauali p̃lio itereſſe nõ poſſet pp malã corporis ualetudinẽ. Q. Va. p̃tor claſſem hoſtiũ deleuit, tpe quoꝙ cõſulatus lutati i diuerſæ aqrũ, igniũꝙ cladesm pene urbẽ abſũpſerũt. ¶ Reſtipulari. — Stipulari. Stipulari ſignĩat ſtipẽ, hoc eſt pecuniam obligare, tractũ aũt eſt à ſtipe, ꝗ ſpecies erat numiſmatis ſtips aũt dicta eſt à ſtipando nam antiqui pecuniam penſare nõ numerare ſolebant quam pecuniam æs graue Liuius appellat & Plin. libr. xxxiii. militum, inquit, ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ, penſatores libripendes dicuntur, unde etiam nomina nummis remanſerunt apud antiquos à penſatione ſicut aſſis, dodrans, quadrans, uncia, minæ, denarius, & ſimilia, ergo pecuniã

ergo pecuniam non in loculis ſeruare ſolebant, ſed in theſauris ſtipare, & condenſare, nam ſtipare eſt in locum anguſtum reponere, ergo reſtipulari eſt retro ſe obligare, ideſt contra ſpōſionem à Valerio factā pecuniam obligare. ¶ Conuenit placuit. ¶ Iudex. Attilius cala. Hic conſul cum à pœnis in locum circūſeſſum temere exercitū duxiſſet. M. Calpurnii tribuni militum uirtute & opera euaſit, qui cum trecētis militibus eruptione facta hoſtes in ſe cōuerterat omnes. De attilio Calatino Cic. in Cato. maiore, Quāta auctoritas fuit in Lucio Cæcilio Metello quanta in Attilio Calatino, in quem illud eulogiū unicum primatium populi fuiſſe uirum, notum eſt carmen inciſum in ſepulchro. ¶ Claudum, quia conſul morbo erat īplicitus, miſſus eſt hic Valerius prætor. ¶ Vtrum, an non. Tātum ualet, nec ne. ¶ Litem do, ideſt dico, & eſt uerbū iuris, uerbi ſignificatio et apud grammaticos inuenitur. Virg. Sed tū iſte deus, qui ſit, da Tytire nobis, ergo dare litē eſt ius diſceptationis dicere. ¶ Vt non legitimum. Quia ſibi legenō debebatur, ſed conſuli.

rio cōſulis eſſet parēdū Deinde Cala. inquit, age ſi accepiſſetis diuerſa auſpicia, cuius .i. utrius ueſtrū auſpicio ſtaretur magis? Va. rñdit item .i. ſimiliter, conſulis .i. q̄ ſtaretur magis auſpicijs cōſulis. Et Calatinus ſup inquit, iā me Hercule .ſ. ita iudicante ut uerū dico, cū ſuſceperim inter uos diſceptationem imaginariā de imperio, & auſpicio, & tu ò Valeri fatearis aduerſarium tuum .ſ. Luctatum conſulē fuiſſe, ſi ita eueniſſet, ſuperiorē in utroq; tā in imperio q̄ in auſpicio, nihil eſt quod dubitē ulterius .ſ. de cā ueſtra. Itaq; .i. & ita ò Luctati, ego do litem .i. iudico ſecundū te .i. pro te, q̄uis tacueris adhuc, mirifice ſup. egit iudex, q̄ uel q̄ non eſt paſſus tps teri .i. fruſtra tranſigi in negocio manifeſto. Luctatius ſup. egit ꝓbabilius. q̄ defēdit cōſtanter ius ampliſſimi honoris, uidelicet conſularis. Sed nec V aquidē improbe, ſup. egit q̄ a ipſe fortis petit præmiū pugnæ pſperæ .ſ. geſtæ, ut non legitimū, q̄a ex lege debebatur cōſuli ita dignū ſe quia uir fortis erat.

¶ De Cn. Fuluio Flacco.

Qvid facias Cn. Fuluio Flacco, qui tam expetēdum aliis honorem triūphi, decretum ſibi à ſenatu ob res bene geſtas ſpreuit ac repudiauit? Nimirum non plura percerpens, quam acciderunt. Nam vt vrbem intrauit: continuo quæſtione publica afflictus, exilio mulctatus eſt, vt ſi quid religionis inſolentia commiſiſſet: pœna expiaret.

¶ De Q. Fuluio.

Sapientiores igitur Quintus Fuluius, q Capua capta: & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphandi poteſtatem à ſenatu petierunt. Vterq; editis operibus magnificus: Sed neuter petite rei compos. Nō quidem inuidia Patrum C. cui nunquam aditum in curia eſſe voluerunt: ſed ſumma diligentia obſeruandi iuris: quo cautum erat: vt pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ Po. Ro. fuiſſent Triumphus decerneretur. Tātum enim intereſt adiicias aliquid an detractum reſtituas: quantum diſtat beneficii initium ab iniuriæ fine.

ASCENSIVS.

OB leuia &c. Locutus de triūphis Romanis præmittit duas leges latas de iure triūphandi dicens, Quidnā imperatores .ſ. Romani, deſiderabant triumphos decerni ſibi ob q̄dam prælia leuia .i. facilia, & modici ſudoris, q̄bus uix occurreretur .i. reſiſteretur, cautū eſt lege ne q̄s triūpharet, niſi cecidiſſet .i. interemiſſet una acie quinq; millia hoſtiū. Enim ꝑ q̄a, maiores .i. priſci Romani exiſtimabant decus urbis noſtræ futurū excelſius, non numero .i. multitudine triumphorū, qui q̄ plurimi fuiſſent ſi ob leuia prælia triumphare licuiſſet, ſed gloria .ſ. triūphorū, q̄ ex difficultate, & magnitudine uictoriæ naſcitur. Cæterū, ne tā clara lex obliteraretur .i. deleretur, aut antiquaretur, cupiditate laureæ .ſ. coronæ triūphalis, ipſa eſt fulta adiutorio alterius legis, q̄ L. Marius & Marcus Cato trib. ple. tulerunt. Enim ꝑ q̄a lex ſup. illa minatur imperatoribus pœnā, q̄ auſi eſſent referre literis .i. ſcribere ſenatui, falſum numerū hoſtium occiſorū in prælio, aut ciuiū amiſſorū, iubet eos .ſ. iperatores triumphum petēns, quū primū intraſſent urbem iurare apud quæſtores urbanos, uere ſcriptū eſſe ab his ſenatui de utroq; numero .ſ. tam hoſtium q̄ ciuium cæſorum. Mentio iudicii illius, in quo tractā & excuſſum eſt inter clariſſimas pſonas, introducetur tēpeſtiua .i. opportuna & debita ſerie poſt has leges .ſ. iam dictas. Luctatius conſul & Q. Vale. prætor, deleuerant inſignem claſſem pœnorū circa Siciliam, quo noīe .i. gratia, cuius merit, ſenatus decreuit luctatio conſuli triumphum. Aūt pro ſed, cum Val quoq; deſideraret eū .ſ. triumphū decerni .i. addici, aut adiudicari ſibi luctatius negauit id oportere .i. decere (hoc loco) fieri, ne minor poteſtas utpote prætoria, equaretur maiori .ſ. conſulari, in honore triumphi & contentionem progreſſa pertinacius, Vale. prouocauit Luctatium ſponſione .i. depoſitione tanti q̄ti intereſſe poſſet, non ſe petiturū .i. quo ſpopondit, & depoſuit ꝓbare, ſe non petiturū triūphum, niſi punica claſſis eſſet oppſſa ſuo ductu, nec Luctatius dubitauit reſtipulari .i. ecōtrario deponere. Itaq; Atti. Cala. conuenit. Iacuiſſe in lecto, cla. ea pugna, ideſt dū pugna fieret, qua claſſis oppreſſa erat ſe aūt functum oībus partibus Iperatorus. Tunc Calatinus, inq̄t, priuſq; Luctatius ordiretur cām ſuā, ò Val. ego q̄ro à te, ſi uos diſſetis ſententiis .i. ſi fuiſſetis diſcordes in ſententiis dimicādū nec ne eſſet .i. utrū dimicandū eſſet an nō, utrū id q̄d conſul imperaſſet, an id quod prætor i peraſſet, fuerit habiturū maius momentū, ideſt plus authoritatis ad mouendā rem ad executionē. Va. rñdit, ſe nō facere cōtrouerſiā .i. nō diſſentire, nec ſufficiā ri, q̄n priores .i. potiores ptes eſſent futuræ cōſulis .i. q̄ri imperio

OLIVERIVS.

Qvid facias. Cn Ful. Flac. Hic Ful. Flac. triūphum cotēpſit, q̄ primo ſubegit uareolos in illyrico, deinde alio tpe alpios ligures domuit miſſus quoq; in auxilium maſſiliēſiū, aduerſus Saluios galloſq; fines maſſilienſiū depopulabātur demū cum ætolis bellauit, q̄ cum ambratiā ciuitatē cordiu machinis expugnare tēptaſſet, nec eam capere poſſet ad extremā neceſſitatē oppidani cōpulſi ſupplices conſulem orarunt, ut eos in deditionē accipere uellet, q̄d ille oīno facere recuſauit, nec prius flecti potuit q̄ precibus rhodii cuiuſdam Aeticrā ſenatu imperatū eſt, ut eos in deditionē acciperet, quod grauiter tulit ſenatus, uiſus eſt enī cōtra religionē feciſſe, ſupplices in deditionē uenire uolentes, repudiare. ¶ Ob res bene geſtas. Quia oēm Aetoliā Romano ſubegit imperio. Nimirū nō p. p. q̄ ac. Quaſi mens eius pſaga eſſet futuri q̄a uidelicet poſt triūphū mulctandus eſſet exilio, ſi triūphaſſet. ¶ Percerpēs. Sine dubio abundat ſenſus, enī à ſuperiori pendet, nimirū non plura facies q̄ acciderunt. ¶ Quæſtione publica, q̄a in iudiciū accitus eſt, q̄ oppidanos in deditionē accipere noluiſſet, q̄d contra religionē eſſe uidebatur. ¶ Mulctatus, punitus. ¶ Expiaret purgaret ¶ Inſolentia, qua triūphū contēpſiſſe iudicatus eſt huius enim inſolētiæ reus exilio damnatur.

Fuluius Flaccus triūphū cōtēpſit

ASCENSIVS.

Qvid facias &c. Affert contrariū exēplū utpote eius q̄ triūphū cōtēpſit, ſed pſagio quodā imminentis contumeliæ dicens. Quid facias. Cneo Fuluio Flac. qui ſpreuit, & repudiauit honorē triūphi decretū ſibi à ſenatu. Ob res bene geſtas tam .i. tantopere expetendum aliis .i. quē alii tātopere expetiſſent, Nimirū .i. haud dubie præcerpens .i. antequam euenirent, carpens de infortunio ſuo non plura q̄ acciderunt .ſ. paulopoſt. (Sunt qui legant percepens quod Oliuerius uacare ſentit, ſed mihi placet præcerpens legere.) Nam ut .i. ſtatim poſtq̄ intrauit urbem .ſ. Romā, afflictus continuo quæſtione .i. inquiſitione de uita eius publica mulctatus eſt exilio .i. pro mulcta tulit exilium, ut ſi commiſiſſet quid .i. aliquid religionis .i. contra religionem, inſolentia .i. per inſolentiā ſuā, aut quia oppidanos in deditiōem ſuſcipere noluerat, aut q̄ ſacrū illum honorem ſpreuerat, expiaret .i. purgaret illud, pœna .i. mulcta exilii.

OLIVERIVS.

Sapientiores igitur. Q. Ful. & L. Opimius His triūph' à ſenatu denegatus eſt, q̄ q̄c q̄d p eos geſtū fuerat, ad acceſſionem iperii nō ptinebat, nihil .n. iperio Ro. p ipſos additū, ſed reſtitutū fuiſſe uidebatur, quod amiſſum fuerat, triūphare n non niſi, qui imperiū auxiſſent, lege licebat.

ASCENSIVS.

SApientiores igitur &c. Ex ſuo iudicio cenſet eos, q cum repulſa triumphum petierunt, ſapientiores eo qui reſpuit in qua re ſentire uidetur Cneum illum Fuluium Flaccum ſi triumphũ ſibi decretum non repudiaſſet, exilii pœnã non fuiſſe daturum. Ordo eſt igitur quia Cneus Fuluius, q reſpuit triõphum male mulctatus eſt Q. Fului. q capus urbe præcipua campaniæ italicæ & Lucius opimius, qui fregellanis ad deditionẽ compulſis petierunt à ſenatu p̃tãtem triumphandi ſapientiores ſup fuerũt q̃ Cneus Fului⁹ co q̃, qui triũphũ petit ſede repu. optime meritũ ſignãt. Vterq; ſup. fuit magnificus, operibus editis.i. præclare geſtis, & in lucẽ datis, ſed neuter ſup fuit cõpos rei petitæ hoc eſt triumphi, non quidẽ ſup. compos non fuit inuidiã i.pp inuidiã patrũ conſcriptorũ, cui ſ.inuidiæ nunquam uoluerunt eſſe additum.i. acceſſũ in curiã, ſed ſumma diligentia iuris obſeruandi, quo, ſcilicet iure erat cautum.i. cautè ſancitũ ut triumphus decerneretur pro imperio.ſ. Romano aucto, nõ pro recuperatis ſup. ſ. rebus, aut oppidis, quæ fuiſſent ſup. prius Po. Ro. Etenim pro gratũ intereſt.i. diſtat & refert an ſup. adiicias aliquid.ſ. ad imperium, aut aliud caput an reſtituas detractum.i. inter augere, & recuperare imperium, q̃tum inter beneficii, quod facit q rem auget diſtat à fine iniuriæ quem facit, qui ablata recipit.

¶ De P. Scipione, & Marco Marcello.

QVin etiam ius, de quo loquor: ſic cuſtoditum eſt. vt P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias M. Marcello ob captas ſyracuſas triumphus non decerneretur: q̃ ad eas res gerendas, ſine vllo miſſi erant magiſtratu probentur nunc cuiuslibet gloriæ cupidi: qui ex deſertis montibus, Myoparonumq; pyraticis roſtris, laudis inopes laureæ ramulos feſtinabunda manu decerpſerũt Carthaginis imperio rupta Hiſpania, & Siciliæ caput abſciſſum ſyracuſæ, triumphales iungere currus nequiuerunt, & quibus viris? Scipioni, & Marcello, quorum ipſa nomina inſtar ſunt æterni triumphi, Sed clariſſimos ſolidæ, vereq; virtutis authores, humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes, & ſi coronatos intueri ſenatus cupiebat: iuſtiori tamen reſeruandos laureæ putauit. His illud ſubnectam: Moris erat ab Imperatore triumphũ ducturo, COSS. inuitari ad cœnam. deinde rogari, vt venire ſuperſedeant: ne quis eo die, quo ille triumphauerit: maioris in eodem conuiuio ſit imperii. Verum quamuis quis præclaras res, maximeq; vtiles reipu. ciuili bello geſſiſſet: imperator tamen eo nomine appellatus non eſt: neq; vllæ ſupplicationes decretæ ſunt: neq; aut ouans, aut curru, triumphauit, quia vt neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt. Vt pote non externo, ſed domeſtico partæ cruore. Itaq; & Naſica Tiberium Gracchum, & C. Metellus Opimii factiones mœſti trucidarunt.

¶ De Q. Catulo.

QVintus Catulus, Marco Lepido collega ſuo cum omnibus copiis ſeditioſis extincto, moderatum præferẽs gaudium, in vrbẽ reuertitur C. etiã Antonius Catilinæ victor abſterſos gladios in caſtra retulit.

OLIVERIVS.

PRobentur nũc Hironia eſt, nam damnat duces, qui ex minima uictoria triumphum petebant. ¶ Cuiuslibet. & nimiæ, cuiuſq; laudis. ¶ Ex deſertis montibus quod modice laudis eſt, nam pugnare ubi nemo reſiſtit, nulla difficultas eſt. ¶ Myoparonum, nauium pyraticarum. Myoparo dicitur ſcapha.i. nauicula, et nauis pyratica, unde & ipſi pyratæ Myoparones aliq̃n dñr. ¶ Ramulos, Diminutiuo utitur, ut laudẽ eorũ paruã admodũ oñdat eſſe Feſtinabunda, q non dũ res geſſerant, q̃bus merito ſibi triũphus decerneretur. ¶ Abrupta, a dẽpta. ¶ Eo noĩe, ea de cã. ¶ Ouans, uuabat q hoſtes i

Ouatio fugam uertiſſet, q aũt ouabat equo albo p urbẽ uectus in capitoliũ aſcendebat, & ibi ouẽ ſacrificabat, uñ ouare dictũ eſt, ut Ser. placet. Feſtus Põp. dicit ouare dictũ eſſe à uoce eorũ q ouantẽ ſubſeq̃bant. ¶ Itaq; naſica Tib. gracchũ De cedæ gracchorũ ſatis ſupra dictũ eſt in cap. de ſomniis. Metellus uero ſimili modo. Opimium necauit.

ASCENSIVS.

QVinẽt &c. Oñdit idẽ ius ſeruatũ in aliis uiris & iis q dẽ facile principibus dicẽs. Quinẽtius.ſ. triũphandi de quo loquor, eſt cuſtoditũ.i. obſeruatũ ſic, ut triũphus non decerneretur Pu. Scipioni ob Hiſpanias recupatas, nec ſup. M. Marcello ob.i. pp Syracuſas captas.ſ. ab eo, q.i. q a miſſi erant ad eas res gerẽdas, ſine ullo magiſtratu. i. ſine additione magiſtratus, nõ.n. miſſi erant, ut cõſules, aut ut dictatores, aut p̃tores, &c. ſed ut priuati cũ authoritate tamẽ pub. Probentur.i. cõmendentur, nunc poſtq̃ eſſes uiri p tantis rebus non obtinuerunt triũphũ, & ita eſt ironia, cupidi cuiuſlibet gloriæ qui inopes laudis.ſ. ueræ, aut cõſtruatur cũ ramulos ſic, qui decerpſerunt manu feſtinabunda.i. nimis accelerãte, ex montibus deſertis & ita ignotis, ramulos laureæ inopes laudis.ſ. ueræ, & ex roſtris, pyraticis myoparonũ.i. paruarum nauiũ ſup. coronam naualem aut ẽt lauream triumphalẽ ſed inopem laudis. Hiſpania abrupta.i. uirtute Scip. auulſa imperio Carthaginis, & ſyracuſæ caput Siciliæ.i. princeps urbium in Sicilia abſciſſum.ſ. ab imperio Carthaginis uirtute Marcelli, neq̃uerunt iungere currus triũphales, & quibus uiris ſup. nequiuerunt iungere? Reſpondet Scipioni, & Marcello quorũ noĩa ipſa, ſunt inſtar.i. æquiparatio æterni triũphi. Sed etſi.i. q̃q̃ ſenatus cupiebat intueri clariſſimos authores ſolidæ, & ueræ uirtutis geſtantes humeris ſuis ſalutẽ patriæ coronatos.ſ. triũphali corona, tamen putauit eos ſup. reſeruandos laureæ iuſtiori.i. iuſtius ſuſceptæ. ¶ His illud &c. Addit exempla de modeſtia in ciuili bello dicẽs. Ego ſubnectã his.ſ. iam dictis illud ſ. quod ſequitur. Moris erat cõſules inuitari ad cœnã ab imperatore ducturo.i. qui ducturus erat triumphũ, deinde rogari ut ſuperſedeant.i. omittant uenire ad cœnam, ne quis eo die quo ille triumphauerit ſit i eodem cõuiuio maioris imperii. ſ. q̃ triumphãs, quia conſul maior eſt nõ triumphãs, q̃ triumphans non cõſul. Verum q̃uis quis geſſiſſet bello ciuili, res p̃claras & maxime utiles reipu. tñ non eſt appellatus imperator eo noĩe.i. ea de cã, aut ob id meritũ, neq; ullæ ſupplicationes.i. quas rogationes, & proceſſiones dicimus, decretæ ſunt ſup. ei, hoc eſt ad eius honorẽ, neq; aut ouauit.i. ouans pedibus ingreſſus eſt, ut in minori uictoria facere ſolebant, aut triumphauit curru, quia uictoriæ ſ. ciuilis belli uictoriæ exiſtimatæ ſunt neceſſariæ, ita exiſtimatæ ſunt ſemper lugubres, utpote partæ, ideſt acquiſitæ, non cruore externo ſed domeſtico, ¶ Itaq;.i. & ita, &.i. ſimul naſica.ſ. Sci. & Metellus trucidãrũt mœſti, & ita nõ libẽter, naſica ſup. trucidauit Tiberiũ Grac. & metellus factiones.i. cõſcios, et fautores, factionis, Opimii ciuis Romani. Sic legit Oliue. alii legunt ſic. Et Opimius Caii Gracchi factiones, &c.

THEOPHILVS.

ET. Opimius C. Gracchi factiones. Satis ex Annio floro conſtat & Appiano C. Grac. fretũ comitum manu fatale familiæ ſuæ capitolium inuaſiſſe, inde proximorũ cæde depulſum, qũo ſe in Auentinum recepiſſet, inde quoq; obuia Senatus manu ab Opimio conſule oppreſſum.

OLIVERIVS.

QVintus Catulus & M. Lepi. cõſules creati erãt ſed cũ M. Lepi acta L. Syllæ reſcindere uellet, & ab eo p̃ſcriptos in ciuitatẽ reſtitui, & eorũ bona q̃ Sylla, & populo & amicis ſuis donauerat ipſis reddi. Q. Catul. ex cõſenſu bonorũ reſiſtebat actionibus illius, cũ igi factionibus obtinere non poſſet q̃ cupiebat, in Aetruriã p̃fectus ĩgẽtes ibi copias cõparauit, cõtra quẽ miſſi ſunt. Q. Catu. & Cn. Põpe. illũ haud ita multo poſt fuderunt, atq; fugarũt, ille rurſus ſe i Aetruriã, deinde in Sardinia cõtulit, & ibi morbo, & peſtilentia periit, Luca. ut Catulo iacuit lepidus. ¶ Abſterſos gladios. Quaſi ciuilẽ ſanguinẽ abominarentur. ASCEN.

QVintus Cat. Affert tertiũ ciuilis uictoriæ ſine lętitia publica exẽplũ dicens Qu. Cat. reuertitur in urbẽ

præſe

præſeferens.i.ſignis quibuſdã oſtendens, gaudiũ moderatũ M. Lepido triumuiri, collega ſuo.i qui cũ cõſul creatus fuerat extincto cũ oĩbus copiis.i exercitibus ſeditioſis. Caius &c. aſſert & quartũ eiuſdẽ rei exemplũ dicẽs. Caius ẽt Antonius collega eice in cõſulatu uictor Catilinæ, ſaltem per legatũ, nam ipſe pedibus æger adeſſe non poterat, ut Salluſtius dicit, præſtio (Catilina aũt ꝑ Sallu. notiſſimus eſt, cõiurauerat.n. in rẽpublicã & nobilitatẽ Rom. cũ lẽtulo, Cethego, aliiſq; perditis ciuibus) retul.i gladios i caſtra abſterſos.ſ. ſanguine ciuili.

De Cinna.

Lucius Cinna, & C. Marius hauſerant quidem auidi ciuilem ſanguinem: ſed non protinus ad templa deorũ, & aras tetenderũt. Iam L. Sylla, qui plurima bella ciuilia confecit: cuius crudeliſſimi, & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt: cum conſummata, ac conſtructa potentia ſua triumphum duceret: vt Græciæ, & Aſiæ multas vrbes, ita ciuium Ro. nullum oppidum vexit. Piget, tedetq; per vulnera reipub. vlterius procedere. lauream nec ſenatus cuiquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſiderauit, ciuitatis parte lachrymante. Cæterum ad Quercum pronæ manus porriguntur: vbi ob ciues ſeruatos corona danda eſt: qua poſtes Auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant.

De Cenſoria nota. Cap. IIII.

Caſtrenſis diſciplinæ tenaciſſimũ vinculum, & militaris rationis diligens obſeruatio admonet me, vt ad cenſuram pacis magiſtram, cuſtodẽq; trãſgrediar. Nam vt opes P. Ro. in tantum amplitudinis imperatorum virtutibus exceſſerunt: ita probitas, & continentia cenſorio ſupercilio examinata eſt, Opus effectu, par bellicis laudibus. Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male viuitur? Expugnentur licet vrbes: corripiantur gentes: regnis manus iniiciantur: niſi foro, & curiæ officium, ac verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum cœlo cumulus æquatus, ſedem ſtabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet noſſe: atq; adeo recordari acta cenſoriæ poteſtatis.

OLIVERIVS.

marianũ bellum

Lucius Cin. & C. Mari⁹ ẽi urbe electi diuerſis factionibus, hic à ſylla, ille ab Octauio ꝓuo tẽpis interſtitio, cõparatis atq; cõiunctis exercitibus patriæ bellum intulerunt, nã cũ Marius carcere liberatus, ut in ca. de ominib⁹ plenius uidemus ſe in Africã contuliſſet, audiſſetq; Romæ contentionẽ ortã eſſe inter cinnã, & Octauium, utpote uir bellicoſiſſimus ex mauruſiis equites in Africam cõparauit, & ex agris robuſtiſſimos quoſq; delegit, impletiſq; ſexaginta nauibus ex ea uirorũ multitudine, Romã uerſus nauigauit, ſeq; cinnæ pauloante expulſo Ro. cõiunxit. q ſegnicibus factis iam Romanis, atq; ẽt deſidia, & ſegnitie ducũ primo hoſtiã, deinde ianiculũ, poſtremo urbem ipſam occuparũt, quã uelut terrã hoſtilẽ diripuerunt & miſerabili cæde repleuerunt, poſt hanc igitur uictoriam Cinna & Mari. de ſuis inimicis non triũpharunt. ꝶ Aras &c. ut de uictoria parta diis gratias agerent, ſacrificantes more triũphantiũ.

Syllæ dñatus

ꝶ Lucius Syl. q. p. b. c. ſilla multa bella ciuilia confecit, primũ aduerſus Mariũ, & Sulpi. orta de ꝓuincia ponti ſeditione, nã cũ Mithridaticũ bellũ ſylle, qui tum conſul erat, demandatum foret. Q. Sulp T. Ple. aduerſæ factionis homo legem tulit, inuito ſenatu. ut Mario Mithridatica prouincia caderet, cui rogationi cum reſiſtere Sylla, ſumma ope uellet. Sulpitius cũ armata manu in eum impetum fecit, ſtragem ingentem circa eũ edidit, ubi Pompeii filius adoleſcens nobiliſſimus cæſus eſt. Sylla inter cædem difficulter elapſus clam nocte in caſtra contendit exercitũ omnem aduerſus Sulpitium & Mariũ cõcitauit, & cæſis legatis, qui ad accipiendũ exercitũ miſſi fuerãt ad urbem properauit, quã hoſtiliter igreſſus cædibus & incendio repleuit, nam dum hoſtes ſpectat ſuorum nullam cõnem habet, ſontes & inſontes opprimit deinde ſedato tumultu imperio potitus aduerſus Mithridatem profectus eſt, ubi cum paulopoſt audiſſet Marium & Cinnam coniunctis exercitibus urbem cepiſſe, totamq; hoſtiliter diripuiſſe, & ciuium ac in primis amicorum ſuorum fœdã edidiſſe ſtragem icto cũ rege fœdere, compoſitiſq; rebus in prouincia, Romam uenit. ꝶ Et primo apud Capuã cum mario iuniore, & conſule Norbano feliciter pugnauit, ſupra. vii. hoſtium mil. cecidit, intra Capuam Norbanũ incluſit. M. quoq; Lucullus unus ex ducibus ſuis apud fidentiã ſexdecim cohortes aduerſus quinquaginta duxit & eas fudit, atq; fugauit, uictoq; decem & octo millia trucidauit, hoſtem caſtris exuit. Sylla paulopoſt alterum cõſulem Scipionem ſpe pacis oſtentata, & eius legiones occidit rurſus cum mario iuniore qui exercitum reparauerat haud procul ab urbe cõgreſſus cũ ingenti hoſtiũ ſtrage uictor euaſit, nam ad xx mil. cæſa. & viii. capta ab eo fuiſſe dicuntur. Mariũ præneſte fugiſſe, multa quoq; eius præfectos Pompeiũ, Craſſum, Metel. ſeruiliũ prælia ſe inter cõmiſſa quia magna, ẽt Romanorũ copias deuicere, ultimũ IIII prælium fuit ſub ipſis mœnibus urbis cũ Teleſino quodã ſamnite, & Lãponio eius ſocio, in quo parum abfuit, quin funditus deleretur, ſed tandẽ aſpirante fortuna, illos ꝓfligauit non ſine magna ſuorũ clade, urbẽ deinde ingreſſus ſex milibus ex eqſtri ordine in forũ ꝓductis, crudeliter cæſis ꝓſcriptionẽ ſenatorũ, & aliorũ ciuium ac in primis diutium fecit miſerabilẽ. ꝶ Conſtricta, conſerta, cõdẽſa ꝶ Multas urbes. Solebant triumphantes urbes uictas in triũpho pictas ducere. ꝶ Græcia & aſia, inter cæteras duxit ⁋ Athenas. ad qrcũ pronæ manus porrigũtur. Qui ciuẽ ſeruaſſet, qrna corona donari cõſueuerat, unde ẽt legimus. corona qrna Cice. fuiſſe donatũ, q ciues ſeruaſſet ut ſupra diximus. ꝶ Ante poſtes Iulii Cæ. erat antiqua qrcus ex qua Roma. decerpere ſolebãt, ubi coronã alicui dare uoluiſſent, Laureã. Non ſolũ non dabatur triũphis, uerũ ẽt teſte Cicero in Philippicis, ocatione ultima, ſine lauro nullæ fiebant ſupplicationes.

Laurus añſores

ASCENSIVS.

Lucius Cinna &c. Affert & alia ciuilis uictoriæ ſine triũpho exẽplo dicẽs Lucius cinna & Marius hauſerunt q dẽ auidi.i. exiſtentes auidi, aut auide ſanguinẽ ciuilem ſed non tetẽderunt protinus.i. ſtatim, ut urbẽ eſſent igreſſi. ad tẽpla, & aras deorũ, ut triũphãtes, & ouantes fecerãt, & ſicut in ſupplicationibus fiebat. Nã Lucius Sylla &c. Affert etiam Sylle in ciuili uictoria exemplũ dicens, Nam Lucius Sylla, q confecit.i. conſumauit, & exhauſit, plurima bella ciuilia & ſup. cuius ſucceſſus fuerunt crudeliſſimi, q a ſpecioſa in mariũ uictoria turpiſſime abuſus eſt, in ſanguinẽ ciuilẽ imaniter ſæuiens, & per dictaturæ ꝑpetuæ uſurpationẽ rẽpu. opprimens cũ duceret triũphum potentia ſua exiſtente ſup. cõſummata, atq; cõſtructa. Vt.i. quẽadmodũ uexit.ſ. in triũpho ſuo, multas urbes.ſ. dictas, Græciæ & Aſiæ, qs deuicerat, ita nullũ oppidũ ciuiũ Romanorũ ſignãs per hoc, ſe nõ de ciuibus, licet eſſet crudeliſſimus, ſed de externis triumphare. Deinde auctor claudens hunc tractatũ, nã externorũ triũphorũ nõ meminit, qſi ſolius Ro. ſit triũphare dicit. Piget.i. miſeratiõe afficit, & tedet ꝓcedere ulterius ꝑ uulnera reipu. hoc callide facit, ne de Cæſ. triumphis dicere cogatur, quẽ neq; uituperare audeat, nec uere laudare poſſit. Nec ſenat⁹ dedit cuiq ſ. uictori in bello ciuili lauream; nec qſq̃.ſ. ciuiũ deſiderauit laureã dari ſibi, ꝑte ciuitatis lachrymãte.ſ. ꝓ deuictis alterius factionis ciuibus. Cæterũ. ſed manus.ſ. ſena. porriguntur.i extendũtur ꝓnæ ad qercũ.i. ad qrnã coronã dãdã, ubi .i. quoties corona.ſ. qrna eſt ob ciues ſeruatos q ſ. corona qrnã ſeu qrcea, poſtes domus auguſtæ.i ꝗ ſius Iul. Cæſ. aut alterius augurio cõſecratæ triũphãt gloria ſẽpiterna, q a parens p̃riæ obſeruatos ciues dict⁹ eſt, aut q a æternã meruit gloriã q ſ̃ꝫ ſeruauerit ciuẽ. OLI.

Caſtrenſis diſciplinæ, conuenienter, inquit, admoneos militari diſciplinæ cenſura ſubiungere. ut enim illa belli, ſic hæc pacis cuſtos eſt, atq; magiſtra, quæ imperiũ Roma. per incorruptam rei militaris, diſciplinã, ad maximas

opes, amplitudinemq́ prouectum, ſua ſeueritate, q̃ diutiſſimæ conſeruauit, Liuius. Cenſuræ initiũ fuit rei à paruo origine ortæ, q̃ deinde tanto incremento aucta eſt, ut morũ diſciplinæq́ Roma penes eam regimen ſenatus equitũq́ centuriũ, decoris dedecoriſq́ diſcrimen ſub conditione eius magiſtratus publicorum ius, priuatorũq́ locorũ uectigalia P. R. ſub nutu, atq́ arbitrio eſſent primi aũt cenſores fuerunt Papirius, Semproniuśq. ☞ Probitas ad fidẽ. ☞ Continentia, ad moderationem. ☞ Supercilio. Auſteritate, & rigiditate cenſoria, nam ſuperciliũ ꝓ ſeueritate ſæpiſſime ponitur, Vir. conueniens latio pone ſupercitiũ, interdũ pro ſuperbia ponitur. ☞ Opus effectu par. Quia non minorem efficatiã habet in ciuibus conſeruata continentia, & probitas q̃ in bello diſciplina militaris ☞ Niſi foro, & curiæ, niſi iuſte ſapienterq́ reſpu. adminiſtrata fuerit Iperium q̃tũlibet magnũ facile corruet. ☞ Foro, ubi iudicia exercẽtur. ☞ Curiæ, ubi ſententiæ dñr.

ASCENSIVS.

CAſtrenſis & dicturus de Cenſoria nota præfatur dicens. Tenaciſſimũ uinculũ diſciplinæ Caſtren. i. quæ in caſtris ſeruata eſt, & diligẽs obſeruatio rõnis militaris admonet me, ut tranſgrediar ad cenſuram. i. ad deſcriptionẽ cenſuræ, magiſtram, & cuſtodem pacis. i. quæ cenſura facit, ut in pace decenter uiuatur. & ui pax diutius cuſtoditur. Nam ut id eſt quemadmodũ, opes. i. diuitiæ & facultates, ac potentie populi Romani, exceſſerunt. i. excreuerunt, in tm̃ amplitudinis quantũ. ſ. habuiſſe notum eſt, uirtutibus, i. per uirtutes imperatorum ita probitas, & continentia examinata eſt. i. excuſſa, & cenſa, atq́ iudicata, ſupercilio cẽſorio. i. grauitate cenſoꝝ. Opus. i. quæ res eſt opus par. i. æquale effectu. i. in utilitate ipſa & ualore, licet nõ, in labore laudibus bellicis. Enim pro quia, qd prodeſt ſtrenuũ eſſe foris. i. belli aut in bello, ſi uiuitur male domi. q. d. nihil. Quia licet urbes expugnantur. i. uincantur, & capiantur, & gentes corripiantur. i. ſimul in ſeruitutẽ, aut ſaltẽ in ſubiectionẽ rapiantur & manus iniiciantur regnis. i. in ſeruitutẽ redigantur, regna tñ ſup. Niſi offm. i. debitũ munus & exercitũ, & uerecundia ſua. i. debita, & propria, conſtiterit foro. ſ. iudiciali, & curiæ. ſ. ſenatoriæ cumulus. i. aceruus rerũ partaꝝ. i. acquiſitarũ uirtute bellica, æquatus cælo. i. ad cælũ uſq́ congeſtus, non habebit ſedem ſtabilem. i. permanentiam igitur. i. & ideo pertinet ad rẽ. i. utilem, hoc eſt utile eſt noſſe adeo. i. omnino quod plus eſt recordari acta poteſtatis cenſoriæ.

OLIVERIVS.

COelibes. Sine uxoribus, nã cælebs dicit, qui ſine uxore uiuit, quaſi cæleſtẽ uitã ducẽs. ☞ Aerariũ. i. certã pecuniæ quantitatẽ, fecerunt. n. ærarios ærarii autem obnoxii dicebantur ærario. Accedit his additur, q̃ à fortuna eſtis conſecuti longam uacationẽ, hoc eſt longum tꝑis ſpacium. ☞ Præſtandi huius numeris. Scilicet gignendi filios. ☞ Nodoſam ſtipẽ, ꝑ hoc illos auaros oñdit, & ob eam cãm cælibes uixiſſe, q̃ timerent, ne uxorẽ & liberos alere poſſent, nam aua ut dicuntur fortunas multis nodis plenas congerere.

☞ De Camillo, & Poſthumio.

CAmillus, & poſthumius cẽſores æra pœnæ nomine eos, qui ad ſenectutem cælibes peruenerant: in Aerarium deferre iuſſerunt, iterum puniri dignos: ſi quo modo de tam iuſta conſtitutione queri ſunt auſi. Cum in hunc modum increparentur. Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parenteſq́ vos alendo nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alligauerũt. accedit etiam iis, quod in fortuna longam præſtandi huiuſce muneris vacationem eſtis aſſecuti: cũ interim conſumpti ſunt anni veſtri: & mariti, & patris nomine vacui. Ite igitur, & nodoſam exoluite ſtipem vtilem poſteritati numeroſæ.

☞ De M. Vale. Max. & C. Iunio.

HOrum ſeueritatem M. Valerius Maxi. & C. Iunius Brutus Bub. cenſores in cõſimili genere animaduerſiõis imitati L. Antonium ſenatu mouerũt: quod q̃ virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet: nullo amicorum in cõſilium adhibito. At hoc crimẽ neſcio an ſuperiore maius. illo namq́ coniugalia ſacra ſpreta tantum. Hoc etiam iniurioſe tractata ſunt. optimo ergo iudicio cenſores indignum eum aditu curiæ exiſtimauerunt.

☞ De Porcio Catone.

SIcut porcius Cato L. Flaminium: quem è numero Senatorum ſuſtulit: quia in prouincia quendam dãnatum ſecuri percuſſerat: tempore ſupplicii ad arbitrium, & ſpectaculum mulierculæ cuius amore tenebatur: electo. & poterat inhiberi reſpectu conſulatus: quem is geſſerat, atq́ authoritate fratris eius Titi Flaminii. Sed & cenſor, & Cato, duplex ſeueritatis exemplum, eo magis illum notandum ſtatuit: quod amplisſimi honoris maieſtatem, tam tetro facinore inquinauerat. nec indignum penſi duxerat, iſdẽ imaginibus aſcribi meretricis oculos: humano ſanguine delectatos, & Regis Philippi ſupplices manus.

ASCENSIVS.

CAmillus. Affert exempla cenſoriæ notæ dicẽs Camillus, & poſthumius cenſores iuſſerunt eos qui peruenerant cælibes. i. ſine uxore, & liberis ad ſenectutẽ, deferre in ærarium. i. repoſitoriũ pecuniæ publicæ æra. ſ. ſignata. i. pecuniã, nomine. i. rõne & titulo pœnæ. i. multæ dignos puniri iterum. i. ſecunda pœna, ſi auſi ſint q̃ri. i. cõqueri, quo. i. aliquo modo de tam iuſta cõſtõne, quum increparentur. ſ. a cẽſoribus in hũc modum. Natura ſcribit. i. præſcribit uobis ò cælibes, legem quẽadmodum naſcendi, ita gignendi. q. d. nihil eſt naturalius q̃ unũquodq́ generare ſui ſimile alioqui ſpecierũ cũ indiuiduis perirent, & parentes. ſ. ueſtri alligauerunt. i. deuinxerunt & obligauerunt uos alendo, uos debito nepotũ. i. ſuorũ, hoc eſt filioꝝ ueſtrorũ nutriẽdorum, ſiquis pudor eſt ſup. uobis, quia turpe ẽ nolle reddere quod ea lege, ut reddas acceperis, Accedit. i. addit ẽt iis. ſ. rõnibus q̃ uos eſtis aſſecuti in fortuna. i. rebus ueſtris, uel à fortuna longam uacationem. i. ceſſationẽ muneris huiuſce præſtandi. i. liberoꝝ alendi cũ interim anni ueſtri ſunt conſumpti uacui. i. carentes nomine & mariti, quia uxorẽ nõ habetis, & patris, quia liberis caretis, igitur quia alioqui inutiles eſtis, ite & exoluite ſtipẽ nodoſam. i. multis nodis in loculis, aut ſacculo, abſtruſam pecuniã, utilem. i. que utilis ſit poſteritati. i. poſteris, licet ex aliis generis numeroſæ. i. multi nõent.

ASCENSIVS.

HOrũ &c. Marcus Vale. maximus, & C. Iunius Bru. bubulc⁹. ſ. cognomento cenſores. i. cũ eſſent cenſores imitati ſeueritatẽ, horum ſ. iã dictorũ in cõſimili genere aiaduerſionis, amouerunt ſenatu Luciũ Anto. q̃ repudiaſſet ſup. eam quã duxerat in matrimoniũ uirginẽ, nullo amicorum adhibito in conſiliũ. At. i. ſed neſcio (inq̃t author) an hoc crimẽ ſup. ſit maius ſuperiore. Namq́ pro q̃a, cõiugalia ſacra. i. ſacramenta matrimonialia, ſunt tm̃. i. dũtaxat ſpreta, quia nõ ſuſcepta, illo. ſ. ſuperiore crimie in celibatu ꝑmanentiũ, & ſunt tractata ẽt iniurioſe, hoc. ſ. poſteriore crimine uxorem temere repudiantis. Igitur quia tã iniurius fuit in uxorẽ ſacra matrimonialia, cenſores exiſtimauerũt optimo iudicio eũ indignũ aditu curiæ. i. q̃ amplius curiã adiret aut potius intret.

OLIVERIVS.

SIcut Porcius Cato. Liuius decade belli Macedonici, cũ hanc hiſtoriã dupliciter tradat, à Valerio oĩno diſſentire uŕ, nã & Catonis & Valerii antiatis ſniam adduceẽs ait Cenſores M. Por. & L. Va. metu mixta expectatione ſenatũ legerunt. vii. mouerunt, & ex quibus unum genere, & nobilitate, & honoribus L. Quin Flac. conſularem patrũ memoria inſtitutũ fertur, ut cenſores motis à ſenatu ſcriberent notas, Catonis, & aliæ quidẽ acerbæ orationes extant in eos quos, aut ſenatorio loco mouerit, aut q̃bus equos ademit, longe grauiſſima in L. Q. Fl. oro eſt inter cætera obiecit ei Philippũ pœnũ carum ac nobile ſcortũ Roma in galliam prouinciam ſpe ingentiũ donorũ perductũ, eũ p laſciuiam quum cauillaretur, exprobrare cõſuli plæpe loiũ, qd ſub ipſum ſpectaculũ

Quin. Flami. Senatus motus.

gladiatorũ

gladiatorum abductus à Roma eſſet ut obſequium amator ei uenditaret, forte epulantibus his, cum iam uino incaluiſſent nunciatum in conuiuio eſt nobilem Boium cum liberis transfugam ueniſſe conuenire conſulem uelle, ut ab eo fidem pr̃s acciperet introductum in tabernaculum per interp̃tem alloqui conſulem excepiſſe inter eius ſermonem. Q. ſcorto. uis tu, inquit, quoniã gladiatorum ſpectaculum reliquiſti. iam hunc Gallum morientem aſpicere & cum is uix dũſerio annuiſſet ad nutum ſcorti conſulem, ſtricto gladio, q̃ ſupra caput pendebat, loquenti gallo caput primum percuſſiſſe, deinde fugienti fidemq̃. P. R. & eorum, qui aderant imploratis, latus trãſfodiſſe, Val. Antias, ut q̃ nec Catonis orõnem legiſſe & fabulæ ſineautore editæ crediſſet, aliud argumentũ ſimile, tñ libidine, & crudelitate peragit. Placentiæ. formoſam mulierem, cuius amore deperiret, in conuiuiũ accerſitam ſcrib. Ibi iactantem ſeſe ſcorto inter cætera retuliſſe quam acriter q̃nes exercuiſſet, & quam multos capitis dãnatos in uinculis hr̃et, quos ſecuri percuſſurus eſſet, tum illã infra eum accubantem negaſſe unquam uidiſſe quenquam ſecuri ferientem & peruelle id uidere. hic indulgentem amatorem unum ex damnatis extrahi iuſſum ſecuri percuſſiſſe. Facinus atrox ſiue eo modo quo cenſor obiecit, ſiue, ut Vale. tradit commiſſum eſt inter pocula atq̃ epulas; ubi libare diis dapes, ubi bene præcari mos eſſet, ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu conſulis recubantis mactatam humanam uictimam eſſe! & cruore menſa eeſperſam in extrema oratione Cat. conditio fertur, ut ſi id factũ negaret, cætera quæ adieciſſet ſpõſiõe defenderet ſeſe, ſi fateretur, ignominia neſua quemquam dolturũ cenſeret! eum ipſe uino, & uenere amẽs ſanguine hominis in cõuiuio iuſſiſſe. ℞ Ampiſſ. honores maieſtatem. Quia ut dixerat Cato tam flagitioſa tam perdita libido ſibi probari non poterat, quæ cum probo priuato cõiunxerat imperii decus. ℞ Auctoritate fratris. T. Flaminii, qui totam græciam ſubegerat, & iuſſu ſenatus. Populiq̃ Ro. liberam fecerat, & Philippo regi macedonum magnam imperii partem ademerat, quam in græcia occupauerat. Cenſor & Cato, In his duobus nominibus ratio quædam ſeueritatis continetur ℞ Notandum, ignominia afficẽdũ. ℞ Nec di. pẽ. du. Duo, inquit, tam contraria exempla fratrum imaginibus inſcribi conſideratione appetebat. multi legunt indignum, ut ſit non dignum penſi ſed penſi duxerat. i. conſiderauerat, ut ducere penſi, ſit conſiderare & erit abſolutus ſenſus. Vnde Ci. in Catone maiore. ubi Catonem de ſe loquentem introducit inuitum loqui fecit, ut fortiſſimi uiri T. Flaminini fratrem Flã miniũ è ſenatu eiecerim ſeptẽ annis poſtquã cõſul factus fuiſſet, ſed notandam deputaui libidinem, ille enim cum eſſet conſul in gallia exhortatus in conuiuio à ſcorto ẽ, ut ſecuri feriret aliquem eorum qui in uinculis eſſent damnati rei capitalis, hic. T. fratre ſuo cẽſore, qui proximus ante me fuerat elapſus eſt, mihi uero & flacco neutiq̃ probari potuit tam flagitioſa, tam perdita libido, quam cum probo priuato coniungeret imperii decus. ℞ Et regis Philippi, quem uicerat T. Flaminius eius frater.

ASCENSIVS.

SIcut Porcius Cato ſup. exiſtimauit i dignum aditu curiæ L. Flami. quem ſuſtulit. i. ſubſtraxit è numero ſenatorũ quia percuſſerat ſecuri. i. decollauit in prouincia ſ. gallicana quẽdã dãnatũ. i. adiudicatũ ultimo ſupplicio, tp̃e ſupplicii electo. i. eo q̃ elegerat tp̃s ſupp icii. ſ. ab eo ſumẽdi. Ad arbitriũ, & in ſpectaculũ. i. ĩſpectãdo oblectamentũ, mulierculæ, cuius amore tenebaſ. Et ſup. Cato poterat inhiberi. i. arceri ab illa cẽſura reſpectu. i. ex cõſideratiõe cõſulatus quẽ is. ſ. Luci⁹ geſſerat. atq̃ authoritate ſr̃is eius. uidelicet Ti. Flamini, uiri grauiſſimi. Sed & cẽſor & Cato. i. ſed q̃a cẽſor erat, & idẽ cato, q̃ licet cẽſor ñ fuiſſet, ſeuer⁹ tñ appoſitorie duplex exẽplũ ſeueritatis alteꝝ uidelicet, q̃a cẽſor, alteꝝ q̃a Cato ille Cenſorius ſtatuit. i. conſtituit eũ notandum ſcilicet nota ignominiæ eo magis, quod inquinauerit tam tetro. i. fœdo cum abominatione facinore maieſtatem ampliſſimi honoris, uidelicet conſularis, & imperialis, nec ideſt qui non dux erat, ideſt nõ iudicauerat & cenſuerat; penſi ideſt iudicii & æſtimationis, id eſt non putauit pẽſandum, & iudicandum eſſe, indignum. ſup. oculos &c. ut ſit locutio duco penſi, qualis illa boni, æquiq̃ conſulo, penſum enim accepimus pro iudicio de prætio rerum, quod pendendo dignoſcitur, unde hominem inſipientem, & improuidum, ac nullius iudicii dicimus, nihil penſi habere. Põt ẽt cõſtrui eſt indignum, ut ſit locutio qualis illa uergiliana magnorum haud unquã indignus auorũ, & ordo, nec duxerat indignũ immo dignum penſi. i. ut expendatur, & iudicetur ab iis q̃ nouerint, oculos meretricis. i. illius mulierculæ quam depibat, aſcribi iiſdem imaginibus .i. cæris, aut ſtemmatis maioꝝ (nam ſtemmatum imaginib⁹ aſcribebantur noĩa, & iſignia facta uirorũ, quo circa ad imaginem L. Fla. uult author aſcribẽdos eſſe oculos meretriculæ ad quos oblectandos gallũ percuti iuſſerat, ſicut idi imaginem Titi Flaminii fr̃is eius, & manus Philippi regis ſupplices) ordo itaq̃ eſt oculos meretriculæ delectatos ſanguine humano, utpote galli capti. & manus ſupplices Philippi regis ſ. macedoniæ ſeſe Tito flaminio fr̃i luci dedentis.

De Fabricio Lucino.

QVid de Fabricii Lucini cẽſura loquar narrauit enim omnis ætas, & deinceps narrabit: ab eo Cor. Rufinum duobus Cõſulatib⁹, & dictatura ſpecioſiſſime functum quod decem pondo vaſa argentea comparaſſet, perinde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retentum non eſſe. ipſæ medius fidius mihi literæ ſæculi noſtri obſtupeſcere videntur: cum ad tantam ſeueritatem referendam miniſterium accommodare cogũtur, ac vereri, ne nõ noſtræ urbis acta commemorare exiſtimentur. Vix enim credibile eſt intra idem pomerium decem pondo argenti, & inuidioſum fuiſſe cenſum: & inopiam haberi contemptiſſimam.

OLIVERIVS.

QVid de Fa. Lu. cen Gelius lib. iiii. cap. viii. Fabrici⁹ inquit, Lucinius magna gloria uir, magniſq̃ rebus geſtis fuit. P. Cornelius Rufi. manu quidem ſtrenuus, & bellator bonus, militariq̃ diſci. peritus admodum fuit ſed furax homo & auaritia acri erat, hunc Fabri. non probabat, neq̃ amico utebatur. oſuſq̃ eũ morũ cã fuerat, ſed cũ tp̃ibus difficillimis cõſules creandi forent & is Rufi. peteret cõſulatũ cõpetitoreſq̃ eius eſſent imbelles, q̃ dã, & futiles, ſumma ope annixus eſt Fabri. ut Rufi. conſulatus deferretur eam rem pleriſq̃ admirantibus, q̃ hominem auarũ, cui eẽt inimiciſſimus creari conſulẽ peteret, quẽ hoſtiliter oderat. Fabri inquit eſt q̃ miremini, ſi malui compilari q̃ uenire. hunc Rufinum poſtea bis conſulatu, & dictatura fũctum cenſor Fabri. ſenatu mouit ob luxuriæ notã, q̃. x. pondo lib. argenti factitaret. Idem Pom. Eadem mœnia. pomerium, inquit Liuius uerbum, ſolum intuente, poſtmœnium interpretantur eſſe. Eſt ãt pomeriũ magis circa murũ locus, quem in cõdendis urbibus quõdã æthruſci qua murũ ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant, ut neq̃ interiore parte ædificia mœnibus continuarẽtur. quæ nũc uulgo ẽt cõiunguntur, & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu, pateret ſoli hoc ſpacium, quod neq̃ habitari, neq̃ arari fas erat Non magis, q̃ poſt murũ eſſet quam q̃ murus poſt id pomeriũ Romani appellarunt. ℞ Inuidioſum cenſum Apud antiquos de parſimonia Romanorum priſcorũ uide Au. Gel. li. ii. cap. xxiiii. ℞ Inopiam, Aetate Valerii.

Pomerium q̃d

ASCENSIVS.

QVid loquar de cenſura Fabricii lucini. q. d. non ſatis explicare poſſim. Enim pro quia, omnis ætas. ſ. p̃terita narrauit, & omnis ætas. ſ. futura narrabit deinceps. Corne. Rufi functũ ſpecioſiſſime ducibus conſulatibus, & dictatura, non eẽ retentũ ab eo in ordine ſenatorio. Immo excluſum perinde, ac. i. uelut, luxurioſum .i. incõtinentẽ in ſuppellectile domeſtica, malo. i. pnicioſo, exẽplo, eo q̃ cõparaſſet uaſa argẽtea. x. pondo. i. librarũ. Qd̃ q̃a factũ uald̃e ſeuerũ eſt, & ab ea ſeueritate multũ remiſſum erat tp̃e authoris. addit cũ iuramẽto illius æui. Mediusfidius .i. ita me fili⁹ Iouis. ſ. Hercules iudicet, aut ita Iouis me iuuet

fides, ipſæ litteræ ſæculi noſtri, quo ego in hoc ſæculo natus hæc ſcribo uidentur mihi obſtupeſcere, quũ cogũtur accommodare miniſteriũ ad tantã ſeueritatẽ referendã, ac uidentur uereri ne exiſtimentur nõ cõmemorare æternæ urbis, in q̃ longe alter nunc uiuitur, ſed ſup. alterius. Vix enim credibile eſt, & .i. ſimul cenſum .i. poſſeſſionẽ decẽ pondo .i. librarum argenti, fuiſſe inuidioſum, ita ut poſſidentem ſenatu amoueret, & inopiam hn̄. ſ. ſpe authoris contemptiſſimam .i. deſpicatiſſimam, intra idem pomeriũ .i. eadem mœnia unius urbis Contemptã ãt fuiſſe inopiã ſatyrici late docẽt, nũ Flac. in epiſtolis. Hos ſolos aio ſape, & bñ uiuere quorũ, cõſpicitur nidis fundata pecunia uillis. Et Iuue. Quantum quiſꝗ ſua nũmorũ ſpectat in arca Tm̃ habet & fidei. Idem. Nil habet infelix pauptas durius in ſe. Quã ꝙ ridiculos hoies facit. Et Naſo. Dat cenſus honores, cenſus amicitias, paup ubiꝗ iacet, & mille talia alibi.

OLIVERIVS.

TRibunus ple. Iunia lege non poterat quis tribunus eſſe, niſi plebei⁹ ſed poſtea alia lege lata, & patri creari cœperũt, ut hoc loco Duronius ſenatu amotus eſt, quia tri. ple. legẽ de cohercendis ſumptibus cõuiuiorũ abrogauerat. ¶ Abrogauerat, penitus ſuſtulerat, & ſubuerterat. abrogatur lex, q̃ pœnitus tollitur. Derogatur legi, cũ aduerſus eã cõtraria lex lata fuerit. Nam poſterior derogat priori. Freni ſunt tranſlatio ſumpta ab eqs, qui frenis cohibentur. ¶ Perpetiendi participium paſſiue poſitum. ¶ Rubigine uetuſtatis, Legẽ abrogemus, q̃ uetuſtati ſeueræ cõſueuit. ¶ Obſitũ. Circundatũ. ¶ Rubigine. Veluti rigore.

ASCENSIVS.

MArcus ãt Antonius, & Luci. Flac. cẽſores mouerũt Duroniũ ſenatu .i. collegio ſenatoꝝ, ꝙ ipſe tribunus plæbis .i. cũ eẽt tri. ple. Abrogauerat .i. antiquauerat, & reuocauerat legẽ de cohercẽdis ſũptibus cõuiuioꝝ. Cã notæ .i. iſamiæ, pp q̃ amouebatur ſenatu, ẽ ſup. mirifica. Eñ ꝓ ꝗa, q̃ .i. q̃lẽ putas ipudẽter Duronius cõſcẽdit roſtra .i. editũ illũ locũ, uñ edicta pob. fiebãt & ad populũ uerba dicturus. i. eo inſtituto, ut dicat illa, q̃ ſequũtur. O qrites freni ſunt iniecti uobis nullo mõ ꝑpetiẽdi .i. tolerãdi. Nã uos eſtis alligati, & aſtricti amaro uinculo ſeruitutis. Eñ ꝓ ꝗa, lex eſt lata, q̃ iubet uos eẽ frugl .i. parcos, & ad frugẽ cõſeruãdã itẽtos. Igit ꝗa lex illa tolerabils nõ eſt, abrogemus .i. aboleamus, iſtud, ſcilicet Durum imperium, obſitum .i. obductũ, rubigine .i. uitio illo, quale ferrũ cõtrahit, uetuſtatis horridæ .i. aſperæ, & incultæ. Et .n. ꝗd opus, eſt libertate, ſi nõ licet perire luxu uolentibus, perire .i. ꝑdius eſſe luxu .i. ſi nõ licet, ut libet uiuere, & ſua cõſumere. q. d. nihil. Et ſunt uerba durooũ à cenſoribus poſtmodũ taxata. Quod addo, ne qs ineptulus dicat Valeriũ hæc dixiſſe, recitat enim, non dicit.

¶ De M. Antonio, & L. Flacco.

MArcus autem Antonius, & L. Flaccus cenſores Duroni ſenatu mouerunt, qđ legem de coercendis cõuiuiorum ſumptibus latam tribunus Ple. abrogauerat: mirifica notæ cauſa. Quam enim impudenter Duronius roſtra conſcendit, illa dicturus Freni ſunt iniecti nobis quirites nullo modo perpetiendi: aligati, & conſtricti eſtis amaro uinculo ſeruitutis. lex. n. lata eſt: quæ nos eſſe frugi iubet. abrogimus igitur iſtud horride uetuſtatis rubigine obſitum imperium. & enim quid opus eſt libertate: ſi uolentibus luxu perire non licet.

¶ De C. Nerone: & L. Salinatore.

AGe, par proferamus æquali iugo uirtutis, honoremque ſocietate iunctum, inſtinctu autem æmulationis animo diſſidens, Cl. Nero, Liuiuſque Salinator ſecundi Punici belli temporibus firmiſſima reip. latera quam diſtrictam ſimul egerunt cenſuram: Nam cum equitum centurias recognoſcerent: & ipſi propter robur ætatis etiamnum eorum ẽ numero eſſent: ut eſt ad Poliãuẽtum tribum. p reco lecto nomine Salinatoris, citandum nec ne ſibi, eſſet heſitauit: quod vt intellexit Nero, & citari collegam: & arma, & equum vendere iuſſit. quia populi iudicio damnatus eſſet. Salinator quoꝗ eadem animaduerſione Neronem perſecutus eſt, adiecta cauſa, quod non ſincæra fide ſecũ in gratiam rediiſſet. Quibus viris ſiquis cœleſtium ſignificaſſet futurum, ut eorum ſanguis illuſtrium immaginum ſerie deductus, in ortum ſalutaris principis noſtri confiueret: depoſitis inimicitiis. arctiſſimo ſe amicitiæ fœdere iunxiſſent ſeruatã ab ipſis patriam, communi ſtirpe ſeruandam relicturi. Salinator vero quattuor, atꝗ triginta Tribus inter ærarios referre non dubitauit, quod cũ ſe damnaſſent poſtea COSS. & Cenſorem feciſſent prætexuitꝗ cauſam: quia neceſſe eſſet eas alterutro facto crimine temeritatis, vel periurii teneri: Vnam tantummodo tribum Metiam uacuã nota reliquit quæ cum ſuffragiis ſuis, vt non dãnatione, ita nec honore quidem dignum iudicauerat, Quam putemus cõſtantis, & prævalidi illum ingenii fuiſſe: qui neꝗ triſti iudiciorum exitu compelli neꝗ bonorum magnitudine adduci potuit: quo ſe blandiorem in adminiſtratione reip. gereret.

OLIVERIVS.

Dandum eſt aliquid loci etiã alienigenis exemplis: vt domeſticis aſperſa, varietate ipſa delectent. Harmodii, & Ariſtogitonis, qui Athenas tyrãnide liberare conati ſunt: effigies æneas Xerxes rex, ea vrbe deuicta, in regnum ſuum tranſtulit, lõgo deinde interiecto tempore Seleucus in priſtinam ſedẽ reportandas curauit. Rhodii quoq; eas vrbi ſue appulſas, cum in hoſpicium publice inuitaſſent: ſacris etiam puluinaribus collocauerunt. Nihil hac memoria felicius: quæ tantum venerationis, in tam paruulo ære poſſedit.

❡ De Xenocrate.

Quantum porro honoris Athenis Xenocrati ſapientia pariter: ac ſanctitate claro, tributum eſt? cum teſtimonium dicere coactus, ad aram acceſſiſſet: vt more eius ciuitatis iuraret: omnia ſe vere retuliſſe: vniuerſi iudices conſurrexerunt: proclamaruntq;: ne iuſiurandum diceret: quodq; ſibimetipſis poſtmodum dicendæ ſententiæ loco remiſſuri non erant: ſinceritati eius concedendum exiſtimarunt.

ASCENSIVS.

Eodem &c. Affert aliud eiuſdem exemplum dicens. Eodem. ſ. Catone, ſpectante. i. cũ idẽ ſpectaret ludos, florales. i quos deæ floræ facere ſolebant, quos Meſſius ædilis faciebat. ſ. tunc, populus erubuit poſtulare, ut mimæ, id eſt meretriculæ, quæ florã meretricem que ad eos ludos faciẽdos grandem pecuniam reliquerat repreſentabant in ludis illis nudarentur, quia nudæ agere ſolebant. Quod ideſt quam rẽ, cum cognouiſſet Ex Fãuonio, ſ. uiro amiciſſimo ſibi, ſedente una, ideſt in uno loco cum illo, diſceſſit theatro ne inpediret præſentia ſua conſuetudinem ſpectaculi (Hoc autem factum non erat uere laudabile, ſed ꝑ errore illorum, qui ad religionem pertinere putabant meretricum corpora denudari, ſed quam religionem? profecto ꝙ maligni ſpiritus mentes mortalium ad illecebras carnis mefcabant) Quem, ſcilicet Catonem abeuntem populus proſecutus eſt ingenti plauſu, quia ſeuerlitatem eius etiam inuiti laudabant, ſed imitari nolebant, reuocauit in ſcænam, ideſt ad ſpectaculum, priſcum morem iocorum. i. meretricum nudarum, ſicq; agentium, confeſſus. ſ. populus eo facto cõfitens, ſe tribuere maiſtati illis. ſ. Catonis plus ꝙ uendicare ſibi uniuerſo, quia potius illo preſente omittebant quod illi diſplicere notant, qui expetabant, quod ceteris omnibus placebant Quibus opus, ideſt diuitis & facultatibus? quibus imperiis? quibus triumphis eſt hoc datum. ſcilicet ut populus ab eo quod ſibi placere abſtineret, eo qđ uni diſplicere norit, quaſi dicat nullus. Et tamen patrimoniũ uiri, ſcilicet Cato. cui tantum tribuebant, ſup. fuit exiguum, id eſt modicum, mores ſup. fuerunt aſtricti, ideſt uincti continẽtiã, quia tam rigide continentiam amplexus eſt, ut ſi eam dimittere uoluiſſet, non potuiſſet, aut ſaltem non decuiſſet, cliẽtelæ, ideſt pauperum ipſum colentium familiaritates, paucæ ſup. fuerunt, domus clauſa ſup. fuit, ambitioni, ideſt cupiditati honorum. Vna, ideſt unica imago paterni generis ſupple fuit in ſtemmate, frons ſupple fuit ei minime blanda, ſed uirtus perfecta omnibus numeris, quæ reuera in ſolo deo eſt quæ quidem uirtus effecit, ut ſiquis uelit ſignificare ciuem ſanctum, & egregium, definiat ſupple eum ſub nomine Catonis.

THEOPHILVS.

Martialis & dulce ſacrum floræ. Hæc in antiquis aliquot etiam codicibus leguntur, imperitia librariorum auctoritate Mar in margine notata ad hi. Vale. tranſpoſita confuſo ordine & ſenſu. Nam Val uti Mart. teſtimonio per utriuſque ætatem non potuit, alter enim Tiberio blanditur alter Domitiano. Numeris, Immo præſtat ad plenitudinem numerorum referre, de qua Macro. in Somnium Scipionis abunde diſputat. Ouid. Quæ mihi uentura eſt, ſi quidem, eſt uentura ſenectus, Quum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis!

OLIVERIVS.

Dandum eſt aliquid loci ẽt alienigenis exemplis tranſit ad externa. Primum autem exemplum eſt maie

ASCENSIVS.

Dandum eſt aliquid &c. Tranſit ad externa. ſic tamen, ut uix illis locum putet pre multitudine exemplorum Romanorum. Vnde dicit. Aliquid loci, ſcilicet in hac deſcriptione maieſtatis, eſt dandum etiam exemplis alienigenis. i. alienigenarũ, (ſed more ſuo declinat alienigenus a. um.) ut ipſa aſperſa domeſticis delectent uarietate Xerſes rex, ſcilicet Perſarum tranſtulit in regnum ſuum effigies Aeneas, id eſt ex ære factas Harmodii & Ariſtogytonis tyrannicidarum qui conati ſunt liberare Athenas tyrãnide, ſcilicet Hyppiæ, & Hipparchi. i. tranſtulit dico ea urbe deuicta. Deinde lõgo tpe interiecto Seleuchus curauit, ſup. effigies illas reportandas in priſtinam ſedem. i. locum, non ubi prius ſederant ſed fuerant erectæ. Quoq; p. & Rhodii ſup. ciues collocauerunt etiam ſacris puluinaribus, ſcilicet lectiſterniorum, in quæ deos inuitare ſolebant eas, ſcilicet effigies appulſas urbi ſuæ, ideſt ad urbem ſuam cum inuitaſſent publice in hoſpitium, Nihil ſupple eſt felicius, ideſt beatius hac memoria, quia, ſcilicet diuinis donatæ ſunt honoribus, quæ ſcilicet memoria poſſedit tantum uenerationis in tam paruulo ære. Sed uere dicit beatus Hieronymus, multorum corpora uenerari in terris, quorum animæ cremantur in inferno.

OLIVERIVS.

Quantum porro, aliud exemplum maieſtatis Xenocratis, fuit autem Xenocrates peripateticus philoſophus, de quo in ca. de continentia latius dicemus, qđ ad hunc locũ pertinet tanta fuit huius hois maieſtas, & fides apud Athe. ut cũ Athenis mos eẽt, ut nullius in iurati teſtimoniũ admitteretur, huic ſoli iuſiurandũ Athe. remitterent, ſicut Ci. ut dixim⁹ ad Atti. Cũ iurati etiã ciues Xeno. teſtimoniũ dicentẽ prohibuerũt. ꝩ Sanctitate ſan

ctitas eſt optima uiuendi ratio. ¶ More eius ciuitatis, Quia mos erat teſtimonium primo perhibere, deinde ſe uera dixiſſe iurare. ¶ Dicendæ, ſcilicet.i.quia iudices iurauerunt ſe iuſte ſententiam eſſe daturos. ¶ Remiſſuri, Remittimus quomodo aliquem quod facere oportet, concedimus, quod iure ſuo aliquis facere non pōt. ¶ Sincæritati, puritati & integritati.

ASCENSIVS.

Q Vantum &c. Ordo eſt porro, id eſt Cæterum aut ſed quantum honoris eſt Athenis tributum Xenocrati claro ſapientia pariter ac ſanctitate, quod plurimum, Quia quum ipſe coactus dicere teſtimonium acceſſiſſet ad aram, ut iuraret, more eius ciuitatis, ſcilicet Athenieſi. ſe retuliſſe, ideſt enarraſſe, & dixiſſe, aut depoſuiſſe omnia uere, uniuerſi iudices conſurrexerunt, ꝓclamaruntq;, ne diceret iuſiurandum, & exiſtimarunt concedendum ſincæritati, id eſt integritati eius, ſcilicet Xenocratis id ſupple uidelicet iuramētum, quod non erāt remiſſuri ſibimetipſis poſtmodum ioco ſententiæ dicendæ quia cum ſentētiam dicere cogerentur, ſacro adacti ſunt ſe uere, iudicaturos.

¶ Valerii Maximi Liber Tertius Incipit.

OLIVERIVS.

A Ttingam nunc primũ hui⁹ Tertii libri caput de indole. Eſt autem indoles future probitatis ſpecimē quod in puero apparet, aliqñ pro incremento uirtutis ponitur. Liuius lauia indoles in Lauinia, ut tutelā muliebri res latina, & regnum auitum paternumq; puero ſteterit. ¶ Cunabula, nutrimenta, tractum ab infantibus, qui in cunis nutriuntur. ¶ Elementa, abuſiue omnium rerum principia dicuntur, græci [illegible] dicunt.

ASCENSIVS.

A Ttingam nunc &c. primus Tertii lib. Ti. eſt de indole, de qua præfatur ſic. Ego attingam nunc quaſi quædam cunabula, ideſt ſeminaria, & elementa uirtutis, & referam geſtus animi peruenturi tempore procedente ad ſũmum cumulum gloriæ datos, ideſt emiſſos ab eo, i quo erat talis indoles, cum certo experimento, indolis ideſt inſolitæ, & ingenitæ uirtutis olim in effectum proditura. ¶ Aemilius Lepidus progreſſus puer etiam tum, ideſt tunc cum adhuc puer eſſet, in aciē, ſcilicet inſtructam ad pugnam interemit hoſtem, & ſupple, ſeruauit ciuem. Cuius operis tam memorabilis index eſt ſtatua bullata, ideſt inſignita bulla quæ eſt ornamentum pueritiæ & incincta prætexta, ideſt ue-



¶ Valerii Maximi Liber Tertius.

¶ De Indole. Cap. I.

ATTINGAM nunc quaſi cunabula quædam, & elemēta virtutis: animique præcedente tempore, ad ſummum gloriæ cumulum peruenturi, certo cum indolis experimento: datos geſtus referam.

¶ De Aemilio Lepido.

AEmilius Lepidus puer etiam tum ꝓgreſſus in aciem, hoſtem interemit: ciuem ſeruauit. cuius tam memorabilis operis index eſt in capitolio ſtatua bullata, & incincta pretexta S. conſulto poſita. Iniquum.n. putauit eum honori nondum tempeſtiuum videri: qui iam virtuti maturus fuiſſet. Præcurrit igitur Lepidus ætatis ſtabilimentum, fortiter faciendi celeritate: duplicemq; laudem ē prælio retulit: cuius eum vix expectatorem anni eſſe patiebantur. Arma enim infeſta, & diſtricti gladii, & diſcurſus telorum, & aduetantis equitatus fragor, & concurrētium exercituum impetus, iuuenibus quoq; aliquantulũ terroris incutit. Inter quæ Aemilia gentis pueritia, coronam mereri, ſpolia rapere valuit.

ſte puerorum nobilium antequā uirilem togam acciperent. (Quia hic mores queruntur, qui prouectiorum ſunt cibi, nō uerior circa uocabulorum uim, quia tamen eis ignotis nihil ſcitur. Sciat rudior lector, bullam fuiſſe rem factam ex auro, argento, aut alio metallo in formam cordis, & concauam, in qua contra faſcinum contenta erant remedia, eaq; dependebant de collo puerorum preſertim nobilium, ut in cordatos uiros euadūt faſcinum uincant, & à turpibus locis ſocis, & factis arceātur, ad quæ prætexta maxime conducebat. Ea enim habebat partē ſenatoriæ ueſtis prætextam, & ueſtimento puerili annexā, ut patricii noſcātur, qua.xiiii. anno ſūpta uirili toga exuebant) poſita ſenatus.i. per decretum ſenatus i capitolio.i. arce tarpeia. Enim pro ga ſena. ſup. putauit iniquū eū uideri nō dum tempeſtiuū honori, id ē ut honoretur, & tali ſtatua qui fuiſſet, iā maturus uirtuti.i. ad exercendam talē uirtutem. Igitur Lepidus præcurrit celeritate faciendi fortiter ſtabilimentum.i. firmamētū ætatis, hoc eſt ante etatē, fortiter egit. Et retulit duplicē laudē.i. hoſtis interfecti & ciuis ſeruati ē ꝑlio c⁹ ſpectatorē anni uix patiebāt eū eē.

OLIVERIVS.

A Emilius Lepidus. Hoc fuit ſub Tyberio Grac. bello celtiberico. ¶ Statua bul. Bulla erat inſigne puerorū, & præſertim nobilium, qđ à collo in pectus deſcendebat, qa in pectore conſiliū eſt, hoc iō fiebat ut oſñderetur etas illa adhuc ſub alterius conſilio poſita eſſe nā βουλη cōſilium ſignabat, in pectus deſcēdebat qa in pectore, ut dixi conſtat eſſe cōſiliū. Macro. dicit ingenuis pueris cōceſſum, ut cordis figurā in bulla añ pectus annecterēt q̃ inſpiciētes ita demũ ſe hoies cogitarēt ſi corde ꝓſtarent. hoc eſt ſapiētia & magnanimitate, togā quoq; ꝑtextā his additā ut ex purpure rubore ingenuitatis rubore regerēt. Priſ. Tar. filiū ſuū annos.xviii. natū, q hoſtē manu ꝑcuſſerat, & ꝓ cōcione laudauit, & bulla aurea, prætextaq; donauit, inſigniēs puerū ultra annos fortē ꝑmiis uirilitatis, & honoribus, nā ſicut ꝑtexta inſigne magīratuū ab aethru.acce. regnāte Tul. ita bulla geſtamē erat triūphantiū, q̃ i triūpho ꝑſe gerebāt ipera. hinc deductus mos, ut ꝑtexta & bulla in uſū puerorū nobiliū uſurparentur, ad omen & uota cōciliandæ uirtutis ei ſimilis cui ꝑmiis i ānis mūera iſta ceſſerūt. Cunabula

ASCENSIVS.

P Retexta, ueſte purpurea q̃ utebant nobiles pueri uſq; ad.xiii. an. qua poſtmodũ depoſita, in capitolio uirilē togam ſumebāt ex quo deprehenditur puerum Prætexta.

puerum fuiſſe Aemilium, quo tempore hoſtem in acie interemit. Stabilimentum ætatis, uidelicet uirilitate, tunc enim ſtabilis dicitur ætas. Duplicemq; laudem, ꝙ hoſtem interfecit & ciuem ſeruauit, unde etiam quernam coronam meruit. Vix ſpectatorem. Auſus eſt bellum inire, quod alius in ea ætate ſpectare timuiſſet. Iuuenibus, nedum pueris. Arma enim inſeſta. Declarat, quare alius in ea ætate bellum ſpectare timuiſſet. Inſeſta, inimica, cum arma armis contraria ſunt Stricti, nudati. Diſcurſus, cum hinc inde tela iactantur.

OLIVERIVS.

Catōis indoles

Hic ſpiritus ne. M. quidē Catonis. Quantum futuræ, uirtutis ſpecimen & documentum à pueritia de ſe Cato dederit, & in hoc, & in ſequenti exemplo uidere licet, cum iudicia ab equeſtri ordine in ſenatoriam dignitatem eſſēt tranſlata, eaq; ſibi uellet equeſtris ordo uendicare, ſenatus. M. Druſium tribunum pleb. creauit, ut ſenatus partes tueretur, hic ut facilius conſequeretur, quod ſenatus cupiebat, latinis ciuitatem promiſit, ut eorum auxilio aduerſus equeſtrē ordinem uteretur. Eo tempore Druſus catonem, cuius auūculus, erat, alebat. cum igitur legati latinorum ad eum ueniſſent, ut promiſſam ciuitatem à populo impetrarent, etiam ipſo potiſſimum Druſo interprete. catonem puerum conſpicientes rogarunt, ut ſibi apud auunculum auxilio eſſe uellet ad ciuitatem obtinendā, qui ſe id nequaǭ facturum cōſtanti uultu reſpōdit. Præceps iterum, ac ſæpius legati nec ǭ ǭ iterarunt. Tandem, ut animum pueri experirentur, in excelſam ædium partem aſcenderunt, & ſe inde illum præcipitaturos affirmarunt niſi ſibi obſequeretur, nihilo magis à propoſito deterreri non potuit, tum latini; gratulemur inquiunt nobis, hunc puerum eſſe nam ſi ſenator eſſet, non obtinendi modo ſpem ullam haberemus, ſed nec petendi quidem. ☞ Interpellatus interrogatus ☞ Tenero animo præ. in ea tenera ætate totius ſenatus officium adimpleuit. ☞ Perſeuerantia fuit, ut latinos ab impetranda ciuitate repulerit.

ℭ De Marco Catone.

Hic ſpiritus ne Marci quidē Catonis pueritiæ defuit. Nam cum in domo M. Druſi Auunculi ſuis educaretur: & ad eum tribunum tunc P. Latini de ciuitate impetranda conueniſſent: à Q. Popedio latinorum principe, Druſi autem hoſpite rogatus, vt ſocios apud Auunculum adiuuaret, conſtanti vultu nō facturum ſe reſpondit. Iterum deinde: ac ſæpius interpellatus in propoſito perſtitit. tūc Popedius in excelſam ædium partem eleuatum abiecturū ſe eum inde, niſi precibus obtemperaret: minatus eſt. nec hac re ab incepto moueri potuit. expreſſa eſt itaq; illa vox hominum. gratulemur nobis Latini, & Socii, hunc eſſe tam paruum: quo ſenatore ne ſperarem quidem nobis ciuitatem licuiſſet. tenero ergo animo Cato totius curiæ grauitatem percepit: perſeuerantiaq; ſua latinos, iura noſtre ciuitatis apprehendere cupientes: repulit.

ℭ De eodem Catone.

Idem cum ſalutandi gratia prætextatus ad Scyllam veniſſet: & capita proſcriptorum i atrium allata vidiſſet: atrocitate rei commotus, pædagogum ſuum Sarpedonem nomie interrogauit: quapropter nemo inueniretur: qui tam crudelem Tyrannum occideret: cumq; is, nō voluntatem hominibus, ſed facultatem deeſſe, quod ſalus eius magno militum præſidio cuſtodiretur: reſpondiſſet. vt ferrum ſibi daret: obſecrauit. affirmando. perſacile ſe eum interfecturum: quod in lecto illius conſedere ſoleret. Pædagogus & animum Catonis agnouit: & exhorruit ꝓpoſitum. eumq; poſtea ad Syllam excuſſum ſemper, adduxit. Nihil hoc admirabilius. Puer in officina crudelitatis deprehenſus, victorem non extimuit: tum maxime COSS. Municipia Legiones: equeſtris ordinis maiorem partem trucidantem. ipſum Mariū, ſiquis eo loci ſtatuiſſet, celerius aliquid de fuga ſua: quam de Syllæ nece cogitaſſet.

ASCENSIVS.

Hic ſpiritus & c. Recitat indolē. i. indicem futuræ grauitatis, & conſtantiæ in M. Catone dicens. Hic ſpiritus, ſcilicet tam acer, ac animoſus, qui fuit in Aemilio, ne quidem, ideſt non etiam defuit pueritiæ. Marci Catonis. Nā cum educaretur in domo Marci Druſi auunculi ſui, & latini conueniſſent ad eum, ſcilicet druſum auunculum, Catonē tunc tribunum pleb. ideſt qui tunc tribu. pleb. erat de ciui. impetranda, ideſt ut ciuitate Roma. donarentur, & ciues efficerentur. Cato ſupple rogatus à Qu. Popedio principe latinorum, autem pro ſed hoſpite druſi, ſcilicet auunculi. catonis, ut adiuuaret ſocios, ſcilicet Roma. imperii, uidelicet latinos aut ſocios, ideſt eoſdē latinos, quorū Popedius princeps erat, apud auunculum. ſ. Druſum, rñdit cōſtanti. i. intrepido uultu ſe nō facturū, deinde interpellatus. i. ſollicitatus precibus, iterum. i. ſecundo, ac ſepius, perſtitit. i. perſeuerauit in propoſito Tunc Popedius minatus eſt ſe abiecturū eum eleuatum. i. ſurſum portatum (Ergo eleuo non ſemper denotat diminuere,

ut ualla ſentit) in excelſam partem ædium, proiecturum dico inde. i. ab illa parte deorſum, niſi obtēperaret. i. acquieſceret ꝑcibus nec, ideſt non etiam hac re, ideſt tātis minis potuit moueri ab incepto, ideſt à propoſito non orandi pro eis. itaq; i. & ita, illa. ſ. nobilis uox hominum quæ ſequitur eſt expreſſa, ideſt ob uehementem admirationem cōſtantiæ catonis emiſſa. O latini, & ſocii gratulemur nobis, ideſt ducamus bene nobiſcum actum eſſe, hunc. ſ. Catonem eſſe tam paruum, quo ſenatore, ideſt ſi fuiſſet ſenator, ne quidem ſperare ciuitatem licuiſſet, nedum obtinere. Ergo cato percepit tenero animo. i. cum adhuc eſſet puer, grauitatem totius curiæ, & repulit perſeuerantia ſua latinos cupientes apprehēdere iura ciuitatis nſæ.

OLIVERIVS.

Proſcriptorꝫ capita. Qui proſcribebantur, eorum noia ſcripta in tabella in foro exponebantur, & ius oibus erat eos interficiendi, illi uero ut intellexiſſent ſe eſſe ꝓſcriptos, cōtinuo ſe è ciuitate proripiebant. Eorū uero bona pro arbitrio ꝓſcribentis tractabantur, ſed multi anteq; proſcriberent, dep̄hēſi occidebantur & eorū capita deferebantur ad Syllā. ☞ Pædagogus, eius ductor & cōmunes, nam pædagogus dicitur qui, pueros ducit, & gubernat παῖς παιδὸς puer ἄγω duco, inde ἀγωγός. Ductor. ☞ Quod in lecto illius, ſæpe cato puer à pædagogo ad Scyllam ſalutatum ducebatur, quē Scylla, ꝙ nobiliſſimus erat, in lectum ubi cōſidebat, ſuſcipere ſolebat, nam antiqui tribus lectis ſtratis epulabantur, ut ſæpe dictum eſt. ☞ Excuſſum, exquiſitum nunquid latens ferrum haberet. ☞ Nihil hoc admirabilius, Deſcribit Catonis animum. ☞ Officina crudelitatis ideſt in carnificia eo, inquit, tēpore potiſſimum Cato uictorem Scyllam non timuit, quo maxie crudelis apparuit. ☞ Tā ma. cō. Norbanum & Scipionem his, enim conſulibus Scylla Romam regreditur à mithridate, poſtǭ intellexit captam urbem à Mario, & aduerſus ſe ingentes exercitus eſſe comparatos, apud Capuam ſub amne Vulturno ſigna concurrunt, & ſtatim Norbani fuſus exercitus omnes Scipio. copiæ oſtentata ſpe pacis oppreſſæ obſeſſaq; curia, ſic de ſenatu quaſi de carcere, qui uulgarentur educti, propoſita eſt illa ingens tabula, & ex ipſo equeſtris ordinis flore ac ſenatu duo millia electi qui mori iuberentur. ☞ Equeſtris or. ma. par. ſ. duo millia delecta ſunt ad ſupplicium. ☞ Statuiſſet, poſuiſſet. nam à ſiſto uenit. ☞ Ipſum Marium puer facinus excogitauit, quod ipſe Marius nunquam excogitaſſet in tanta Syllæ uictoria, & potentia.

Proſcripti qui

Statuā

ASCENSIVS.

Idem. ſ. Marcus Cato, cum p̄textatus, ideſt adhuc puer ueniſſet ad Syllam gratia ſalutandi ſup. eum, & uidiſſet capita proſcriptorum allata in atrium. ſ. Syllæ, commotus atrocitate rei, interrogauit pædagogum ſuum. i. pueritiæ ſuæ ductorem Sarpedonem nomine, quapp nemo inueniretur, q occideret tam crudelē tyrannū. Quumq;, ideſt & quū. i. qñ, is ſup. pædagogus reſpondiſſet, non uoluntatem, ſed facultatē deeſſe hoibus, ꝙ ſalus eius uidelicet Syllæ cuſtodiretur, magno præſidio, ideſt cuſtodia & protectione militum, obſe-

erat uti, ut ferrū daretur ſibi, affirmando ſe interfecturū eū pſa le.i.ſine difficultate, q.i. qa ſoleret cōſedere in lecto illius pædagogi, &c.i.ſimul agnouit animū Cat & exhorruit ppoſitū ſup.eius, & adduxit ſemp poſtea, ad ſyllā eū excuſſum.i. exqſitū. An aliqd telū latens ſub ueſte haberet. Nihil ſupp.eſt, hoc.ſ. aio, aut facto mirabilius. Nā puer.ſ. Cato deprehenſus.i. pter opinionē inuentus in officina crudelitatis, hoc eſt in atrio ſyllæ, quē non putarat tā crudelem, non eximuit uictorem.ſ. marii Syllā, trucidantē tum.i. tunc maxie.i.præcipue, conſules municipes, legiōes, & ſup. maiorē partem ordinis eqſtris. Si qs ſtatuiſſet ipſum Mariū, uirū maxime audacem, q cymbros uicerat illo loci.i.i illo loco, ubi ſibi ferrū dari poſtulauit cato, cogitaſſet celerius aliquid de fuga ſua q̄ de nece Syllæ, qđ quidē uero ſimile eſt, ſed minus mirabile, Mari enim nō catonis uitæ iſidiebatur Sylla.

ℭ De Caio Caſſio.

C Vius filium Fauſtum C. Caſſius: condiſcipulum ſuum in ſchola proſcriptionem paternam laudantem, ipſumq cum per ætatem potuiſſet, idem facturum minitantem, colapho percuſſit. dignā manum, quæ ſe publico parricidio non contaminaret.

ℭ Externa.

E T vt à græcis aliquid: Alcibiades ille, cuius neſcio vtrum bona, an vitia patriæ perniciosiora fuerint. illis enim ciues ſuos decepit: his afflixit: cum adhuc puer ad Periclē auunculum ſuum veniſſet, eumq ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet: interrogauit, quid ita tantam in vultu confuſionem gereret. at illo dicente mandato ſe ciuitatis Propylæa Mineruæ, q̄ ſunt ianuæ arcis, edificaſſe: conſumptaq in id opus ingenti pecunia, non inuenire quo pacto miniſterii rationem redderet: atq ideo conflictari. Ergo, inquit, quære potius, quemadmodum rationem nō reddas. itaq vir ampliſſimus, & prudentiſſimus, ſuo conſilio defectus puerili vſus eſt, atq id egit vt Athenienſes finitimo implicati bello, rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ, vtrum Alcibiadem lamententur, an glorientur, quoniam adhuc inter execrationem hominis & admirationem, dubio mentis iudicio fluctuat. Nos quia iam initia, procurſusq virtutis pateſecimus: actum ipſum proſequemur. cuius ponderoſiſſima vis, & efficaciſſimi lacerti, in Fortitudinem conſiſtunt.

OLIVERIVS.

C Vius fi. Exemplū indolis C. Caſſii. fuit aūt hæc Caſ. qui Cæſ interfecit i ſenatu. ℱ Fauſtū, Sylla poſt uictoriā creatus dictator ppetuus uoluit ſe felicē liberos uero fauſtos, hoc eſt marē Fauſtum, & fœminā fauſtā appellari. ℱ Cōdiſcipulū, eiuſdem præceptoris diſcipulū. ℱ Que ſe publico parricidio, qa caſſius cum Bruto Cæſarem interfecerunt, quaſi parentē patriæ, hoc ideo dicit, ne læderet Auguſtum, ex eoq laudaſſet caſſium. ℱ Colapho, ſignat ictū pugno clauſo inflictū.

ASCENSIVS.

C Vius.ſ. ſyllæ filiū Fauſtū nomine ſunt qui huius legant ſed tunc uideretur de Catonis filio loqui. C. Caſſius pcuſſit colapho exiſtem cōdiſcipulū ſuū, in ſchola.i. ludo literario, laudātem pſcriptionē paternā.i. quo pater ei' Sylla tot ciues Ro. pſcripſerat, & minantē ipſum.i. ſe facturum idem.i. eādem, aut ſimilem pſcriptionem cū potuiſſet, dicerē potuerit, aut poſſit, qa tunc de futuro loqtur p ætatem dignā manū ſubaudio, ut ſit ō dignā manū, aut cenſeo manū illam Caſſi, q̄ Fauſtū pcuſſit, eſſe dignā, ne cōtaminaret ſe pricidio publico.i. parentis pīæ uidelicet Iulii Cæſa. quod per adulationem dicit, Nā eo nomine ab aliis laudatus eſt caſſius.

OLIVERIVS.

E T ut à græcis. De hoc uiro ſatis dictū in ca. de Sōniis et latius dicemus in. ca. de Mutatione ſtatus, & fortunæ. ℱ Aliqd.ſ. ſumamus. ℱ Ille cui ac ſi diceret, ille alcibia-

Alcibiadis idoles. des cuius indoles ſpē maximā futuræ pbitatis ciuibus afferebat. Iuſt. de Alcibiade. Erat ætatis flore, & fortunæ ueneratione nec minus eloquentia inter Athe. inſignis, ſed in recōciliādis amicitiarū ſtudiis q̄ in retinendis uir melior, qa morū uitia ſub umbra eloqntiæ prio latebant. ℱ Vtrū bo. nā ſi uirtutes cōſideres, nullus eo fuit uirtute pſtantior, ſi uitia nullū ſceleſtiorem inueneris. ℱ Bōa no. igenuū, eloqntia, diuitiæ, forma pſtans, ciuiū fauor, eximia potentia. ℱ Vitia, Libido, ambitio iperii, cupiditas, ſupbia, arrogantia. ℱ Decepit illis.ſ. bonis, qa primo ſummā de illo ſpē utiliſſimū fore illū ciuitati ciues conceperunt, ſed cū adultam ætatem peruenit, ſua ſpe fruſtratos eſſe intellexerunt. ℱ Is afflixit, ſcilicet uitiis. ℱ Confuſionem, perturbationem, & triſtitiam. ℱ Secreto, ut triſtes facere ſolent. ℱ Propylæa, ſignificat ueſtibulum, ſed greco uocabulo uſus eſt, quia græca tractatur hiſtoria, nam προ ſignificat ante πυλη portam, unde προπυλαιον. ſed diphthongum recipit. ciuitas mandauerat pericli, ut ianuas arcis mineruæ edificari curaret & p. de pub. data eſt pecunia, hic uero ingētē pecuniā ſ hoc opere cōſumpſit, unde & Demetrius phalerius teſte. Cic. lib. de offi. ſcđo uituperat periclē, q tantā pecuniā in præclara illa ppylæa proiecerit.i. in eo ædificio pfuderit. ℱ Afflictari grauiter cruciari. ℱ Defectus deſtitutus, cui ſuū defuit conſiliū. ℱ Finitimo bel.ſ. Peloponenſi. ℱ Rationibus.ſ. pecuniæ, quā in ædificio illo cōſumpſerat. ℱ Lamententur, pp uitia. ℱ Glorientur, pp uirtutes. ℱ Execratione, ad uitia pertinet. ℱ Admira. ad uirtutes refert. ℱ Nos ini. qñquidē, inqt, de ſigno uirtutis diximus, uidelicet de indole, dicamus nunc de ipſa uirtute, ſcilicet fortitudine. ℱ Efficaciſſimi lacerti, ualidiſſima robora.

ASCENSIVS.

E T ut à græcis aliqd &c. Frigide admodū qa unico, & ambiguo exēplo externa tranſigit quaſi in ſolo P. R. uera fuerit indoles. Ordo eſt. Et ut aliqd ſup. exēpli ſumatur à græcis. Alcibiades ille.ſ. nobiliſſimus ciuis Athe, cuius neſcio utrū bona.ſ. animi, q̄ in alio ſint uirtutes dicendæ, an uita fuerint pniciosiora.i. maior pnicie patriæ, ſup. eius, hoc eſt Athenis. Enim pro qa, ipſe decepit ciues ſuos, illis.ſ. bonis ſaltē apparētibus, qa niſi in eo apparuiſſent, nunq̄ illi reip. gubernacula cōmiſiſſent, & afflixit & ciues ſuos his.ſ. uitiis, cū adhuc ſup. ens aut (qđ Valla pſcripſit in hoc ſenſu) exiſtēs, puer, ueniſſet ad periclē auunculū ſuū, & uidiſſet eū ſedentē triſtē ſecreto.i. in loco ſeparato ab aliis, interrogauit, qd ita.i. cur ita gereret.i. preſe ferret cōfuſionē.i. turbationē animi, in uultu? At illo.ſ. piclē dicentem, ſe ædificaſſe mādato ciuitatis ppylæa.i. ueſtibulū, aut ſi ſic uertere liceat, anteportale mineruæ.i. tēpl. eius q.ſ. ppylæa ſunt ianuæ arcis.ſ. Athe.i. qua mineruæ erāt ſacra, ut Romæ in capitolio Iouis, uñ in bu. Ma. Pallas, quas cōdidit arces. Ipſa colat, & igenti pecunia cōſumpta i id opus.i. in eius operis ædificationē (repete dicentē). ℱ Se nō inuenire, quo pacto.i. mō redderet rōnē miniſterii.i. accepti, & ipenſi, inqt.ſ. alcibiades (nā hoc eſt uerbum particulæ in capite poſitæ) ergo quia reddendæ rōnis modū inuenire nequis, quære potius quēadmodū non reddas rōnem.ſ. miniſterii.i. adminiſtrationis tuæ. Itaq.i. & ita uir ampliſſimus & prudentiſſimus, uidelicet pericles, de quo Perſius. Magni pupille pericli, defectus. ideſt deſtitutus ſuo.i. pprio conſilio, uſus eſt puerili, ſup. cōſilio, atq egit id ut Athenien. implicitī bello finitimo non uacarent rōnibus.ſ. impēſis exigendis. Sed uiderint Athenæ. q.d. author, id nihil ad me utrum, lamententur Alcibiadē, q tam callidus fuerit, an glorientur.i. iactent gloriabundi, q tantæ indolis puerū haberēt, qm fluctuatur.i. more fluctuātis maris huc & illuc agitatur (& eſt iperſonaliter dictū) dubio iudicio mētis inter execrationē hois.i. an dērept eius uita tā callide occultata execrari admirationē ſup. eius, qa in utranq ptē fuit uehementiſſim' & hoc dicto tranſit ad Titulū de fortitudine, de quo cōtinuo ſic profatur. Nos & qa, &c. q.d. cenſeant Atheñ. de alcibiade ſuo, ut uelint, nos qa patefecimus iā initia, & pcurſus.i. priores excurſus & oſtētamenta uirtutis, hoc eſt indolē, proſequemur ipſum actum, ideſt effectū indole, cuius.ſ. actus ſtudioſi, uis & lacerti efficaciſſimi.i. inſtrumenta, quibus potiſſimum in opus exit, conſiſtunt in fortitudine.

THEOPHILVS.

V Trum bona &c. Probus Aemilius, in Alcibiade natura quid efficere poſſet, uidetur experta. Conſtat enim inter oēs, q de eo memoriæ pdiderunt nihil illo fuiſſe

lo fuiſſe excellentius, uel in uitiis, uel in uirtutibus. Γ Periclē. a.ſu. Probus Aemi. Alcibiadis uictricū fuiſſe periclē ſcri. Educatus, inquit, eſt in domo periclis (priuignus.n.ſuus fuiſſe dr) erud tus à Socrate Suidæ monimenta Valerio cōcinunt. Plu. eoq; prior plato tñ dicunt Alcibiadem ſub tutela periclis relictum, unde Perſius, ex perſona Socratis ad Alcibiadem. Magni pupille periclis.

tus, locus per quem labitur aqua. Γ Munimenti, p̄ſidii. Γ Altu. ſuſtinendo Horatium.

ℂ De Fortitudine. Cap. II.

ℂ De Horatio Coclite.

NEc me præterit: conditor vrbis noſtræ Romule, principatum tibi hoc in genere laudis aſſignari oportere. Sed patere obſecro vno te præcurri exemplo: cui & ipſe aliquantum honoris debes: quia beneficio illius effectum eſt: ne tam præclarum opus tuum Roma dilaberetur. Hetruſcis in vrbem, ponte Sublicio irrumpentibus Horatius Cocles extremam eius partem occupauit: totumq; hoſtium agmen: donec poſt tergum ſuum pons abrumperetur: īfatigabili pugna ſuſtinuit: atq;, vt patriam periculo imminenti liberatam vidit: armatus ſe in Tyberim miſit: cuius fortitudinem dii immortales admirati incolumitatem ſincæram ei preſtiterunt. Nam neq; altitudine diſiectus, quaſſatusue: neq; pōdere armorum preſſus: nec vllo vorticis circuitu actus: nec telis quidem quæ vndiq; congerebantur, læſus: tutum natandi euentum habuit. Vnus itaq; tot ciuium, tot hoſtium, in ſe oculos conuertit: ſtupentes illos admiratione: hos inter lætitiam, metūq; heſitantes. Vnuſq;, duos acerrima pugna conſertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando, diſtraxit, Deniq; vnus vrbi noſtræ tantum ſcuto ſuo, quantum Tyberis alueo, munimenti attulit: quapropter diſcedentes Hetruſci dicere potuerunt. Romanos vicimus: ab Horatio victi ſumus.

OLIVERIVS.

NEc me prætererit. Dicturus de fortitudine, hoc ca q̄dā p̄mittit excuſationē, q̄ non incipiat à romulo conditore, & urbis Romanæ parente, quē multa fortiter feciſſe cōſtat, Hor. Cocles fuit autem hu9 uiri pugna, & uirtus mirabilia, ac ppemodū incredibilis, defenſus n. pons ſublicius p ipſum contra oēm exercitū Hethruſcorū, donec à tergo fractus pons precluſuſq; hoſtibus aditus indignante rege, ac ſtupente exercitū, q uir unus, iſq; monoculus, ut qui iam alio prælio alterum amiſiſſet, tñ contra tot armata hominū milia auſus fuiſſet. Γ Fracto ponte, ipſe, ut erat armatus ex alto in Tyberim ſe p̄iecit, & ad ſuos ſoſpes enatauit, niſi q in caſu ipſe, ut quidam tradidere ſagitta femur traiectus claudus euaſit, qđ cū ſibi poſt ipſis ſpactum (ut perhibent) in petitione honoris obiectū eſſet ut uitium, magnifica prorſus & facto par rñſio. p ſingulos, inquit, grades admoneor triumphi mei, huic tātæ uirtuti non ingrata ciuitas fuit ſtatua illi in comitio poſita, & de publico donatus ager, ter quantū uno die circunducto aratro poſſet amplecti. Sic honore ſimul, & cōmodo auctus in preſens, & in poſterum rei fama plures admiratores reptura q̄ creduios. Frōti.li.ii.c.ul. Hor. cocles, urgente Porſenæ exercitu, iuſſit ſuos p pontē redire ī urbē, eūq; ne caſu ſeq̄retur hoſtis intercidere, qđ dū efficitur, in caput eius ppugnator ipſe inſeq̄ntes detinuit, audito deniq; fragore pontis abrupti deiecit ſe in Alueū, eūq; inermis, ſed uulnerib9 oneratus trāſnatauit. Seneca. ad Lucil. Epiſt. xx. cuius principiū ē. Epiſt. tua &c Hor. īngt. Cocles ſolus īpleuit pontis anguſtias ademit ſibi reditū, dū iter hoſti auferret. iuſſit ēt diu præmentibus reſiſti, donec reuulſa ingenti ruina tigna ſonuerit, poſtq̄ reſpexit utq; extra p̄iculū eſſe patriā p̄iculo ſuo ſenſit, ueniat ſi q̄s uult me euntē ſeq, dedit q; ſe in p̄ceps & non minus ſollicitus in illo rapido alueo fluminis ut armatus q̄ ut ſaluus exiret retento armorū decore tā tutus redit, q̄ ſi ſponte ueniſſet Cic. lib. parad. i. Quæ uis Horatiū coclitē contra hoſtiū copias tenuit in ponte ſolū: Pli. de uiris illuſtribus. Porſena rex æthruſcorū, ingt, cū Tarq̄nios in urbē reſtituere tentaret, & prio īpetu Ianiculū cepiſſet Hor cocles illo cognomie, qđ in alio p̄lio oculū amiſerat, p ponte ſublicio ſtetit, & aciē hoſtiū ſuſtinuit, donec à tergo interrūperetur, cū ī Tyb. decidit, & armatus ad ſuos traſnatauit, ob hoc ei tñ agri publice datū, q̄tū uno die arare potuiſſet, ſtatua, quoq; in Vul. poſita, Hæc igit̃ hiſt. à multis authoribus tradit̃. Γ Diſiectus, in diuerſas p̄tes diſtractus, q ppe q̄ ex a to deciderit potuit dirūpi. Γ Vorticis, aquarū reuolutiōis p̄funde. Vortex teſte. Q. li. viii. de Inſti. ora. p̄prie eſt contorta in ſe aq̄, uel q̄cq̄d aliud ſimiliter uertitur. Γ Act9 ag. iter lētitiā metūq;. Lætabat̃. iuitatē cōſeruatā eē, metuebat tñ uirorū perire. Γ Conſeruatos exer. Cōſertæ manus dicuntur, cum inter ſe hoſtes dimicāt Γ Alueo. Alueus eſt medius amnis, qui aquā fluminis cōtinet, uidelicet fluminis meatus, ...

ASCENSIVS.

NEc me prete. Affert primū exemplum fortitudinis de Hora. coclite cum purgatione, q non prius dixerit de fortitudine Ro. dicēs. Nec. l. & nun, ô Romule cōditor noſtræ urbis .ſ. Romæ, non præterit me. i. ſcientiā meā non fugit, q̄a bene ſcio oportere principatū in hoc genere laudis, uidelicet ob fortitudinē aſſignari tibi, ſed obſecro patere i. ſine, & permitte, p̄curri id ut preeurratur tibi uno exēplo ſ. coclitis, cui & .i. etiā ipſe i. tu debes aliquantū honoris. i. uenerationis honorificæ, q̄a effectū eſt beneficio illius .ſ. de quo dictum eſt, Horatii Coclitis, ne Roma tam p̄clarum opus tuū dilaberetur. i. periret. Hetruſcis ſub Porſena rege irrūpentibus urbē .ſ. Romā ponte ſublicio. i. p pontē ſubliciū, q̄a ex liciis copactū. Hor. cocles occupauit p̄tē extremā .ſ. ab urbe, & p̄ximā hoſti, eius ſ. pontis, & ſuſtinuit pugna infatigabili. i. indefeſſa, q̄a ipſe erat infatigabilis, totū agmē hoſtium, donec pons abrūperetur poſt tergum ſuū, atq; ut i. poſtq̄ uidit patriā liberatā periculo īminenti .ſ. ab hetruſcis armatus, ut erat, miſit ſe in Tyberim, cuius fortitudinē dii immortales admirati preſtiterunt ei incolumitatē ſincerā, q̄a ſaluus ad ſuos enatauit, licet ſcdm quoſdam ſaucius, cōtra quos hic author ſentit dicens. Nā neq; diſiectus .i. in diuiſas p̄tes iact9 et iactu diſtractus. Eſt (nā ſolēt aq̄ uiolēto īpetui reſiſtendo nōnūq̄ q̄ ſe in ipſas iaculatur findere, niſi conſtrictis cruribus ſe dimiſerit, ſūt tñ q̄ legūt delectus ut ſit deorſū in p̄fundū uſq; iactus, & ſtrat9) ue p uel, q̄ſſatus. i. cōcuſſus, ita ut luxa, & diſſoluta hēerit mēbra, altitudine. i. pp altitudinē, unī ſe demiſerat, nec actus. i. uectus ullo circuitu. i. gyro uorticis. i. reuolutiōis aq̄rū p̄fundarū nec q̄dē læſus telis, q̄ cōgerebantur. i. ī ipſum unū ſimiligerebant̃, undiq;. i. ex oī p̄te, ſaltē à q̄ hoſtes ſtabant, habuit euētū natādi tutū .ſ. deorū munere ab oī offenſiōe, itaq;. i. & ita, ipſe unus i. ſolus cōuertit ī ſe oculos tot ciuiū, & tot hoſtiū illos .ſ. hoſtiū oculos ſtupētes admiratiōe, & hos .ſ. ciuiū oculos, hoc ē ciues ipſos, nā p̄tē p toto accipit, hæſitātes. i. dubios iter lætitiā q̄a uidebāt eū fortiter agere, & poſſe euadere, & metū, q̄a timebāt, ne deficeret, aut mergeretur, aut telis opprimeret̃, & ipſe unus diſtraxit. i. ī diuerſa traxit, & ſeparauit duos exercitus cōſertos i. cōmixtos pugna acerrima repellēdo alterū .ſ. hoſtilē, & p̄pugnādo. i. defendēdo alterū .ſ. ro. exercitū, nā niſi ſe mediū īterpoſuiſſet, & hoſtē à pōte arcuiſſet, neceſſe fuiſſet, aut urbem capi, aut q̄ iā fugerāt, in pugnā redire. Deniq; ipſe unus attulit urbi nr̃æ tñ munimēti. i. p̄tectiōis ab ingreſſu hoſtiū, ſcuto ſuo, qđ telis hoſtiū obiecerat, q̄tū Tyb. attulit Alueo ſuo. i. aq̄rū receptaculo. Quapp Hetruſci diſcedētes potuerūt dicer̃ nos uicimus Ro. ſ. cæteros in fugā uerſos: & uicti ſumus ab Hora. coclite, q̄ unus eos ab ingreſſu arcuit.

THEOPHILVS.

INcolumitatē ſincerā ei p̄ſtiterūt Theotimus Italicarū rerū ii. dum tranaret ad ſuos ictū telo alterū amiſiſſe ſcr. oculū. Γ Clœlia, Plu. hāc hiſt. refert ī claris mulieribus, & Macedo Polie, v ii. ſtrategē. illud obſeruandū uel Clœliā citra aſpirōnē cū Plu. ſcribendū, uel Cochā cū Polyæno, q̄ño uariante exēplarium fide non conſtet utrum ſit melius.

ℂ De Clœlia virgine.

IMmemorem me propoſiti mei Clœlia pene facit eadem enim tempeſtate, certe aduerſus eundem hoſtem & in eodem Tyberi inclytũ auſa facinus: (Inter cæteras enim virgines obſes Porſenæ data hoſti)nocturno tempore cuſtodiam egreſſa, equum conſcendit: celeriq́ traiectu fluminis non ſolum obſidione, ſed etiam metu patriam ſoluit. Viris puella lumine uirtutis preferenda.

ℂ De Romulo.

REdeo nunc ad Romulum: qui ab Acrone Ceninenſium rege ad dimicandum prouocatus: q̄q̄ & numero, & fortitudine militum, ſuperiorem ſe crederet: tutiuſq́ erat toto cum exercitu, q̄ ſolum in aciem deſcendere: ſua potiſſimum dextera, omen victoriæ rapuit: nec incepto eius Fortuna defuit. Occiſo enim Acrone: fuſiſq́ hoſtib⁹, opima de eo ſpolia Ioui Feretrio retulit. hactenus iſtud: quia publica religione cõſecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget.

ℂ De Cornelio Coſſo.

A Romulo proximus Cornelius Coſſus eidem deo ſpolia conſecrauit. cum Magiſter equitum Ducem Fidenatium in aciẽ congreſſus interemiſſet. magnus initio huiuſce generis inchoatæ gloriæ Romulus: Coſſo quoq́ multum acquiſitum eſt: qui imitari Romulum valuit.

OLIVERIVS.

IMmemorem. Aliud exemplũ Clœliæ uirginis immemorem ideo dixit, quia ſe modo unũ exemplũ præpoſiturũ Romulo dixerat, ergo quaſi ſui ꝓpoſiti uſ immemor, cuius rei memoriã, & tãtæ uirtutis p̄miũ ſtatua illi eq̃ſtris in foro ſcd̃m T. L. ſcd̃m uero Seruium in uia ſacra poſita fuit, Pli. de uiris illuſtrib⁹. Porſena clœliã uirginem inter obſides accepit, q̃ deceptis cuſtodibus nocte caſtris eius egreſſa, equum quem ſors dederat, arripuit, & Tyberim traiecit, à Porſena ꝑ legatos repetita reddita, cuius ille uirtutem admiratus, cum q̃bus optaſſet, in patriam redire permiſit, illa uirgines, & pueros quid-m elegit quorũ ætatem iniuriæ obnoxiã ſciebat, huic ſtatua equeſtris in foro poſita eſt, Clœlia per diphthongum ſcribitur. ſ. Clœlia Virgi. Rupiſq́ innaret Clœlia uinculis. ℾ Inclytũ gloriosũ, nam κλυτος clarus & glorioſus dr̃ idest ualde, unde inclytus, ualde glorioſus. ℾ Porſenæ. d. huius nominis penultimam Martiale corripuit, cum dixit hanc ſpectare manum Porſena nõ potuit. ℾ Obſes, obſides dicuntur quaſi obfides, qui ergo ob fidem dati ſunt ſeruandam obſides dicuntur, uel ab obſidione, ut quidam uolunt.

ASCENSIVS.

IMmemorem &c. Quia precatus Romulum, ut pateretur uno ſe præcurri, & nunc alterum affert propter temporis conformitatem exemplum dicere, Clœlia, ſcilicet uirgo romana facit me mei immemorẽ propoſiti, quia ꝓpoſuerat unũ tantũ anteq̃ Romuli exemplũ afferret Clœlia dico auſa inclytum facinus eadem tẽpeſtate, certe, ideſt aut ſaltem, quia paulo poſt contigit aduerſus eundem hoſtem, ſcilicet Porſenam regem hetruſcorum, & in eodem Tyberi, in quo Cocles memorabile facinus enatando edidit. Enim pro quia ipſa Clœlia data Porſenæ regi hetruriæ hoſti obſes, ideſt ob fidem fœderis icti ſeruandam, inter cæteras uirgines egreſſa tempore nocturno cuſtodiam, ideſt locum quo aſſeruabatur, cum cæteris, conſcendit equum, & ſoluit patriam non ſolum obſidione ſed etiam metu. Celeri tractu fluminis, ideſt quia celeriter in equo traiecit flumen, & Romam aufugit, unde eius uirtutem admiratus Porſena, repetiit quidem tam per legatos, ſed receptam cum quibus uellet comitibus, abire permiſit quæ cum iniuriæ obnoxios delegiſſet, miratus rurſus puellæ prudentiam, & cæteras uirtutes, urbem obſidione ſoluit, æſtimans ex eius, & ſcæuolæ uirtute, qualis ſit cætera Romana pubes, per occaſionem ergo patriam obſidione liberauit, Puella præferenda uiris lumine uirtutis, nam ſexu præire nõ poterat.

OLIVERIVS.

REdeo nunc ad Romulum. Poſt raptas ſine more Sabinas, aliarumq́ finitimarum fœminas, inter quas Ceninenſes mota ſunt bella. Ceninenſes ira magis q̃ conſilio rem gerentes, primo impetu fuſi ſunt, atque fugati. Rex eorum Acron à rege romulo interfectus, qui ad ſingulare certamen, ut Vale. tradit, fuerat prouocatus. cuius occiſi Romulus opima ſpolia Ioui feretrio obtulit. Duo deinde ſecuti ſunt Romulum, qui opima ſpolia retulerunt occiſis imperatoribus M. Marcellus & Cornelius Coſſus, ſunt autem Opima ſpolia, quæ dux duci detraxerit, dicta uel ab ope, ut uult Var. uel ab opere ut ſentit Plutar. cum ſit opus egregiũ, clariſſimũ ducẽ belli parẽ ſibi ductorẽ ſuperare. Vnde Vir. i. x. Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis. ℾ Ad dimicãdũ prouocatus, in hoc Vale. diſſentit à Liuio, non enim prouocatũ Liuius, ſed in acie dimicantem, & imperatorio munere fungentem occidiſſe, quod idem ſentit Diony. ſed intra urbẽ hoc factum fuiſſe dicit cũ capta urbe illi cũ armata multitudine occurriſſet. ℾ Omen. ſ. uictoriæ, q̃a poſtea uicti ſunt hoſtes. ℾ Ioui feretrio, Iupiter feretrius dicebatur à feretro inſtrumento, de quo ſuſpendebantur ſpolia erat feretrũ ligneum inſtrumentum ad id apte fabricatum ut ſpolia ferret. i. ſuſtineret. Liu. lib. i. Romulus, ĩquit, duce hoſtium occiſo urbem p̃io impetu capit, inde exercitu uictore ducto, ipſe cũ factis uir magnificus tum factorum oſtẽtator haud minor, ſpolia ducis hoſtiũ cæſi ſuſpenſa fabricato ad id apta ferendo gerens in capitolium aſcẽdit, ibiq́ cum ea ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cũ dono deſignauit templo Iouis, fines, cognomenq́ addidit deo, Iuppiter feretri, inquit, hic uictor romulus rex regia arma, ferro, tẽplumq́ his regionibus, quas modo animo metatus ſum dedico, ſedẽ opimis ſpoliis, quo regibus, ducibuſq́ hoſtium ceſis me auctorem ſequentes poſteri ferẽt. ℾ Opima ditia, utpote regia. ℾ Publica reli. quia romulus in deorum numerũ trãſlatus nulla indiget priuata laudatione, ſed per ſe ipſum laudationem amplam habet, utpote conſecratus.

Iupiter feretri

ASCENSIVS.

REdeo nunc ad Ro. qui prouocatus ab Acrone rege Ceninenſiũ, q̃ uicini erant urbi populi, ad dimicandum, ideſt concertandũ, q̃q̃ ipſe Romulus crederet ſe ſuperiorem, & numero, & fortitudine militum, & tutius erat ſup. cum deſcendere in aciem, ideſt diſcrimen pugnæ, cum toto exercitu q̃ ſolum, corripuit potiſſimum, ideſt è multis aliis, omen uictoriæ. ſ. animo præceptæ, dextra. ſ. ſua. ſ. uirtute dextræ ſuæ, neq́ fortuna defuit incepto eius. Occiſo enim Acrone, & hoſtibus fuſis, retulit, id eſt reportauit Ioui feretrio i. à feretro inſtrumẽto, ad quod ſpolia ſuſpendebantur ſic dicto, ſpolia opima de eo. ſcilicet rege occiſo, ea enim dicebantur opima ſpolia quæ principi exercitus occiſo detracta erant. Hactenus iſtud ſupple à me dictum eſt ſine alia laude, aut commendatione facti, nam uirtus ſcilicet Romuli conſecrata publica religione, quia Romulus in deorum numerum erat relatus, nulla laudatione priuata.

OLIVERIVS.

ROmulo proxi. ſecundus poſt Romulum Cor. Coſſ. opima ſpolia retuliſſe fertur cæſo Larte Tolũnio fidenatum duce, in qua re dicit Liui. ſe à cæteris diſſentire ſcriptoribus, qui eandem rem tradunt, ꝙ illum tribunum militum fuiſſe dicant, quando rem tantam geſſit, ſe uero duabus rationibus commoueri, ut credat illum fuiſſe conſulem, altera ꝙ ea tantum ſpolia opima dicuntur, quæ dux duci detraheret, neminem autem ducem eſſe, niſi cuius auſpicio res geratur, altera ꝙ titulis ſpoliorum oſtendit illum conſulem fuiſſe, & ea ſpolia cepiſſe. ℾ Proximus, ſecundus. ℾ Eidem deo Ioui feretrio. ℾ Magiſtrum equitum, conſulari poteſtate. ℾ Ducem fide, Lartem Tolũniũ, magnus initio huius glorie. Nam primus fuit Romulus, q̃ opima ſpolia dicauit, ſecundus Cornelius Coſſus. tertius uero Marcellus, ideo ordine ponit neq́ enim plures unquam inuenti ſunt, qui huius generis gloriã uirtute ſua conſequi ualuerint.

Opima ſpolia.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

A Romulo &c. Celebrat eum, ꝙ ſecunda intulit opima ſpolia dicens. Cor. Coſ. cōſecrauit eidē deo. ſ. Ioui fere trio, ſpolia. ſ. opima proximus à romulo longo tñ interuallo cū ipſe magiſter equitum congreſſus in aciem interemiſſet ducem fidenatū. ſ. Lartē Toluñium, & declinatur Lar lartis &c. Romulus ſup. ē magnus. ſ. ſine cōparatione initio gloriæ huiuſce generis. ſ. ferendi opima ſpolia, incboatæ. ſ. à ſe, quia primus ea intulit. Multum quoq; ſup. gloriæ huiuſce generis acquiſitum eſt Coſſo, qui uoluit imitari Romulum.

De Marco Marcello

NEc Marci quidem Marcelli memoriam ab his exemplis ſeparare debemus. in quo tantus animi vigor fuit: vt apud Padum Gallorum regem ingenti exercitu ſtipatum: cum paucis equitibus inuaderet: quem protinus obtruncatum, armis exuit: eaq; Ioui Feretrio dicauit.

De T. Manlio Torquato, & Scipione.

EOdē & virtutis, & pugnæ genere vſi ſunt T. Manlius Torquatus, & Vale. Coruin⁹ & Aemilianus Scipio. Hi etiam vltro prouocatos hoſtium duces interemerunt. ſed quia ſub alienis auſpiciis rem geſſerant, ſpolia Ioui Feretrio non poſuerunt conſecranda. Item Scipio Aemilianus, cum in Hiſpania ſub Lucullo duce militaret: atq; Intercatia præualidum oppidū circunſederet: primus mœnia eius conſcendit neque erat in eo exercitu quiſquam aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, cuius magis ſaluti conſuli, & parci deberet. Sed tunc clariſſimus quiſq; iuuenum, pro amplificanda, & tuenda patria, plurimum laboris, ac periculi ſuſtinebat, deforme ſibi exiſtimans: quos dignitate præſtaret: ab iis virtute ſuperari. Ideoq; Aemilianus hanc militiam, aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit.

OLIVERIVS.

NEc Marci quidem Marce. Cum aduerſus boios, & inſubres, ꝙ nunc Mediolanenſes dicuntur, quibus cum erat Viridomarius, uel ut alii dicunt Britomarus gallorum geſatarum dux, cū ingenti exercitu ferme decem milium militum M. Marcellus miſſus eſſet cū quingentis, aut paulo amplius militib⁹, & paucis equitibus, apud padum uniuerſum exercitum fudit, atque fugauit, regē ipſum tanto exercitu ſtipatum obtruncauit. Erat autem hic Vindomarius inter Gallos eximia corporis magnitudine, armatura auro, & argento, ac uariis diſtincta coloribus fulgoris inſtar perlucida, quæ ubi Marcellus pulcherrima ex toto conſpicatur agmine, ea futura medicatus, ꝗ concepta deo uota perſolueret, nā in ea pugna Marcel. opima ſpolia Ioui feretrio uouerat, uirū igitur adhortus haſta ꝑfodit, & moribundū ex equo ꝓſtrauit & ita opima ſpolia cū ingēti gloria in pſiam reportauit. Liui. lib. xx. M. Claudius Marcel. cōſul occiſo inſubriū gallorū duce Viridomario opima ſpolia retulit. Florus Galli inſubres Britomaro duce nō prius ſoluturos ſe baltea, ꝙ capitoliū aſcēdiſſent iurarāt, factū eſt, uictos. n. Aemilius in capitolio deſcēdit mox Arioniſto duce uouere de noſtrorū militū ꝑdam, Marti ſuo torquē, intercepit Iupiter uotū, nā de torqbus eorū aurū tropheū Ioui Flaminius cœpit. Viridomario rege Romana arma Vulcano ꝓmiſerant, alioquin uota ceciderunt, occiſo. n. rege Marcellus tertia poſt Romulum patrē feretrio Ioui arma ſuſpendit. ¶ Gallorum regem. Viridomariū, ut alii referunt Britomarum. ¶ Stipatū, circundatum.

ASCENSIVS.

NEc Marci &c. Celebrat quoq; eū, ꝙ tertia intulit dicēs. Nec q̃dē. i. nō ēt dēmus ſeparare memoriā Marci Marcelli ab his exēplis, in quo. ſ. Marcello tātus uigor animi fuit, ut inuaderet cū paucis eqtibus utpote qngentis, apud Padū fluuiū italiæ, regē gallorū. ſ. geſſetarū uiridomarum aut britanorū noīe ſtipatū, ingenti exercitu quē. ſ. regē gallorū obtruncatū protinus, ipſe Mar. exuit armis, & dicauit ea, ut opima ſpolia, Ioui feretrio.

OLIVERIVS.

EOdē & v. &. p. g. cū Titus Mālius Tor. Gallū q̃ndā inſultantē & ro. fortiſſimū queq; ad pugnā ꝓuocantē audiuiſſet & ad dictatorem acceſſiſſet at iniuſſu tuo dictator nunq̃ extra ordinē pugnauerī, nō ſi certā uictoriā uideā, ſed ſi ꝑmiſeris, oñdā ꝓfecto illi belue, me ex illa familia ortū ꝙ gallorū agmen ex rupe tarpeia deiecit, itaq; ꝑmiſſu dictatoris in certamē ꝓgreſſus cū utriq; dimotæ acies ad pugnæ ſpectaculū cōſtitiſſent, gallū prio & lingua ab irriſu exerentē, & ma-

Torquatus un.

gnitudine, ꝓceritateq; eximiū interficere, & de collo ſibi torquē aureū detraxit cū cæteris ſpoliis à quo etiā Tor. appellat⁹ eſt. Eſt aūt ornamentū colli ex auro cōtorto cōfectū. ¶ Va. coruinus. Conſu. e Camillo Furii camilli filio contra gallos bellō gerebatur, ubi cum utrinq; ſtationibus quietis tēpus tereretur, gallus magnitudine, atq; armis inſignis in medium proceſſit & ꝑ interpretē ſilentio facto haſta ſcuto cōcuſſo, unum ab exercitu Rom. qui ſecum ferro decernat ad pugnā prouocat. M. Valerius tribunus militum adoleſcens permiſſu conſulis in medium armatus proceſſit, & initio prelio coruus in galea Valerii contra hoſtem conſedit, qui cum letus oēm accipiens deos uel deas qcūq; miſiſſent prepetē illā ꝑcatus, ut ſibi adeſſent, auis non ſolum ſedem ſemel captam tenuit, ſed quotieſcunq; prælium iniretur leuans ſeſe, oculoſq; hoſtis roſtro, & unguibus petiuit. Val. hoſtē tali ꝓdigio perterritum obtruncauit deinde Coruino cognomen additū. ¶ Itē Scipio æmilianus. Hic eſt ꝙ deleta Carthagine, ſublata Numantia dictus eſt Africanus inferior igitur qdo Lucullo imperatore militiam gereret, prouocatus ad pugnam hoſtem interemit oppidi, quod expugnabatur primus ipſe mœnia cōſcendit, aliaque egregia belli facinora edidit, quibus futuræ magnitudinis ſuæ omnibus certiſſima daret indicia, Pli. de uiris illuſt. Pub. Scipio æmilianus Pauli Macedonici filius à Scipione africano adoptatus in Macedonia cum patre agens uictū Perſem tam pertinaciter ꝓſecutus eſt ut media nocte redierit i caſtra, Lucullo in Hiſpania legatus apud Intercatiam oppidū prouocatorē ſingulari certamine uicit, muros hoſtiles ciuitatis primus aſcendit, tribunus in africa ſub Tito. M. imperatore octo cohortes obſidione uallatas conſilio, & uirtutem ſeruauit, à quibus corona obſidionali aurea donatus. ¶ Sub Lu. duce, qui aduerſus celtiberos bellum gerebat, cui ſucceſſit. M. Marcello qui Vaceos, cantabros, alioſq; ingratos Po. Ro. ſubegit imperio. ¶ Neq; erat in eo exercitu. Si quē ꝑſtantē uirū exercitus ad reip. cōmoda ſeruare uoluiſſet, nemo erat Scipio. ꝑferendus & tñ ipſe piculum mortis ꝓ amplificāda pſia ſubire nō dubitauit. ¶ Aut fu. ac. erat. n. Carthagi. euerſurus ꝗ ſemꝑ impio eo. infeſtiſſima fuit. ¶ Hanc militiā. ſ. occidēdi hoſtes, aſcēdēdi muros, & mœnia.

ASCENSIVS.

CAeterum & cæterū. Aſſert fortitudinem eorū qui protecerunt ſigna in hoſtium caſtra, aut cuneum ut ea milites repetendo hoſtiū caſtra caperent, aut eos mouerent, dicens. Cæterum, ideſt ſed ut nos exequemur actum humanæ uirtutis (nam ſuperiora duo Iulii exempla diuinæ uult eſſe uirtutis) quum Hannibal obſideret Capuam urbē principalem campaniæ Italicæ, in qua exercitus Roma. erat, Vibius Accius præfectus cohortis pelignæ, quæ erat ex ſociis imperii, prolecit uexillum trās uallum punicū. i. in caſtra carthaginien. execratus, ideſt maledictione, & anathemate, & diris execrationibus proſecutus ſeipſum, & ſuos commilitōes. ſi hoſtes eſſent potiti eo, ſcilicet uexillo ideſt ſi illud in poteſtate ſua retinerēt, & ipſe primus. fecit impetum ad petendum, ſcilicet ex hoſtium caſtris, id ſcilicet uexillum, & hoc cohorte ſubſequente, quod ideſt quā rem, ut. l. poſtq Valerius Flaccus tribunus. militum, tertiæ cohortis uidit, conuerſus ad ſuos inquit, nos (ut uideo) uenimus huc ſpectatores.

¶ ALIEnæ uirtutis, ſed iſtud dedecus abſit à noſtro ſanguine, ut Romani uelint cedere latinis, ſcilicet de gloria fortitudinis. Ego certe optāui, ſemper, aut huc ueniens, aut mortem ſpecioſam, ideſt pulchram, unde Maro, pulchrumq; mori ſuccurrit in armis, aut felicem exitum audaciæ ſcilicet repetendi uexilli ex hoſtium caſtris paratus ſum præcurrere, ſcilicet in hoſtium uallum, uel, ideſt etiam ſolus, ſi nullus ſequi uelit. His auditis Pedanius centurio retinens dextra ſignum conuulſum, ſcilicet è terra, in qua fixum fuerat inquit, hoc ſcilicet uexillum, quod teneo erit iam mecum intra hoſtile uallum, proinde. ideſt & ideo ſequantur ſupple me, qui uolunt id capi. ſcilicet ab hoſtibus, & irrupit in caſtra pœnorum, cum eo, ſcilicet uexillo, quod tenebat & traxit ſecum totam legionem, ita, ideſt & ſic, temeritas fortis, ideſt ex fortitudine animi orta, cum tamen non fuerit uera uirtus, licet felicem exitum ſecuta trium uirorum, ſcilicet Vibii, Valerii, & Pedanii, ne quidem, ideſt non ſaltem paſſa eſt. Hannibalem potitorem paulo ante ſpe ſua, ideſt ut fruſtra, licet forte non uane ſuperabat, Capuæ, ſcilicet urbis eſſe potientem, ideſt potitorem (nam nomen eſt, licet potior genitiuum rerum regat. ſubaudiendo imperio) caſtrorum ſuorum quod illis exutus. & in fugam uerſus eſt.

OLIVERIVS

CAeterum ut humanæ uirtutis actum. More ſuo Valerius diſſentit à Liuio in hac hiſtoria, uam Liuius decadæ ſecundi punici belli dicit. poſt cannenſem cladem cum multæ ciuitates Romanis defeciſſent, in primis Capua non paruum Romani imperii uinculum, & columen defeciit. ad quam recuperandam cum ſuas omnes Romani uires intendiſſent, nec minori animo defenderetur à pœnis, longo bello, & obſidione oppreſſa famem ſentiebant propter depopulatos agros prohibitamq; ſementem. Hanno dux carthaginenſis ab Hannibale miſſus quo operam daret, ut frumenti copia fieret campanis, haud procul à Beneuento caſtra po ſuerat, quem cum Furius conſul Romanus, cui prouincia illa euenerat, per exploratores excepiſſet frumentatum, cum parte exercitus eſſe profectum caſtra hoſtium cum expeditis militibus pauloante lucem adoritur, tantumq; pauoris in iecit, ut ſi in plano caſtra poſita fuiſſent, primo impetu capi potuiſſent, ſed eos altitudo loci, & munimenta defenderunt, prima luce atrox prælium fuit nec uallo modo tutabantur pœni, ſed detrudebant quoq; per ardua nitentes hoſtes uicit tamen pertinax uirtus. nam Romanus imperator ab incepto deſiſtere cōſtituerat, q; ſine militum ſuorum pernicie magna id obtineri non poſſe uideret, iamq; receptui canere iuſſerat, cum clamor militum aſpernantium tam ſegne imperium diſiecit eis conſilia proxima portæ hoſtium erat cohors

Vibii uirtus

pelligna cuius præfectus Vibius Accius, uexillum trans uallum hoſtium tranſiecit. execratus inde ſeque cohortemque, ſi eius uexilli hoſtes potiti eſſent, princeps ipſe per uallum, foſſamque in caſtra hoſtium irrupit cum tota cohorte. Hunc deinde ſecutus eſt Valerius Flaccus tertiæ legionis tribunus, cuius imitatione accenſus. T. Pedanius centurio, uexillum è ſigniferi manibus ereptum intra uallum coniecit dicens, & ſignum, & hic centurio iam intra caſtra hoſtium erit. quicunque me ſaluum, & uexillum eſſe uoluerit, ſubſequetur, nec detractarunt eius manipulares tam glorioſum certamen. Caſtra, uirtute horum capta, & direpta ſunt, magnaq; cædes facta. nam ſupra ſex milia hoſtium cæſa ſupra ſeptem milia capta cum alia ingenti præda. ¶ Hu

THEOPHILVS.

PElignæ cohortis. Peligni ex Ilirico orti, inde enim profecti ductu uolſcorum regis, cui cognomen fuit luculo, partem Italiæ, occuparunt. Huius fuerunt nepotes Pecinus, à quo Pecinates & Pelicus à quo peligni. Verius, Strabo, Plinius. Ptol. oſtendunt eſſe gētem pelignorum non oppidum.

OLIVERIVS.

Quorum

QVorum uirtuti, Illorum, qui Hannibalis, uel ut tractat Liuius, annonis caſtra inualerant, & ceperant. ℞ Achilles, ad ſimilitudinem Achillis illius, qui apud Troiam à Paride cæſus fuit. ℞ Non exequar, non narrem. ℞ Erant autem, parentheſis eſt Ireſium nomen proprium cuiuſdam celtiberi. ℞ Sagulum, ueſtis militaris uariis coloribus contexta. Virgi. Virgatis lucent ſagulis. ℞ Vtroq; Roma. & Celtibero. catus à nautis, læua puppim apprehendit. nec prius deſtitit, q̃ nauem illam profundo ſubmerſit Sueto. in uita Cæſa. Attilii nauali ad Maſſiliam prælio iniecta in puppem hoſtium dextra abſciſſa, memorabile illud apud græcos cynegiri exemplum imitatus tranſiluit nauẽ umbone obuios agens. ℞ Parum iuſta notitia. Quia non adhibita fuit eloquentia, quæ illi præclaro facinori cõueniret. At uero græci in laudando cynegiro omnem dicendi copiã & ornatum adhibuere.

De Q. Cotio.

QVorum uirtuti nihil cedit Q. Cotius qui propter fortitudinem Achilles cognominatus eſt. Nã vt reliqua eius opera non exequar: abunde tamen duobus factis, quæ relaturus ſum: quantus bellator fuerit: cognoſcetur. Qu. Metello COSS. legatus in Hiſpaniam profectus, Celtibericum ſub eo bellum gerens, poſtquam cognouit à quodam gentis huius iuuene ſe ad dimicandum prouocari, (erat autem illi forte prandẽdi gratia poſita menſa) relicta ea, arma ſua extra uallum deferri, equumq; duci clam iuſſit, ne à Metello impediretur. Et illum Celtiberum inſolentiſſime obequitantem conſectatus interemit, detractaſq; corpori eius exuuias ouans lætitia in caſtra retulit. Idem Pireſum nobilitate, ac virtute omnes Celtiberos præſtantem, cum ab eo in certamen pugnæ prouocatus eſſet: ſuccumbere ſibi coegit: nec erubuit flagrantiſſimi pectoris iuuenis, gladium ei ſuum, & ſagulum. utroque exercitu ſpectante, tradere. Ille vero etiam petit: vt hoſpitii iure inter ſe iuncti eſſent: quando inter Romanos, & Celtiberos, pax foret reſtituta.

De Attilio.

NEc Attilium quidem præterire poſſumus: qui cum decimæ legionis miles ꝑ C. Cæſaris partibus maritima pugna præliaretur: abſciſſa dextra: quam Maſſilienſium naui inieceerat: leua puppim apprehendit: nec ante dimicare deſtitit. quam captam profundo mergeret. quod factum parum iuxta notitia patet.

De Cynegiro.

AT Cynegirum Athenienſem ſimili pertinacia in conſectãdis hoſtibus uſum: uerboſa cantu laudum ſuarum Græcia, omnium ſeculorum memoriæ litterarum ꝓconio inculcat.

ASCENSIVS.

QVorum uirtute & cætera Recitat mirabilem fortitudinem Qu. Cotii, q ob eam Achilles cognominatus eſt, dicẽs. Quorum, ſcilicet rtium iam dictorum uirtuti Quin. Cotius nihil cedit, qui propter fortitudinem eſt cognominatus Achilles. Nã ut non exequar, ideſt præteream reliqua opera eius tamen cognoſcetur abunde duobus factis ſupple eius, quæ ſum relaturus, quantus bellator fuerit. Ipſe ſupple profectus in Hiſpaniã legatus, & hoc Quin. Metello conſule gerẽs ſub eo bellum Celtiberi cum poſtquam cognouit ſe prouocari ad dimicandum à quodam iuuene huius gentis, ſcilicet celtiberice (autem pro ſed menſa erat illi poſita, forte, ſcilicet tunc gratia prandendi) iuſſit ea. ſ. menſa relicta arma ſua deferri, & equum duci clam extra uallum ideſt munitionem caſtrorum, ne impediretur à Metello, ſcilicet conſule. Et conſectatus illũ celtiberũ ob equitatem i circa uallum equitantem, inſolentiſſime, interemit ſup. eum, & retulit in caſtra exuuias, ideſt ſpolia, detractas corpori eius ouãs lætitia. Idem ſcilicet Coti⁹ coegit Pireſium præſtantem, ideſt equantem aut uincentem nobilitate, aut uirtute omnes celtiberos, ſcilicet reliquos. ſuccũbere ſibi cum eſſet prouocat⁹ ab eo in certamẽ pugnæ. Nec iuuenis flagrãtiſſimi pectoris .i. animi. ſ. Pireſius erubuit tradere ei, ſcilicet Cotio uictori gladium ſuum & ſagulũ ſuũ .i. indumentum militare. uariorum colorum, utroq; exercitu ſpectante. Ille uero uideſicet Cotius, aut forte idem pireſius petiit etiam, ut eſſent iuncti inter ſe iure hoſpitii, quando pax foret cõſtituta inter Roma. & celtiberos.

THEOPHILVS.

COtio ueteſti quidam codices habent. Qu. Ocio. quidam etiam, Qu. Tetio tu uide ne legendum ſit cotta, de quo Suidas. Cotta inquit telo quam tragolam uocant utebatur. eoq; tentatus uulnus inſerebat, ut hominis torace muniti uno duntaxat ictu coſtas tranſadigeret, terræq; infligeret.

OLIVERIVS.

NEc Attillium quidem Conflato iam ciuili belio. Cæſar eum Maſſiliam ueniſſet, obiectæ ſunt ei portæ. nã Maſſilienſes erga rẽpu. in fide, & offõ fuerſt Cæſarẽ uero cõtra rẽpu. arma ſumpſiſſe eredebant, q̃re iratus cæſar claſſem eo direxit ubi cõmiſſa nauali pugna attilius decime legionis miles, cũ maſſiliẽſi nauẽ apphẽdiſſet dextra, ea trũ

ASCENSIVS..

NEc Attiliũ quidẽ &c. Affert mirum fortitudinis exẽplum in Atilio milite Cæſariano dicens. Nec quidem poſſum præterire Attilium, qui cum eus ſup. miles decimæ legionis præliaretur pugna maritima ante urbem Maſſilien. pro partibus Cæſ. ſcilicet contra pompeium dextera quam iniecerat naui Maſſilien. abſciſſa i. poſtquam dextera illi erat abſciſſa, apprehendit leua, ideſt ſiniſtra, ſcilicet manu puppim, ideſt poſteriorem partem, nauis, nec deſtitit dimicare. ideſt certare, cum his qui in nauim erant antequam mergeret profundo. ſ. aquarũ, captam ſ nauem iliam, quod factum patet notitia parum iuſta. i non ſatis ampla, uel quia ſcriptores ſilentio præterierũt. Luca. tamẽ meminit, uel quia non eſt uero ſimile, unum hominem & eum altera manu captum nauim tantam ſubmerſiſſe, niſi forte prius cõuulſam dicamus, & per unius infeſtationem non potuiſſe ſuccurri rimas obſtruendo.

OLIVERIVS.

AT Cinegyrum. Hoc geſtum eſt bello Perſico, quod Athenienſes aduerſus Darium Perſarum Regem fecerunt, de quo Iuſtinus lib. ii. Cynegiri quoq; militis inquit Athen. gloria magnis ſcriptorum laudibus celebrata eſt, qui poſt prælii innumeras cedes cum fugientes hoſtes ad naues egiſſent, onuſtam nauẽ dextra manu tenuit nec prius dimiſit, quam manum amitteret, tum quoq; amputata dextra manu, tunc nauem ſiniſtra comprehendit, quam & ipſã cum amiſiſſet ad poſtremum morſu nauem detinuit, tantam in eo uirtutem fuiſſe dicunt. ut non tot cædibus fatigatus nõ ambabus manibus amiſſis uictus, ad poſtremum truncus, ueluti rabida fera dentibus dimicauerit. Cinegyri uirtus

ASCENSIVS.

AT Cinegirum. Occaſionem Attilii, quia ſimile eſt ei⁹ facinus illi, quod in Cynegiro Athenien. celebratur interſerit ipſius exemplum licet externum dicens. Acid eſt è contrario cum parum notum ſit attilii factum græcia uerboſa, ideſt multorum uerborum cantu. i. in decantatione laudũ ſuarũ inculcat ꝓconio. i. per præconium literarum, memoriæ omnium ſeculorum cynegirum athenien. uſum ſimili pertinacia in conſectandis hoſtibus, immo maiore, amiſſis utriſq; manibus, mordicus nauem retinuit, ut etiam Aulus Gel. commemorat.

OLIVERIVS.

Claſſicam Attilii. Hoc bello ciuili geſtum eſt quod inter Cæſarem fuit, atq; Pompeium iuxta Dyrachium. nam cum Cæſar ad expugnandas arces Dyrachii, ubi commeatum omnem, & belli apparatum Pompeius repoſuerat, exercitum duxiſſet, Pompe. breuiori itinere per mare nauigauit, quo Cæſarem ſi fieri poſſet celeritate preueniret. qd ubi uidit ex uoto ſibi non ceſſiſſe, nam Cæſar pauloante illius aduentum ſedes occupauerat, locum, qui dicitur petra haud procul à mœnibus Dyrachii poſitum cœpit. ibiq; caſtra locauit. Erat autem loc⁹ ille ſic nauigationi opportun⁹ ut ex tota aſia, & regionibus, quas Pompeius teneret commeatus, eo facile comportari poſſet, hunc igitur locum Cæſa. munitionibus undiq; claudere cæpit, obſidione Pompeius, & fame præmeretur, quod parum ſibi profuit, nam cum locus ille (ut dixi) ad commeatum ex multis partibus recipiẽdum eſſet accommodatus maiori ferme inopia obſidentes quam obſeſſi laborabant. Põpeius tñ tantam indignitatẽ ferre non potuit ut qui numero militum ſuperior eſſet, obſideri pateretur. inde ergo erumpere ſtatuit cum exercitu, quod cum feciſſet ea parte, qua erat caſtellum in muris, q in Scæua fortiſſimo uiro cum præſidio tenebatur, ſtatuit id expugnare caſtellum, q tanta pertinacia, & fortitudine, cum aliorum militum, tum in primis. Scæuæ centurionis defenſum fuiſſe conſtat ut in caſtello nemo fuerit omnino militum, q non uulneraretur, quatuorq; ex una cohorte centuriones oculos amiſerunt, & cum laboris ſui periculiq; teſtimonium afferre uellent. milia ſagittarũ circiter. xxx. in caſtellum coniecta Cæſ. renunciauerunt, ſcutoq; ad eum relato Scæuæ centurionis iuẽta, ſunt in eo foramina ducenta. xxx. quem Cæ. ut erat per ſe meritus, & de repu. donauit milibus ducẽtis æris atq; ab octauis ordinib⁹ ad primipilũ ſe traducere pronunciauit, eius. n. opa quia caſtellum conſulatum eſſe ex magna parte conſtabat. cohortem poſtea duplici ſtipendio, frumentoq;, & ſpeciariis militaribuſq; donis ãpliſſime donauit, de hoc Scæua. Sue. i uita Cæ. Scæua, igt excuſſo oculo tranſfixus fœmore, & hũero c. &. xx. ictibus ſcuto pforato cuſtodiã portæ cõmiſſi caſtelli retinuit, Luca. de hoc multa li. vi. Ille poſt hãc Atti. ſ. Hic. ſ. Sceua ꝑ Tuũ uero Scæuola iexupabilẽ, cũ Cæ. ñ ſatis hẽet pſcripſiſſe oẽm occidentalẽ ptẽ, in Britãniã, q alter orbis traditur à poetis traiicere uoluit, & cũ forte expectaret, ut æſtus decurreret & uadũ relinqretur, ut ſui trãſire poſſent cũ quatuor ipſe milibus i ſcopulũ naue traiecit. Britãni eos eggrediũtur. ſolus his Sceuola qnq; telis. q ſatis eẽnt qnq; milibus tota die pugnã ſuſtinuit. laudat ergo Sceuolã q forti ter i naui fecerit, & ueniã petierit à Cæ. q nõ fortiter pugnaſſet, ſicut forte uoluiſſet ipator. cũ tñ ſupra hũanas uires pugnauerit. ꝑ In. v. p. t. n. ſ. in mari, & in terra, q duo pcipue ſunt elementa in quibus rerum natura conſiſtit. nam uocem qua uſus eſt, ad Cæſ. in terram uirtuti comparat, qua uſus eſt in mari. ꝑ Claudere Bri. inſulæ Fine. Virg. Ante diem clauſo cõponet ueſper olympo. ꝑ Regreſſu ſuo, quia mare fluuit ad lunæ curſum, hic autem locus ãguſtis adeo clauditur montibus, ut de ſuperiori loco telũ in littus adigi poſſit. ꝑ Quinq; militum diurno prælio ſuffectura. Tela quæ quinq; militibus ſufficere potuiſſent, ſi a mane uſq; ad uefperum dimicaſſent. ꝑ Vmboni, Vmbo ꝓprie umblicus, hæc eſt media. ps ſcuti. ꝑ Ita ac pudor. Iraq; uincerentur ab uno. ꝑ Pudor quod unus tantæ multitudis impetum ſuſtineret. ꝑ Tragula genus teli grandioris, quod tormento mittitur. No. Mar. dicit eſſe quam in terram ſuperius dixi emiſiſſe. Dixit enim, ò imperator ignoſce mihi, qđ mecum arma nõ tulerim. Nã ita ab imperatore ueniam petere ſolebant ſecundum morẽ militiæ, q per ignauiam arma in pugna amiſiſſent. ſed hic per ignauiam nõ amiſerat, immo per uirtutem in hoſtium corpora coniecerat. ꝑ Magnus prelio, quo unus tantæ multitudinis barbarorum, uim tulit, & ĩpetũ. ꝑ Maior diſciplinæ. Quia uiſo I, patoſmemit petere ueniã ab eo q ſecũ arma nõ portaſſet. ꝑ Virtutis æſtimatore. ſ. à Cæſ. Centurionatus, qa ex milite cẽturio factus eſt.

Scæuolæ uirtus in Britannos.

¶ De M. Scæua, & Scæuola.

Claſſicam Attilii gloriam, tereſtri laude M. Scæua eiuſdem imperatoris cẽturio ſubſecutus eſt. cũ enim pro caſtello: cui præpoſitus erat, dimicaret: Cn. q Pompei præfectus, iuſſu ei⁹, ſummo ſtudio, & magno militum numero ad id capiendum mitteretur, omnes, qui propius acceſſerant, interemit: ac ſine ullo regreſſu pedes pugnans, ſuper ingentem ſtragem, quam ipſe fecerat: corruit: cuius corpus capite, humero: femore ſaucio oculo eruto, ſcutũ centum &. xx. ictibus per foſſum aperuit. Tales in caſtris diui Iulii diſciplina milites aluit, quorũ alter dextera, alter oculo amiſſo hoſtibus inhæſit. Ille poſt hanc iacturam victor: Hic nec hac quidem iactura victus. Tuum uero Scæuola inexuperabilem ſpiritum in vtraq; parte rerum naturæ qua admiratione proſequar, neſcio: quoniam excellenti virtute, dubium reliquiſti, iter Vndas ne pugnam fortiorem edideris: an in terra uocem emiſeris. Bello namq; Gallico, quo. C. Cæſar nõ contentus opera ſua litoribus Oceani claudere: Britannicæ inſulæ cœleſtes iniecit manus, cum commilitonibus rate tranſuectus, in ſcopulum uicinum inſulæ, quam hoſtium ingentes copiæ obtinebant, poſtquam æſtus regreſſu ſuo ſpatium, quo ſcopulus, & inſula diuidebantur, in uadum tranſitu facile redegit ingenti multitudine barbarorum affluente cæteris rate ad litus regreſſis, ſolus immobilem ſtationis gradum retinens, vndiq; ruentibus telis. & ab omni parte acri ſtudio ad te inuadendum nitentibus: quinq; militũ diurno prælio ſuffectura Pila, vna dextera, hoſtium corporibus adegiſti ad ultimum diſtricto gladio audaciſſimum quemque modo umbonis impulſu modo mucronis ictu depellens: hinc Romanis, illinc Britannicis oculis incredibili, dum cernereris, ſpectaculo fuiſti. poſtquam deinde ira, ac pudor cuncta connari feſſos coegit, Tragula femur traiectus, ſaxique pondere ora contuſus, galea iam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus abſumpto, profundo te credidiſti ac duabus loricis onuſtus, inter vndas, quas hoſtili cruore infeceras: enataſti. viſoq; imperatore armis nõ amiſſis, ſed bene impenſis, cum laudem mereris ueniã petiiſti. Magnus prælio ſed maior diſciplinæ militaris memoria. itaq; ab optimo uirtutis æſtimatore tum facta, tum etiam Verba tua centurionatus honore donata ſunt.

ASCENSIVS.

Claſſicam &c. Affert exẽplum miræ fortitudinis in Scæua eiuſdem Cæſ. milite dicens, Marcus uidelicet Iulii Cæſ ſubſecutus eſt, qa poſterior tempore, licet non minor gloria laude terreſtri. i. in terris pta gloriam claſſicam. i. naualem. Attilii Q uum. n. dimicaſſet pro caſtello. i. parte murorum, quibus Cæſ. Pompeianos obrepſerat apud Dyrachium, cui. ſ. caſtello præpoſitus erat. ſ. à Cæſ. & præfectus Cnei Pom. niteretur potius q mitteretur iuſſu eius. I. Põpeii, ſũmo ſtudio. i. conatu, & magno numero militum ad capiẽdũ id. ſ. caſtellum, ipſe Scæua interemit oẽs q acceſſerant propius ac ipſe pugnãs pedes. i. pedeſter, nõ eqs, ſine ullo regreſſu. i. retroceſſione, corruit ſ. tãdẽ ſup ingentẽ ſtragẽ. ſ. cadauerũ q ipſe fecerat ſternendo Põpeianos. Cuius corpus apparuit. ſ. poſtq pugna remiſſa ẽ, capite ſaucio. i. uulnerato hũero ſaucio, fœmore ſaucio oculo eruto, pfoſſũ cẽtũ, & uiginti ictib⁹. Tales &c. Poſt narrationẽ factorũ. ꝓſequitur ca debita laude aliudq; exẽplũ iſert, ſed ſic ãbigue, ut neſcias eiuſdẽ ſit, an alteri⁹ ſceue, nã qa textus hẽt utrobiq; idẽ nomẽ hñt, et cẽturio natu i Britãnia donatũ dicit, ipſumq; cẽturionẽ iã fuiſſus ut de eodẽ loq, Sed qa cõmẽtarius legit illic, tuũ uero ſcæuola nõ ſceua pticula uero aduerſatiua ẽ, ut de alio loq, nã nõ ut ꝓcedere hic. ſ. Scæua, ne hac qdem iactura uictus, tuũ uero Scæua, &

ua, & ſi eodē loquatur, unde diuiſim legero, ſed ordo hic eſt. Diſciplina diui Iulii aluit tales milites, quales ſunt Atilius & Scæua in caſtris ſ. ſuis, quorū alter. ſ. Atil. inhæſit hoſtibus dextera ſup. amiſſa alter. ſ. Scæua oculo amiſſo. ille. ſ. Atilius uictor ſup. exiſtens, poſt hanc iacturam. i. amiſſionē dextræ, quia nauem hoſtilē demerſit. hic. ſ. Scæua, ne quidem hac ia/ctura. i. amiſſione oculi uictus ſupp. fuit quia loco non ceſſit, nec hoſti: aditū fecit, licet occu/buerit. ¶ Tuū uero &c. Proſeq tur ut dixi, aut tertiū, quod po tius, dicā militem Cæſarianū, aut eundē Scæuam, qui priuſq̃ ad Dyrachiū caderet, egregiū edidit in Britānia facinus. Quē ſi placet eundem eſſe dicamus uero non pro ſed accipi, ſed ꝓ ſerio ſic. O Scæua neſcio uero ideſt reuera, aut ſerio, q̃ admira tione ꝓſequar tuū ſpiritum in/exuperabilem in utraq; parte re rū naturæ. i. aqua, & terra. Quo niā tu reliquiſti excellentē uirtu te. i. ꝓꝓ excellentem uirtutē tuā dubium, ne ꝓ an, ediderís for/tiorem pugnā inter undas an emiſeris fortiorem uocē in ter ra. Namq; tu trāſuectus bello gallico, quo Caius Cæſa. non contentus claudere. i. termina/re, opera ſua littoribus oceani, iniecit Inſulæ Britānicæ, quæ nunc anglia dr̄ manus celeſtes i. diuinas, & poſtea in cælū trāſ ferendas, tu in quam tranſuectus rate cum quatuor cōmilito/nibus in ſcopulū uicinū, quem ingentes copiæ hoſtiū obtine bant, poſtq̃ æſtus maris redegit ſuo regreſſu, quia refluit illic mare, ſpacium quo ſcopulus. ſ. ille in quem aſcenderas, & inſu læ diuidebantur ab inuicem, in uadū facile tranſitu, q̄a dereli/ctū ab aqua ingenti multitudine barbarorū affluente. i. in mo/rē fluctus, quum iā receſſerat, ubi aptā eſt metaphora cæteris. i. cōmilitonibus, q̄ quatuor erant, regreſſi. rate ad littus, adegi ſti inq̃ (retinens ſolus gradū ſtationis immobilem, telis inuen tibus undiq;, & ſup. barbaris nitentibus ab oī parte ſtudio a/cri ad inuadendū te) corporibus. i. in corpora hoſtiū, una dex tra. i. tua unius pila ſuffectura prælio diurno. i. unius diei ſpa/cio, quinq; militum tot enim aſcenderant in ſcopulum ab ho ſte tuendum, ſed quatuor abierant relictis manenti telis unde unus quinq; militum munus obiens quinq; militum adegit in corpora hoſtiū pila. i. tela Romanis ꝓpria ad ultimū cum forte deeſſent tela, tu depellens audaciſſimum quæq; ſ. ho/ſtium, ut q̄ proxime acceſſerat modo. i. interdū, ipulſu umbo nis i. incuruaturæ mediæ in clypeo, modo. i. interdū ictu mu/cronis, fuiſti dū. i. donec cernereris ſpectaculo incredibili. i. in/credibiliter mirabilis, oculis. ſ. te ſpectantibus, hinc. i. ex una ꝑ te Roma. illinc. i. ex altera parte britannicis, Deinde poſtquā ira, & pudor quia pudori erat tot ab uno uinci, coegit, ſcili/cet britannos feſſos conari cuncta, ideſt ſimul omnia tu traie ctus femur. i. habens femur traiectum tragula. i. grandi telo, contuſus ora i. habens faciem contuſam, pondere ſaxi, & ga/lea iam diſcuſſa. ſ. è capite ictibus. ſ. telorū, & ſcuto abſumpto i. annihilato, iam crebris foraminibus credidiſti, ideſt commi/ſiſti uelut fidei profundo. ſ. aquarū, ac conuſtus duabus lori/cis. i. integumentis, q̄ ex loris olim fieri ſolebāt, enataſti, ideſt euaſiſti natando inter undas quas infeceras. i. tinxeras, ſangui ne hoſtili, Et uiſo Imperatore uidelicet Cæ. armis non amiſſis ſed bene impenſis, quia in corpora hoſtilia inflixis, quod uti/liſſimū eſt eorū impendiū, cū mereris. ſ. ex ea re, laude, petiſti ueniā. i. q̄ arma ſi oia referes, petiſti dico ens, aut hñdus, ma gnus ꝑlio, q̄a fortiter dimicaſti, ſed maior memoria diſcipline militaris q̄a noſtri quid miles iperatori deberet in multos. n. ai aduerſum eſt, nō q̄a male pugnarant, ſed q̄a diſciplinā tranſ/greſſi erāt. Itaq;. i. & ita. idē i. ſimul facta tua, rō. i. ſimul ēt uer/ba tua, donata ſunt pro præmio, ab optime ſtimatore. i. cen/ſore, & appretiatore uirtutis, uidelicet Caio Cæſare, honore

centurias, quia ex milite gregario centurionē fecit, unde qui [illegible] is Scæua, qui ad Dyrachium fortiter occubuit, cēturio erat, [illegible] roſimile eſt eundē fuiſſe, licet in contextu uideatur diſcrep[illegible] tia, quod non eſt magnopere mirandū nam qui collect[illegible] faciunt opera, faſtidio prius collectorum religendi ſub[illegible] ticulos minus apte aſſuunt.

¶ De Lucio Sicinio Dentato.

SEd quod ad præliatorum excellentem forti/tudinem attinet: merito L. Sicinij Dentati commemoratio omnia romana exempla fi/nierit. cuius opera: honoreſq; operū. vltra fidem Veri, excedere iudicari poſſent: niſi ea certi authores inter quos Marcus Varro monimentis ſuis teſtata eſſe voluiſſent. quem centies & viges/ſies in aciem deſcendiſſe tradūt: eo robore animi, atq; corporis vtētem, vt maiorem ſemper victo/riæ partem traxiſſe uideretur. ſex &. xxx. ſpolia ex hoſte retuliſſe. quorum in numero octo fuiſſe cum quibus ſpectante utroq; exercitu ex prouo/catione dimicaſſet. xiiii. ciues ex media morte ra/ptos ſeruaſſe. quinq; &. xl. uulnera in pectore ex cepiſſe tergo cicatricibus uacuo nouē triumpha/les imperatorū currus ſecutū totius ciuitatis ocu los in ſe numeroſa donorum pompa conuerten/tem, præferebantur enim aureæ coronæ octo. Ciuicæ. xiiii, Murales tres. obſidionalis una, tor/ques. clxxxiii. Armillæ. clx. Haſtæ. xviii. Phale/re. xxv. ornamenta etiam legioni, nedum militi ſatis multa.

THEOPHIL[illegible]

V[illegible] tuiā petiſti [illegible] pter amiſſa [illegible] impera. in[illegible] tiſſet, & pugnaſſet, in[illegible] ſubdit, magnus prælio; ſed maior di/ſciplinæ militaris memoria.

OLIVERIVS.

SEd q̄d ad præliatorū, in/ter fortiſſimos bellatores, laudis & gloriæ, quum oīum fortitudinē ſuperaſſe ui/deatur. nā toties ꝓuocatus cū hoſte ſingulari certamine dimi/cauit, tot hoſtiū ſpolia uictor ex acie reportauit, tot ciues ca ptos è manibus hoſtium rede mit, & à morte liberauit, tot uulnera excepit, tot deniq; ui/ctorias cōſecutus eſt, ut oīum fidē exuperare poſſit, niſi à cer tiſſimis, & ſumma auctoritate ſcriptoribus, tam græcis q̄ lati nis eius res geſtæ memoriæ ꝓ ditæ forent, atq; in primis à M. Var. linguæ latinæ teſte certiſ/ſimo, ſimiliter ab Aulo Gel/lio uiro grauiſſimo, pael rōne à Soſioo, qui de hoc ſic breuiter tradit. Præualuiſſe apud Ro. L. Siciniū dētatū, titulorū numerus oſidit, tribunus hic pl. fuit nō multos poſt exactos reges Spu. Tarpeio. Aurelio Aterio conſulibus, idem ex ꝓuocatiōe uictor octies quadragies q̄n/quies aduerſas habuit cicatrices, in tergo nullā notā, ſpolia ex hoſte trices quater cœpit, in faleris, haſtis, pilis, armiliis, coro/nis tricenta xii. dona meruit, nouem imperatores, qui oga ei uicerunt triūphantes ꝓſecutus eſt, hunc ob fortitudinē Achil/lē tradunt fuiſſe nūcupatū, Aulus Gel. L. Sicinius dentatus tribu/nus ple. fuit, Spurio Tarpe. Aurelio Aterino conſulibus. Hic plus q̄ credi poſſit, & debeat ſtrenuus bellator fuit, ob ingen/tem fortitudinē Achilles Ro. appellatus eſt is pugnaſſe in ho/ſtē dr̄ centū, & uiginti preliis, cicatricē à tergo, nullā aduerſas q̄nq; &. xl. tuliſſe, coronis eſt donatus aureis octo, obſidiona/li una, muralibus tribus, ciuicis xiiii. torq̄bus tribus, & octo/ginta armillis, plus cētū &. lx. haſtis, duo de. xx. faleris. Itē do/natus eſt quinquies uicies populi militaria habuit multiiuga in his ꝓcurator plæriq; triūphauit cum iperatoribus ſuis triū/phos nouem, hæc ille. Dion. quoq; Alicarna. multa de hoc ui/ro tradit, quæ longum eſſet recenſere. Idem ēt facit Pli. de na. hiſto. lib. xxi. cap. v ¶ Honoreſq; operum, inſignia uictoriarū ideſt præmia ſibi data ex uictoriis comparatis. ¶ Teſtata, affir mata. ¶ Sex & triginta ſpolia, que ab hoſtibus eripuerat ſin/gulari certamine ſuperatis. ¶ Traxiſſe. vi. Quaſi maior pars ui/ctoriæ eius eſſent ciues, qui in manus hoſtium deuenerant. ¶ Tergo. c. v in quo ſignificabatur illum non fugiſſe. ¶ Nouē i. nouem triumphantes imperatores ſecutus fuerat qui opera ſua teſte Soli. uicerant. ¶ Totius c. ut magis in L. Dentatū q̄ in impatorē oculos conicerent. ¶ Pōpa, ordine ſequēdū, i quo ēt uictoriarū inſignia ꝑferebantur. ¶ Ciuicæ. xiiii. erant aūt ci/uicæ quernæ. ¶ Murales, aureæ ¶ Obſidionalis, gramineæ. ¶ Torquæs, Ornamenta colli ex auro torta confecta, unde ēt torquæs dicti ſunt. ¶ Armillæ, ornamenta brachiorū, à tegē/dis armis. i. ſuperioribus brachiorum partibus.

Achilles. Romanus.

ASCENSIVS.

SEd quod &c. Claudit exēpla romanorū ciuium admi/rabili, & non minus felici fortitudine Lucii Sicinii denta ti dicens, ſed cōmemoratio Lucii Sicinii dentati, finierit, ideſt terminauerit merito (quia maxima eſt, & ex rhetorico in ſtituto maxima, quæq; autem in fronte, aut in calce locanda ſunt) oīa exempla romana, q̄d. i. quatenus attinet ad excellen/

tem fortitudinē præſtatorū. Cuius .ſ. Lucii Sicinii opa, & honores .i. p̃mia operū poſſent iudicari excedere .i. excellere aut excellētiā habere, ultra fidem ueri .i. ultra q̃ uero ſimilē eſt niſi certi authores (iter quos ſup. eſt Marcus Varro) uoluiſſent ea eſſe teſtata .i. teſtificata ſuis monimentis .ſ. literarū hoc eſt ſcriptis. Quē .ſ. Luciū tradunt .ſ. certi authores deſcendiſſe in aciē .i. obiiſſe p̃iculū dimicandi cēties & uicies (non dicam uigeſies, niſi ſic ſcriptū antiqua fides ꝓbarit) utentē eo robore .i. firmitate animi, atq; corporis, ut uideretur traxiſſe ſemper .ſ. ad ſe maiorē p̃tem uictoriæ, & quē tradunt, retuliſſe .i. reportaſſe ex hoſte ſex & .xxx. ſpolia in quorum numero (repete tradunt) octo fuiſſe ſup. eorū, cū quibus dimicaſſet ex prouocatione .ſ. ad ſingulare certamen, utroq; exercitu ſpectante, & quem tradunt ſeruaſſe .xiiii. ciues .ſ. Ro. raptos ex media morte .i. cum minimū abeſſent à cæde. & excepiſſe in pectore quinq; & .xl. uulnera (diligenter obſerua q̃ Valla præcipit, de numero minori p̃locando intra .xx. & .c. & poſt locando poſt centū, & añ .xx uſq; adeo, ut ex eius obſeruatione, Valla præceptū colligiſſe cenſeri poſſet) tergo ſup. ente, aut manente uacuo cicatricibus, uſi nunq̃ terga uertiſſe hoſti probatur, & tradunt eum ſecutū nouē currus triumphales imperatorū, cōuertentē in ſe oculos totius ciuitatis, numeroſa .i. copioſa pompa donorū q̃ ab imperatoribus ob rē bene geſtam receperat. Enim pro qa octo coronæ aureæ ob ſingularem uirtutem p̃ferebātur ſup ei coronæ ciuicæ .ſ. quernæ obſeruatū ciuem .xiiii. tres .ſ. coronæ murales ꝙ inter primos tranſcenderat muros, quæ aureæ erant, & una obſidionalis, ꝙ exercitū obſeſſum ſingulari uirtute liberauerat, repete præferebantur. Torq̃s .i. ornamenta colli ex auro intorto galli cathenas uocāt .clxxxiii. armillæ .i. ornamēta brachiorū .clx. haſtæ .xviii. Phaleræ .i. ornamēta equorū xxv. appoſitoriæ ornamēta .i. q̃ oia ſunt ornamenta, ſatis multa .i. ſuffectura, ēt legioni, nedū .i. ne dicā ſolū. aut nō ſolū militi ſup. uni, repete p̃ferebant illi ſeq̃nti currū triūphalē.

fuſus eſt. ℣ T. Iubelius. Vnus ex principibus cāpanis de q̃bus ſumendū erat ſuppliciū. ℣ Aio tuo, maius q̃ credere poſſes. ℣ Quē, uirū illum. laudat eius fortitudinē, ſi adeo fortis fuiſſet in fide Ro. ſeruanda nunquam capua diſciuiſſet à Romanis. ℣ Sugillare, ut per cædē ſuā, ac liberorū, & coniugis Fului crudelitas ad inuidiā eſſet inſignis. ℣ Quam ſen. uti miſericordia, Per q̃ icolumis eſſe poterat. Sugillare

❡ De T. Iubelio Campano.

ILle quoq; ex pluribus corporibus in vnum magna cum admiratione Calibus cruor confuſus eſt, in quo oppido cum Fuluius Flaccus propter campanam perfidiam principes ciuitatis ante tribunal ſuum capitali ſupplicio afficiēdos iudicaret: literiſq; à ſenatu acceptis finem pœnæ eorum ſtatuere cogeretur, ultro ſe ei T. Iubelius Taurea campanus obtulit & q̃ potuit clara voce, quoniam, inquit, Fului cupiditate tāta hauriendi ſanguinis noſtri teneris: quid ceſſas in me cruentā ſecurim diſtringere? vt gloriari poſſis: aliquanto virum fortiorem q̃ ipſe es, tuo iuſſu eſſe interemptum, eo deinde libēter id ſe eſſe factu rum, niſi ſenatus voluntate impediretur: affirmāte: at me, inquit, cui nihil Patres C. præceperunt, aſpice, oculis tuis quidem gratū, animo vero tuo maius opus edentem, protinuſq; interfecta cōiuge, ac liberis: gladio incubuit. quem virum illum putemus fuiſſe qui ſuorum, ac ſua cæde teſtari voluit: ſe Fulii crudelitatem ſugillare: q̃ ſenatus miſericordia vti maluiſſe.

❡ Externa De Dario.

AGe Darii quantus ardor animi. qui, cū ſordida, & crudeli Magorum tyrannide Perſas liberaret, vnumq; ex iis obſcuro loco abiectum corporis pondere vrgeret: præclari operis ſocio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magum petit ipſum vulneraret: tu vero, inquit, nihil eſt quod reſpectu mei timidius gladio vtaris. vel per vtrumq; illum agas licet. dum hic quam celerrime pereat.

ASCENSIVS.

ILle quoq;. Quia de ciuib' ſe nō plura dicturū ſignauit affert exēplū fortitudinis in uiro cāpano dicens. Ille quoq; cruor .ſ. nobiliſſimus, utpotē Iubelii, & liberorū, ac uxoris eius, cōfuſus .i. cōmixt' eſt, calibus .i. in eo opido campaniæ, in unū .ſ. aceruū, ex pluribus corporibus, cū magna admiratione .ſ. tā eorū, q fa ctum audierant, q̃ q uiderant. In quo oppido (ergo cales oppidū) cū Fuluius Flac. conſul ro. iudicaret principes ciuitatis afficiēdos capitali ſupplicio añ tribunal ſuū, ꝑp ꝑfidiā cāpanā qa cāpani ad Hānibalē defecerant, & cogeretur ſtatuere pœnæ .i. punitioni eorū .ſ. principū ciuitatis finē, & hoc lris acceptis à ſenatu .ſ. Ro. T. Iubelius Taurea, cāpanus .ſ. natione, obtulit ei .ſ. Fuluio, ultro .i. nō req̃ſitus, & inq̃t, uoce q̃ .i. q̃tū potuit clara, ò Fului, q̃m teneris tanta cupiditate hauriēdi ſanguinis noſtri, quid ceſſas diſtringere .i. denudare in me, ſecurim cruentam .i. cruore occiſorū illitā, ut poſſis gloriari aliq̃n .i. olim, aut gloriari uirū fortiorē aliq̃to q̃ ipſe .i. tu es, eē interemptū tuo iuſſu? Deinde eo .ſ. Fuluio dicentē ſe facturū eū ſe libenter id .i. enim occiſuorū, niſi impediretur uoluntate ſenatus. At .i. ſed (inquit) aſpice me, cui patres cōnſcripti nihil p̃ceperunt, edentē opus gratū q̃dē oculis tuis, uero ꝓ ſed, maius aio tuo, qa ſimile in ſimili caſu nō auderes, & ꝓtinus .i. ſtati hoc dicto, ipſe interfecta cōiuge, & liberis ſup. interfectis incubuit gladio .i. gladiū ſe demiſit in cōſpectu cōſulis Ro. uñ author. Quē .i. q̃lē uirū putemus illū fuiſſe q uoluit teſtari .i. approbare, & teſtificari, cæde ſua (Valla diceret ſui) ac ſuoꝝ .ſ. liberorū, & cōiugis, ſe maluiſſe ſugillare .i. denigrare, & infamē reddere, crudelitatē Fulii q̃ uti miſericordia ſenatus, q pœnæ principū finē ſtatuere iuſſerat. q. d. haud dubie fortiſſimum.

OLIVERIVS.

ILle quoq;. Cāpani ut ſupra diximus cū ad Hānibalē defeciſſent, & Romani deinde ciuitatē illorū torpeſcentē iam Hāni. fortuna in ſuā p̃tātē redigiſſent. Fuluius Fl. cōſul aſperioris ingenii hō principes ciuitatis, q defectōis auctores extiterāt, Cales, & teanū ducēdos curauit ut de illis ſuppliciū ſumeret cōtra collegæ ſui uoluntatē, q rē ratā ad ſenatū reiiciendā eſſe cēſebat, ille ueritus futurum, qđ euenit ut à collega ſup hac re lr̃e ad ſenatū mitterentur, idq; fore ſibi īpedimētū, quo minus ſuā in cāpanos uoluntatē expleret, p̃uenit ipſe celeritate ſua, nā cū eq̃tatu ꝓfectus nocte eſt Teanū, & de cāpanis, q illic hēbantur in cuſtodiis ſūpto ſupplicio, Propat cales ꝓficiſci, & quū iā ꝓducti eēnt cāpani, ut capite mulctarentur, ſreſu p̃uenerunt à ſenatu q̃bus finē exigendæ pœnæ de cāpanis ſtatuere cogebatur q̃s acceptas, nec reſolutas cū in gremio repoſuiſſe p̃coni īpauit ut lictorē lege agere iuberet, qđ cū feciſſet, ea q̃ de Iubelio ī lr̃a cōtinentur, d cā ſunt. ℣ Ex pl. c. Hoc dicit, qa hic Iubelius uxorē prius, & liberos, deinde ſemetipſum interficit ꝑp ingentē aī magnitudinē. ℣ In. v. Nō ex pluribus corporibus, in unū corpus fuſus eſt cruor, ſed in unū p̃mixtus ē, qa uxore, & liberis iterēptis ſup his pectori gladiū infigens exp iās corruit, & ita multorū cadauerū cruor in unum confuſus eſt.

OLIVERIVS.

AGe Darii q̃tus Cābyſes Cyri regis Perſarū filius ꝑ q̃ eté monitus eſt Smerdim regnaturū ſeq; regno expulſum iri. ueritus ergo ne à fr̃e regno exueretur, Comatim ut uult Iuſt. Prexaſpem q̃ndā (ut Hero.) miſit, q fr̃m interficeret ipſe uero telo caſu quodā in ſœmore ictus diē ſuū obiit interea magus q̃dā noīe Smerdis regnū occupauit anteq̃ rex periret. ubi Cambyſes Smerdim regnare intellexit. ℣ Prexaſpē interrogat, cur mandatū ſuum non ſit executus, credebat, enī Smerdim hunc fratrē ſuum eſſe, ille affirmat ſe fratrē illius occidiſſe, ut reuera fecerat, rex Prexaſpem in carcerem cōiici iubet, quo facto haud ita multo poſt rex morit, Prexaſpes carcere liberatur, q poſtea in locū editū aſcendit, quaſi ſimulata ſtultitia ridiculum, qđ facturos eſſet & congregato populo, conuenerant enim oēs mirantes, quid nā facturus eſſet, & cōfeſſus eſt ſe Smerdim regis fratrem illius iuſſu interfeciſſe, quo facto ſe præcipitem dedit princeps ciuitatis & ſi antea dubitauerant hunc, qui regnaret Cambyſæ fratrem, q̃q̃ & ipſe Smerdis appellaretur, atq; illi perſimilis, tamen quia nunquā ꝓdibat in lucem, & maxime confeſſione Prexaſpæ iā pro certo habere

¶ De Leonida.

HOc loci Leonidas ſpartanus nobis occurrit: cuius propoſito opere exitu nihil fortius. Nam cum. CCC. ciuibus apud Thermopylas toti Aſiæ obiectus, grauem illum & mari, & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem. ſed Neptuno quoq; compedes, & cælo tenebras minitantem, pertinacia virtutis ad vltimam deſperationem redegit. Cæterum perfidia, & ſcelere incolarum eius regionis & loci opportunitate, qua plurimum adiuuabatur ſpoliatus occidere dimicans, q̃ aſſignatam ſibi à patria ſtationem deſerere maluit. Ideoq; tam alacri animo ſuos ad id prelium quo perituri erãt cohortatus eſt, vt diceret ſic. prandete commilitones mei tanquam apud inferos cænaturi. mors erat denunciata. Lacedæmonii perinde ac victoria eſſet promiſſa ductori intrepide paruerunt.

to habere ceperunt hunc regis fratrem nõ eſſe, huc accedebat φ cũ rex multas concubinas, filiam quoq; Otanæ cuiuſdam principis haberet, pater ut rem exploratam haberet, filiæ præcepit, ut diligenter aiaduerteret, cũ rex profundiori ſomno captus eſſet nunq̃d aures haberet. Nam huic Cambyſes dũ eſſet in regno aures iuſſerat auelli, ut dignoſceretur à fratre, cui & uultu, & noie ſimilis erat, filia mox detulit ad patrem ſine auribus regem eſſe, hæc cum rẽ certã feciſſet, hunc qui regnaret Cambyſæ regis fratrem nõ eſſe, multi ex principibus ciuitatis coniurant patriam Tyrãnide liberare, itaq; cum Darius, & reliqui ſecum primores ciuitatis ad regiã armati conueniſſent, à cæteris quos ad ſui corporis cuſtodiã rex habere conſueuerat ꝓhibebantur ultimã portã intrare, ibiq; cũ Darius Smerdiũ regẽ amplexus humi ꝓſtrauiſſet, unuſq; ex ſociis telum in corpus regis dimittere dubitaret, tuendũ Smerdiũ uulnera recipit, Dariũ quoq; trãſfigeret telum, inquit, Darius per utrunq; corpus agas, dum hic pereat q̃ celerrime, in hac hiſtoria Valerii opinionẽ ſecuti ſumus qui multũ diſſentit à Iuſtino. ¶ Tyrãni de mago illo, qui ſe per dolum regẽ fecerat. ¶ Obſcuro loco, Vbi lux nulla erat. Vel pro etiam utrunq; Meum ſcilicet, & huius.

ASCENSIVS.

AGe darii & c. Bono ordie ꝓcedit, nã primũ intulit exẽpla mere domeſtica, deiñ ſemiexternũ, nũc mere externũ dicẽs. Age, adhortãdi uox eſt. q. d. attende, aut diſcere, q̃tus ſup fuit ardor animi darii, unius ex principibus Perſarum, qui cũ liberaret Perſas, ſordida & crudeli tyrãnide magorũ, præſertim Mergidis, qui ſe fratrem Cãbiſe mentiebatur & urgeret. i. opprimeret pondere corporis ſ. ſui, unũ ex his. ſ. magis, Mergidẽ noie abiectũ. i. ꝓſtratum loco obſcuro, inq̃t, ſocio ꝑclari operis. i. tirãnicidii dubitanti inferre plagã ei. ſ. mago, ne uulneraret ipſum. ſ. Darium incũbentem ſup magũ, dũ petit, aut peteret magum, uero. i. certe, nihil eſt quod ideſt propter quod tu utaris gladio timidius, ideſt cum timore, reſpectu mei, ideſt ne me uulneres. licet agas, ideſt impellas, illum, ſcilicet gladium tuum, uel. i. etiam per utrunq;. ſ. me & tyrannum. i. dummodo hic. ſ. tyrãnus pereat q̃ celerrime, ideſt ualde celeriter.

THEOPHILVS

DArii. Sunt qui legant Gobryæ ex Herodoto & Trogo, cuius hiſtoriarum primo uerba ſunt hæc Ipſi corripiuntur à pluribus, quorum alterum Gobryas amplexus magnum, cunctãtibus ſociis, ne ipſum pro mago trãſfoderent, quia res in obſcuro loco gerebatur, uel per ſuũ corpus adigi ferrum mago iuſſit, fortuna, tamen ita regente, illo incolumi magus interficitur, hæc Trogus, & eo prior Hero.

OLIVERIVS.

Thermopyle

HOc loci Leonidas Spartanus. Cum Xerſes Perſarum, & totius Aſiæ rex exercitum infinitæ multitudinis, ut potè decies centena millia militum in Græciã traduceret, ut eã ſuo imperio ſubigeret, lacedæmonii Leonidã principẽ ciuitatis cũ trecentis ciuibus miſerunt, q̃ in anguſtiis Thermopylarũ ſe perſis offerret, & tranſitum eorũ in græciã ꝓhibiturus eſt aũt mons longiſſimus, qui ita greciã diuidit ſicut Apeninus Italiã, teſte Liuio de bello Macedonico lib. v. Strabo uero uult eſſe anguſtias montis, Oetæ ut ſupra diximus ibi Leonidas, cum trecentis ciuibus, quo ſecum duxerat tanta uirtute dimicauit, ut non ſolum multos, ac prope innumerabiles ex hoſtibus de monte repulerit, ſed etiam rex ipſe ter de fide ſua cõſternatus fuiſſe dicatur, multos ex ſatellitibus, quos ad cuſtodiã ſui corpis ſeruabat, quoſq;. αναγους hoc eſt immortales appellabat, eoſq; Leonidas ſuperauit, & docuit eſſe mortales, itaque apparebat Xerxem ſibi tranſitum in græ

clam uiribus quidẽ aperire non poſſe, niſi agreſtis incola regi locũ aperuiſſet, per quẽ in cacumen montis euadere poſſet. Rex illũ multis muneribus donatũ multitudini ſuæ ad montem ſcandendum ducẽ dedit, quos cum iam ſuperiora loca tenentes Leonidas conſpexiſſet enim uero cognouit ſe diutius reſiſtere non poſſe, nec eo tñ remiſſior ad pugnam eſt factus quin ẽt ſuos ita allocutus eſt, ut diceret eos ita prãdere, tanq̃ cenaturos ad iferos, hi duci ſuo tanquã triũphos, ac uictoriam permiſiſſet intrepide paruerunt & ita pugnantes oẽs pro patria fortiter occubuerunt. Multis tamen prius ex hoſtibus interfectis. Vnde de hoc Stra. lib. ix. In deſcriptione Thermopilarum Leonidas, iquit, ſane paucis adiunctis finitimis contra tot Perſarum millia hominũ ualentiſſimorũ tunc ope locorũ obſiſtit, donec alio per mõtana circũeuntes tramite barbari ipſi leonidæ cõmilitones conciderunt, & tunc in cõem cunctoꝝ tumulũ eorũ polyandrium, ad eſt & inſculpta in colũna. Spartanorũ iãte uulgata inſcriptio. Dic lacedæmoniis hac hoſpes parte iacere, dum illorum rigidis legibus obſequimur. ¶ Grauẽ, Perniciosum, q̃a nec mare, nec terra eũ ſuſtinere poterant. Sed, Neptũno cõpedes. Quia dr̃ Xerxes Bizantiũ ponte iunxiſſe uel φ mare nauibus ſtrauit ut dicit Iuſti. Propterea compedes ur̃ inieciſſe Neptũno. ¶ Tenebras cæ. q̃a multitudine ſagittarũ cælo tenebras inducebat, & ſolis lucem auferebat.

ASCENSIVS.

HOc loco ſeu hæc loci. Vtrũq;. n. legitur. Recitat mirabilẽ uirtutẽ Leonidæ, & cæterorũ ſpartanorum dicẽs. Leonidas ſpartanus. i. lacedæmonius, nam ſparte, ſeu ſparta ẽt lacedæmon dr̃ occurrit nobis. ſ. memorãdus hoc loci, aut hoc loco, uidelicet inter uiros fortiſſimos, cuius. ſ. leonide ꝓpoſito, q̃a uoluit hoſtẽ arcere à patria ope, q̃a inumeros occidit exitu q̃a iãdẽ fortiſſime cecidit, nihil eſt fortius. Nã ipſe cũ trecẽtis ciuibus. ſ. lacædemõiis, obiectus toti Aſiæ. i. exercitui, quẽ ex tota Aſia cõtraxerat Xerxes, apud Termopylas. i. anguſtias illas montis. Oetæ dictas, quaſi portas calidarum aq̃rũ. ¶ Redegit ꝑtinacia. i. infragibili cõſtantia uirtutis ad ultimã deſperationẽ Xerxẽ illũ grauẽ. i. moleſtũ & mari, & terræ & non modo terribilẽ hoibus, ſed minitãtẽ quoq; Neptũno. i. deo maris cõpedes, q̃a Helleſpontũ ponte iũxit, & colaphis cæſum, q̃ſi cõpedibus cõſtrictũ ſeminatus eſt, minitantẽ cælo tenebras, q̃a multitudine teloꝝ terris umbras induxit, ita ut q̃ ſub illis erant, poſſent putaſſe cælo lucem deeſſe. Cæterum. i. ſed, ipſe ſpoliatus opportunitate loci qua plurimum adiuuabatur, ſpoliatus dico, ꝑfidia, & ſcelere icolarum, quia unus ex incolis regionis docuit à tergo aditũ in montem, unde Leonidas depugnabat, uiſo aũt hoſte, maluit occidere. i. occubere dimicans, q̃ deſerere ſtationem aſſignatã ſibi à patria, ut. ſ. in ea ſtaos hoſtes arceret. Ideoq;, quia maluit occidere q̃ fugere cohortatus eſt ſuos. ſ. ciues illos trecentos, ad id prelium, quo, erant perituri quia, non erat ſpes euadendi, cohortatus inquã eſt aio tam alacri, ut diceret ſic. O cõmilitones mei prandere tanq̃ cænaturi apud inferos. ſ. in cãpis elyſiis. Mors erat denũciata ſ. hoc dicto, & tñ ſup. lacedemõii ꝑuenerũt ductori. ſ. ſuo Leõide, itrepide ꝑinde ac. i. ſi aliter q̃ ſi uictoria eẽt ꝓmiſſa.

THEOPHILVS.

LEonidas Spartanus. Quum Xerxes in terram græciam cũ decies centẽnis armatorũ millibus aduentaret à lacedæmoniis q̃ngenti duce Leonida miſſi ſunt, ut anguſtas Thermopilarũ fauces, occuparent, Epulabatur, & ecce ingens barbarorum uis à ſummis ingruit iugis, quos ubi Leonidas aſpexit, prãdete, inq̃t, cõmilitones, tanq̃ apud inferos cenaturi. Tunc facto in Perſas impetu multis cõfoſſus telis ad Xerxem peruenit, eiq; diadema arripuit, occiſi cor à Xerxe excẽtũ ſetis hirtũ inuentum eſt, hiſtoriam refert Ariſtides re

rum Perſicarũ primo. ⸿ Neptuno cõpedes. Quũ oborta mari tempeſtas pontem, quo Xerſes iunxerat Helleſpontũ diruiſſet, ille turus actus, Helleſpontũ trecentis plagis affecit, compedeſq; grauiſſimas in ipſum deiecit, cũ hac inſultatione. Dominus hac acerba pœna te plectit. auctor Herodotus, & Iuuenal. Ipſum compendibus, qui uinxerat. Ennoſigeum.

Imperatore, quibus deinde pugnantibus duo ex argiuis Agenor & Chromius ſuperſtites uictoriã in urbem renunciant, post ſummã poſtea quietem Othryades, qui ſupfuerat, ſemifractis initens haſtis Cæſorum ſcuta corripiens Trophæum erexit, ex proprio inſcribens cruore Διι τροπαιῳ οὐχῳ, idest Ioui in cuius poteſtate ſunt Trophea, dehinc orta utrinq; diſcordia Amphictyones quum in rem præſentẽ uenißent, uictoriam Lacedæmoniis adiudicant. ut Chryſermus Peloponeſiacorum tertio tradit, & Herodotus.

⸿ Thyreatium ſolũ. Thyrea de qua certamen inter Argiuos & Lacedæmonios fuit, in mediis utriuſq; ciuitatis finibus poſita, dr & thyre numero multitudinis ex contractione, un incole thyreatæ, ut tegeatæ, & gñe fœminino thyreatis. hec Steph. ⸿ Leuctram. Leuctra numero multitudinis, & neutro genere declinatur, ex Stra. Plu. Suidæ monimentis Euſtachio, ceteris Pauſanias και ες λευκτρα αφικνει τοι ταβοιωτα.

De Othryade.

Othryade quoq; pugna pariter, ac morte ſpecioſa, Thyræatium laude, q̃ ſpatio latius ſolum cernitur qui ſanguine ſuo ſcriptis literis direptam hoſtibus victoriam, tantum non poſt fata ſua in ſinũ patriæ cruento trophæi titulo retulit.

De Epaminunda.

EXcellentiſſimos Spartanæ virtutis prouẽtus, miſerabilis lapſus ſequitur. Epaminũdas maxima Thebarum felicitas, idemq; Lacedæmonis prima clades, cum vetuſtã eius vrbis gloriam: inuictamq; ad id tempus publicam virtutem, apud Leuctram, & Mantineã, ſecundis præliis contudiſſet: traiectus haſta, ſanguine, & ſpiritu deficiens, recreare ſe conãtes primum an Clypeus ſuus ſaluus eſſet: deinde an fuſi hoſtes penitus forent, interrogauit. que poſtquã ex animi ſententia comperitur: non finis, inquit, commilitones meæ vitæ, ſed melius, & altius initium aduenit. Nunc enim veſter Epaminundas naſcitur: quia ſic moritur. Thebas ductu, & auſpicus meis caput Græciæ factas video: & fortis, & animoſa ciuitas Spartana iacet armis noſtris abiecta. amara dominatione Græcia liberata eſt. orbus quoq;, non tamen ſine liberis morior: quoniã mirificas filias Leuctram, & Mantineam relinquo è corpore deinde ſuo, haſtam educi iuſſit, eoque vulnere expirauit. Quod ſi eum Dii immortales victoriis ſuis perfrui paſſi, eſſent: ſoſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet.

OLIVERIVS.

OThryadæ quoque pugna pariter ac. Athenienſes & Lacedæmonii de agro Thyreatiũ inuicem diſſidebant, & cũ de hoc utrinq; exercitus pugnaturi conſtituiſſent, ne magnã cladẽ acciperent totius belli fortunam trecentis militibus cõmiſerunt, q̃ utriq; pro ſuo dimicarent exercitu, & dum hi pugnarent, reliqui oẽs in caſtra diſcederent, in hac pugna tanta aiorum pertinacia certatum eſt, ut cæteri oẽs occubuerint unus tñ Othryades pugnæ ſupſtes extiterit q̃ ne ſolus in caſtra rediret, ſeipſum inter hoſtilia cadauera gladio tranſfixit, & ſanguine proprio ſcuto ſuo literas inſcripſit ενικησα. Uici deinde cum è caſtris utrinq; oẽs exiſſent ad colligẽda cadauera ut ſepulturæ mandarentur nec aliqua rõne ſecerni poſſet, utri uictores fuiſſent Othryadæ corpus inter cadauera Athenienſiũ repertum eſt, cũ ſcuto ubi uictorie Titulus erat inſcriptus, ex quo cognitũ eſt ipſum uictorẽ ſupſtitem fuiſſe, & ita conſenſu Athenienſ. lacedæmonii Thyreatiũ agrum ſpatio quidem anguſtum ſed laudibus amplũ deinceps poſſederunt. ⸿ Spatio, quia paruo ſpacio circũſcriptus erat locus ille. Ordo aũt literæ eſt, ſolũ Thyreatium latius laudẽ q̃ ſpatio cernitur ſpecioſa pugna pariter, ac morte othryadæ. ⸿ Direptat. nõ p. ſ. ſ. in. ſ. i. ferme. & quaſi poſt mortem ſuã nam parum aberat à morte cum ſanguine ſuo uictoriæ titulũ ſcuto ſuperioſcripſit, ac ſi diceret in ipſo mortis articulo, & eſt modus dicendi tantum non pro ferme Valeri. propemodum peculiaris.

ASCENSIVS.

OThryadæ &c. Ordo eſt, Solum quoq; Thyreatium. i. quod Thyræates colunt, cernit. i. conſpicitur, latius id eſt extenſius, laude Othryadæ, ſcilicet Lacedæmonii illius ſorte ſic dicti, q; Otrii eſſet filius, ſpecioſa pariter pugna, ac morte q̃ ſpacio, ideſt extenſione locali, ſic Oli. legit, Alii non morte, ſed mors legunt quibus libẽtius accedo propter particulam quoq;, ut ſit ordo. Pugna quoq; pariter, ac mors Othryadæ, ſpecioſa ſupple eſt, cuius ſupple laude ſolum Thyræatium cernitur latius qui ſpacio, & ſupple qui retulit in ſinum patriæ cruento titulo Trophei, utpote literis ſcriptis ſanguine ſuo, uictoriam direptam hoſtibus. ſ. Athe. tantũ non. i. dumtaxat poſt ſua fata. i. poſt mortem uoluntariam, noluit enim ſuperuiuere cæteris cæſis, ut qui eius ſcripta legerunt, interpretati ſunt, potuit tamen fieri, ut accepto letali uulnere, ſed ſpiritu nondum ſopito ea ſcripſerit, & eo ſolo uicerit, q; cæteri ſimilia ſcribere, aut non potuerint, utpote iam defuncti, aut non curauerint minus pro patriæ gloria attenti.

THEOPHILVS.

OThryadæ. Argiuis, ac lacedæmoniis de Thyreatæ agro diſceptantibus amphictyones ſtatuerunt, ut utriq; pugna cõmitterent, & ager uictoribus adiudicaretur. Itaq; lacedæmones Othryadem, Argiui Terſandrũ creát

OLIVERIVS.

bus laceraretur uictum malis ſe ſimulans, auertit à conſciis ſ inſontes indicium Thraſonem etiam auctorem conſilii mentitus, nec niſi tam potenti duce confiſus rem tantam auſuros fuiſſe. nominabat autem eos, quorum capita uiliſſima fingenti inter dolores gemituſq; occurrerunt maxime animo tyranni credibile indicium Thraſo nominatus fecit, itaq; ex tempo traditur ad ſuppliciũ, adiectiq; pœna ceteri iuxta inſontes, tum ſociorum nemo dum conſcius conſilii diu torqueretur, aut latuit, aut fugit, tm illis ĩ uirtute, ac fide Theodori fuit fiduciæ. tantumq; ipſi Teodoro uirum ad arcana occultanda. Fidiculas. Neruos, & chordas tortiles, quibus tormenta dantur. eſt enim diminutiuũ à fidis. Laminas. Scilicet ferreas. Extimuit, Scilicet candẽtes, & accenſas. Satellitem, ſcilicet Thraſonem quẽ licet Valerius non nominet, Liuius tñ ita noĩatũ fuiſſe dicit Theodorus. xx. fuiſſe lectum eſt, inter quos fuit hic Syracuſanus. quẽ etiam de re militari ſcripſiſſe legimus. Apud indos uero patientiæ Solide his ait, indi gymnoſophiſtas habent, qui abortu uſq; ad ſolis occaſum contentis oculis orbem candentiſſimi ſideris cõtuentur, in globo ignis rimantes ſecreta quædam harenisq; feruentibus perpetem diem alternis pedibus inſiſtunt. Stra. lib xv de his multa, quæ quia longa nimis prætermittenda duxi, uerum illud ad hanc rem ſatis erit, ꝙ Oneſicritus ſcr. ſe miſſum ab Alex. ut cum gymnoſophiſtis loqueretur, ꝙ Alexan. audiuiſſet eos nudos ſedere, & tolerãtiam exercentes ĩ honore maximo hẽri, ad hos ueniſſe & xv. homines inueniſſe xx. ſtadiis ab urbe alium in alio geſtu, uel ſtantem, uel ſedentem, uel iacẽtem nudum, & uſq; ad ueſperam immotũ poſtea in urbem deſcẽdere. ſed omnium difficillimum eſſe ſolem perpeti adeo calidũ ut nemo alius nudis pedibus. ſ. in meridie per terram ire facile ferret. locutumq; cũ uno eorũ noĩe Calamo, q poſtea uſq; in Perſiã Alex. ſecutus eſt, nec illud ꝑtermittendũ cenſeo, ꝙ Ariſtobolus dicit, uidiſſe ſe ſophiſtas duos ex taxillis utroſq; bragmanas, alterũ ſeniorem tonſum, alterũ iuniorem comatũ, quos diſcipuli ſequebãtur hos deĩñ ad Alex. menſam aſſiſtentes cenare. & patientiã docere, poſtea in locũ quendã proximũ ſecedẽtes, ſeniorẽ ſupinũ, & ſolẽ, & himbres tolerare iã. n pluebat uere incipiente. iuniorẽ uero in altero pedeſtãtẽ lignũ tricubitale ambabus manibus ſublatũ, ſuſtentare pede ãt iã defeſſo rurſum in alterum ĩmutare, atq; ita quotidie ꝑſeuerare, ex his continentiorẽ uiſum fuiſſe iuniorẽ q cũ aliquandiu regẽ ſecutus fuiſſet, domũ reuerſus eſt, & eo relicto iuſſit, ſi qd uellet ad ſe ueniret. Alterum uſq; ad extremum ſecutũ, & ueſtem & uita apud regẽ immutaſſe & cũ à qbuſdã increparetur reſpondiſſe, ꝙ lx. exercitationis annos compleſſet, quos promiſerat Alex. filius eius dona plurima dediſſe, de his quoq; Pli. lib. vi. nat. hi. & Luca li. iiii. mentionem facit. Ci. li. v. Tuſc. queſtionũ, inquit, quæ barbara india uaſtior, & agreſtior, in ea tamen gente primũ, hi qui ſapientes habentur, nihi ætatem agunt, & caucaſi niues hic malemq; uim perferunt ſine dolore, cumq; ad flammam

Gymnoſophiſtarum patientia.

ſe implicauerint, ſine gemitu aduruntur gymnoſophiſtæ adeo ſibi patientiam, quaſi propriam uendicant ut uitam ſuam nudi ſemper ducant. unde etiam gymnoſophiſtæ dicuntur, ꝙ nudi philoſophentur, ut ſupra diximus. Durantes, Dura reddẽtes. Modo flammis ſine. Aut quia ut dixim', harenis feruentibus perpetem diem alternis pedibus inſiſtunt, aut quia gymnoſophiſtæ cum diu ſeſatis uixiſſe arbitrarentur, inſtructo rogo uiui comburi patiebantur Legitur etiam de Socrate apud A. G. li. ii. c. i. ꝙ ſtare ſolitus eſſet pertinaci ſtatu ꝑdius, atq; pernox a, ſummo lucis ortu ad ſolem alterum oriẽtem inconueniens, immobilis, iiſdem ueſtigiis, & ore, atq; oculis in eundem locum directis cogitabundus, tanquam quodam ſeceſſu mentis, atq; animi facto à corpore temperantia quoq; fuiſſe eum tanta traditũ eſt, ut omnia uitæ ſuæ tempora ualetudine inoffenſa uixerit.

etiam ſatellitem, in quo totius dominationis ſumma quaſi quodam cardine uerſabatur falſa criminatione inquinandum, fidum lateri eius cuſtodẽ eripuit: beneficioq; patientiæ, non ſolum, quæ occulta fuerunt, texit, ſed etiam tormenta ſua ultus eſt: quibus Hierony. dum inimicum cupide lacerat: amicum temere perdidit. Apud indos uero patientiæ meditatio tam obſtinate uſurpari creditur, ut ſint, qui omne uitæ tempus nudi exigant, modo Caucaſi montis gelido rigore corpora ſua durantes: modo flammis ſine vllo gemitu obiicientes, atq; haud parua his gloria contemptu doloris, acquiritur, titulus namque ſapientiæ datur. Hæc è pectoribus altis, & eruditis orta ſunt.

De quodam Seruo.

ILlud tamen non minus admirabile quod ſeruilis animus cœpit. Seruus barbarus Aſdrubalem quod dominum ſuum occidiſſet, grauiter ferens, ſubito aggreſſus interemit. Cumq; comprehenſus omni modo cruciaretur: lætitiam tamen quam ex vindicta cœperat, in ore conſtantiſſime retinuit. Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata ingenia viuida ad ſe penetrare patitur. Neque hauſtum ſui cum aliquo perſonarum diſcrimine largum, maligaum ue præbet ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis attuleris æſtimat, inq; captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit: ut quantum ſubire animo ſuſtinueris: tantum tecum auferas. Quo euenit, vt & humili loco nati, ad ſummam dignitatem conſurgant, & generoſiſſimarum imaginum fœtus in aliquod reuoluti dedecus, acceptam à maioribus lucem in tenebras conuertant. quæ quidem planiora ſuis exemplis redduntur, ac prius de iis ordiar, quorum in meliorem ſtatum facta mutatio, ſplendidam relatu præbet materiam.

ASCENSIVS.

IN theo. q. & c. ordo eſt. Hiero tyrannus ſ. aut ſyracuſarum, fatigauit quoq; fruſtra manus tortorum, in Theodoro ſyracuſano uiro grauiſſimo Enim pro quia Hiero. ſup. per tortores, rupit ſ. in corp' Theodori uerbera. i flagella, laxauit. i. ſic tetendit, ut laxæ fierent', fidiculas i. chordas tortorias, ſoluit. i. diſſoluit aculeum. i. inſtrumentum ligneum, de quo q torquebantur, dependebant extinxit. ſ. corpore Theodori, laminas ſ. ardentes priuſquam efficeret, ut. ſ. Theo. indicaret conſcios tyranicidii. Quin ẽt ipſe Theo. ingnãdo. i. maculãdo ſatellitẽ. ſ. Hiero. thraſonẽ noĩe. ĩ quo ſumma totius dñationis. i. tyeannidos, uariabatur quaſi in quodam cardine. i. ut ianua in cardine uerſatur, eripuit lateri eius fidũ cuſtodẽ, q a Tyrannus credẽs uera loçutũ amicũ fideliſſimũ necãdũ mandauit, & ipſe Theo. ñſolũ texit bñficio patiẽtiæ ea ſup. q̃ fuerit occulta, ſed ẽt ultus ẽ ſua tormẽta q a tyranno grauiſſimũ itulit damnum, unde addit, qbus. ſ. tormentis dum Hiero. lacerat cupide inimicũ, uidelicet Theo perdidit temere. i. ꝑ temerariã crudelitatem. Amicũ. ſ. thraſonem. Apud indos &c. Recitat patientiam indorum (ut opinor gymnoſophiſtarum) dicẽs. Vero pro ſed meditatio. i. exercitatio patientiæ. creditur uſurpari. i. in uſum adduci apud indos tam obſtinate. i. ꝑtinaciter ut ſint q exigãt. tranſigant oẽ tps uitæ nudi, durantes i. durancientes mõ. i. interdũ corpora ſua gelido rigore. i. frigidiſſima aſperitate, caucaſi montis mõ. i. interdũ abiicientes, corpora flammis ſine ullo gemitu. Atq; haud parua gloria acquiritur his contemptum doloris, & titulus ſapientiæ datur. Hæc. ſ. ſuperius dicta de patientia philoſophorum orta ſunt è pectoribus altis. i. deſt profundæ prudentiæ, aut magnanimis, & eruditis.

THEOPHILVS.

THeodoro. Antiqua exemplaria habent omnia Theodoro.

OLIVERIVS.

ILlud tamen ſeruus barbarus quidam Haſdrubalẽ ob irã interfectũ obẽq domini palam obtruncat cõprehenſuſq; Serui patientia

à circunſtantibus haud alio quam ſi euaſiſſet uultu tormentis quoq; cum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut ſuperante læticia dolores ridentes etiam ſpeciem præbuerit. Iuſtinus in fine ſuorum epitomatum, ubi de laudibus Hiſpaniæ loquutur. Sæpe tormentis inquit pro ſilentio rerum creditarū ſunt mortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura quam celebratur, eadē etiam bello punico ſerui illius patientia, quæ ultus domini necem in tormenta riſu exultauit, ſerenaq; læticia crudelitatē torquentium uicit. ⸿ Omnimodo. Omni genere ſuplicii. ⸿ Cōſtantiſſime retinuit. Quia ſemper ridebat. ⸿ Non ergo faſtidioſo. Ergo inq̄t uirtus non faſtidit quēq̄ cuiuſq; conditionis ſit ad ſe penetrare. ⸿ Viuida Feruida, & uiuacia. nā ſegnis contrariū uiuido, uū & quaſi ſine igne dicitur. Cum aliquo perſonarū diſcrimine. Non facit uirtus ſicud perſonarū exceptores, qui magnos, & dignitate præſtantes admittunt, humiles uerò & abiectos reiiciūt. ⸿ Malignū. Anguſtū, ut ſub luce maligna. ⸿ Inq; ea. Tibi igi curā relinquit, q̄tum ex ea capere uelis tantumq; tecū ſemper habes q̄rū tui ai magnitudo cōplexa fuerit, nec eiuſmodi eſt uirtus, ut his ſe q̄dem totam p̄beat illius perexiguam partem concedat, ſed æqualiter ſe oībus exponit nā ſi magni aī fueris ut ex ea te multum capere poſſe confidas, multū tibi ex ſe auferre p̄mittit, q̄ ſi puſillanimis fueris parū ex ea conſequeris, unde carmen Nobilitas ſine mente ruit, ſapiēcia uiles eleuat. haud uirtus refugit, quicū que ſequetur. ⸿ Splendidā re. Nā oēs libenter audiunt eos, qui ex hūili loco nati ſunt ad ſummū dignitatis gradum euaſiſſe & ita non ex abrupto trāſitum facit ad ſequens capi.

Virtus olbus ex poſita

ASCENSIVS.

Illud tñ cōtinuatur ſupiori, ut ſit q̄uis ſupiora à ſapiētib⁹ & igenuis facta ſunt, tū ſed illū. ſ. exēplū patientiæ q̄ alus ſeruilis cepit. i. cōcepit nō minus admirabile ſup. ē Seruus barbarus, utpotè punicus grauiter ferens, q̄ ſup. Aſdrubal. occidiſſet dñm ſuū aggreſſus Aſdrubalē ſubito iteremit ſup. eū. Quoq; i. & quū. i. quis ipſe ſeruus cōp̄heuſus. i. captus cruciaretur oī modo. i. oī gñe cruciatus, tñ. i. nihilomin⁹ retinuit in ore. i. uultu, lætitiā, q̄ cepat ex uindicta. ſ. q̄ ita dominū ultus fuerat. Non ergo &c. Occaſione ſeruilis uirtutis docet uirtutē in oī mortaliū conditione poſſe reperiri, faciēs aptā paraſceuē. i. p̄paratione ſeq̄ntis tituli. Ordo eſt. Ergo q̄a in ſeruo quoq; repta eſt uirtus patiētiæ cū fortitudie aī, uirtus excitata. i. prouocata in dignitate alicuius rei, uſi peripatetici irā fortitudinis miniſtrā cēſuerūt, nō patitur ingenia uiuida. i. nō torpentia, ſed uegeta penetrare ad ſe, aditu faſtidioſo. i. ſuperbo, & humilis cōditionis cōtēptore, neq; præbet hauſtū ſui largū uel malignū. i. exiguū. i. nō iſundit in hoies parce, aut abūde cū aliquo diſcrimine. i. differentia, aut acceptione perſonarum. i. diſcretionū ſtatus, ſed expoſita. ſ. ad accipiēdū, oībus. i. cuiuſcunq; conditionis fuerint, æqualiter, æſtimat. i. perpēdit, & reputat potius q̄d cupiditatis. i. affectionis, & deſiderii attuleris. ſ. ad eam obtinendā q̄ q̄d dignitatis, & reliquit tibi ipſi. i. pro arbitrio tuo examinandum, ideſt diſcernendum, & diiudicandum pondus, ideſt magnitudinem. Aut ualorem in captu bonorum ſuorū, ita ut tantum auferas tecum. ideſt de bonis uirtutis quantum ſuſtinueris ſubire animo. Quo ideſt q̄ rem euenit, ut &, ideſt etiam nati humili loco. i. in humilibus

⸿ De iis qui humili loco nati clari euaſerunt. Cap. IIII.

INcunabula Tulli Hoſtilii agreſte tuguriū cepit, eiuſdē adoleſcentia in pecore paſcēdo fuit occupata. validior ætas imperiū Romanum rexit: & duplicauit. Senectus excellentiſſimis ornamentis decorata in excellentiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit. verū Tullius & ſi magni, & admirabilis incrementi, domeſticū tamen exemplum eſt.

⸿ De Tarquinio Priſco.

TArquinium autem priſcum ad Romanū imperium occupandum fortuna in vrbē noſtram aduexit alienum, quod exactum alieniorem, quod ortum Corintho, faſtidiendum quod mercatore genitum: erubeſcendum, quod etiam exule Demarato natum patre. Cæterum tam proſperum conditionis ſuæ euentum, induſtrium, pro inuidioſo, glorioſum, pro inuiſo reddidit. dilatauit enim fines Ro. Po. cultum deorum nouis ſacerdotiis auxit. numerum Senatus amplificauit. equeſtrem ordinem vberiorem reliquit, quodq; laudum eius cōſumatio eſt, præclaris uirtutibus effecit, ne hoc ciuitas penitentiā ageret: quod regem de finitimis potius mutuata eſſet quam de ſuis elegiſſet.

familiis, conſurgant ad ſummam dignitatem & fœtus, id eſt filii generoſiſſimarum imaginum, ideſt clariſſimorum patrū quorum imagines ſunt reuoluti in aliquod dedecus conuertant lucem acceptā à maioribus in tenebras. Quæ quidem. ſ. diſcrimina filiorum, aut ſuccedentium redduntur planiora. i. faciliora ad cognoſcendum, ſuis exemplis. i. ſi de eis adducantur exempla, Ac ordiar. i. incipiam dicere prius de his, quorum mutatio facta in meliorem ſtatum præbet materiam ſplendidam relatu. i. ad referendum aut ut referatur, quia pulchrū eſt referre eos, qui ex humili loco ad ſummam gloriam emerſerunt.

OLIVERIVS

INcunabula Tulli Hoſtilii. Conſtat tullū hoſtiliū tertium romanorum regem humili loco natum in caſa paſtoris fuiſſe educatum. hūc Liui. dicit nepotē fuiſſe illius Hoſtilii qui fortiter pugnans aduerſus ſabinos in lacū Curtiū lapſus eſt, qui deinde locus hoſtilius dictus eſt. Dionyſi. pluſimum diſſentit à Val. nam in principio li. iii. hūc genere honeſto, & opibus potentem fuiſſe oñdit, dicit. n Numa Pōpilio mortuo factus iterū ſenat⁹ reip. dñs in eodē gñe regiminis, nec inuito populo p̄manēdi cē fuit, conſtituitq; iterū ex ſenioribus in p̄finitū q̄dā dierū numerum p̄ſuturos urbi inter reges, à q̄bus deinde is, quē populus oīs p̄tulit. Tullus hoſt. rex dictus eſt, eius autē genus hoc fuit, ex urbe Medullia quā ab albanis conditam romulus fœdere ſuſcipiens. Ro. coloniā fecerat uir q̄dā gñoſus & opibus pollēs Hoſtilius noīe ro. cōmigrās uxorē duxit ex gñe Sabinorum ſeruili filiā, eā ipſam q̄ gentilibus ſuis fœminis bello Sabino cōſuluerat legationē ſuſcipiēdā p̄ uiris ad p̄res, q̄q; etiā uiſa erat cōciliādorum ducū cā fuiſſe p̄cipua, hic igitur uir multis in ſuis bellis ſub Romulo militans claris editis facinoribus, bello ſabino iteriit, filiū relinquēs unicū ſepelituq; regibus i optimo fori loco. uirtutē eius teſtantis tituli in p̄ſcriptione dignatus, ex hoc āt filio uiro facto, & illuſtē ducēte fœminā Tullus hoſtil. ē genitus, uir prōptus, & alacer, q̄ rex deiñ creatus eſt cū ſuffragiis ciuilibus de eo ſatis ex lege, tū uero numa fœdis auguriis firmāte q̄ populo uiſa erāt &c. ⸿ Impiū ro. Quia eius auus ſe bello ſabino fortiter geſſit, Rex Romæ creatus ē. ⸿ Duplicauit, Quia oēm populū albanū. Roma traduxit, euerſis menib⁹ & ſolo p̄ſtratis. hæc cā fuit q̄ bello fidenati iſidi fueſt P. R. ⸿ In altiſſimo ma. fa. q̄a iā ſenex aium religiōib⁹ adiecit quo ātea nihil mius ad regnū p̄tiere putauerat.

Tulli Hoſtilii genus

ASCENSIVS.

INcunabula &c. Q̄ão i ſupiore p̄ſatus ē affert. primū exē. eorum q̄ humili loco nati clari euaſerit. idq; de Tullo ho. rege Romanorum dicēs. Tugurlū agreſte. i. hūilis caſa i agro cepit icunabula. i. primordia uitæ Tulli ho. iii. Ro. regis, Adoleſcētia eiuſdē fuit occupata i pecore paſcēdo. i. paſtoralis ætas ualidior & uirilis rexit ipiū Ro. & duplicauit. i. i duplū auxit ipm̄ ſenect⁹. i. ultima etas eius decorata excellētiſſimis ornamētis, fulſit i excellentiſſimo faſtigio. i. culmie maieſtatis. Verū tullus, & ſi. i. q̄q̄ eſt exēplū magni & admirabilis icremēti. i. eorū q̄ ex minimis maximi facti ſunt, tñ eſt exēplū domeſticū i. ex nō alienigena ad iperiū Ro. acciti.

OLIVERIVS.

TArqniū aūt. Hic eſt Tarqnius Priſcus, à quo ſupbus deiñ natus eſt. exactū. Ciuitate eiectum. nā exigere inter alia

ter alia ſignificata, & expellere ſignificat, unde Ter. ſpectan-
dae, an exigendae ſint fabulae, huius aūt expulſionis cā fuit, ꝙ
pater Tyrannidem Eupili fugiebat. Exactū Dion. lib. iii. Non
exactū ſed ſponte diſceſſiſſe dicit. cū multarū ex mercatura pe
cuniarū dñs factus eſſet nā occupāte ingt corinthū ſeditione,
& inſtante brachiadis cypſelli tyrannide, cū haud tutū uideret-
tur ſub tyrannide uiuere homi
nem pſertim multa poſſidētē
eūq; ex familia factioſis opima-
tum, cōpoſitis rebus ſuis quaſ-
cunq; erat fieri poſſibile, corin
tho ſoluens profectus eſt, ha-
bēſq; amicos multos ex ethru
ſcis, & bonos propter cōtinua
commertia, maximeq; Tarq-
niis urbe magna aliquando &
foelici domum ſibi ibi cōſtruit
& uxorem genere illuſtrem du
cit, &c. ℞ Faſtidiendum. Contē
nendum ulli conditione homi
nem. ℞ Erubeſcendum. Quod
filius exulis regnauerit Romae
nam huius pater Demaratus
Demaratus corinthius
exul patria ſe ad Tarqnios cō-
tulit, & ibi duxit uxorem, ex
qua Aruntem & Lucumonē
genuit. Arūs grauida uxore re
licta mortem obiit ante patrē
ſuum qui haud ita multo poſt
cum diem ſuum obiturus eſſet
ignorans nurum ferre uentrē,
immemor in teſtando nepo-
tis. ſolū Lucumonem reliquit.
haeredem, & puero in nulla ſor
te bonorum nato Egerio co-
gnomē inditum eſt. Lucumo
cum omnium bonorum heres
relictus in ſummis diuitiis eſ-
ſet uxorem nobilem duxit Tanaqlē, q̄ cū uirum ſuum tarq-
niis non ſatis pro dignitate honoratum eſſe uideret, migran
di Romam conſilium dedit uiro, ubi ois repentina ex uirtute
nobilitas fieret, & cū ad ianiculū uentū eēt carpēto ſedenti cū
uxore, aqla ſuſpēſis demiſſa leniter alis pileū auſert, ſuperq;
carpentū cū magno clangore uolitās, rurſus uelut miniſte
rio diuinitus miſſa repoſuit id omen laeta dr̄ Tanaql accepiſ-
ſe & cōtinuo uirū cōplexa alta ſpare iuſſiſſe, hic igitur cū bñ-
ficiis multorū ſibi ciuiū bñuolētiā conciliaſſet, eo uſq; pceſ-
ſit ut i ſummā Anci regis familiaritatē ueniret, à quo libero-
rū ēt tutor iſtitutus eſt, & poſt mortē Anci regni ite rcepit.
℞ Dilatauit. Prorogauit, nā Sabinos bello ſupauit. & eis colla
tiā ademit, q̄cq̄d agri circa collatiā erat, oēmq; latinū nomen
domuit, & multas latinoꝝ ciuitates P. R. ipio ſubegit uideli-
cet Apiolas corniculas Ficulneā. Cameriā cruſtomeriū. Cul
tū deorū nouis ſacerdotiis. Quia augurū collegiū ſummo in
honore hr̄i uoluit, adeo ut nihil priuati uel publice ageretur
niſi prius captatis auſpiciis, ꝙ inde ſcm̄ ē, q̄a cū uellet curiis à
Romulo iſtitutis nouas edere curias, Nauius augur id iſidiis
prius p auguria cōſultis. fieri poſſe negabat. Rex uero eius ar
ti fidē eleuās, conſule, igr̄ aues fieri ne poſſit ꝙ aio concipio
ꝙ cū ille captatis auguriis fieri poſſe rñdiſſet cape igi hāc cotē
eāq; nouacula diſcīde. At ille incōtinenter accepit ac ſecuit, tūc
rex cepit, & artifidē, & auguribus honorē maximū adhibere.
℞ Numerū ſe. Quia centū pr̄es adiecit ordini ſenatorio, q mi-
norū gentiū appellati. ℞ Equeſtrē ordinē. Quia cēturias iſtitu-
tas Romulo auxit, ut i tribus cēturiis mille & tric. eqtes eēnt.

ASCENSIUS.

TArquiniū &c. Cōdepēdet ſupiori à ſic. Aūt, p ſed fortūa
aduexit i nrām urbem ad occupandū ipiūm. Tarq-
niū priſcū, ꝙ dicit ad drām targnii ſupbi alienū. ſ. ab i
pio Ro. i. multū remotū, ꝙ exactū. i. expulſum à ſuis, alieno
rē. i. magis abhorrentē & remotū ab eodem ipio, ꝙ ortū Co
rintho, & ita extra Italiā faſtidiendū. i. merito p faſtū reiiciendū.
dū. ꝙ genitū mercatore erubeſcendū ꝙ natū pr̄e Demarato
ēt exule. Caeteꝝ. i. ſed euentū, (ergo in noiatiuo ē dr̄) tā pſpe
rū cōditionis ſuae. i. ſtatus eius reddidit. i. fecit idustriū. i. ſagaci
igenio p iuidioſo. i. loco eius cui iuideat, & glorioſum p iui
ſo. i. loco iuiſi. ℞ Eñ, p gaipe dilatauit fines P. R. & iñxit cultū
deorū nouis ſacerdotiis, & amplificauit numeꝝ ſenatus, & reli
qt ordinē equeſtrem uberiorem. i. abundantiorem, & auctio
rē, quoq;. i. & ꝙ cōſumatio. i. perfectio laudū eius eſt effecit p
claris uirtutibus, ne haec. i. noſtra ciuitas ageret penitentiam,
& mutuata eſſet. i. mutuo acce
piſſet potius regē de finitimis.
ſ. populis utpote hetruſcis, quā
elegiſſet de ſuis.

De Tullo ſeruio rege.

IN Tullo uero Seruio fortuna praecipue ui-
res ſuas oſtendit Vernam huic urbi natum,
regem dando: cui quidem diutiſſime imperi
um obtinere: quater luſtrum condere: ter-
triumphare contigit. ad ſummam autem unde
proceſſit: aut quo peruenerit: ſtatuae ipſius titu
lus abunde teſtatur: ſeruili cognomine: & regia
appellatione perplexus.

De Varrone.

MIro quoq; gradu Varro ad conſula-
tum ex macellaria patris taberna con
ſcendit: & quidem fortuna parum du
xit, ſordidiſſime mercis capturis inq-
nari ſolito. XII. faſces largiri niſi etiam L. Aemi
lium Paulum dediſſet collegam, atq; ita ſe in ei⁹
ſinum infundit ut cum apud Cannas culpa ſua ui
res P. R. exhauſiſſet, paulum quoq; qui pꝉium
committere noluerat, occidere pateretur, illum
in urbe incolumen reduceret. Quinetiam ſena
tum gratias ei agentem quod redire uoluiſſet,
ante portas eduxit: excuditq;, ut grauiſſimae cla
dis authori Dictatura deferretur.

OLIVERIUS.

IN Tullo uero ſeruio. Tota
hiſtoria repetenda quae in
primo li. dicta eſt in ca. de
prodigiis ſuit autē ſcđm fabu
las ut diximus. Vulcani filius
& Ocreciae. ℞ Vernam. Seruū
ex ancilla natum Pli. de uiris il
luſtribus. Seruius tullus inquit
publi Corniculani & Ocreciae
captiuae filius cū in domo tar-
qni priſci educaretur flammae
ſpecies caput eius complexa ē.
℞ Titulus ipſius ſtatuae. q alta i
ſcriptus eſt. Seruii tulii regis
Ro. ſtatua. Seruili cognomine.
Quia dicit ſeruii quod à ſeruo
nomen habuit quamuis Liu.
patrem huius ſeruium appella-
turo eſſe principem in cornicu
lo ciuitate, & probat hunc nō
ſeruum fuiſſe, nec ſerua natū.

ASCENSIUS.

IN Tullo uero &c. ordo eſt
Vero pro ſed fortuna oſtē
dit praecipue uires ſuas in
Tul. ſeruio rege Ro. dādo ſup.
eū natū uernā. i. ſeruum ex an-
cilla. Liui. tñ uult duntaxat ex captiua natū regem huic. i. no-
ſtrae urbi cui. ſ. Ser. contigit. i. licet. difficile ſit datū eſt obtinere
imperium diutiſſime & condere quater luſtrū. i. luſtrationem
ciuium. i. inquiſitionem quot eſſent, & quantum poſſiderent,
quod quinto quoq; anno fiebat unde luſtrum pro quinquen
nio deinde uſurpatum, & triumphare ter ut Liui. late li. i. do-
cet āt pro ſed ad ſummam. i. ut ſummatim eius fortunam di
cā titulus ſtatuae ipſius teſtatur abūde uñ proceſſerit, q̄a ex ſer
uitute, aut quo peruenerit quia ad regnum Romanum, per-
plexus. ſ. utrunq; cognomine ſeruili, & appellatione regia. In
ſcriptum enim erat. ſtatua Seruii Tulli Romanorū regis, aut
Seruius Tullius Romanorū rex in uocem autem ſeruii, aut
Seruius uult author denotandum, ꝙ prius fuerat Seruus, cū
Liuius à patre id accepiſſe uelit.

OLIVERIUS.

MIro quoq; gradu Var. Quam humili loco hic ſit na-
tus oñdimus in capitulo de neglecta religione. cū igi
tur fauore plebis patribus nequicq̄ reſiſtentibus con
ſul creatus eſſet. cū L. Paulo grauiſſima clades illa tantopere
celebrata à ſcriptoribus apud cannas apuliae uicum fuit ꝶ ōa-
nis illata. cuius cā & actor fuit hic Terentius, Varro. Macella
ria. Non laniena, ſed ubi obſonia uendebātur à Macello quo
dam qui cum patriam prodere uoluiſſet, damnatus eſt, & ca
pite punitus, aedes eius ſolo adequatae, in area ubi aedes fuerāt
uēdi coepeſt obſonia. ℞ Capturis. Quaeſtibus haec captura dr̄
℞ Excudit, expreſſit, tranſlatio à fabris, qui ferrū cudentes cu-
iuſpiam inſtrumenti forma efficiunt.

ASCENSIUS.

MIro quoq;. Ordo eſt. Varro. ſ. Terentius conſcendit
quoq; miro gradu. i. proceſſu, ex taberna macellaria
patris i. ubi pater obſonia in macello uenditabat, ad
conſulatum. ſ. romanum, q̄ ſummus tunc erat ſaltem ordina
tius mgſtatus, Et quidem. i. & certe (ſic āt melius q̄ equidem,
legitur, nam equidem eſt, quaſi ego equidem, unde Cice. &
Ver. primae tantum perſonae iungunt) fortuna duxit parum.
i. exiſtimauit parum eſſe. xii. faſces largiri ſolitos inquinari ca
pturis. i. callido quaeſtu, ſordidiſſimae mercis niſi dediſſet etiā

ſup. ei Lucid Aelium paulum, uirum uidelicet nobiliſſimum collegam .i. conſulem, atq; fortuna infudit ſe in ſinum eius .ſ. Terentii Varronis, ita ut quum ipſe exhauſiſſet ſua culpa .i. temeritate populi Ro. apud Cannas uicum apuliæ, ubi cum Hannibale male pugnauit pateretur quoq; paulum .ſ. Aemilium, qui nolebat prælium committere, quia uidebat non eſſe expediens, occidere .i. occumbere, & ſup. reducere illum .ſ. Varronē caput omnis cladis, incolumen .i. ſaluū, in urbem .ſ. Romam. Quinetiam eduxit ſ. fortuna ſenatum agentem ante portas .ſ. urbis gratias q; rediré uoluiſſet, & fortuna excudit aut excudit .i. fabre effecit, ut dictatura .i. maximus ille, à quo nulla erat ꝓuocatio magiſtratus, deferretur .i. mandaretur, authori cladis grauiſſimæ, ſcilicet cannenſis, hoc eſt idem Varroni.

OLIVERIVS.

NOn paruus conſulatus rubor M. perpennæ. Hic græcus fuit, & in urbem peregrinus uenerat deinde cum ſe gratioſiorem patribus feciſſet, & magnas opes comparaſſet, eo proceſſit res, ut cum comitia haberentur auſus fuit petere conſulatum, quē & obtiuit. multa hic rei militaris documenta dedit, adeo ut prius pene conſul q̄ ciuis miſſus gr̄a Ariſtonicū fuit ut ſupra diximus. nā Ariſtonicus rex Eumenii filius Aſiam Attali regis toto Po. Ro. legatam occupauerat, aduerſus quem P. Licinius Craſſus, & idem pontifex maximus, quod nunquam antea factum fuerat, cū exercitu miſſus, qui rem infeliciter gſſit & per inſidias interceptus occubuit, poſtea uero M. perpēna exercitum aduerſus hūc Ariſtonicum duxit, & eum ſuperatum in deditionem accipit, ac de illo triumphauit, deinde cum Sertorius hoſtis patriæ iudicatus fuit, hic ſocius eius fuit. Pompeius, & Metellus conſules aduerſus ſertoriū Hiſpaniā cū exercitibus miſſi ſunt ubi cū Sertorius oībus fere p̄liis uictor euaſiſſet, ad ulumū ꝓditione ſuoꝝ occiditur, cuius ꝓditionis princeps fuit M. perpenna, q deiñ ſucceſſit ei, & cū Pōpeius intelligeret, ſe rem hēre cū uno duce, & longe inferiore Sertorio, rex cohortes obiecit ei, quæ tanq̄ populatum irent ꝑ agros euagarentur, & ſpem bene gerendæ rei Perpennæ facerent, q; ei ita euenit, nā ubi cohortes Romanas pallantes per agros aiaduertit, eos toto cum exercitu ſuo ad inſidias pertraxerunt, ubi cum milites uiuū ꝑpennā ad Pōpeiū deduxiſſent, eū lege papia interfici iuſſit, utpote, q hoſtis patriæ iudicatus eſſet. Namq; potētiæ eius. bene dico M. ꝑpennā lege papia Pōpeiū interfici iuſſum, eū pſem illius iudicio ſcabeili tribuni plebis damnatum ſe ciuē Romanū, & ciuis Romani iura uſurpātē, in priſtinas ſedes redire coegeīt. ☞ In priſtinas ſedes. in græcia. nomē adūbratū, tranſlatio à pictoribus q primo qda formā imaginis adūbrāt, deiñ coloribus illā diſtinguunt, & ſic in imaginē redigūt, adūbrare ꝓprie ē alicui' rei formā iducere, ergo nomē adūbratū. q a pricipia qdē M. ꝑpēnæ ſummæ claritatis, & gloriæ formā iduxeīt, ſed exitus formā illā adūbratā i uerā ſplēdoris imaginē exprimere nō potueīt. ☞ Falſus cōſul eſſe non debuit. ☞ Caligis, ſimile iꝑiū caduc' triūphus i. caducū, & obſcurū quemadmodū eſt caligo q̄ cum ſol uehementior impulerit eam continuo diſſipat.

Lex papia

ASCENSIVS.

NOn paruus rubor, &c. Duplex eſt lectio & ita duplex ordo nam alii textus habent Marci ꝑpennæ, alii Marcus ꝑpenna, ſcdm priores ordo erit. Rubor cōſulatus Marci perpennæ, nō paruus ſup. eſt, aut fortunæ, aut ciuitati Romanæ ſecundum poſteriores ſic M. perpēna ſup. eſt nō paruus, immo magnus rubor cōſulatus utpotē qui cōſul ſup. fuit antequam ciuis quia græc' erat, & ita conſulatui rubor iniectus eſt, q; cum ſit ſummus ciuium honor, non ciui delatus ſit, ſed ſup. Marcus perpenna, utilior aliquādo reip. in bello gerendo, Varrone .ſ. Teren. dicto Enim pro quia ipſe cœpit Ariſtonicum regem .ſ. Aſiæ, & extitit punitor ſtragis craſſianæ .i. Craſſi, qui à thracibus interceptus, à milite uirga in oculū percuſſo, à quo ad Ariſtonicum trahebatur, occiſus eſt. ☞ Cum interim mors eius .ſ. Perpennæ, cuius uita triumphauit .i. qui in uita triumphos duxit, damnata eſt lege papia, quia hoſtis patriæ iudicatus eſt, cum ſertorio, cuius in Hiſpania ſocius, & cū mortis fuerat tandemq; captus, & ad Pompeium perductus, lege papia, ultimū ſupplicium tulit, nāq; (q.d certum eſt mortem eius dānatā, q a ēt poſt mortē eius) Romani ſup. cogerūt patrem illius .ſ. perpennæ complexum .i. uſurpantem iura ciuis Romani nihil pertinentia ad ſe cū eſſet peregrinus utpotē græc' petitum iudicio Sabelli .ſ. tribuni plebis, redire in priſtinas ſedes .ſ. in græciā. Ita .i. & ſic nomen Marci perpennæ adumbratū .i. obſcuratum, & conſulatus falſus .i. non uere aditus, cū eius capax nō fuerit, & imperiū ſimile caliginis .i. tenebrarum, & triumphus caducus .i. cuius gloria non diu durauit, ꝑegrinatus .i. more peregrini conuerſatus eſt, improbe ī urbe aliena, quia peregrini officiū eſt non eſſe curioſum de rebus ciuitatis, in qua peregrinatur, is autem ſummos eius honores uſurpauit.

De M. Perpenna.

NOn paruus conſulatus rubor M. Perpēna, utpotè qui COSS. ante: quā ciuis ſed in bello gerendo vtilior aliquanto reip. Varrone imperatore. regē enim Ariſtonicum cepit: Craſſianæq; ſtragis punitor extitit. Cum interim cuius uita triūphauit: mors Papia lege damnata eſt. Namq; patrem illius, nihil ad ſe pertinentia ciuis Romani iura complexum, Sabelli iudicio petitum, redire in priſtinas ſedes coegerunt. Ita Marci perpennæ nomen adumbratum: falſus Conſulatus calliginis ſimile imperium: caducuſq; triumphus, aliena in vrbe improbe peregrinatus eſt.

De M. Porcio Catone.

MArci vero Porcii catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt qui nomen ſuum Tuſculi ignobile, romæ nobiliſſimū reddidit. Ornata ſunt enim ab eo literarum latinarum monimenta adiuta diſciplina militaris. aucta maieſtas ſenatus ꝓrogata familia, in qua maximum decus poſterior eſt ortus Cato.

OLIVERIVS.

MArci uero Portii Catonis Plin. de ui. illu. M. Portius Cato genere Tuſculanus à Vale. Flacco Romam ſollicitatus tribunus militum in Sicilia, quæſtor ſub Scipione fortiſſimus, & p̄tor iuſtiſſimus fuit in p̄tura Sardinia ſubegit, ubi ab Ennio græcis litteris iſtructus conſul celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent, literas ad ſingulas ciuitates miſit, ut muros diruerent, cum unaquæq; ſibi ſoli imperari putaret, fecerūt. Siriaco bello tribunus militum ſub M. Atilio Glabrione occupatus thermophilarum iugis præſidium hoſtium depulit. Cenſor L. Flaminium conſularem ſenatu mouit, q; ille in Gallia ad cuiuſdam ſcorti ſpectaculum eiectum è carcere in conuiuio iugulari iuſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus fecit, matronis ornamenta erepta inopia lege repetentibus reſtituit, accuſator aſſiduus malorum, galbam octogenarius accuſauit, ipſe quadrigies quater accuſatus glorioſe abſolutus, Carthaginem delendam cenſuit, Imago huius funeris gratia produci ſolet, Plutarchus dicit hunc genere tuſculanum fuiſſe, & priuſquam ad militiam, atq; remp. ſe cōferret in agro paterno circa ſabinos uixiſſe. cuius cum maiores prorſus ignobiles eſſe uiderentur. ipſe Cato M. patrem. ut uirum bonum, fortem, ac in re militari uerſatum efferre laudibus, catonem etiā proauum, ſæpenumero p̄miorum honore ab imperatoribus laudatum & quinq; bellantium equorum, quos inter dimicandum amiſerat p̄ciū fortitudinis ſuæ teſtimoniū à populo ſibi reſtitutum refert, cum ex more Romani eos, q generis gloria carentes, à ſe ipſis initiū caperent nois ſui nouos homines quemadmodū & ipm catonem appellarent, ipſe ad gloriam ſibi magiſtratus ſe nouum eſſe rebus uero geſtis ac uirtute maioꝝ uetuſtiſſimū p̄dicabat principio aūt tertio noie non Cato ſed Priſcus uocabatur conſequenti tempore Cato ei uirtutis cognomentū extitit, nam Romāi eo, in quo multarū rerū uſus ac experientia ſic Catonē nominant. Hæc Plutarchus in uita catonis. ☞ Incrementa, pricipia ita quidē

Cato homo nouus

M. perpennæ

M.perpennæ egregia fuere primordia,exitus minus probabiles habuerūt,ſed M.Portii Catonis uitæ totius tenor idē extitit. Tuſculi,municipii Ro.Monumenta,hiſtoriæ,nam librū de originibus ædidit.uidelicet de quacūq; familia Romana unde originem habuerit,& q̃d à quaq; gente accepit roma, idē ſummus orator fuit.Hor.in poetica.Cū lingua Catonis, & Enni ſermonē patriū ditauerit. Ci.li.de oratore.iii.Quid inquit M.Catoni præter hanc politiſſimam doctrinā trāſmarinā,atq; aduenticiā defuit nā q̃a ius ciuile non didicerat,cāſ nō dicebat,aut q̃a poterat dicere,ius negligebat,aut utroq; gñe,& laborauit,& p̄ſtitit,nō propter hanc ex priuatorū negociis collectā gl̄am tardior in rep.capeſcenda nemo apud populū fuit fortior,nemo melior ſenator,& idē optimus imperator,deniq; nihil in hac ciuitate tp̄ibus illi ſciri,diſciue potuit,quod ille nō tū ēt inueſtigauerit,& ſciuerit,tū ēt conſcripſerit,&c. Adiuta militaris diſciplina,q̃a bello omnē ferme Hiſpaniā impio populi Ro ſubegit dictu,& auſpiciis ſuis. Aucta maieſtas,q̃a i ordinē ſenatoriū electus. Prorogata,propagata. Poſterior ortus,qui Vticenſis dictus eſt.

ASCENSIVS.

M Arci &c. Affert laudabile incremētū M.P.Catonis dicēs Vero pro ſed.q.d.econtrario incremēta.ſ.honoris & gloriæ Marci porcii,Catonis,fuerūt expetēda publicis uotis,q̃ reddidit nomē ſuū ens ſup.Ignobile tuſculi,in illo oppidulo. nobiliſſimum Romæ.Enim pro quia monumenta literarum latinarū ſunt ornata.i.exculta ab eo,diſciplina militaris adiuta ſup.eſt ab eo,maieſtas ſenatus eſt aucta ab eo,& familia.ſ.Porcia prorogata.i.propagata,& extenſa eſt ab eo,in qua ortus eſt Cato poſterior,maximum decus.ſ.Romæ,quod miror adiecisſet cum contra Cæſarem ſenſerit.

Externa, De Socrate.

SEd ut Romanis externa iungamus: Socrates nō ſolū hoīum cōſenſu,uerū ēt Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus Phœnarete matre obſtetrice & Sophroniſco Patre marmorario genitus,ad clariſſimum lumen gloriæ exceſſit.neq; immerito,Nā cū eruditiſſimorū virorum ingenia in diſputatione cæca vagarentur,menſuraſq; Solis,& Lunæ,& cæterorum ſiderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur,totius etiam mundi ambitum complecti auderent: primus ab his indoctis erroribus abductum animum ſuum i intima conditionis humanæ,& in ſeceſſum pectoris repoſitos affectus ſcrutari coegit.ſi virtus per ſeipſam æſtimetur,vitæ magiſter optimus.

De Euripide, & Demoſthene.

QVam matrem Euripides: aut quem patrem Demoſthenes habuerit: ipſorum quoq; ſeculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera: alterius patrem cultellos venditaſſe: omniū pene doctorum literæ loquuntur, ſed quid aut illius tragica,aut huius oratoria vi clarius?

ter dictis. Cū eru.cæteri philoſophi in cognitione naturali tp̄s tererent primus ip̄e,relicta naturali,moralē philoſophiā in q̃ hoīes rōnē bñ,recteq; uiuēdi ſpecularentur inuenit. Menſuraſq; ſolis.i.magnitudinē ſolis lunæ,& cæterorum ſyderum. Solis,quē alii duplo.alii triplo terra maiorē dñt Lunā æq̃ magnā,ac terrā dñt,magis loq̃cibus,q̃buſdā cōiecturis ducebantur q̃ certis rōnibus,ut de his rebus diſputarent. Intima.ſ.parte uidelicet aīo. Repoſitos affectus,iraſcibilem cōcupiſcibilem,rationalē ex q̃bus quaſi fontibus omnes animi perturbationes deriuantur.

ASCENSIVS.

SEd ut iung.Romāis ſup.exēpiis,externa,Socrates iudicatus ſapientiſſimus,nō ſolū cōſenſu hoīum,uerū ēt Apollinis,genitus phænarete matre obſtetrice.i.q̃ p̄turiētib' operā locabat,& Sophroniſco patre marmorario.i.qui marmora polibat,aut ſculpebat,exceſſit.i.euaſit,clariſſimū lumen gloriæ.Neq; imerito.i.& nō ſine merito ſuo eo peruenit nā cū igenia uirorū eruditiſſimorū,uagarētur.i.icerta agitarentur,i diſputatione cæca.i.rerū,quarum uerā cognitionē hr̄e nō poterant,& conarētur explicare argumentis magis loquacibus q̃ certis,menſuras ſolis lunæ,& cæterorū ſyderū,& auderent cōplecti ambitū.i.circuitū ēt totius mūdi.ipſe pri' coegit animū ſuū ab his idoctis.i.idoctorum,aut iductis.ſ.ab aliis erroribus,in intima.i.intimam partē cōdōnis humanæ.i.ad ſcrutāda p̄cordia,quorū laus,aut uitupatio naſcitur ex p̄cordiis eorū,& p.i.in affectus.i.potentias aīæ repoſitas.i.locatas,i ſeceſſu.i.ſecreto pectoris,ens ſup.aut exñs,optimus magiſter uitæ,ſi uirtus æſtimetur per ſeipſam.i.ſine reſpectu ad commoda publica. aut priuata,quia philoſophando,& contemplando optime uiuitur,ſed utilius reip.fortiter agendo.

THEOPHILVS.

IMmo Catonis origines Italiæ ciuitatū continebant origines unde nomen,& ſi non ſatis plenum titulum propoſiti ſui uidetur amplexus ut placet Verrio,q̄uo p̄grauent ea quæ ſunt rerum geſtarum.P.R.

OLIVERIVS.

SOcrates non ſolum,hic fuit Athenīēſis philoſophus clariſſimus,ex pago alopocenſi.filius Sophroniſci marmorarii,& phanaretæ obſtetricis. Fuitq;,ut q̃dā ferūt Anaxagoræ p̄mū auditor deīn Archelai.cui ſucceſſit in ſcola,hic aīaduertēs ſpeculatiōis nālis nullū fructū eē,q̄tū ad cōmoda uitæ ſpectaret,primus ethicā hoc ē moralē philoſophiā iuenit relicta naturali.nā teſte Cic.in prologo q̃nti libri Tuſc.q̃ſti.primus de cælo philoſophiā euocauit,& in urbibus collocauit i domoſq; itroduxit,& coegit.de morib',& uita rebuſq; bonis,& malis q̃rere.q̄obrē ut ſcri.Soli.nō ſolū conſenſu hoīum,uerū ēt Apollinis oraculo fuit ſapiētiſſimus iudicatus nā igreſſū forte apollinis tēplū phithia.i.phebas Apollonica ita illū excepiſſe ſertur. Salue ſapiētiſſime oīum fuitq; orator p̄ōptus,acer primus teſte Fauorino cū Aeſchi è diſcipulo oratoriæ artis cāpos apuit,fuitq; illi cura ēt corporeæ exercitatiōis atq; erat p̄clari habitus,ut dixit Laerti.unde ſuadebat diſcipulis ſuis,ut ſe crebro tuerētur i ſpeculo,ut q̃bus eēt corpis dignitas à natura donata,eā itegrā nullo uitiis corruptā cōſeruarēt,q̃bus uero negata fuiſſet,uirtute cōpararēt ut aīoſi nō corpe hoībus placerēt militauitq; q̃nq; & Xenophontē ab equo deiectū i p̄lio facto uiriliter ſuſcipiēs ſaluum reddidit,fugientibus Athenienſibus uniuerſis in bello naua li uicit uictoriāq; Alcibiadi cōceſſit,quē ipſe teſte Ariſtippo ſuis manibus armauerat,de quo alia dicemus in.c.de ſapiē

OLIVERIVS.

QVā matrē Euripides,conſtat hunc in familiaritatē Socratis maximam & iura ueniſſe,adeo ut ſint qui dicāt Socratē fuiſſe,qui ſcripſit tragædiā Euripidis.Syropus ēt dicit Euripidis linguā.Socratem iuuiſſe,& Ariſtophanes dicit Socra fuiſſe Euripidem,hæc hiſtoria notabitur in ca.de fiducia. Demoſtenis p̄rem Plutar. Demoſtenē nolatū fuiſſe dicit,illūq; teſte Theopompo hiſtorico,uirū p̄bū,& hōeſtū macheropiū cognominatū,ab officio gladio⁊,q̃ athenis egregiam,multiſq; artificibus ſeruis inſtructā hēbat,q̃ & Iuuenalis affirmat in ſatyra oībus i terris cū dicat.Quē pr̄ ardentis maſſæ fuligine lippus.A carbone,& forcipibus,gladioq; parante icude,& luteo uulcano ad retora miſit matrē uero eius Aeſchines tradit ex barbara muliere,& Athenienſi quondā exule natā,id uerū ſi nec ne,icertū eſt.nā ad falſam calūniā id obiectū Demoſteni ab Aemulo putātur.fuit āt Demoſtenes orator oīum maximus,ut ſub oratoris noie apud græcos Demoſtenes itelligatur,ſicut apd nos Cic & cōſtat q̃dē paruū admodū orphanū fuiſſe,q̃ cū ſe à tutoribus ſuis deceptū fuiſſe cognoſceret,ſtatuit oīno artē oratoriā aſſeq pleniſſime,ut ab his ius ſuū aliq̃n repoſceret,ſed oia à nā ſuo p̄poſito hēbat aduerſa,q̃ tū ſtudio & induſtria ſupauit,ut i ca.de iduſtria dicemus. Quā matrē.Theopōpus teſte Gellio dicit Euripidis matrem olera uendentem quottidianū ſibi uictū miſerabiliter quæritaſſe. Demoſthenis genus

ASCENSIVS.

QVā matrem.Citat alia duo exempla eorum qui ex ignotis parentibus ad ſummā nobilitatē emerſerūt dicens. Quā.i.quo noie matrem Euripides poeta in tragœdia clariſſimus,habuerit,aut quem

.i.quo noīe patrem Demoſthenes orator apud græcos ſummus, habuerit, ignotū fuit, quoq̧.i. ēt ſæculo.i. æuo ipſorum. Aūt ,p ſed, litteræ pene oīum doctoꝝ loquūtur.i. atteſtātur, matrem alterius.ſ. Euripidis, uenditaſſe olera, & pr̄em alterius .ſ. Demoſthenis uenditaſſe cultellos. Sed q̄d clarius ſupple eſt aut tragica ui illius.ſ. Euripidis, aut oratoria ui huius.ſ. Demoſthenis: quaſi dicat nihil.

res erant p̄turæ, qui cū in cāpū martiū ueniſſet in honore ſcriba Cicereius Scipionis prælatus eſt. ſed hic motus reuerentia q̄dā p̄ris eius, cuius ſcriba fuerat, conceſſit illi præturam quā tū cognati eius adminiſtrare non ſunt paſſi. Diximus Regulum aduerſus regiam claſſem antiochi feliciter pugnaſſe, ad Mionenſum, rhodiis iuuantibus. Africani filius captus ab antiocho patri remiſſus eſt. Cicereius ſcriba

De iis qui à parentibus claris degenerauerunt. Caput. V.

Sequitur duplicis promiſſi pars adopertis illuſtrium virorū imaginibus reddenda, quoniam quidem ſunt referendi, qui ab earum ſplendore degenerauerūt teterrimis ignauiæ: ac nequitiæ ſordibus, imbuta nobilia portenta.

De Scipione ignobili filio Africani.

Quid enim monſtro ſimilius: quam ſuperioris Africani filius Scipio? Qui in tanta domeſtica gloria ortus à paruulo admodum regis Antiochi præſidio capi ſuſtinuit: cum ei voluntaria morte abſumi ſatius fuerit, quā inter duo fulgentiſſima cognomina patris: & patrui, altero oppreſſa Africa iam parto, altero iam maiore ex parte recuperata Aſia, ſurgere incipiente manus vinciendas hoſti tradere, eiuſq̧ beneficio præcarium ſpiritū obtinere, de quo mox L. Scipio ſpecioſiſſimum Deorum, Hominumq̧ oculis ſubiecturus erat triumphum. Idem præturæ petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obſoleſactam in campum detulit, vt niſi gratia Cicerei, qui patris eius ſcriba fuerat: adiutus eſſet, honorem à Po. impetraturus non uideretur. quanq̄ quid interfuit vtrum repulſam, an ſic adeptam p̄turam domum referret? quam cum propinqui ab eo polui animaduerterent: id egerunt, ne aut ſellam ponere, aut ius dicere auderet. Inſuperq̧ è manu eius anulū, in quo caput Africani ſculptū erat: detraxerunt. Dii boni quas tenebras è quo fulmine naſci paſſi eſtis.

De filio Q. Fabii degenere.

Age Q. Fabii Max. Allobrogici: & ciuis & iperatoris clariſſimi fili⁹ Q. Fabius Max. quam perditā luxuria vitā egit, cuius vt cætera flagitia oblitterentur, tamen abūde illo dedecore mores nudari poſſunt, quod ei Qu. Pompeius prætor urbanus, paternis bonis interdixit: neq̧ in tanta ciuitate, qui illud decretum reprehenderet: inuentus eſt. dolenter enim homines ferebant pecuniam, quæ Fabiæ gentis ſplendori ſeruire debebat, flagitiis diſiici. Ergo quem nimia patris indulgentia hæredē reliquerat: publica ſeueritas exheredauit.

THEOPHILVS.

Quam matrem Euripides. Ea Clito dicta eſt. quam ueteris comedia poetæ uelut olera uendere ſolitam notant hiſtoria tamen Philochori tradit Euripidem materno, paternoq̧ ſtemmate clariſſimum.

OLIVERIVS.

Sequitur duplicis promiſſi pars. Sequitur, inquit, pars promiſſa, in qua de his, qui a maioribus ſuis degenerauerūt, tractandum eſt. ⁋ Adopertis.ſ. à poſteris patefactis. ⁋ Degenerauerunt alieni facti ſunt. ⁋ Portenta, quaſi portenta, quæ enim contra naturam ſunt portenta dicuntur. ⁋ Nobilia, quia à nobiliſſimis parētibus nati ſunt.

ASCENSIVS.

Sequitur &c. Ordo eſt pars ſcilicet altera promiſſi.ſ. in paraſceue ante ſuperiorem titulū, duplicis.i. duo mēbra cōplectentis, quorum alterum iam abſolutum eſt, ſequitur reddēda.i. quæ reddi debet imaginibus illuſtrium uirorū, adopertis.i. offuſcatis per degenerem prolem. quoniam q̄dē.i. quando q̄dē referendi ſupple ſunt ii, qui degenerauerunt .i. per ignobilitatem aī defecerunt ab ſplendore earū.ſ. imaginum illuſtrium uirorum, appoſitoriæ portenta.i. monſtra nobilia.i. qui ſic degenerantes ſunt nobilia portenta, imbuta ideſt infecta, teterrimis ſordib⁹ ignauiæ, ac nequitiæ.

OLIVERIVS.

Paruulo admodū regis antiochi. Scim⁹ quomodo L. Scipio frater ſuperioris Africani conſul ſortitus ſit prouinciam Aſiam, ut bellum aduerſus Antiochum gereret, quam ſenatus eo libērius cōceſſit, quo⁹ frater Africanus ultro pollicitus eſt ſe in Aſiam iturum illi legatum. L. ergo Scipione & Africano fratribus exercitum traiicientibus in Aſiā nuncii ueneſt debellatū utrinq̧ eē à terra, q̄ppe ab Atti. Reg. mari āt ab Aemi Primo igitur aduentu eoꝝ legatos pacē petentes antiochus ad eos mittit peculiare donū Afri. ferentes filiū ei⁹ quem rex paruo nauigio traiicientem ceperat hūc aūt regis muneribus donatū ad patrem remiſit. pax regi data parte ,p̄uinciæ adempta uſq̧ ad montem Taurū, ⁋ Altero patre q̄ Africanus cognominatus ab oppreſſa Africa. ⁋ Altero, patruo qui Aſiaticus dictus eſt recuperata Aſia. ⁋ Precarium, quod p̄cibus obtinetur, & eſt uerbū iuris ⁋ Deorū, hoīumq̧, q̄a curru triumphans uectus eſt in capitoliū, ubi dii, & hoīes illū ītuebātur. ⁋ Idem p̄turæ petitor, hic & Cicereius, qui ſcriba patris eius fuerat cōpetito

ASCENSIVS.

Quid.n. &c. Affert primum exemplū Scipionis filii Scipiōis Africani maioris dicēs. Enim pro quia, q̄d ſup. fert ſimilius monſtro, quā Scipio filius Scipionis Afri. ſuperioris.i. anterioris, aut maioris.q.d. nihil utpotè, qui ortus in tanta gloria domeſtica.ſ. patris ſui ſuſtinuit.i. paſſus eſt capi à præſidio regis ātiochi admodum.i. ualde paruulo, quū ſatius.i. eligibilius fuerit ei abſumi morte uoluntaria, uidelicet inſerendo ſibi manum q̄ tradere manus uinciendas hoſti, & obtinere ſpiritum præcarium, ideſt uitam quaſi precibus redemptam beneficio eius.ſ. hoſtis, inter duo fulgentiſſima cōgnomina.ſ. patris, & patrui, id eſt fratris patris altero.ſ. cognomine patris pacto.i. acquiſito iam Africa oppreſſa, & altero.ſ. patrui cognomine, q̄ Aſiaticus dictus eſt incipiente ſurgere. recuperata Aſia ex maiore parte. de quo, ideſt hoſte. Lucius Scipio.ſ. patruus eius ſubiectur⁹ erat mox.i. paulopoſt oculis deoꝝ, & hoīum ſpecioſiſſimum triumphum. ⁋ Idem &c. Ordo eſt Idē.ſ. Scipio ſuperioris Africani filius petitor p̄turæ.i. tp̄e comitiorum candidatus in campū martiū ad petendā p̄turā deſcēderet, detulit in cāpū.ſ. martiū, togā cādidā qua īduebātur ī ſignū cādoris aī, nulla ābitione, aut auaritia polluti, adeo obſoleſcām.i. cōtaminatā maculis turpitudis.i. obſcœnitatis, ut niſi eēt adiut⁹ g̃ra Cicerei (nā ſūt, q̄ illi oblatā dicāt p̄turā) q̄ fuerat ſcriba p̄ris eius, n̄ uideretur ipetraturus ſup fuiſſe honorē.ſ. p̄turæ à populo. Quā q̄.i. tāetſi q̄d interfuit utrū referret domū repulſam an p̄turā adeptā.i. acq̄ſitā ſic.i. p̄cario. & cū dedecore.q.d. nihil q̄.ſ. p̄turā cū ,p̄ping.ſ. cōſāguinitate, aī aduerterēt pollui ab eo. id egeſt.i. ita terrueſt eū ne.i. ut n̄ auderet aut ponerē ſellā currulē.i. ſedē p̄toriā, aut dicere ius.i. iudicare iter litigātes. Inſup.i. & ſup h̄, detraxeīt è manu ei⁹ anulū, ī quo erat ſculptū caput Afri.ſ. maioris hoc āt faciebāt, ne eo q̄cq̄ temere ſignaret, nā ī anulo ſigna ſua ferre, ut nūc multi hēbāt. Dii boni exclamatio modeſta, q̄s.i. q̄les tenebras.i. offuſcatiōes claritatis, nois, & famæ, paſſi eſtis naſci equo.i. q̄li fulmīe.i. uehemētiſſime lumīe, ut ex Afri. maiore.q.d. maximas è maximo.

⁋ Maculis, ſordibus uitiorum inquinatam, ſic per conceſſionem quaſi turpiter. ⁋ Sellam currule poneret, ut ius diceret.

OLIVERIVS.

Age Qu. Fabii. Ma. hic fuit, q̄ aduerſus allobroges, & Bituitū auernotū regem ſcdm quoſdā felici pugna dimicauit,

ℭ De filio Clodii pulehri.

POſſedit fauorē plebis Clodius Pulcher, ad hærenſq; Fuluianæ ſtolæ pugio, militare decus muliebri imperio ſubiectum habuit, quorum filius Pulcher præterquam quod eneruem, & frigidam iuuentam egit, perdito etiā amore vulgatiſſimæ meretricis infamis fuit: mortiſq; erubeſcendo genere conſumptus eſt. abdomine enim auide deuorato, fœdæ, ac ſordidæ intemperantiæ ſpiritum reddidit.

ℭ De Hortenſio Corbione.

IAm Q. Quidem Hortenſii, qui in maximo & ingenuorum ciuium: & ampliſſimorum proventu: ſummum authoritatis, atq; eloquētiæ gradum obtinuit nepos Hor. Corbio: omnibus ſeortis abiectiorem, & obſcœniorem uitam exegit, ad vltimumq; lingua eius, tam libidinis cū ctorum inter lupanaria proſtitit: q̄ aui pro ſalute ciuium in foro excubuerat. Animaduerto in quā periculoſum iter proceſſerim. Itaq; meipſum reuocabo: neſi reliq eiuſdem generis naufragia cō ſectari perſeuerauero, aliq inutili relatione impliceer. Referam igitur pedem: deformeſq; vmbras in imo gurgite turpitudinis ſuæ iacere patiar, Satius eſt enim narrare qui illuſtres Viri in cultu, ceteroq; uitæ ritu, aliqua ex parte nouando, ſibi indulſerunt.

micāuit, ná. xx. mil. hoſtium ea pugna cæſa dicuntur, & eum Bituitus Romá ueniſſet, ut ſenatui ſatiſfaceret, hoc eſt, ut ſe excuſaret, q̄ à ſe bellum illud nō eſſet ortum, & ꝓpterea ſibi ignoſci, & pacem dari peteret. Albam miſſus traduus eſt in cuſtodiam, & cum ſcdm pacem non uideretur, filium eius Congonectiarum in Imperio eſſe, ne motum aliquem in prouincia concitaret. ipſe quoq; Ro. accitus eſt. Var. tn̄ lib. ult. c. vi. de ꝑfidia dicit, hunc regem Bituitū non à Bablo uictumq; neq; ſpōte Ro. ueniſſe, ſed à C. Domitio perfidia captū & Rom. miſſum fuiſſe, quod factum ſenatus nec probare, nec reſcindere noluit, ſed regem Albam cuſtodie cá relegauit, quod ſi ſic eſt, Fab. rem t m̄ cum allobrogis habuit. ℾ Allobrogi, qui allobroges uicit. ℾ Perditā, corruptam, ſceleratá ℾ Paternis, bonis Interdixit ab adminiſtratione bonorū paternorū prohibuit. ná omnia bona paterna in luxum, & libidines profundebat & eſt pulcherrimus dicendi modus, Interdico tibi aq̄ & igni, qua conſtructione oēs idonei utunt. Pli. Aqua & igni interdixit ei, q in ſuas leges nō iuraſſet. Cic. in ora. ubi tuleras, ut mihi aqua, & igni interdiceretur, & hac conſtructione referti ſunt authorū lib. ℾ Nimia patris Indulgentia, qa tametſi filium prodigum uideret, tn̄ cū reliquit hæredem.

Allo broges

ASCENSIVS.

AGe, adhortādi uox. q. d. Sed attende quæſo, quá. i. q̄tum perditam uitā luxuria. i. ꝑ luxuriam egit Q. Fa. Ma. filius Q. Fa. maximi allobroci. i. q uicit allobroges gallos ſcdm alios in delphinatū, ſecundū alios in ſubaudia &c. i. ſimul ciuis clariſſimi, qa domi clariſſime uixit, & imperatoris clariſſimi, qa bellū ſpecioſiſſime geſſit Cuius. ſ. filii, licet. i. demus ut cætera flagitia obliterentur. i. deleantur, & non memorentur, tn̄ mores ſup. eius praui, poſſent nudari. i. detegi, abunde illo dedecore. i. probro, q̄ Pōpeius ꝑtor urbanus interdixit ei. i. arcuit eum à bonis paternis neq; (ne dicamus id temere ab eo factum) ſup. q̄ſq̄ inuentus eſt in tanta ciuitate, q̄ta tunc erat Ro. q reprehenderet illud decretū. ſ. ꝑtoris urbani. Enim ꝓ quia hoies ferebant dolenter pecuniā, q̄ debebat ſeruire ſplendori gentis fabiæ diſiici. i. dilapidari flagitiis. i. obſcœna uita unius filii. Ergo ſeueritas pub. exhæredauit ſup. eū quē indulgētia. i. nimia facilitas, & benignitas p̄ris reliq̄rat heredē.

OLIVERIVS.

POſſedit fauorē plebis Clodius. Tā & ſi clodius pulcher ſeditioſiſſimus fuerit, tamen plurimū ualuit in . . pu nam tri. plc. fuit in tribunatu ſuo cice. adiecit cū ſe totum plebi inſinuaſſet conſtat aūt omnes clodio ſemper potētiæ patriciorum aſſertores fuiſſe, præter hunc unū, de quo loquimur, qui ut cice. eiicere ciuitate, non dubitauit renunciare generi patricio & ſe plebeium facere, nā lex erat q̄ patricium quemq; tribunū fieri uetabat, hoc igitur cuidam plebeio, & minori natu ſe in adoptionem dedit, ſuadente hoc C. Cæſare conſule, nam quodā loco deplorante cice. ſtatum reipu. iraſcū dicunt Cæſarem in cām plebis clodium adduxiſſe, qui continuo tri. ple. factus fauorem plebis poſſidere cepit. Vel poſſedit fauorem plebis id, qa ut ait Suet. de gente claudia quia notiſſimum eſt claudios omnes dignitates atq; potentiæ patriciorū aſſertores unicos fuiſſe, excepto dumtaxat P. clodio, qui ob expellendum urbe cice. plebeio homini atq; natu minori in adoptionem ſe dedit. ℾ Fuluianæ ſto. p. Metoymia ſtolam pro ipſa muliere Fuluiana ponit, pugionem pro homie militari, nā pugione milites utuntur, hic Fuluiam uxorem habuit, quā deinde mortuo clodio M. An. duxerat uxorē, q̄ aūt pugionē uellatorē, & hominem militarem appellat ēt ci. pugiunculum Hiſpanienſem Cn. Piſonem appellat, iudens in conatū eius, qui una cū Catilina contra patriam cōſpiraſſet, qui prætor in Hiſpania miſſus ab eq̄tibus Hiſpanis, ut dicit Salu. interfectus eſt. ℾ Poſſedit fauorem. Hoc dicit etiā ſi Clodius ciuis ſeditioſus erat & uxorius, tn̄ uirtutes magnas cum uitiis habuit coniūctas, ſed filius eius flagitiis oībus adeo abruptus fuit, ut nullam omnino uirtutis imaginē habuerit. ℾ Eneruē, effœminatá, & mollē. ℾ Frigidá ſecū ꝓprie ardor iuuenū ſit ℾ Vulgatiſſimæ meret. ac ſi diceret de medio lupanari corpus inter omnes uulgantis, quod flagitioſus eſt q̄ ſi cōſuetudinē habuiſſet cū aliq̄to pudentiore. ℾ Abdomine. Abdomē dr̄ durum, & ſolidum, pingue, & laridum. Iuue. Teneræ placát abdomine porcæ.

ASCENSIVS.

POſſedit etc. Clod. inquit pulcher filius eiuſdē nominis, (qd̄ ferre contingebat) p̄rem hōſt clarū & matrem clariorē & tn̄ turpiſſimā uitam turpius finiuit. Ordo eſt Clodius pulcher, poſſe (. q. d. ſi aliud nihil ſpecioſe egit, tn̄ ex eo clarus eſt, q̄ poſſedit) fauorem plebis, quia in plebeiá familiā ſe adoptandū dederat, & pugio. i. ipſe uir militaris pugione uti ſolitus adhærens per matrimoniū ſtolæ matronali hōeſtati fuluianæ i. fuluiæ uxoris. i. ſuæ, habuit decus militare ſubiectū iperio muliebri. i. ſic obſequenter uxori uixit, & tn̄ ab adulterio abhorruit, ut uxori ſubiectus uideretur, unde filius laſciuæ uitæ exemplū ab eo non accepit, uxor etiam eius mr̄onalem non polluit ſtolam, quia caſte cū marito licet imperio ſe uixit. Quoꝝ. ſ. duorum filius, pulcher. ſ. cognomento paterno præter q̄. i. ultra q̄ egit iuuentá i. iuuenilem ætatem eneruē i. mollē & frigidá. i. pigrā fuit ēt infamis amore ꝑdito. i. ꝑ quē ipſe ꝑditus erat, aut aliud nihil q̄ ad ꝑdendū eū utili. meretricis uulgatiſſime. i. libidini expoſitus, & cōſumptus eſt. i. extinctus, erubeſcendo gñe mortis. Enim ꝓ quia, abdñe. i. pingui ſup. illo, aut ſumine delicato deuorato auide, reddidit ſpiritum fœdæ ac ſordidæ intemperantiæ. i. intemperantis uitæ.

OLIVERIVS.

IAm Qu. q̄dē Hortenſii. Hic eloq̄ntia tn̄ ualuit, ut ſæpius dubitatū ſit, uter ipſius & cice. principatū obtineret. ℾ Prouentu co. & in hoc maxīa gloria extitit Hortenſii, q̄ cum magna ingenioꝝ copia uigeret, tn̄ inter cætera eius eloq̄ntia eminuerit. ℾ Corbio, qa tanq̄ corbes oīa deuorabat paterna bona, nā ſunt, q dicant hoc nomen accepiſſe à cupiditate deuorádi, nā corbitare eſt auide deuorare, uñ Pla. corbitant dixit. ℾ Lingua c. t. i. e. ꝓ. i. uulgo ſe libidinis cunctoꝝ recōciliatorē, ꝓfitebatur ℾ Proſtitit ꝓſtrare ꝓprie eſſe uenalē exponere. Ergo proſtitit, ꝓ ꝑtio ſtetit qa ſe conciliatorē libidinis uulgo ꝓfitebatur. ℾ Aīaduertit, Reꝑhendit quod āmō ſeipſum, q̄ forte procedendo noiaturus ſit aliquē, cuius deinde pœnitebat. ℾ Deformes. v. umbras qui à maioribus ſuis degenerauerunt & claras maiorum ſuoꝝ imagines flagitiis ſuis quaſi umbra q̄dam operuerunt, ſicut ſupra dixit, adopertis illuſtriū uirorum imaginibus. ℾ Gurgite, baratro. ℾ Satius eſt. n. melius, inquit, eſt de his dicere, qui ex illuſtribus uiris in ueſte, & cætero cultu ſibi licentius quam mos patrius requirebat indulſerunt.

Corbitare.

ASCENSIVS.

IAm Qu. quidē & cætera. Nam & q̄dem expletiuæ ſunt coniunctiones ad continuationem, & ornatū, nihil ad cōſtructum facientes. Nā ordo eſt, Hor. corbio nepos Qui. Hor. (q obtinuit ſūmū gradū authoritatis. Et eloq̄ntiæ i maxi

mo prouentu.i.fœtura ciuium & ingenuorum, & ãpliſſimorũ Romæ tẽpeſtate illius fuerũt.)excgit.i.uſq; ad mortem egit. uitá abiectiorem, & obſcœniorẽ oĩbus ſcortis.i.pſtitutis libidini utriuſq; ſexus, & ad ultimum cum ad patiendum turpia in idoneus eẽt eius.i.lenocinium, & conciliatio turpium amorum p linguam pſtitit.i.pſſo ſtetit inter lupanaria .i.pſtantiũ meritoria, tam.i.tñ libidini cũctorũ q̃.i.q̃tum lingua ſup.aud. ſ.hortenſii oratoris excubuerat in foro.ſ.iudiciali pro ſalute ciuium, hoc aũt dicto reprimẽs ſe paraſceuẽ ad ſequentẽ titulũ facit dicens. Aia duerto.i.conſidero in q̃.i.q̃tum piculoſum iter proceſſerim, quia periculoſum, ſane eſt clariſſimarum fãmiliarum dedecora recenſere, Itaq;.i.& ita ego reuocabo me ipſum, ne ſi pſeuerauero cõſectari, reliqua naufragia.i.pditionem honoris, & rerũ, ut per naufragia oĩa amittuntur, eiuſdem gñis.i.pditorũ filiorum implicere aliq̃ relatione inutili.i. q̃ mihi tacuiſſe melius fuerit. Igitur referam pedẽ.i.retrocedam ab ea narratione, in q̃ nimis proceſſerim, & patiar umbras deformes.i.turpiſſimas, & ignobiliſſimas aliorũ uitas, ut Ci.iunioris ut Neronis, & aliorum multorum, ſed potiſſimũ Nerone, iacere.i.abſconditas, in gurgite.i.uoragine turpitudinis ſuæ. Enim pp quia Satius eſt narrare, qui uiri illuſtres indulſerunt.i.nimiũ permiſerunt ſibi, in cultu, & cætero ritu uitæ nouando ſupp.eum ex aliſqua parte.

¶ Qui ex illuſtribus in ueſte aut in cætero cultu licentius quam mos patritius permittebat, indulſerunt.

¶ De P. Scipione. Caput. VI.

PVblius Scipio, cum in Sicilia augendo exercitũ traiiciẽdoq; in Africã oportunũ quærendo gradum. Cartaginis ruinã animo volueret, inter cõſilia, ac molitiones tantæ rei: operam gymnaſio dedit: pallioque, & crepidis uſus eſt: nec haere ſegniores, punicis exercitibus manus intulit: ſed neſcio an ideo alacriores: quia uegeta & ſtrenua ingenia, quo plus receſſus ſumunt, hoc uehemẽtiores ĩpetus edunt. Crediderim etiã fauore eum ſociorum uberiorem ſe adepturũ eſtimaſſe, ſi uictum eorum: & ſollẽnes exercitationes comprobaſſet. ad quas tum ueniebat cum multum, ac diu ſatigaſſet humeros, & cætera membra militari agitatione, firmitatem ſuam probare coegiſſet, conſiſtebatq; in illis labor eius in iis remiſſio laboris.

¶ De L. Scipione.

LVcii vero Scipionis ſtatuam clamidatam, & crepidatam in capitolio cernimus. quo habitu videlicet, quia aliquando vſus erat effigiem ſuam formatam poni voluit.

¶ De L. Sylla.

LVcius quoq; Sylla, cum imperator eſſet, chlamydato ſibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

THEOPHILVS.

LIngua libidini proſtitit. Nam fellabat.

OLIVERIVS.

PVb. Scip. cũ in Sici. Hanc Liui. tradidit hiſto. deca. ii. pu. bel. ┌ Augendo, q̃ in Sici. ſupplebat exercitum, quem in Afri. traiecturus erat capta car. noua. ┌ Reuolueret, cogitaret. ┌ Molitiones, apparatus, uel conatus. ┌ Gymnaſio, pro. n. d. i. paleſtra ubi ſe iuuenes exercebant. ┌ Pallio. q. quod genus ueſtis græci pħi habebant, & utebantur, erat uſq; ad talos demiſſa. ┌ Crepidis, Sunt q̃ a ſonitu.i.crepitu pedũ cum ſoleis crepidas dictas uelint, eſt tñ græca dictio nã κρηπῖδος dr̃
Crepidæ
uulgo plamulæ, eo aũt ab acctõ græco formatus noĩatus latinus. Dicerem à crepo uerbo deduci. niſi græcũ nomen eſſet, q̃d latinã etymologiã non recipit, teſte Gel. li. xiii. q̃ dicit oĩa. n. ferme id genus, q̃bus plantarũ calces tñ in fine teguntur cetera ppe nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt ſoleas dixerũt nõnunq̃ græca uoce crepidulas. Ser. tñ dicere fuiſſe tuſca calciamẽta, q̃ corrigiis ad pedes ligabantur, cũ Vi. dixerit. Et tyrrhena pedũ circundant uincula plãti. Ser. exponit crepidas, q̃s prio habuere ſenatores, poſt eq̃tes, deinde milites, uñ Hor. in Sermo. Sapiẽs ſibi crepidas nunq̃ nec ſoleas fecit. Perſi. tñ uĩ uelle calciamenta fuiſſe græcorũ, non hic, q̃ io crepidas graiorum ludere geſſit. Vegeta, uiuida, ipigra. Plus, ſeceſſus, recreationis. ┌ Cũ multũ ac diu. Multũ intenſionis eſt diu longitudinis tpis. Multũ, ut ſiquis una hora ſe uſq; ad laſcitudinẽ exerceret. Diu ſi toto die laboraret. ┌ Agitatione, exercitatioĩe militari. ┌ In his remiſſio. ſ. exercitatioĩbus ſolennibus.

ASCENSIVS.

PVb. Sci. &c. Recitat itaq; primũ exemplũ dicẽs Pu. Sci. cum.i.q̃ ipſe augendo exercitum in Sicilia, & q̃rendo gradum.i.modum aĩo oportunũ.i.idoneum traiiciendo.i.ad traiiciendum.ſ.exercitum in Afri. uolueret animo.i. ruinam meditaretur, ruinam Cartha. dedito operam Gymnaſio, ideſt paleſtræ (ut Oliue. interpretatur, aut ut mihi placere exercitationi in re literaria, nam quid pallium aut crepide ad palæſtram, niſi forte non ut paleſtrita, ſed ut iudex interfuerit? quod tñ uero ſimile non eſt Nam ut decet in alienis exercitiis qui nuper aduenerat, ſtatim iudex extiterit, dicam igitur) aut potius exercitationis literariæ inter conſilia, ac molitiones, pooderoſos conatus tantæ rei quanta erat Cartha. ruina, & ipſe uſus pallio.i.indumẽto græcanico, maxime philoſophico & crepidis.i.altis calciamentis philoſophorum, quod uocabulum licere grecanicum ſit latini tñ pro ſuo uſi quaſi à crepitu, quem faciunt in cedẽdo, nã ſi græco κρηπῖς prima produceretur, nec ideſt à ſe intulit hac re, ideſt propter hanc rem, ideſt propter illam remiſſionẽ, exercitibus punicis, ideſt Carthag. manus, ſcilicet ſuas ſegniores, ideſt torpentiores, & tardiores, ſed neſcio an ſup. intulerit, ideo alacriores, ideſt magis ſtrẽuas. Quia ingenia uegeta, ideſt uigoroſa, & uiua, & ſtrenua, ideſt acria, quo ideſt quanto plus receſſus, ſcilicet à labore, hoc eſt remiſſionis & recreationis ſumunt hoc, ideſt tanto uehemẽtiores impetus edunt ideſt emittunt. Ego etiam crediderim, id eſt credere poſſim eum exiſtimaſſe ſe adepturum uberiorẽ, ideſt copioſiorem fauorem ſociorum, ſi comprobaſſet, ſcilicet idem faciendo uictum, ideſt modum uiuendi, & exercitationes ſolemnes eorũ, ad quas.ſ. exercitationes ipſe ueniebat tũ.i.tunc, quũ.i.q̃ñ, aut poſtq̃, fatigaſſet multum, ac diu humeros ſup. ſuos, & coegiſſet cætera mẽbra ſupp. ſua probare in oſtendere firmitatẽ ſuam, agitatiõne militari, q̃ pp quia labor eius conſiſtebat in illis.ſ. exercitatiõibus militaribus & remiſſio laboris conſiſtebat in his.i.poſterius dictis hoc eſt exercitationibus græcanicis, & ut uiſum eſt literaris.

OLIVERIVS.

LVcii uero Scip. De hoc ſatis ſupradictũ eſt cui Aſia prouincia à ſenatu eo libẽtius demãdata fuit, q̃ frater eius Africanus pollicitus fuerat, legatum ſecum illo iturũ, ex qua prouincia cum uictor rediiſſet Aſiaticus dictus. ┌ Crepidatam, crepidis munitam & ornatam.

ASCENSIVS.

LVcii &c. Ordo eſt. Vero.i.ſed Nos cernimus q̃ adhuc extabat tpe, quo hæc ſcripta in cap. ubi ſtatuæ triũphãtium ponebãtur, ſtatuam Lucii Sci.ſ. Aſiatici chlamidatã.i.indutam aut ornatam chlamyde.i.ueſte militari, & crepidatam.i.habẽtem crepidas ad pedes uidelicet, quo habitu q̃ uſus fuerat aliq̃ñ uoluit effigiẽ ſuam formatam.i.ſculptam poni.ſ.in capitolio, hoc eſt uoluit eo habitu effigiem ſuam poni quo aliquando uſus fuerat.

OLIVERIVS.

LVcius quoq; Sylla, q̃ aduerſus mitridatẽ miſſus fuit q̃ prouinciã Marius ſibi dari inuito ſenato p populũ, aut ſuæ factionis principes cũ uellet, exorta eſt ſeditio, inde bellum inter ipſum & Sillam, ut ſupra dictum eſt. ┌ Sibi chlamydato, & crepidato. Notanda conſtructio, nam ambulo ſimilium copulatiuum, ut ambulo rectus ſicut incedo, ut Vir. incedo regina, Iouiſq; Et ſoror, & coniunx.

ASCENSIVS.

LVcius quoq; ſylla cum eſſet imperator, non duxit, id eſt non exiſtimauit deforme clamydato, ideſt ornata clamyde, & crepidatõ, ideſt ſubnixo crepidis, ambulare neapoli.

ſet alicui ſpectaculo, uſus eſt corôna Myrthea, qua ouantes coronari ſolebant, pro laurea, ideſt loco laureæ coronæ, qua triumphantes, & triumphales utebantur.

ℂ De Caio Duellio.

CAius autem Duellius, qui primus naualem triumphum ex Pœnis rettulit, quotienſcūq; epulaturus erat: ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine: à cæna domum reuerti ſolitus eſt: inſignē bellicæ rei ſucceſſum, nocturna celebratione teſtando.

ℂ De Papyrio Maſſone.

NAm Papyrius quidem Maſſo, cum bene geſta Reipu. triumphum à ſenatu nō impetraſſet: in Albano monte triumphā di & ipſe initium fecit, & cæteris poſtea exemplum præbuit, proq; laurea corona, cum alicui ſpectaculo intereſſet: myrthea vſus eſt.

ℂ De C. Mario.

ITem C. Marii pene inſolens factum? Nam poſt Iugurthinum, Cimbricumq;, & Theutonicum triumphum, cantharo ſemper potauit. quod Liber pater indicum ex Aſia ducēs triumphum hoc vſus poculi genere ferebatur: vt inter ipſum hauſtum vini. victoriæ eius ſuas victorias compararet.

ℂ De M. Catone.

MArcus autem Cato Prætor M. Scauri cæterorumq; reorum iudicia nulla indutus tunica, ſed tantūmodo amictus prætexta, egit. ſed hæc atq; his ſimilia virtutis aliquid ſibi in conſuetudine nouanda licētia ſumentis inditia ſunt. Illis autem, quæ deinceps ſubnectam: quantam ſui haberi fiduciam ſoleat, cognoſcetur.

OLIVERIVS.

CAius aūt Du. qui primus, is q̄dem primus nauali ꝑlio uictor ex pœnis trīūphū duxit, ſed ante ipſum bellum nauale geſſit cum Cartha. Scipio, qui æquo Marte diſceſſit, ei deinde ſucceſſit Appius Claudius, qui poſt uictoriā cum in patriam rediret, ui ſubitæ tempeſtatis exercitum ferme omnem amiſit, quod ideo ſibi contigiſſe putant nonnulli, q̄d popularem diſciplinam contempſiſſet, poſt hūc igitur miſ- Duelliꝰ ſus eſt C. Duellius, qui intra .lx. dies claſſem .c. & .lx. nauium tāta celeritate parauit, ut creditum ſit munere deorum arbores in naues fuiſſe conuerſas, quo facto machinas etiam adiunxit ferreas quibus catenatæ naues ita ſtarent, ut incontinenti pugnare uiderētur, & ita commiſſa pugna uictoriam egregiam conſecutus eſt, & claſſis hoſtiū partim ſubmerſa, partim in hoſtium poteſtatem redacta eſt, ex quo de pœnis ſpecioſiſſimū egit triumphum. Pli. C. inquit Duellius primo pu. bel. dux cōtra car. miſſus cum uideret eos multum in mari poſſe claſſem magis ualidam q̄ decorā fabrefecit & manus ferreas, in uſu hoſtium primum inſtituit, qui inter pugnandum hoſtiū naues apprehendit, qui uicti & capti ſunt, Hamilco dux claſſis Cartha. fugit, & à ſenatu quæſiuit, quid faciendum cenſeret omnibus ut pugnaret clamantibus, feci, iquit, & uictus ſum. ſic pœnam crucis effugit, nam apud pœnos dux re male geſta puniebatur. Duel. conceſſū eſt, ut prælucentem funali, & præcinente tibicine à cæna publice rediret. Cicero in Catone maio. C. inquit, Duellium Marci filium, qui pœnos primus claſſe deuicerat, redeuntem à cæna ſenem ſepe uidebam, puer delectabar crebro funali, & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerant, tantum ei licentiæ dabat gloria. I. quoq; Florus poſt narratam pugnam naualem. Duellius, inquit, imperator non contentus unius diei triumpho per uitam omnem ubi à cæna rediret, prælucere funalia, precinere ſibi tibias iuſſit, quaſi quottidie triumpharet.

ASCENSIVS.

CAius autem Duellius qui primus rettulit, ideſt reportauit triumphum naualem, ideſt in nauibus partum ex pœnis, ideſt Carthagi. quotienſcunq; erat epulaturus, ideſt celebri conuiuio affuturus, ſolitus eſt reuerti domum ad funalem cæreum, ideſt faculam ceratam quam q: torta ſit, torſam uulgus uocat, tibicine, ideſt canenti in tibiis, & fidicine, id eſt canente fidibus hoc eſt chordis præeunte, teſtando celebratione, ideſt pompa illa nocturna, ideſt qua noctu utebatur, inſignem ſucceſſum rei bellice, quo in bello uſus fuerat.

OLIVERIVS.

NAm Papirius Maſſo. Re bene geſta, quia deuicerat Samnites.

ASCENSIVS.

NAm continuatiua, aut diſcretiua particula, authori familiaris, quaſi dicat dico Duellium uſum funali cæreo, nam Papirius maſſo, cum ideſt quando republica bene geſta, ideſt quam remp. bene geſſerat, & adminiſtrarat, deuictis ſannitibus, non impetraſſet à ſenatu triumphum, & ideſt ſimul, ipſe fecit initium triumphandi in monte Albano, ubi latinæ celebrari ſolebant, & in cunabula erāt gentis Romanæ, & ideſt ſimul præiuit aliis exemplum triumphandi, ſcilicet in monte Albano. poſtea & cum intereſ-

OLIVERIVS.

ITem C. Marii, inſolentia carpitur Marii, qui cum debellaſſet Iugurtham, Cymbros atq; Teutones, ſe libero patri, qui (ut ait Solinus) primus Indiam ingreſſus de indis triumphauit, ſimilem eſſe uolebat, nam cātaro potabat, quia hoc uaſis genere liberum patrem uſum fuiſſe dicunt, cui ſe Marius comparare non dubitabat in hunc quodammodo inuehitur Pli. lib. xxxiii. ubi loquitur de luxuria dicere, enim hinc ali quis ueterum, ut C. Mar. poſt uictoriam cymbricam cantaris potaſſe liberi patris exemplo traditur, ille arator arpinas, & manipularis iperator. ℂ Cantaro, cantarus uas uinarium, Cātarꝰ quo maiores in ſacris Bacchi uſos fuiſſe dicunt, & anſam habebat. Vnde Vir. in ſileno. Et grauis attrita pendebat cantarus anſa eſt cantarus teſte Var. per quem aque ſaliunt.

ASCENSIVS.

ITem factum C. Marii eſt ſup. pene inſolens, ideſt petulentiæ aut proteruiæ plenum, nam poſt triumphum iugurthinum, & Cymbricum, et teuthonicum, ideſt quē duxit de iugurtha, cymbris, & theuthonibus potauit ſemper cantharo, ideſt uaſe anſato ad ſacrificia bacchi apto, q;, ideſt, quia, liber pater. ſ. Bacchus ducens ex Aſia (ſic uulgo legitur, dubitem tamen, an legendum ſit ex india) triumphum inclitum, ideſt glorioſum, ferebatur uſus hoc genere poculi, ut cōpararet uictorias ſuas uictoriæ eius, ſcilicet bacchi inter ipſum hauſtum uini, ideſt dū aut quoties uinum biberunt.

OLIVERIVS.

MArcus aūt Cato. M. Scauri iudiciū egit. Accuſatus āt fuerat repetundarū Scaurus à Triario adoleſcēte, q; auare ꝓuinciā Sardiniā adminiſtraſſet. cato prætor iudiciū, q, a eſtate agebat, ſine tunica exercuit cāpeſtre ſub toga cinctus, in forūq; ſic deſcēderat, iuſq; dicebat idq; reperat ex ueteri cōſuetudie, ſcdm q̄ & Rōuli ſtatuæ Capuæ in capi. & roſtris eāilli fuerūt togatæ ſine tunicis, q̄bus uerbis ſignabat, illos aliq̄n ſic in forū deſcēdiſſe. ℂ Cæterūq; reoꝝ. Decorū eſſe uidebatur adoleſcētibus principes ciuitatis accuſare, & in iudiciū trahere, q: nō illoꝝ opibus, nō potia, non auc ate deterrerentur. Nulla tunica, ſed tm̄mō ꝑtexta ac ſi diceres ueſte ſola ſup interuallā ſine dyploide nā tūica ueſtis iterior. Toga uero & ꝑtexta exterior. ℂ Nouāda, ergo ſignat h̄ aliq̄n ſcm̄ fuiſſe.

ASCENSIVS.

MArcus aūt cato ꝑtor. i. cū ꝑtor eſſet, cū iudicia. i. ſniam tulit de crimine Marci Sca. repetundarū rei, & cæterorū reoꝝ, & nulla tunica. i. ueſte iudiciali īdutus, ſed tm̄ amictus ꝑtexta. i. ueſte, q̄ uel priuati dūmodo ingenui uti poterāt. Sed hæc, atq; ſimilia ille ſunt indicia uirtutis ſumētis. i. uſurpāti ſibi aliq̄d licētie. i. inſolē. in noua cōſuetu. i. inducēdo nouos ritus, hoc aūt dicere uerituꝛ fortaſſe aliq̄d dānare in catone, de quo dcm̄ uolumē à Senē. ſe potius lauꝺaturū ebrietatē pp catonē, q̄ dānaturū catonē pp ebrietatē ℂ Ille aūt &c. B us eſt ꝑfatio, & q̄ſi paſceue ſeq̄ntis tituli, uñ dicere. Aūt, ꝑſeds cognoſcetur ille. ſ. exemplis, q̄ ſubnectā deinceps, q̄tā fiduciā ſui, ſoleat ſup. aliq̄s hr̄e aut legēdū ē hi: fiducia, q: potꝰ credā.

OLIVERIVS.

De Fiducia ſui. Cap. VII.

De P. & Cn. Scipionibus.

PV. & Cn. Scipionibus in Hiſpaniam cũ maiore parte exercitus acie punica oppreſſis: omnibuſq; prouinciæ eius nationibus Carthaginienſium amicitiam ſecutis nullo ducũ noſtrorum illuc ad corrigendam rem proficiſci audente. P. Scipio quartum & vigeſimum annum agens iturum ſe pollicitus eſt. Quæ quidem fiducia Po. Ro. Salutis, ac victoriæ ſpem dedit. Eademq; in ipſa Hiſpania vſus eſt. Nam cum oppidum Badiã circumſederet: tribunal ſuum adeuntes, in ædem quæ intra mœnia hoſtium erat: vadimonium in poſterum diem facere iuſſit, continuoq; vrbe potitus, & tempore, & loco, quo prædixerat: ſella poſita ius eis dixit. Nihil hac fiducia generoſius: nihil prædictione verius: nihil celeritate efficatius nihil etiam dignitate dignius. Nec minus animoſus, minuſue proſper illius in Africam tranſitus: in quam e Sicilia exercitum Senatu vetante traduxit: quia niſi plus in ea re ſuo, quam Pa. COS. conſilio crediſſet: ſecundi punici belli finis inuẽtus non eſſet. Cui facto par illa fiducia: quod poſt quã Africam attigit: ſpeculatores Hannibalis in caſtris deprehenſos, & ad ſe perductos, nec ſupplicio affecit nec de conſiliis, ac viribus pœnorũ percunctatus eſt. Sed circa omnes manipulos diligentiſſime deducendos curauit. Interrogatoſq; an ſatis ea conſideraſſent, quæ ſpeculari iuſſi erãt prandio dato ipſis, iumentiſq; eorum, incolumes dimiſit. quo tam pleno fiducie ſpiritu prius animos hoſtium: quam arma contudit. Verum ut ad domeſtica eximiæ eius fiduciæ acta veniamus, cũ à L. Scipione ex Antiochenſi pecunia. HS. quadragies ratio in curia repoſcerẽt: prolato ab eo libro: quo acceptæ, expenſæq; ſummæ continebantur: refelliq; inimicorum accuſatio poterat: diſcerpſit: indignatus de ea re dubitari: quæ ſub ipſo legato adminiſtrata fuerat. quinetiam in hunc modum egit. non reddo P. C. ærario veſtro. HS. quadragies rationem alieni imperii miniſter: qđ meo ductu, meiſq; auſpiciis bis millies. HS. vberius feci. Neq; enim adhuc puto eo. malignitatis ventum: vt de mea innocentia querendum ſit. Nam cum Africam totam poteſtati veſtræ ſubiecerim: nihil ex ea quod meum dicerem præter cógnomen retuli. Non igitur me pecuniæ, non Fratrem meum Aſiaticæ gazæ auarum reddiderunt: ſed vterque noſtrum inuidia magis, quã pecunia locupletior eſt. tam conſtantem defenſionem Scipionis vniuerſus Senatus comprobauit.

PVb. & Cn. Scipiõ. poſt cæſos in Hiſpania Scipiones fratres cum duobus exercitibus, non Italiæ iam maior q̃ Hiſpaniæ cura Romanis erat & exercitus augeri, & imperatorem mitti placebat, nec tamen quem mitterent ſatis conſtabat ubi duo ſummi imperatores intra dies. xxx. cecidiſſent, qui in locum duorum ſuccederet extra ordinaria cura diligendum eſſe, cum alii alium nominarẽt, poſtremum eo decurſum eſt, ut populus pro conſule creando in Hiſpania comitia haberet, diemq; comitiis edixerunt, conſules primo expectauerant, ut qui ſe tanto imperio dignos cenſerent, nomina profiterentur, quæ ut deſtituta expectatio eſt, redintegratus luctus accepte cladis deſideriũq; imperatorum amiſſorum. Mœſta itaq; ciuitas prope inops cõſilii, comitiorum diem, tamẽ in campum deſcendit, atq; in magiſtratus, circũſpectant orã principum aliorum alios intuentium, fremuntque adeõ perditas res deſperatumque de repub. eſſe, ut nemo audeat in Hiſpania imperiũ accipere, cũ ſubito P. C. Scipio filius eius Scipionis, qui in Hiſpania ceciderat quatuor & xx. ferme annos natus, profeſſus eſt ſe petere in ſuperiorem, unde conſpici poſſet loco conſtitit. in quẽ poſtq̃ omnium ora conuerſa clamore, atq; fauore ominati extemplo ſunt felix fauſtumq; imperium, iuſſi deinde iure ſuffragium ad unũ omnes non cẽturie modo, ſed ẽt hominis P. Scipioni imperium in Hiſp. iuſſerunt, & hic fuit ille fatale dux qui Hannibalem ex Italia quã ſedecim ferme annos poſſederat, inuitum extraxit, & Carthaginẽ P. R. tributariam fecit. Oppidum Badiã A. G. de Africano ſuperiore admiranda quædam de annalibus excepta cõmemorat quibus illũ dicit creditum eſſe diuine uirtutis & originis hoiem nã eadem ferme de ipſius natiuitate cõmemorat. q̃ de Alexandro græci tradidere ſcriptores, ut oñdemus in .e. de his q̃ cuiq; magnifica contigerunt. De uita uero inter cætera hoc quoq; dicit ſolitum fuiſſe noctis extremo ante diluculũ in capl. uentitare, ac iubere aperiri cellã Iouis ac ibi ſolũ diu demorari, quaſi cõſultantẽ de rep. cũ Ioue æditũoſq; illius tẽpli ſæpe eſſe demiratos, qꝙ ſolum id tpis in capl. ingredientẽ canes ſemp in alios ſæuientes, neq; latrarent, eũ neq; incurrerent. Has uulgi opiones de Sci. cõfirmare, atq; approbare uidebantur, dicta factaq; eius plera q; admirãda, ex q̃bus ẽ unũ eiuſmodi, aſſidebat, oppugnabatq; oppidũ in Hiſpa. ſitũ mœnibus, defenſoribus ualidũ, & munitũ, re ẽt cibaria copioſũ, nullaq; eius potiũdi ſpẽs erat, & quodã die eius in caſtris ſedens dicebat, atq; ex eo loco id oppidũ procul uidebatur tũ è militibus qui in iure apud eã ſtabant, unus interrogauit ex more in quẽ diẽ, locũq; uadimoniũ promitti iuberet & Scipio manũ ad ipſam oppidi, qđ obſidebatur, arcẽ ꝓtendens perendie, ingt, ſeſe ſiſtant eo i loco atq; ita die ſactũ tertio, in quẽ uadari iuſſerat oppidũ captũ eſt in eodẽ quoq; die i arce eius oppidi, ſicut ꝓdixerat, ius dixit Hæc A. G. Vadimoniũ i poſterũ. Iuſſit eos, q̃ ſuum tribunal adibãt dare uadimoniũ aſſiſtendi ſe in poſterũ diẽm ædem, quã intra mœnia cõſpicatus eſt. ❡ Vadimoniũ, ſponſionẽ, nã ſicut à teſte teſtimoniũ, ita à uade uadimoniũ. Sed inter uades, & ſponſores hoc intereſt, qꝙ uades publici, ſponſores priuati dĩr. ❡ Nihil ac fiducia, extollit Scip. fiduciã laudibus nõ imeritis ❡ Prædictione, uaticinatione. ❡ Dignitate dignius. i. qđ magis ad eius dignitatem pertineret.

OLIVERIVS.

NEc minus aloſus. Scip. debellata Hiſpa. totaq; in Ro. dictionẽ in redacta, cũ pte exercitus Ro. rediit, cui ſenatus extra urbẽ datus eſt ubi expoſitis, q̃ in ꝓuincia geſſiſſet, petiit ut Africa ſibi in ꝓuincia decerneretur, in q̃ oẽm belli molẽ conuerteret. Cui rogationi. Q. Fa. maximus inuidia (ut qdã dicunt) cõmotus, ſumma ope interceſſit, q̃ re non Africa, ſed Sicilia ei ꝓuincia data eſt in q̃ ubi primũ uenit, exercitũ parauit q̃lẽ ad eã militiã, q̃ iã aio conceperat, longinq̃ & grauem oportere exiſtimauit, robuſtiſſimũ quẽq;, & maxĩe uoluntariũ ex cibns deligendo quẽ paulopoſt inſcio, ac iuito ſenatu traiecit in Africã, atq; eo tpe, quo maxĩe ab ea opinione deterreri poterat, qꝙ Siphacẽ Numidaꝝ regẽ, quo cũ ſupiori æſtate publicũ fœdus inierat, & i eis opib⁹ magnã uictorie ſpem poſuerat à R. ad Cartha. ꝑ nuptiaꝝ occaſionẽ defeciſſe audierat, nihil tñ eius fiduciã frãgere aut debilitare potuit Frõ. li. i. c. de cõſtituendo ſtatu bel. Scip. i quit, manente in Italia Hãniba. trãſmiſſo in Africã exercitu neceſſitatẽ Cartha. ipoſuit reuocãdi Hannib. Sic à domeſticis finibus hoſti ſe trãſtulit bel. ❡ Cui facto, Non minoris fiduciæ factũ illud fuiſſe ut, qđ cũ Hãni. reuocatus in ptriam ad opem laborantibus ciuibus ſuis nulla mora ferendã ex Italia, q̃ vi. ferme annos bello poſſederat retractus haſdrumtũ oppidũ ueniſſet, & iñ Zamã ꝓfectus eſſet (abeſt aũt Zama. v. dierũ itinere à Cartha.) ꝑmiſit ſpeculatores, q̃ res R. ꝑ ipatorẽ & caſtra diligenter explorarent, q̃ excepti à cuſtodibus R. & deducti ad Sci. ſũt, Scipio iuſſit eos tractos tribunis militũ, omiſſo metu uiſere oia, ꝑ q̃ caſtra q̃ uellent, duci iuſſit, pcunctatuſq; ſatin ꝑ cõmodũ oia exploraſſẽt, datis, q̃ proſeq̃retur retro, ad Hanni remiſit. ❡ Hoc idem feciſſe Publiũ Vale. Liuium tradit Eutropius lib. ii. cum enim cepiſſet

Sicut illud factum. quod cum ad neceſſarium Reipu. vſum pecuniam ex ærario promi opus eſſet: idq; Quæſtores, quia lex obſtare videretur, aperire non auderent: priuatus claues popoſcit: patefactoq; ærario, legem vtilitati cædere coegit q̃ quidem fiduciam conſcientia illa dedit: quia meminerat omnes leges a ſe eſſe ſeruatas. Non fatigabor eiuſdem facta identidem referẽdo: quoniã nec ille quidem in conſimili genere virtutis edendo, fatigatus eſt. diem illi ad populũ M. Næuius Tri. ple. aut (ut quidã memorant) quo Petilii dixerant, qui ingenti frequentia in forũ deductus, roſtra conſcendit: capitiq; ſuo corona triumphali impoſita, hac ego, inquit, Quirites die Cartha. magna ſperantem: leges noſtras accipere iuſſi proinde æquum eſt uos mecum ire in Capitolium ſupplicatum ſpecioſiſſimam deinde eius vocem æque clarus euentus ſecutus eſt. ſiquidẽ & ſenatum totum, & vniuerſum equeſtrem ordinem, & cunctã plebem Iouis OP. Max. puluinaria petens, comitem habuit. Reſtabat vt Tri. apud populum ſine populo egeret: deſertuſq; in foro cum magno calumniæ ſue ludibrio, ſolus moraretur. cuius deni tandi ruboris cauſa, in capitolium proceſſit: deq; accuſatore, Scipionis venerator eſt factus.

piſſet exploratores, iuſſit eos per caſtra duci, & oſtendi ſibi omnem exercitum, deinde dimitti, ut nunciarent Pyrrho, quecũque uidiſſent, quæq; à Romanis agerentur. ⁋ Verum, ut dixi mus de fiducia Scipionis, qua uſus eſt in caſtris, dicamus nũc de illa, qua domi, ideſt in ciuitate uſus eſt. ⁋ Quum à L. Scipione hoc exemplum A. Gel. commemorat, cum inquit, à M. Catone à trib. ple. qui à M. Catone comparati & inducti fuerant, accuſarentur, ꝙ pecuniam, & prædã uſurpaſſet bello Antiochenſi captam, librũ detulit in quo ſumma pecunie continebantur, & ſtatim in cõſpectu omnium diſſidit poſſẽ, inquit, reddere rationem, nec me ipſum contumelia afficiam quando quidem ærarium ueſtrum bis milies ſextertio uberius fecerim. ⁋ Eximie excel. eximius dr̃, quaſi ex aliis except⁹, hoc eſt excellens, nam eximere excipere ſignificat. ⁋ A L. Scipione repoſceretur, quem pecuniam, prædamue antiochẽſem uſurpaſſe dicebant. ⁋ Sextertiũ pro ſextertiorũ, quod raro fieri à neutro ſyncopã inuenies apud iuniores, ſed antiqui ponebant, ut modium pro modiorum, nam modius maſculini generis eſt, ſextertiũ uero neutri, niſi hoc loco pro maſculino accipiatur. Eſt aũt ſextertiũ dipondius, & ſemis, pondo uero libellã ſignificat, teſte Var. Pli. lib. xxxiii. Placuit, inqt, denarius ꝓ decem libris æris, quinarius ꝓ quinq;, ſextertiũ pro dipodio, & ſemiſſe. ⁋ Sũme ſupputationes. ⁋ Ro ma. noſtrã ætatẽ ad eam malignitatem peruenisse. ⁋ Sed uterq; no. locupletior. Cõparatiuus cõparatur alteri cõparatiuo. ⁋ Præter. c. ſ. Africani, q̃a ab Africa ſupata Africanus dictus eſt, & agnomen debuit dicere, qd̃ eſt nomen ab euentu, uel à factis impoſitũ, ſed plerumq; confundunt auctores. ⁋ Sicut, & illud factum. Hoc depræ̃ditur fuiſſe celtiberico bello qd̃ Caius Sempronius Tuditanus prætor contra celtiberos geſſit in quo ipſe fere cũ toto exercitu occiſus eſt. itaq; cum opus eſſet pecuniam ex ærario depromi ad reficiẽdum exercitum, nec q̃ſtores id aperire auderent, ꝙ lex obſtare uideretur, nam lex erat, ut ex ærario pecunia non depromeretur, niſi ultima iã neceſſitate cogente, Scipio priuatus ærarii claues popoſcit, & patefacto ærario legem utilitati parere coegit. ⁋ Promi. excipi. ⁋ Non fa. Hoc exemplum A. Gellius ponit li. iiii. cap. xviii. nam Scipionem à M. Næuio accuſatũ dicit, ꝙ pecuniam accepiſſet ab Antiocho rege, ut conditionibus gratioſis, & mollibus pax cũ eo fieret Po. Ro. nomine. Scipio. inquit, Africanus antiquior, q̃ta uirtutum gloria perſtiterit, & q̃ fuerit altus aio, atq; magnificus, q̃ sui conſcientia ſubnixus pluribus ex his, quæ dixerit quæq; fecerit declaratũ eſt, ex quibus ſunt hæc duo exempla eius fiduciæ, & exuperantiæ ingentis cum M. Næuius trib. ple. accuſaret eum ad populum, diceretq;, accepiſſe à rege Antiocho pecuniã, ut cõditiõibus gratioſis, & mollibus pax cum eo P. R. nomine fieret, quedã item alia crimina daret indigna tali uiro, tum Scipio prefatus q̃ dignitas uitæ ſuæ, atq; gloria poſtulabat, memoria, inquit, repeto, diem eſſe hodiernum, quo Hãnibalẽ penum imperio noſtro inimiciſſimum magno prælio uici in terra Africa, pacẽq; & uictoriam uobis peperi inſuperabilem. Non igitur ſimus aduerſus deos ingrati, & cenſeo relinquamus nebulonẽ hũc. Eamus nunc ꝓtinus Ioui opio max. gratu. Id cũ dixiſſet auertit, & ire in cap. cepit, cũ cõcio uniuerſa, q̃ ad ſniam de Sci. ferendã, cõuenerãt relicto tri. Sci. in capi. comitata, atq; inde in ædes eius cũ letitia, & gratula ſolẽni ꝓſecuta eſt. ⁋ Referẽdo. i. dicẽdo, q̃a ille nec fatigat⁹ faciẽdo ẽ. ⁋ Diẽ dixerat, accuſauerat q̃a eo ſp̃ dicẽdæ cãe dies ſtatuebat, hoc eſt, ut certa die ſe defenderet. ⁋ Corona triũphali, non aũt lugubri ueſte, ut mos reorum eſt, qd̃ maximum fuit fiduciæ ſignum. ⁋ Hoc die Quirites, ac ſi diceret, concipite animo ueſtro Quirites hunc eſſe diem illum, quo Carthagini leges noſtras impoſui & huic imperio noſtro ſeruire coegi. ⁋ Puluinaria, lectiſternia, quæ in templo Iouis optimi maximi fuerunt.

Sexter tium. | Scipionis accuſator

ASCENSIVS.

Publio & Cn. Scip. oppreſſis cum maiore parte exercitus. ſ. Romani in Hiſpa. acie. i. ab acie punica, & omnibus nationibus eius ꝓuinciæ ſecutis amicitiam Cartha. nullo ducũ noſtrorum. i. Roma. audente ꝓficiſci illuc ad corrigẽdã rem. ſ. bellicam male geſtã P. Sci. agens quartum & . xx. annũ pollicitus eſt ſe iturum. ſ. in Hiſpaniã, q̃ quidẽ fiducia. i. ꝑ q̃ fiduciã, ipſe dedit Po. Ro. ſpẽ ſalutis ac uictoriæ. ⁋ Eademq; &c. Et uſus eſt eadẽ ſ. fiducia, in Hiſpania cum circunſederet. i. obſideret oppidũ in Hiſpania, Badiũ. ſ. nomine, ſunt qui Badiã ſcribant, iuſſit ad euntes tribunal ſuum ut. ſ. ius diceret litemq; ſolueret, facere uadimoniũ. i. cõſtituere alterũ alteri diem datis uadibus, in diem poſterum. i. proxime ſequentem in ædẽ. ſ. q̃dam publicam, quã monſtrauit, & q̃ erat intra mœnia hoſtium, & potitus eſt continuo. i. paulo poſtq̃ id dixerat, urbe. ſ. dicta & ſella. ſ. curuli, aut tribunali poſita. i. poſtq̃ poſuerat ſellam, ideſt ſedem iudiciariã, & tp̃e, q̃a craſtino, & loco, quia in monſtrata æde dixit eis ius. ſ. ſniam de lite, de quo facto auctor affert more ſuo cõmendationẽ dicens. Nihil eſt g̃rioſius hac fiducia, nihil eſt uerius hac ꝑdictione, qua prædixit ſe id effecturũ, ꝙ effecit, qd̃ licet ita euenit priuſq̃ tñ eueniret, q̃a impediri poterat, multa erant ueriora, nihil ſup. eſt efficatius celeritate ſup. hac, q̃ ꝙ uoluit ac prædixit cõtinuo effecit, nihil ẽt ſup. eſt dignius. i. præſtantius, & decentius, ac dignitate. i. præſtantia iperatoria in magnifico dicto & facto. Nec minus &c. Affert continuo alia de eiuſdẽ Scipionis fiducia exempla dicens. ⁋ Nec trãſitus illius. ſ. Scipionis in Africã, ad Carthaginẽ debellandã, ẽ ſup. aut fuit minus aioſus. i. animoſe factus. (Sæpe auctor epitheta efficientis effectui dat) ue ꝓ uel minus ꝓſper. ſ. qua fuit expugnatio oppidi illius in Hiſpania, in qua. ſ. Africã traduxit exercitũ è Sicilia ſenatu uetante. i. poſtq̃ uetuit, probat, ꝙ proſper fuit, quia niſi crediſſet in ea re plus conſilio ſuo q̃ patrũ cõſcriptorum, finis ſecundi bel. pu non eſſet inuentus. Qui quia inuentus eſt modo, laudatur factum cũ tñ qui contra patris prohibitionem fecerat, iure cæſum dixerit. ⁋ Cui facto &c. affert tertium eiuſdem rei, & uiri exemplum dicens: Cui facto. ſ. tranſitus in Africam illa fiducia, ſcilicet eiuſdem Scipio. par i. ſimilis, & æqualis ſup. fuit ꝙ poſtq̃ attigit Africam, nec affecit ſupplicio, nec percunctatus eſt, ideſt nec ſciſcitatus eſt, de conſiliis aut uiribus penorum ſpeculatore, ideſt exploratores Hannibalis depræhenſos in caſtris. ſ. Romanis, & perductos ad ſe uidelicet Scipionem. ⁋ Sed curauit. i. diligenti cura mandauit eos ducendos diligentiſſime circa omnes manipulos. i. globos militũ Romanorũ ſub uno uexillo militantiũ, & dimiſit eos interrogatos, an cõſideraſſent ſatis ea quæ erant iuſſi ſpeculari. i. explorare, aut diſquirere, dimiſit dico incolumes prandio dato. i. poſtq̃ prãdium dederat ipſis & iumentis eorũ uenerant. n quo minus agnoſcerent ſedentes more negotiatorũ, aut colonorũ in iumentis, non equis. Quo ſpũ tã pleno fiduciæ, ipſe Scipio prius contundit. i. concuſſit aĩos hoſtiũ, q̃ arma hoſtiũ. ⁋ Verũ &c. Affert quartũ exemplum ſed, quod in urbe actũ dicit. Ordo eſt. Verũ, ut ueniamus ad acta domeſtica eius fiduciæ eximie. Cum ratio ſeſtertii quadragies, ideſt de quadraginta ſeſtertiis, hoc eſt centum libris, nam ſeſter-

¶ De Scipione Aemiliano.

AVitiſpiritus egregius ſucceſſor Scipio Aemilianus, cum vrbem præualidã obſideret: ſuadentibus quibuſdam, vt circa mœnia eius ferreos murices ſpargeret: omniaq; vada tabulis plumbatis cõſterneret: habẽtibus clauorum cacumina: ne ſubita eruptione hoſtes in præſidia noſtra impetum facere poſſent: reſpondit nõ eſſe eiuſdem: & capere aliquos velle, & timere.

¶ De SC. Naſica.

IN quãcumq; memorabilium partem exemplorum cõuertor, velim, nolimue in cognomine Scipionum, hæream neceſſe eſt. cui. n. licet hoc loci Naſicam præterire fidentis animi, dictiq; clariſſimum authorem? Annonæ caritate increbreſcente C. Curiatius Trib. Pl. productos in cõcionem. COSS. compellebat: Vt de frumento emendo, atq; ad id negotium explicandũ mittendis legatis, in curiam referrent. Cuius inſtituti minime vtilis, interpellandi gratia Naſica contrariam actionem ordiri cepit. obſtrepẽte deinde plebe, tacere quæſo quirites, inquit: plus enĩ ego, q̃ vos quid Reip. expediat: intelligo. qua voce audita omnes pleno venerationis ſilentio, maiorem authoritatem eius quam ſuorum alimentorum reſpectum egerunt.

fium i. ſemi ad tertium continet duas libras, & ſemis. Sane hæſitaſſe uidentur de uocabulo ſeſtertium, nam Oliue. dicit duꝛe poſitum, quo circa alii textus ſubiecerunt libras, quaſi uero libras recte ponatur, cum ſit ordo ratio libras. Quo circa iubet mihi pro grammaticorum inſtitutione paucis aperire. Regulæ duæ ſunt de ſyncopa, inter ſe fere contrariæ. Prior, quoties dictio, ſiue ꝑ appoſitionẽ, ſiue ꝑ compoſitionem, nomini numerali iungitur uenuſte ſyncopatur, ut mille nũmũ, duum uirũ &c. Poſteriorẽ. Neutri generis nomina ſingulari nõ carẽtia ne genitiu' cũ noiatiuo, actõ, & uocatiuo ſingularibus coincidant, ſyncopẽ refugiunt, quo circa non dicã tẽplum, ſcãnũ in genetiuo plurali, ſi tñ ſingulari caruerit, ſyncopã non refugerint, ut duum aĩalium. Quia igitur ſeſtertium neutrum eſt, ſingulare habens non recte diceret ſeſtertium, ꝑ ſeſtertiorum, & ruſus, qñ numerali iungitur aptius ſyncopã patitur, quo circa peritiores, ut in neutrã partem peccent, ſingulari utuntur eũ aduerbio, ut ubi dicere poſſem, dedi tibi decem ſeſtertiũ, aut ſeſtertia dicã decies ſeſtertiũ, hoc igitur loco, quia præponitur ꝑticula rõ q̃ genitiuũ efflagitat, dr bis ſeſtertii. Quũ inq̃ rõ. i. calculus, et ſupputatio, ſeſtertii q̃dragies ex pecunia Antiochẽſi i. expenſa in bello contra Antiochũ, poſceretur i curia à Lucio Scipione fratre ipſius publii, de quo nunc loquitur, lib. quo ſũmæ acceptæ. ſ. pecuniæ, & expenſæ tenebãtur, ꝑlato. i. in medium adducto ab eo. ſ. L. Sci. & ſup. quũ accuſatio inimicoꝝ poterat refelli, ponendo. ſ. calculũ, cum oĩa eſſent debitæ ꝑſcripta. Pu. ſup Scipio diſcerpſit. ſ. librũ rationũ, indignatus dubitari de ea re, q̃ fuerat adminiſtrata ſub ipſo legato. i. cũ eſſet legatus fratri miſſus. Quinẽt. i. inſuper egit. i. cauſam ſuã, & fratris in hũc modum. O' patres conſcripti, non reddo miniſter. i. cum fuerim miniſter alieni imperii, q̃a legatus Lucii fratris ueſtro ærario rõnem ſeſtertii quadragies, q̃ l. ſ. ærariũ, ego feci meo ductu, & meis auſpiciis i. rũ eſſem imperator, & princeps belli, uberius. i diutius, & auctius ſeſtertio bis milies. i. quia intuli in ærariũ bis mille ſeſtertia. i. quinquies mille libras. Neq; n. puto uentũ ſup. eſſe adhuc eo. i. ad id malignitatis, ut ſit q̃rendũ. i. inq̃rendũ de innocentia mea, nam quum ſubiecerim ꝑtati ueſtræ totã Africã, nihil retuli ex ea re quod diceretur meum niſi cognomen. ſ. Africanũ, quia ex deuicta Africa, Africanus eſt dictus, igitur gazæ. i. diuitiæ congeſtæ punicæ non reddiderunt. i. non fecerunt me auarũ, non ẽt gazæ Aſiaticæ reddiderũt fratrem. ſ. Luciũ auaꝝ. Sed uterq; noſtrũ eſt locupletior ſup. factus magis inuidia q̃ pecunia Hæc ille, de quo author Vniuerſus ſenatus comprobauit. i. tantã habuit ıã conſtantẽ fiduciã Scipionis. ſ. pub pro ſe, & Lucio loquẽtis. ¶ Sicut ſup. uniuerſus ſenatus comprobauit, & ideſt ẽt, illud factum. ſ. eiuſdem Scipionis, q' l quia cũ. i. qñ opus eſſe ad neceſſariũ uſum reipu. pecuniam promi ex ærario. i. repoſitorio publici æris, hoc eſt pecuniæ & quæſtores qui claues ærarii habebant non auderent etiam aperire id. ſ. ærarium, quia lex uideretur obſtare ipſe Scipio priuatus, ideſt nullum tunc magiſtratum gerẽs popoſcit claues, ærario patefacto, ideſt aperto coegit legem cedere utilitati. Quam quidem fiduciam, dedit illa conſcientia, quia meminerat omnes leges eſſe ſeruatas à ſe quia per eum Hannibal, qui urbi, & legibus minabantur excidium, Italiam deſerere coactus fuerat. ¶ Non fatigabor referendo, id eſt recitando identidem. i. interdum facta eiuſdem, qm̃ nec ilſequidem. ſ Pub. Scipio fatigatus eſt in edendo, ideſt emittendo præclarũ facinus. ſ. in conſimili gñe uirtutis. Marcus Nævius tribunus plebis, aut ut quidam memorant duo petilii dixerant. i. aſſignauerant, & indixerant illi diẽ ad populũ. i. quo die caſum diceret, & ſe purgaret coram populo, qui deductus in forum ſupple cum ingenti frequentia, conſcendit roſtra. i. locum, unde edicta fiebãt roſtris nauium antiarum munitum, & corona triumphali impoſita capiti ſuo, inquit, ò Quirites, ego iuſſi hac die, Cartha. ſperantẽ magna. i. magnas res, utpotè imperiũ Ro. poſſe euertere, accipere leges noſtras i. Ro. quia tributaria facta eſt proinde. i. ideoq;, aut & ideo, equum eſt uos ire mecũ in capitoliũ, ſupplicatũ. ſ. diis ad ſup. gratias agendas. Deinde, inqt, Val. euentus æque clarus ſecutus eſt ea uocem. Siquidẽ. i. qñ quidẽ ipſe petens puluinaria Iouis, optimi maximi, habuit ſenatum, & totũ uniuerſum ordinem æqueſtrẽ, & cunctam ple. ſ. ignobilem comitẽ. ſ. itineris. Reſtabat. i. adhuc expectabatur ut tribunus ageret apud populum ſine populo, & ipſe deſertus in foro cũ magno ludibrio calumniæ ſuæ, moraretur ſolus cuius ruboris. i. uerecundiæ deuitandi. i. fugiendæ cauſa. i. ut deuitaret ruborẽ, ꝑceſſit in capitoliũ. i. arcẽ Romanã & factus eſt uenerator Scipionis, ex accuſatore. i. qui prius fuerat accuſator Scipionis.

OLIVERIVS.

SCipio Aemilianus (hic ut ſæpe dictum eſt) de gente Aemilia fuit Pauli filius in gentẽ Scipionum adoptatus hic ille fuit Africanus, qui Carthe. euertit, & Numantiam ſuſtulit, urbes duas potentiſſimas. & P. R. infeſtiſſimas. Cum igitur inter calatiam Hiſpaniæ urbem præualidam obſideret uel, ut alii putant. Numantiam, multi hoſtium eruptionem metuentes ſuadebant tribulos, ferrataſq; tabulas circa mœnia ſpargendas eſſe, qui hoſtes ab eruptione deterrerent, quibus reſpondit, non eſſe uiri fortis uelle hoſtes capere eoſdemq; timere. ¶ Præualidam urbem inter calatiam, ut quidam putant, quæ eſt in Hiſpa. uel ut alii uolunt numantiam. ¶ Ferreos murices, Murex proprie dicitur acumen ſaxi. Vir. Et acuto murice remi obnoxii crepuere, ſed pro una q̃q; re acuta ponitur, ut hoc loco pro trigono poſuit ferreos murices, qui ſunt cuiuſmodi tribuli, qui naſcuntur in lacubus, & ſtagnis qui in q̃cunq; partem ceciderit, ita cadunt, ut unum acumen extet erectum Ferreos murices dixit, ad differentiam naturalium muricum, uidelicet tribuloꝝ. ¶ Plumbatis tabulis, ut profundo aq̃ ſummergerentur. ¶ Qui. n. licet, pro quo licet. Murex

ASCENSIVS.

AVIti &c. Ordo eſt. Scipio æmilianus, ſcilicet Paulus egregius ſucceſſor ſpiritus auiti. i. maioris africani, quum obſideret urbem præualidam, quibuſdam ſuadentibus, ideſt cum quidam ſuaderent, ut ſpargeret circa mœnia eius, murices ferreos ſic effigiatos, ut quocunq; iaciantur ſemper unum ſtimulũ habeant erectum, & ut cõſterneret omnia uada tabulis plumbatis, ut mergerentur in profundum, & ita laterent, tabulis dico habentibus cacumina, ideſt acuta clauorum extenſa, ne hoſtes, poſſent facere impetum in noſtra, ideſt romana præſidia, eruptione ſubita, reſpondit ſupple illis non eſſe eiuſdem, ſcilicet imperatoris, & uelle capere aliquos, & timere.

OLIVERIVS.

IN quacunq; Annonæ increbreſcente caritate, quanta animi fiducia fuerit, Scipio Naſica ex hoc exemplo cognoſci facile poteſt, qui totius Populo Romano furorem ſolo uerbo compreſſit, nec metuit ſæuientis populi impetum. ¶ Increbreſcente, ingraueſcente. ¶ Caritate cariſtia, & Naſicæ fiducia

fſla, & inopia. ⸿ Minime utilis, quia hoc idē cognouerat alias periculoſum fuiſſe libertati romanę. ⸿ Interpeliendi, impediē di. ⸿ Obſtrepente uociferante, & tumultuante ple.

⸿ De Liuio ſalinatore.

Liuii quoq; Salinatoris æternæ memoriæ authoritate tradendus animus. qui cum Aſdrubalem exercitumq; Pænorum in Vmbria deleſſet: & ei diceretur, Gallos, ac Ligures ex acie ſine ducib⁹, & ſignis ſparſos, ac Palantes parua manu opprimi poſſe: reſpondit: in hoc eis opportere parci: ne hoſtibus tātæ cladis domeſtici nuncii deeſſent.

⸿ De P. Furio. Philo.

Bellica hæc præſtātia animi togata illa, ſed non minus laudabilis, quam Publius Furius philus. COS. in ſenatu exhibuit Q. enim Metellum Q. q; Pompeium conſulares uiros vehementer inimicos ſuos, cupidam ſibi profectionem in prouinciam Hiſpaniam, quā ſortitus erat, identidem exprobrantes, legatos ſecum illuc ire coegit. fiduciam nō ſolum fortē, ſed pene etiam temerariam exhibens: quæ duobus acerrimis odiis latera ſua cingere auſa eſt: vſū q; miniſterii vix tutum in amicis, ē ſinu inimicorum petere ſuſtinuit.

ASCENSIVS.

In q̄cunq; &c. Recitat fiduciam alterius Scipionis utpotē Naſicæ purgans quodāmodo, ꝙ tm̄ in uno cognomine immoretur, ac dicens. In q̄cunq; parte exemplorū memorabilium conuertor, hoc eſt me cōuerto, & animum applico, neceſſe eſt, ut ſup. hæreā. i. immorer, uelim noliue in cognomine ſcipionum. n. pro quia ci ui. licet. q. d. nulli præterire hoc loci. i. in hoc loco, ubi de fiducia agitur, Naſicā. ſ. Scipionē, clariſſimum authorem animi fidentis. i. fiducialiter audentis, & dicti. i uerbi fidentis. i. ex fiducia dicti. Caritate. i. præcioſitate, annonæ. i. uictualium increbreſcente. i. crebriore, & auctiore exiſtente, ac euadente, Caius curiatius tri. ple. compellebat cōſules productos in cōcionem. i. congregationem populi, ut referrent. i. conſultationem facerent, in curia. i. coram ſenatu, de frumento emendo, atq; de legatis mittendis ad id negocium ſ de emendo frumēto explicandum. i. ut dicunt expediendū. Gloria cuius inſtitut. i. moris, minime utilis ſ reipu. (quia p hoc ærarium penitus exhauriretur ſi i publica fame ex ærario frumentū ematur) interpellandi. i. impediendi, Naſica cepit ōrdiri. i. ordine contexere & dicere, actionē contrariā. i. qua agebat ad non emendū publice frumentū, deinde plebe obſtrepente. i. ſtrepitu, & murmure orationē eius turbāte, inquit ò quirites, q̄ ſo tacete, ego enim plus intelligo quid expediet reip. q̄ uos oēs egerunt. i. oſiderunt authoritatem eius. ſ. Naſicæ, maiorem ſup. eſſe q̄ reſpectum alimentorū ſuorum, & hoc ſilentio pleno uenerationis, q a qui cū loq; uelit, ſilet, ut alter loquatur, illū ueneratur.

OLIVERIVS.

Liuii quoq; Salinatoris. Hoc fuit ſecundo punico bello nam cum Haſdrubal cum multis ſimilibus hominum in Italiam deſcendiſſet, ut ſe Hannibali fratri coniugeret, quod ſi factum fuiſſet. olum ferme iudicio actum fuiſſet de imperio Roma. Eo forte anno conſules erant, Claudius Nero, & Liuius Salinator. Claudio prouincia euenerat Hannibal. Liuio uero Haſdrubal, forte nuncii, qui ad Hanniba, cū literis mittebantur à fratre, à uagis per agros populatoribus Roma. intercepti ad Claudium conſulem deducuntur, qui lectis literis per interpretes, & ex captiuis percunctatione facta non eſſe tempus ratus quo conſiliis ordinariis prouinciæ quiſq; ſue finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinatoà ſenatu bellum gereret, literis Haſdrubalis Romam miſſis ad ſenatum, edoctiſq; patribus, quid ipſe pararet, quid item illis parandum eſſet de toto exercitu, quod roboris erat, delegit ſex milia pedito, decem millia eqtum, & ad collegam q̄tis maximis itineribus potuit contendit. ⸿ Nocte clam hoſtibus Romana caſtra ingreſſis, ſuadet collegæ prima luce, pugnam cum hoſte ſuſcipere multis in contrarium cenſentibus, tantiſper differendum eſſe, donec feſſum uia & uigiliis reūceret militem, ille ne conſilium ſuum, quod tutum celeritas feciſſet, morando temerarium faceret, inſtat pugnæ ſignum dari. quo facto ſequenti die in aciem utrinq; deſcenſum eſt, ſed id moram attulit pugnæ, ꝙ Haſdrubal prouectus ante ſigna cum paucis ſcuta uetera hoſtium notauit, quæ antea non uiderat, ſtrigoſiores equos uidit, & auctum exercitum Romanum cognouit. Territus q̄ primum receptui cani iubet, ſe q̄nti nocte tacitus aufugit, quē Ro. exercitus pria luce inſecut⁹ apud Metaurū fluuium, quē ille trāſnare nequiuerat, aſſecutus eſt, ibi conſerto prelio, quinquaginta ſex millia hoſtium cum ipſo imperatore cæſa, quinq; millia & quadrata capta ſunt, dinīq; reddita eſt æqua Cannenſis clades, in eo igitur prælio tāta ſanguinis & cædis ſocietas cæperat Ro. uictores, ut poſtero die cum eſſet nunciatum Liuio gallos ciſalpinos, ligureſq; qui aut prælia non affuiſſent, aut inter cædē aufugiſſent, uno agmine abire ſine certo duce, ſine ordine ullo, aut imperio poſſe, ſi una equitū alia mitta omnes deleri. Sint aūt Liui. q ſuperſint aliq nuncii, & hoſtiū cladis, & uirtutis nr̄æ. ⸿ In umbria. Vmbria iter Sabinam, & Tuſciam poſita eſt, teſte Strab. qui dicit lib. v. Cæterum in Sabinæ & Tuſcia medio umbria iacet monteſq; tranſgreſſi uſq; Ariminum Rauenamq; procedunt, & ideo à multis pars Tuſciæ dicitur in iugis apennini montis poſita in partes Italiæ Sunt autem loca iuxta Spoletum dicta Vmbria à uocabulo græco, quod eſt ὄμβρος, id eſt imber, eo ꝙ, ut tradunt hiſtoriæ tempore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerit. Sunt qui dicant nunc appellari patrimonium.

ASCENSIVS.

Liuii &c. Recitat aliorum fiduciam, & primo ſalinatoris dicens, Animus quoq; Liuii ſalinatoris tradendus ſupple eſt, æternæ memoriæ Q. ſ. ei et ſalinator, cum deleſſet pro deleuiſſet in umbria regione illa Italiæ, Haſdrubalem ducē Carthaginieſi. Et excercitum penorum, cum quibus galli ciſalpini pugnauerunt, & diceretur, ſcilicet ab exploratoribus ei, ſcilicet ſalinatori gallos ac ligures, quoq; nobiliſſimi ſunt genuenſes, ſparſos, ac palantes, ideſt uagantes ex acie, ideſt extra aciem ſine ducibus, & ſignis poſſe opprimi parua manu, ideſt paruis copiis reſpondit oportere parci eis, ſcilicet gallis, & liguribus in hoc ideſt ad hoc, ne nuncii domeſtici tantæ cladis deeſſent hoſtibus.

OLIVERIVS.

Bellica hæc. Fiducia Pu. Furii pene accuſanda magiſq; probanda, quippe qui ſibi acerrimos inimicos Qui. Metellum Qu. q; Pompeium in adminiſtratione prouinciæ legatos aſſumere non dubitauerit, eorumq; conſilio, & ope iuuari, à quibus cauendum maxime uideretur. ⸿ Togata, quia in urbe hoc factum fuit. ⸿ Pene temeraria. Ideo dixit pene, nequid grauius in tantum uirum dixiſſe uideretur. ⸿ Vſumq; miniſterii, ſcilicet bellici. ꝙ miniſterium uix amicis tuto committitur, id inimiciſſimis demandauit. Furius Philus

ASCENSIVS.

Bellica &c. Affert fiduciam plenam animoſitatis Furii philidi. hæc preſtantia animi, ſcilicet iam dicta eſt, ſup. bellica, ideſt in bellica oſtenſa, illa, ideſt q̄ dicturus eſt, eſt ſup Togata, ideſt domi oſtenſa, ſed non minus laudabilis, q̄, ſcilicet fiduciam Pu. Furius Philus conſul, ideſt quum eſſet conſul, exhibuit in ſenatu, enim pro quia, ipſe coegit Q. metellum & Quin. Pompeium uiros conſulares, ideſt qui iam conſulatum geſſerant, uehementes inimicos ſuos exprobrantes, ideſt opprobrio dantes identidem, ideſt interdum, aut aliquando, ſibi, ſcilicet Philo profectionem cupidam, ideſt cupiditatem profectionis in Hiſpaniam prouinciam q̄ erat ſortitus, ideſt quam forte obtinebat cum altero conſule miſſa, coegit dico eos ire ſecum illuc, ideſt in Hiſpaniam legatos, ideſt ad hoc miſſos ut ſecundariam illi operam nauarent, ad hoc, enim legati imperatoribus dabantur, & ut ex hoc patet, imperator ſibi legatos, quos uolebat pronunciabat, ſicut dictator magiſtrum equitum, coegit in q̄ exibens, ideſt oſtēdens in eo facto, fiducia nō ſolum fortē, ſed ēt pene. i.

quaſi temerariam quæ .ſ. fiducia auſa eſt cingere latera ſua duabus acerrimis odiis .i. uiris ſe odio habentibus, & q̃ ſuſtinuit .ſ. præualuit petere ſinu inimicorum uſum miniſterii .ſ. legationis, uix tutum in amicis, quia etiam amici detractant ſubinde fortiter agere ad gloriam alterius augendam.

❡ De L. Craſſo.

CVius factum, ſi cui placet: neceſſe eſt L. etiam Craſſi, qui apud maiores eloquentia clariſſimus fuit: propoſitum nõ diſpliceat. nam cum ex conſule prouinciã Galliam obtineret: atq; in eam Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat: ad ſpeculãda acta ſua ueniſſet: non ſolum eum inde non ſummouit: ſed inſuper locũ ei in tribunali aſſignauit. nec ulla de re, niſi eo in conſilium adhibito, cognouit. Itaq; acer, & vehemẽs Carbo, nihil aliud Gallica peregrinatione cõſecutus eſt q̃ vt animaduerteret, ſontem patrẽ ſuũ, ab integerrimo viro in exilium miſſum.

❡ De Catone ſuperiore.

CAto vero ſuperior ſæpenumero ab inimicis ad cauſæ dictionem vocatus, nec vllo vnq̃ crimine conuictus, ad vltimũ tantum fiduciæ in ſua innocẽtia repoſuit. ut ab his in quæſtionẽ publicam deductus. T. Gracchum, à quo in adminiſtrationem Reip. ad multum odium diſcidebat: iudicem depoſceret. Qua quidem animi præſtantia, pertinaciam eorum inſectandi ſe inhibuit.

❡ De M. Scauro.

EAdẽ M. Scauri fortuna, æq̃ ſenectus longa, ac robuſta: idẽ animus: qui, cũ pro roſtris accuſaretur: qđ à rege Mithridate ob Rẽp. prodendam, pecuniã accepiſſet: cauſam ſuam ita egit. Eſt.n. Quirites iniquum cũ inter alios vixerim: apud alios me rõnem vitæ reddere. Sed tñ audebo vos quoq; maior pars honoribus, & actis meis intereſſe nõ potuit: interrogare. Varius Sucronenſis M. Aemilium Scaurũ regia mercede corruptum, imperium P. R. ꝓdidiſſe ait M. Aemilius Scaurus huic ſe affinẽ eſſe culpæ negat vtri creditis? cuius dicti admiratiõe populus commotus, Varium ab illa dementiſſima actione, pertinaci clamore depulit.

OLIVERIVS.

CVius factum, ſi cui placet. Luc. Craſſus Cn. carbonis de quo nunc agitur patrem damnauerat, pretores aliquot dãnati fuerant, eo ꝙ auare, & crudeliter prouincias adminiſtrauerant, ſed hic Cn. Carbo damnatus fuerat, ꝙ cũ C. Graccho Fuluio graccho triũuiris diuidendo agro creatis ſeditionem cõcitauerat bello etiam aduerſus cymbros infeliciter pugnauerat, hic quoq; trib ple. rogationem tulerat ut eundẽ trib. ple. quotiens uellet creari liceret. q̃ rogationem P. Scipio grauiſſima oratione diſſuaſit. Gracchus contra ſuaſit, his igitur de cauſis L. Craſſus eum dãnatum exulare coegit. ❡ Ad ſpeculanda acta ueniſſet, nunquid iniuſtum, minuſue honeſtum aliquid in prouincia committeret, cum ius prouincialibus hominibus diceret.

ASCENSIVS.

CVius factum, &c. Aptiſſimo contextu (ut ſere ſemper) ſubnectit fiduciã Craſſi oratoris ſane q̃ mirabilem, & quæ oñdit oratorem apte definitum uirũ bonum dicendi peritũ. Ordo eſt. cuius .ſ. Phili factum, ſi placet cui .i. alicui neceſſe etiã, ut ſup. propoſitum, Lucii craſſi, qui fuit clariſſimus eloquentia apud maiores ſup. noſtros, non diſpliceat immo etiam, placeat eidem. Nam quum conſul obtineret Galliam prouinciã, atq; cneus carbo eius patrem craſſus ſup. damnauerat .ſ. exilio ueniſſet in eam .ſ. prouinciam. ❡ Ad ſpeculan da acta ſua .ſ. craſſi non ſolum non ſubmouit .i. non depulit eum, ſcilicet Carbonem, inde, ideſt de prouincia ſua, quod tamen potuiſſet, ſed inſuper aſſignauit ei, ſcilicet Carboni locum in tribunali, ideſt in ſede iudiciaria nec cognouit .i. & non decreuit aut diſquiſiuit iudicare de ulla re, niſi eo, ſcilicet carbone adhibito in conſilium. Itaq;, ideſt & ſic carbo acer & uehemens, ſcilicet ultor, ſi potuiſſet paternæ damnationis, nihil aliud conſecutus eſt ex peregrinatione Gallica, q̃ ut animaduerteret, ideſt conſideraret, patrem ſuum ſontem, ideſt culpabilem, & ſic meritum eſſe miſſum in exilium ab integerrimo uiro, ut qui in oculis inimici omnia gerere audebat.

ASCENSIVS.

CAto uero ſuperior uocatus, ſcilicet in ius, ſæpenumero ab inimicis ad dictionem cauſæ, ideſt ad defenſionem ſui, nec conuictus unquam ullo crimine (ut Oliue. diligenter recitat, quo circa quæ aducerem, ſi ille non adduxiſſet, ſciens, uolenſq; prætereo) repoſuit ad ultimum ſcilicet uitæ tãtum fiduciæ in innocentia ſua ut deductus ab his, ſcilicet inimicis ſuis in quæſtionem, ideſt inquiſitiõem, publicam, ideſt factam aut faciendam à magiſtratu publico, depoſceret, id eſt de multis poſceret iudicem, ſcilicet cauſæ ſuæ Tyberiũ Gracchum à quo diſſidebat .i. diſſentiebat, & ſimulantem ſouebat in adminiſtratione reipu. ad .i. uſq; ad multum .i. copioſum odium. Qua quidem præſtantia, ideſt inuincibilitate animi inhibuit pertinaciam eorum, ſcilicet inimicorum ſuorum inſectandi ſe .ſ. Cato. quia amplius non auſi ſunt eum inſectari.

OLIVERIVS.

Cato quoties accuſat°

CAto uero ſuperior. Hic cato teſte Plinio, quadragies quater accuſatus, & glorioſiſſime ſemper abſolutus ẽ. Plutar. uero quinquagies dicit fuiſſe accuſatum, nam calũniatum, inquit in rep. cato. non fuit expers, nam ubicũq; inimicis accuſationis argumentũ, accuſationemq; præſtabat in cauſa dicenda magno cũ diſcrimine uexabatur, ferme .n. quinquagies ei diem dictam eſſe ferunt poſtremo ſex &. lxxx. natus annos accuſatus, uulgatũ illud dixiſſe aiunt, difficillimum eſſe cũ inter alios hoies uixerim, apud alios de his criminibus rñdere, q̃ ab aduerſariis obiecta ſunt ut in .c. de ſtu. & induſtria dicturi ſumus. ❡ A quo in adminiſtratiõe reip. diſſidebat. obtrecta .n. egit cũ Tib. nã uterq; in Hiſpa. ꝑclara facinora ediderat.

OLIVERIVS.

EAdem M. Scauri. Cõparat & magnitudinẽ animi & longitudinem uitæ M. Scauri ætati magnitudiniq; animi Catonis Vale. ſed diſſẽtit ab aliis ſcriptoribus. nã Pli. de uiris illu. dicit accuſatũ fuiſſe, ꝙ conſilio eius bellum ſociale concitatum eſſet, Aſconius pedianus refert apud Qu. Varum accuſatum fuiſſe, cum ob negatã ſociis latini nominis ciuitatem nobilitas infeſta eſſet. Q. Varius trib. pleb. legẽ tulit ut quæſtiones haberentur corum, quorũ opera ſocii contra Po. Ro. arma ſumpſiſſent. — Varius trib. ple. — inimici primo M. Scauri exiſtimantes, ſe inueniſſe rationem opprimendi Scaurum, egerũt, ut in iuditiũ traheretur accuſatus quod pecunia corrupus excitaſſet arma contra Po. Ro. hic eo tẽpore ægrotabat amici & cognati hortabantur ne uellet cõtra ualitudinem ad q̃ſtionem accedere, illa ſua maxima innocentia fretus maximaq; pectoris fiducia munitus in forũ deſcendit, & paucis uerbis cauſam dixit, nam. Q. Varius, inqt M. Scaurum regia pecunia corruptum remp. prodere uoluiſſe M. Scaurus huic ſe culpæ affinem eſſe negat utri magis credendum eſt? ❡ Inter alios q̃ inter uos, nam apud maiores ueſtros uixi, uos autẽ uitam meam per ætatem noſcere nõ poteſtis. ❡ Apud alios, q̃ apud uos. ❡ Varius Seuerus Veronenſis. Aſconius dicit Varium Hiſpanum fuiſſe nominatum. ❡ Pertinaci clamore. Quia accuſatori ab omnibus uehementer ſucclamatum.

ASCENSIVS.

EAdem &c. ut filum propoſitum conſeruaret comparat Scaurum Catoni dicens. Eadem fortuna que .ſ. catonis fuit ſup. Marci Scauri, quia ſimiliter ſæpe accuſatus eſt, cum eſſet innocens Et ſenectus ſup. eius fuit eque longa, ac robuſta, ut ſup. catonis, & idem animus ſup fuit, qui cum accuſaretur pro roſtris .i. ante roſtra .i. locum illum, unde publica pronunciabantur edicta, & ita in conſpectu totius populi, ꝙ accepiſſet pecuniam à mithridate rege .ſ. bithyniæ, ob remp. prodendam, egit cauſam ſuam ita .i. ſic ſe purgauit. Eſt enim ideſt .n. uero, hoc eſt certe, ò quirites iniquum cum uixerim inter alios .ſ. patres ueſtros, qui fere mortui ſunt, me reddere rationem uitæ, apud alios .ſ. uos quaſi dicat poſt tanta interualla temporum. Sed tamen .i. nihilominus audebo interrogare

uos quorum

uos quorum maior pars nõ potuit.ſ.per ætatem, intereſſe honoribus,& actis meis,interrogatio autem talis erat, Varius ſeuerus ſucroneñ.i.ex ſucrone oppido Hiſpaniæ iuxta ſucronẽ fluuiũ (qui labitur inter Carthaginem nouam, & hiberum flu. ut author eſt Strabo lib.iii. Sic autem uerior eſt lectio, quam ſi Veroneñ.legatur, Hiſpanus enim ſuit) ait Marcum Aemiliũ Scaurum, & ita ciuem Romanum (pulchre autem de ſe ĩ tertia perſona loquitur, ut quicunq; de ſe, aut nomĩe ſuo magnifice ſentiunt, ut Aenei.v Quæ munera niſo digna dabis &c.) corruptum mercede prodidiſſe.ſ.mithridati imperium populi Romani, Marcus Aemilius Scaurus negat ſe eſſe affinem.i. uel proximum huic culpe. utri creditis .ſ. utrum homini peregrino & nihil de uobis merito an ciui tot annos apud uos tã innocenter, & fortiter uerſato? Cuius dicti admiratione pop. Ro.cõmotus, qui naturale eſt ſuis pluſq̃ externis tribuere, depulit pertinaci clamore Variũ ab illa dementiſſima.i.dementiſſime cepta actione .ſ. contra Scaurum.

ſeueritatem.i.rigorem exactæ iuſtitiæ, cũ liceret uitare id.ſ.tribunal, beneficio legis Memiæ, quæ, ſcilicet lex, uetabat nomina eorum, qui abeſſet cauſa reipu. recipi, ſcilicet ad accuſationem, aut ad litem ſubeundam tantiſper dum abeſſent, tamen recurrit in urbem. Quo conſilio pleno tam bone fiduciæ, cõſecutus eſt, ideſt obtinuit, tum, ideſt ſimul abſolutionem celerem, tum, ideſt ſimul. ꝓfectionem honeſtiorem, quia meliorem de ſe opinionem relinquens.

❡ De M. Antonio.

CONtra M. Antonius ille diſertus, Non. n. reſpuendo, ſed amplectẽdo cauſæ dictionem, quam innocens eſſet: teſtatus eſt. Quæſtor proficiſcens in Aſiam, Brundusium iam peruenerat. vbi literis certior factus inceſti ſe poſtulatum apud. L. Caſſium prætorem, cuius tribunal propter nimiam ſeueritatem Scopulus reorum dicebatur, cum id vitare beneficio legis Memie liceret: que eorũ, qui Reip. cauſa abeſſent: recipi nomina vetabat: in vrbem tamen recurrit, quo tam pleno fiduciæ bonæ conſilio: tum abſolutionem celerem, tum profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.

❡ De ſenatu Romano.

SVnt & illa ſpecioſæ fiduciæ publica exempla. Nam cum eo bello, quod aduerſus Pyrrhum gerebatur: Carthaginienſes C. ac XXX. nauium claſſem in præſidium Romanis Hoſtiam vltro miſiſſent: ſenatui placuit: legatos eorum ad ducem ire: qui dicerent P. R. bella ſuſcipere ſolere: que ſuo milite gerere poſſet, proinde claſſem Carthaginem reducerẽt. Idem poſt aliquot annos cannẽſi clade exauſtis Romani imperii viribus, ſupplementum exercitus in Hiſpaniam mittere auſus, fecit, ne hoſtiliũ locus caſtrorum, tum maxime Capenam portam armis Hannibale pulſante, minoris veniret, quam ſi illũ Pœni non obtinerent. ita ſe gerere in aduerſis rebus quid aliud eſt, quam ſæuientem fortunam, in adiutorium ſui, pudore victam conuertere?

OLIVERIVS.

COntra M. Antonius ille Hic eſt ille M. Antonius orator, quem Cice. lib. de oratore loquentem inducit hic quæſtor in Aſiam proficiſcebatur, & cum Brundusium uſq; perueniſſet, amicorum literis certior factus crimine inceſti accuſatum, omiſſo quod iã inceperat itinere Ro. reuerſus eſt, q̃uis lege mæuia accuſationem iſtam uitare potuiſſet, ibiq; cauſam ſuam tanta cum eloquentia, & laude peregit ut ſtatim abſolutus fuerit, deinde ſecurior. & honeſtior in prouinciam proficiſceretur, q̃q̃ et fide ſerui quem iudices in quæſtiõibus habere uoluerunt, adiutus defenſuſq; fuerit, ut uidebimus in ca. de fide ſeruorum. ❡ Cauſæ dictionem, defenſionem cauſæ. ❡ Poſtulatum, accuſatum, & tunc iungitur cum genitiuo, ut poſtulo te furti. ❡ Inceſti. Committitur inceſtus cum uirgine ſacrata, cum parente, cum ſorore, cum ſanguine coniuncta dictus uel non caſtus, uel ã ceſto Veneris zona. ❡ Scopulus reorum nam quẽadmodum nauigantes ſcopulo illiſi naufragium faciunt, ita apud tribunal huius, qui accuſabantur, pro maiori parte periclitabantur. ❡ Memiæ legis, quam Mæuius tulit de his, qui publice mitterentur in prouincias ad publica negocia peragenda, ut ſi accuſarentur, eorum nomina à iudicibus non admitterentur. ❡ Abſolutum celerem, nam ſi non rediſſet, abſolutus non eſſet, donec annum magiſtrum perfeciſſet, & ſic in urbem rediſſet crimine grauis.

Inceſt⁹

ASCENSIVS.

COntra, ideſt contrario modo ſupple fecit Marcus Antonius ille, ſcilicet orator clariſſimus, diſertus, ideſt dicendi peritus (non enim teſtatus eſt, quam, ideſt quantum innocens eſſet reſpuendo dictionem. Cauſæ, ideſt defenſionem, ſed amplectendo, quia pro ſe cauſam dicere uoluit) quæſtor, ideſt publicæ pecuniæ debitorum inquiſitor, & debiti receptor proficiſcens in Aſiam, peruenerat Brunduſium, ideſt ad oppidum, illud maritimum in italia, ubi factus certior, ideſt edoctus literis, ſcilicet ad ſe miſſis, ſe poſtulatũ, ſcilicet ad ſupplicium, hoc eſt accuſatum inceſti, ſcilicet crimine apud Lucium Caſſium prætorem, cuius tribunal dicebatur ſcopulus, ideſt præcipitium, aut naufragium reorum quia rari admodum inde ſalui euaſerant aut enauigarant, ꝓꝑ nimiã

THEOPHILVS

VEronẽſis. Alii codices habent ſucronenſis. Aſconius etiã pedianus Hiſpanum fuiſſe ſcribit. ❡ Memiæ. Quædam exemplaria legunt Næuiæ.

OLIVERIVS.

SVnt & illa. Mago Carthaginienſis dux in auxiliũ Ro. cum ducentis & triginta nauibus miſſus ut tradit Iuſtinus ſenatum adiit dicens, ægre pati Carthaginienſes, ut in Italia Roma. à peregrino hoſte infeſtarentur, & q̃m externo hoſte premerentur, auxilium miſiſſe, ut externis quoq; opibus adiuuarentur gratiæ à ſenatu actæ, & naues remiſſæ ſunt qui dicerent. Romanos, ea bella ſuſcipere, quæ ſuis uiribus gerere poſſent. ❡ Vltro ſponte, nõ rogati. ❡ Suo milite. Specioſa locutio, cum ſingularem ꝓ plurali numero ponimus, ut Armato milite complent. ❡ Idem poſt aliquot. Cum à Romanis obſideretur capua. Hãnibal ut ab ea obſidione Roma. obſtraheret, quia non aliter ſociis ſubuenire poſſe uidebat, ad oppugnandam urbem Roma exercitum duxit & ad Anienem fluuium tria millia paſſuum ab urbe caſtra locauit, ibi cum ſtatiua haberet, ſenatus milites i ſupplementum Hiſpaniæ miſit, & agrum in quo eſſent hoſtes, publice uendidit, quod ubi per captiuos cognitum eſt Hannibali, id adeo ſuperbum, adeoq; indignum ſibi uiſum eſt q; cum ipſe ad mœnia urbis Roma. armatus ſederet, milites ſub uexillis in ſupplementum aliarum prouinciarum mitterentur, & eius ſoli, quod ipſe bello captum poſſideret haberetq; Romæ inuentum emptorẽ eſſe, qui nihil diminuto præcio mercaretur, ut extemplo uocato præcone tabernas argentarias, q̃ circa forum Romanum eſſent iuſſiſſet uenire, ſed emptor non eſt inuentus. ❡ Veniret uenderetur. ❡ Pudore uictam, quia fortunam quodammodo pudet, cum uiderit illum, in quem totiens ſæuitiam exercuerit, adeo fortem atq; magnanimum eſſe.

Rõe obſidio

ASCENSIVS.

SVnt & illa & cætera poſt ſingulorum fiduciam agit de totius ſenatus fiducia, de qua dicit ſic, ſunt & ideſt etiã illa exempla publica, ideſt totius ſenatus, per quem reſpu. fere gubernabatur, ſpecioſæ, ideſt honeſte fiduciæ. Nam cum Carthaginieñ qui tum Romanis amici erant, miſiſſent Roma. ultro, ideſt nõ rogati in præſidium, ideſt ad protectionem, eo bello, quod gerebatur, ſcilicet à Romanis aduerſus Pyrrhum regem epyri, claſſem centum, ac triginta nauium hoſtiam, ideſt ad illud uſq; oppidum ſuper tyberim ſitum, placuit ſenatui legatos ire, ideſt ut legati irent ad ducem eorum, ſcilicet Carthaginieñ. uidelicet magonem, qui dicerent Populo Romano ſolere ſuſcipere bella, quæ poſſet gerere ſuo milite, proinde, ideſt & ideo reducerent claſſem carthaginieñ, ſcilicet unde abduxerant eam. ❡ Idem, ſcilicet ſenatus Roma.

auſus mittere ſupplementum exercitus in Hiſpaniam, uiribus Romanis exhauſtis, ideſt licet uires Romanæ eſſent exhauſtæ aut ubi erãt exhauſtæ, clade cannenſi, ideſt accepta apud cannas, poſt aliquot annos, ideſt aliquot annis poſt bellum cum Pyrrho geſtum, fecit, ſcilicet per eã fiduciam, ne locus caſtrorum hoſtilium, ideſt ubi hoſtes caſtra habebant, ueniret, ideſt uenderetur Romæ, minoris, ideſt minore prætio, q̃ ſi pœni non obtinerent illum Hannibale pulſante, ideſt q̃uis Hannibal pulſaret, maxime tum, ideſt tunc præcipue armis, ſcilicet inuaſis portam capenam, ideſt q̃ itur capuam, que capua tunc ab Hannibale tenebatur. Gerere ſe ita, ideſt tam confidenter in rebus aduerſis, quid aliud eſt q̃ fortunam ſæuientem cõuertere in adiutorium ſui, id eſt quo ſe iuuaret, uictam pudore? quaſi dicat nil aliud eſt. immo poſt illud factum fortuna, quaſi pœnitentia ducta ab Romanis ſtetit.

De Accio poeta.

MAgno ſpacio diuiſus ẽ à ſenatu ad poetam Accium tranſitus. Cæterũ vt ab eo decentius ad externa tranſeamus: producatur in medium. Is iulio CAE. ampliſſimo, & florentiſſimo viro, in collegiũ poetarum venienti nunquã aſſurrexit: non maieſtatis eius immemor: ſed quod in comparatione cõmunium ſtudiorum, aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret. quapropter inſolẽtiæ crimine caruit: quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.

OLIVERIVS.

MAgno ſpatio. q̃q̃ inq̃t, à ſenatu ad poetam Accium tranſitus uidetur abruptus, tamen ut aptius, atq; decentius ad externa tranſeamus, eius exẽplum in mediũ proferemus. Collegium. p. cæſar in collegio poetarum ſe coaptare uoluit. Voluminũ, qui plura carmina ediſſet, nõ p̃clara belli facinora geſſiſſet.

ASCENSIVS.

MAgno ſpacio &c. Ne ineptus uideatur trãſitus à ſenatu ad poetam unum, pulchre purgat dicens. Tranſitus à ſenatu ad Accium poetã eſt diuiſus magno ſpacio, cæterum, ideſt ſed, ut nos tranſeamus decentius ab eo, ſcilicet accio poeta ad externa ſup. exempla, quorum p̃ria de poetis erunt, p̃ducatur ſup. Accius in medium. Is. ſ. accius poeta, nunq̃ aſſurrexit. i. nunq̃ ſurgendo in aduentu honorem præbuit Iulio cæſari uiro ampliſſimo, & florentiſſimo uenienti in collegium poetarum, non immemor maieſtatis eius. ſ. Iulii Cæſaris, hoc eſt ſciens quidem, q̃ta eſſet maieſtas eius ſed q; conſideret ſe eſſe ſuperiorem. ſ. q̃ Iulium, aliq̃to in comparatione cõmunium ſtudiorum, uidelicet artis poeticæ, quapp. Accius caruit crimine inſolentiæ. i. ſuperbæ arrogantiæ, quia certamina uoluminum i. librorũ à ſe editorum & non imaginum. i. ſtemmatum maiorũ exercebantur ibi. i. in eo collegio poetarum, per q; innuit author, aliquem in uno loco præferendũ, q in alio poſt habẽdus ſit, ut ſacerdos in adminiſtratione ſacramentorum, uel regi præferendus eſt: qui in cænis diuitum ẽt cui ſæpe poſtponitur, quod q̃ decenter faciant, uiderint ipſi.

Externa, De Euripide tragico.

NEc Euripides quidem Athenis arrogãs viſus eſt. cum poſtulante populo, vt ex tragœdia quadam ſententiam tolleret: progreſſus in ſcænam, dixit: ſe vt cum doceret, non vt ab eo diſceret, fabulas componere ſolere. laudanda profecto fiducia eſt: quæ æſtimationem ſui, certo pondere examinat, tantum ſibi arrogans, q̃tum à contemptu, & inſolentia diſtare ſatis eſt. Itaq; & quod Alceſtidi tragico poetæ reſpondi probabile. apud quem eum quereretur: quod eo triduo non vltra tres verſus maximo impenſo labore deducere potuiſſet: atq; is, ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur: ſed hoc inquit intereſt: quod tui in triduum tantummodo mei vero in omne tempus ſufficiẽt. alterius enim fœcundi curſus ſcripta, itra primas memoriæ metas corruerunt, alterius cunctãte ſtylo elucubratum opus, per omne æui tempus plenis gloriæ velis feretur.

OLIVERIVS.

Euripidis gen. NEc Euripides q̃dem Athenis. Tragicus iſte poeta fuit clariſſimus, ut ſupra diximus, Euripides dictus, teſte Priſciano li. ti. de octo partibus orationis, ab euripo ea maris parte, q̃ eſt inter Eubœam & bœticam, q̃m eo die natus ſit quo Athenienſes, cum perſis in euripo bellum gerentes, uictoriam ſunt conſecuti, de cuius progenie atq; fortuna, Hæc gellius. Euripidi poetæ matrẽ Theopõpus agreſtia olera uendentem uictũ quæritaſſe dicit: patri autẽ, eius nato illio reſponſum eſt à chaldæis, eum puerũ cũ adoleuiſſet, uictorẽ in certaminibus fore. Id ei puero fatũ eſſe pater interp̃tatus, athletã debere eẽ, roborato, exercitatoq; filii corpe olip: à certaturũ eũ inter Athletas pueros deduxit, ac p̃mo q̃dẽ in certamiẽ ambiguã ætatẽ receptus nõ eſt, poſt Eleuſino Theſæõ certamine pugnauit, & coronatus ẽ, mox à corpis cura ad excolendũ ai ſtudiũ tranſgreſſus, auditor phiſici anaxagoræ & rhetoris produci. in morali autem philoſophia Socratis tragœdiam ſcribere natus annos duodeuiginti adortus eſt philochorus refert in inſula Salamina ſpeluncam eſſe tetram & horridam, in qua euripides tragœdiã ſcriptitauit, mulieres fere omnes maiorem in modũ exoſas ſibi fuiſſe dicit, ſiue q; abhorruerit mulierem coitu, ſiue q; ſimul duas uxores habuerat, q; id decreto ab Athenień. facto ius eſſet, quarũ matrimonii p̃tedebat eius odii in mulieris Ariſtoph. meminit. de cuius morte dicetur in ca. de morte non uulgari, hic nonagintaduas dĩ ſcripſiſſe tragœdias, in quibus decies quinquies uictor euaſit, cũ in theatro diuerſorum poetarũ tragœdiæ recitarẽtur, cuius patrem Mneſarchũ, matrem Cliſtonem fuiſſe legimus. A contẽptu, & inſolentia. Duæ extremitates ſunt, à quarum utraq; uitioſa eſt, audacia, & timiditas uirtuti tñ audacia propitior eſt inter has media eſt fiducia uirtus. A cõtemptu. quantũ ad timiditatem. Inſolentia, q̃tũ ad audaciam. Deducere. Tranſlatio ſumpta à filantibus, quæ tenuiter filla deducunt, præſertim, q̃ precioſa eſſe uolunt. Eodem modo qui magnæ auctoritatis, & ponderis carmina cõdunt, deducere dicuntur. Virg. in bucolicis. Paſcere oportet oues, deductum dicere carmẽ. Fecundi curſus, quia ex eius ore facile carmina currebant. Gloriæ, quia per uniuerſum orbẽ eius carmina celebrãtur. Deducere uerſus

ASCENSIVS.

NEc quidem. i. non ẽt Euripides poeta tragicus, uiſus eſt arrogans, athenis cũ. i. qñ, populo poſtulante, ut tolleret. i. demeret, ex tragœdia. ſ. q̃ fecerat, q̃ndã ſñiam. i. dictũ, cuius ſñia diſplicebat, p̃greſſus in ſcænam, ubi tragœdiæ agebantur, dixit ſe ſolere cõponere fabulas, ut doceret eũ. ſ. populum, nõ ut diſceret ab eo & ita innuit ſñiam illã licet diſpliceret laudandam eſſe, unde ait author. Profecto. i. reuera, fiducia ſup. Euripidis, laudanda ſup. eſt, quæ examinat. i. penſat, & diſcernit æſtimationẽ i. ap̃pretiationẽ ſui certo. i. debito pondere arrogans. i. ſumens, ac uendicãs ſibi tñ, q̃tũ ſatis ẽ diſtare à contemptu. ſ. ſui, quo cõtẽnatur, & inſolentia. i. inſolenti arrogantia, q̃ alios contẽnat, q̃ duo uidentur extrema. Itaq;. i. & ita ẽt probabile. i. cõmendabile eſt, id q̃d ſup. Euripides reſpondit Alceſtidi poetæ tragico. apud quẽ. ſ. Alceſtidẽ, cum. ſ. euripides, q̃reretur. i. familiariter, q; non potuiſſet deducere. i. p̃ficere ita, ut in locũ tragœdie apte deduci poſſent eo triduo. i. ſpacio trium dierum nõ ultra i. non ſupra tres uerſus, & tñ maximo labore impẽſo, atq; is. ſ. Alceſtides, glorietur, ſe ſcripſiſſe perfacile centũ, ſupp. uerſus. Euripides ſup. inquit, ſcripſiſti q̃dẽ centũ, & ego non niſi tres ſed hoc intereſt inter uerſus tuos, & meos, q; tui ſufficient. ſ. p̃ſtare tñmodo in triduũ quia q̃d cito fit cito perit, maxime ſi careat arte, uero pro ſed mei, ſup. uerſus ſufficiẽt in oẽ tẽpus Probat aũt author id dictũ eſſe probabile, quia uerũ. Enim p̃ quia ſcripta alterius. ſ. alceſtidis, curſus fecundi. i. uberis partus aut ut alii legunt fecundi. i. proſperi ſucceſſus, corruerunt intra primas metas. i. primos terminos, memoriæ. ſ. recẽtis, hoc eſt q̃tum durare potuit, poſtq̃ ſemel ẽent audita memoria, nõ: enim iterũ tranſcripta aut lecta ſunt, opus, alterius. ſ. Euripidis,

elaboratum

elaboratū ſtilo cunctante.i.immorante, & nõ currente, ſed ex-pectante donec aptus uerſus eſſet aio conceptus feretur per omne tp̃s æui, uelis (tranſlatio à nauibus) plenis gloriæ.

OLIVERIVS.

ADiiciam eiuſdē ſcænæ Hic muſicæ artis pitiſſimus fuiſſe traditur, & diſcipulū habuiſſe in eo gn̄e non mediocriter eruditum, ſed parū populo gratum, ac ꝓpemodū contemptibilē, qđ ſæpe fieri ſolet i omni cuiuſq; artis genere, qđ cum uidiſſet eius præceptor, ut oſtenderet artem ex oi parte ꝑfectam, ēt ſi contēnatur per ſe tā ſatis laudabilē aſtantibus cūctis, & audiētibus diſcipulo dixit, mihi cane & muſis, quia uidelicet ars perfecta ēt ſi à nullo probetur, tamen per ſeipſa ſatis laudabilis eſt. ☞ Adiiciam ſc.nã in ſcæna recitātibus tragœdias mimis tibiæ ſemper adhibebātur. ☞ Parum feli. populo ſe approbanti, quia in eo genere artis parum erat populo gratus. ☞ Lænocinio defecta .i. blanditiis, uidelicet externa laude deſtituta, nam quēadmodum lænones adoleſcentibus blandiūtur, ſic ēt fortuna modo huic modo illi blanditur, & fauet. ☞ Domeſtico iudicio, quia ſcit iam ſibi obligatā eſſe laudem.

ℭ De Antigenida.

ADiiciam ſcænæ eiuſdem exemplum: Antigenidas tibicē diſcipulo ſuo magni ꝑfectus, ſed parum feliciter populo ſe approbanti, cunctis audientibus, dixit: Mihi cane & Muſis, quia videlicet perfecta ars fortunæ lenocinio defecta: iuſta fiducia non exuitur. Quamq; ſcit ſe laudem meritam: eam, & ſi ab aliis impetrat: domeſtico tamen acceptam iudicio refert.

ℭ De Zeuſi pictore.

ZEuſis autem cū Helenam pinxiſſet: quid de eo opere homines ſenſuri eſſent expectandum non putauit: ſed protinus hos verſus græcos adiecit.

Ου νεμεσις τρωας τε, και ευκνημιδας ἀχαιους.
Τοιηδ' αμφι γυναικι πολυν χρονον αλγεα πασχειν
Αινως αθανατῃσι θεῃς εις ωπα εοικεν.

Adeo ne dexteræ ſuæ multum pictor arrogauit: vt ea tantū forma comprehenſum crederet: quātū aut Leda cæleſti partu edere: aut Homerus diuino ingenio exprimere potuit.

ℭ De Phidia.

PHidias quoque Homeri verſibus egregio dicto alluſit. Simulachro .n. Iouis olympii ꝑfecto, quo nullū præſtantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ ſunt manus: interrogatus ab amico, quo nam mentem ſuam dirigens, uultum Iouis propemodū ex ipſo cœlo petitū, eboris lineamentis eſſet amplexus, illis ſe verſibus quaſi magiſtro vſum reſpondit.

Η και κυανεῃσιν επ' οφρυσι νευσε κρονιων
Αμβροσιαι δ' αρα χαιται επερρωσαντο ανακτος
Κρατος απ' αθανατοιο. μεγαν δ' ελελιξεν ολυμπον.

ASCENSIVS.

ADiiciam &c. Affert exēplum fiduciæ in antigenida tibicine dicēs. Adii. exemplum eiuſdem Scænæ .i. quod contigit in Scæna, dū fabulæ agerētur. Antigenidas ti. i. cantor in tibiis, & fiſtulis aliis dixit diſcipulo ſuo magni profectus .i. qui in muſica, & arte canendi in fiſtulis multum ꝑfecerat ſed approbanti .i. exhibenti ad probādum, ſe populo parum feliciter, quia licet ex arte caneret, tn̄ non placebat, dixit inq̄ illi diſcipulo cunctis audiētibus, cane mihi & muſis, ideſt peritis artis & arti ipſi, aut inuentricibus eius muſis. Videlicet q̄a ars pfecta, defecta .i. deſtituta lenocinio .i. blandimento, & applauſu fortunæ, non exuitur fiducia iuſta .i. bona de ſe opinione pro merito. Quamq; .i. & q̄ (ſunt enim duæ particulæ diuiſim cõſtruendæ ſic) & refert .i. reportat eam laudem, quā ſcit ſe meritam, etſi .i. q̄q̄ non imperat ab aliis, tamen refert acceptam ſupple à iudicio domeſtico, ideſt aut conſcientiæ ſuæ, aut eorum qui artem norint, quales ſunt in eodem ludo inſtituti aut inſtituentes.

OLIVERIVS.

Zeuſis pictor

ZEuſis autem cum Helenam pinxiſſet, inter primos ſuæ ætatis pictores hic præcipuum locum obtinuiſſe fertur, quem Plinius tantam ex ea arte gloriam, & opes comparaſſe dixit, ut gratuito pingere, & elargiri opera ſua non dubitaret, exiſtimans illa non ſatis digno prætio poſſe compenſari, dicitur in certamen deſcendiſſe cum parrhaſio & ab illo ſuperatus, nam cum detuliſſet uuas tanto ſucceſſu depictas, ut aues in Scænam aduolarent, parrhaſius detuliſſe fertur linteum pictum traditur, ita ueritate repreſentata ut zeuſis alitum iudicio tumens flagitaret tandem, remoto linteo oſtendi picturam, atq; intellecto errore ingenuo pudore palmā ei cõceſſerit, hic uero in fœmineo corpore pingendo cæteris omnibus antecellit, nam ut Cicer. meminit in arte ueteri acrotoniatis ingenti pretio conductus, ut Iunonis templum, qđ illi magnificum ſatis condiderant egregiis figuris locupletaret, poſt abſolutum opus, ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in ſe imago contineret Helenæ dixit ſe uelle pingere ſimulacrum, petiit à crotoniatis uirgines, quas omnium formoſiſſimas haberent, illi publico de conſilio uirgines in locū unū conduxerunt, & pictori quas uellet eligendi ꝑtātem dederunt, ille aūt ex oibus quinq; delegit, in quibus ueriſſimū pulchritudinis iudicium hēret, neq; .n. putauit oia q̄ ad uenuſtatē quereret in uno ſe corpore poſſe reperiri. Pli. uero li. xxxv. n̄ id feciſſe crotoniatis ſed agrigētis, zeuſis ingt tantus diligētia fuit, ut agrigentis facturus tabulā q̄ in tēplo iun. lacinia publicæ dicarent, inſpexerit uirgines eorum nudas, et quinq; elegerit ut qđ in quaq; laudatiſſimū eſſet pictura redderet. Qđ uero ad eius fiduciā ꝑtinet cū Helenā pinxiſſet, non expectauit hoium iudiciū de opere tanto ſed ſtatim fiducia maxia ductus ſuum ipſe opus Ho. uerſibus cõprobauit, his uidelicet. ου νεμεσις τρωας και ευκνημιδας αχαιους, τοιηδ' αμφι γυναικι πολυν χρονον αλγεα πασχειν, αινως αθανατῃσι θεῃς εις ωπα εοικεν Haud turpe eſt troas, fulgentiſq; ære pelaſgos, Coniuge ꝓ tali diuturnos ferre labores, Aeternis facies nimis ē æq̄da deabus. Alii ſic tranſtulerunt. Non dedecus troas, & achiuos ære nitentes, pro tali ſufferre nuru, lacrimabile bellum Aeternis certe eſt nimis aſſimulanda deabus.

Helenæ pulchritudo.

ASCENSIVS.

ZEuſis ēt pictor excellentiſſimus, cum pinxiſſet helenā non putauit expectandū, qđ hoies eſſent ſenſuri .i. iudicaturi de eo ope. Sed protinus adiecit hos uerſus, quos Oliue. recitat, latine autē ſonant. Haud turpe eſt troas, & pelaſgos ſeu acheos fulgentes ære .i. æreis armis, ferre pro tali coiuge labores diuturnos, ſeu ut græce ſonant multi tp̃is, q̄a facies eſt nimis æq̄da deabus æternis .i. imortalibus. Adeo ne i. nõne, aut næ .i. certe adeo multū pictor arrogauit .i. ſumpſit & attribuit dextræ ſuæ ut crederet tm̄ formæ .i. formoſitatis cõprehenſum ea .ſ. dextra, q̄tū .ſ. formæ, aut leda uxor tyndari potuit edere partu cæleſti .i. ex conceptu Iouis, q cū ea in ſpecie cygni concubuit (ut fabulæ hn̄t) & ex ouo concepto helenā genuit, aut q̄tū homerus potuit exprimere diuino igenio.

OLIVERIVS.

PHidias quoq; homeri uerſibus. Statuarius hic nobiliſſimus fuit, tanta fiducia præditus, ut teſte Macrobio, cū Iouem olympium pingeret, interrogatus de quo exēplo diuinam mutuaretur effigiem, iſſdit archetipum Iouis in his ſe tribus homeri uerſibus inueniſſe. η και κυανεῃσιν επ' οφρυσι νευσε κρονιων. αμβροσιαι δ' αρα χαιται επερρωσαντο ανακτος κρατος απ' αθανατοιο μεγαν δ' ελελιξεν ολυμπον, qui uerſus ſic ſunt in latinum traducti, Atq; ſupercilio Saturnius annuit atris. Ambroſiæ fluxere comæ de uertice regis, Aeterni aſt nutu magnum cõcuſſit olympū. De ſupciliis, & crinibus ſe totū Iouis uultum collegiſſe ait, de quo Plin. lib. vii. na. hiſt. Phidiæ. Iupiter ingt olympius quottidie artifici excellentiæ teſtimoniū perhibet. Ruſus lib xxxii. Phidiam clariſſimū eſſe ꝑ oēs gentes, q̄ ædem Iouis olympii fama itelligunt nemo dubitat, ſed ut merito laudari ſciant ēt, q opa eius non uiderunt ꝓferemus argumenta parua, & ingenii tm̄ neq; ad hoc Iouis olympii pulchritudie utemur, nõ Mineruæ Athenis factæ amplitudine, cū ſit ea cubitorum .xxvi. ebore. hæc ex auro con-

Iouis olympi ſimulachrum.

ſtat ſed in ſcuto eius in quo amazonū prælium cælauit, ambitu eiuſdem concaua parte & gigantum dimicationem in ſoleis uero laphitarum & centaurum adeo monumenta omnis artis illi fuere, in baſi aūt q̃d cælatum eſt, dii ſunt .xxx. numero noſcentes, uictoriā mirabilem præcio mirabimur ēt ſerpentes qui ſub ipſa cuſpide æream ſphingem habēt, hoc Pli. Quint. lib. vii. de inſtitutione oratoria, hunc dicit in diis, q̃ oībus fingendis longe meliorem fuiſſe artificem, in ebore uero longe citra æmulum, uel ſi nihil niſi Mineruā athenis, aut olympiū in elide Iouē feciſſet, cuius pulchritudo adieciſſe aliquid, etiā receptæ religioni uī, adeo maieſtas opis deum æquauit, Cic. quoq; lib. tuſ. queſt. i. Quid eni Phidias ſui oris ſimilem ſpeciē adeo artificioſe incluſit in clypeo Mineruæ, cū inſcribere nō liceret, q̃ ea conuulſa tota opis colligatio ſolueretur. ¶ De cælo petitum. ſi Iouem ipſum in cælo q̃ō ſtare conſueuit, aliq̃ñ uidiſſet melius certe non effinxiſſet. ¶ Eboris liniamentis, q̃a imagines ex ebore formatæ ex liniamentis conſiſtunt. Vel liniamentis, hoc eſt adumbrationibus.

¶ De Epaminunda

NOn patiuntur me tenuioribus exemplis diutius inſiſtere fortiſſimi duces. ſiquidem Epaminundas, cum ei ciues irati, ſternendarum in oppido uiarum contumeliæ cauſa curam mandarent (erat enim illud miniſterium apud eos ſordidiſſimum) ſine ulla cunctatione id recepit: daturumq; ſe operam, ut breui ſpecioſiſſimum fieret, aſſeuerauit. mirifica deinde procuratione, abiectiſſimum negotium, pro ampliſſimo ornamento expetendum Thebis reddidit.

¶ De Hannibale.

HAnnibal vero, cum apud regem Pruſiam exularet: Authorq; ei committendi prælii eſſet: atq; is non idem ſibi extis portendi diceret: antu, inquit, vitulinæ carūculæ, q̃ īperatori veteri mauis credere, ſi verba numeres breuiter: & abſciſe ſi ſenſum æſtimes, copioſe, & valenter. Hiſpanias enim direptas. Po. Ro. & Galliarum, ac Liguriæ vires in ſuam redactas poteſtatem & nouo tranſitu Alpium iuga patefacta, & Traſimenum lacum dira inuſtum memoria. & Cannas punicæ victoriæ clariſſimum monimentum, & Capuam poſſeſſam: & italiam laceratam, ante pedes hominis effudit: vniuſq; hoſtiæ iecinori, longo experimēto teſtatam gloriam ſuam, poſtponi æquo animo non tulit. & ſane quod ad exploranda bellica ſacrificia, æſtimādoſq; militares ductus attinebat: omnes foculos, omnes aras bithyniæ, Marte ipſo iudice, pectus Hannibalis prægrauaſſet.

ASCENSIVS.

PHidias quoq; (Statuari⁹ erat) alluſit egregio dicto uerſibus .i. aduerſus homeri. n. pro q̃a, ſimulachro Iouis olimpii perfecto. ſ. ab eo quo. ſ. ſimulachro, nullū. i. non ullū manus humanæ non ſunt fabricatæ ullū præſtantius, aut admirabilius, iterrogatus ab amico, q̄m. i. ad q̃d exemplar mentale, aut quam ideam ipſe dirigens mentem ſuam. i. oculos mentis ſuæ, amplexus eſſet. i. expræſſiſſet, liniamentis. i. ſubtilibus ſculpturis, & celaturis eboris. i. in ebore formatis, uultum iouis petitum propemodū. Ideſt quaſi ex ipſo cælo. i. q̃lem haberet Iupiter in cælo reſpondit ſe uſum illis uerſibus. ſ. homericis, quaſi magiſtro qui ſic ſunt traducti latine (author tamen græcos ſubiecit, quos Oliue. recitat) Atq; ſaturnius. i. ſaturni filius Iupiter, annuit. i. aſſenſum p̄buit, atris ſuperciliis, & comæ ambroſiæ, ideſt ambroſio odore pfuſæ, quem tamen imitari non potuit (ſed loco eius colorem ſubiecit) fluxere de uertice regis æterni, aſt concuſſit totum olympum nutu. i. dum caput nutando moueret. Quam rem, ſi imitari potuit, mirabilis haud dubie fuit artifex, ut qui ſpiritum uitalem ſtatuæ dediſſe uiſus ſit.

OLIVERIVS.

NOn patiuntur me. Ad exempla memoratu digniora tranſgreditur, quippe de clariſſimis, & ducibus, & regibus dicturus, primum autē de Epaminunda proponit exemplum, cuius adeo fiducia munitū pectus fuiſſe tradit, ut cum eius ciues irati uel inuidia ducti, ſternendis uiis quaſi uiliſſimo officio ignominie gratia præfeciſſent, ille munus non cunctanter, nec faſtidioſe ſuſciperet, dicens effecturum ſe breui, ut illud miniſterium, quod ſic apud eos ſordidiſſimum haberetur, ſpecioſiſſimum ac ſummæ dignitatis eſſet, quod etiam euenit ex quo apparet nō homini magiſtratum, ſed magiſtratui hominem dignitatem afferre, conſtat āt Epaminundam oium thebanorum ducum fuiſſe clariſſimū, adeo ut teſte Iuſtino, cum illo nata, & extincta omnis patriæ gloria fuiſſe uideatur, nā poſt illū thebani memorabile nullū bellū unq̃ geſſere, nec uirtutibus, aut rebus geſtis, ſed cladibus inſignes ſp fuere. Fuit ēt philoſophus ſummus, ex quo dubiū hoibus reliq̃t, uir ne melior, an dux fuerit, nā & imperium non ſibi, ſed patriæ q̃ſiuit, pecuniæ parcus adeo fuit, ut funebris ſumptus defuerit, gloriæ quoq; non cupidior q̃ pecuniæ. q̃ppe recuſanti omnia imperia ingeſta ſunt honoreſq; ita geſſit, ut ornamentum non accipe ſed dare ipſi dignitati uideretur, iā litterarū ſtudiū iā p̄hiæ doctrina tātā ut mirabile uideret, unde tam inſignis militiæ ſcia homini inter litteras nato. Aemili⁹ probus hunc oībus ferme uirtutibus ornatū fuiſſe cōmemorat, prudentia, æquitate, modeſtia, ſapia, rei militaris peritia, animi & corpis fortitudine, cōtinentia, clemētia, patientia uero tanta, ut non ſolū populi, ſed etiam amicorū facile ferret iniurias, adeo ueritatis amatorē fuiſſe tradit, ut ne ioco quidem mentiretur, adeo taciturnitatis ſeruatorem, ut cōmiſſa cuncta celaret, ſtudioſū quoq; audiendi, ex quo facile diſci poſſe arbitrabatur, multaq; alia de hoc uiro memoriæ prodidit, quæ lōgum eſſet enarrare. ¶ Mirifi. pro quod maxima cura, & diligentia illud munus exercuerit, ex quo facile cōminui pōt quod nō uirtutibus ex dignitate, ſed dignitatibus ex uirtute honor accedit. ¶ Abiectis uiliſſimum. ¶ Expetendum, deſiderandum.

ASCENSIVS.

NOn patiuntur &c. Tranſit ad maiorum uirorū exempla dicens. Duces fortiſſimi non patiuntur me inſiſtere diutius exemplis tenuioribus, qualia ſunt in arte pingēdi, aut ſculpendi. Siqdem. i. q̄m epaminundas dux thebanorū clariſſimus, cum ciues irati mādarent ei cauſa contumeliæ, curam uiarum ſternendarum in oppido. ſ. thebano (probat, q̃d contumeliæ cauſa enim pro q̃a illud miniſterium erat apud eos ſcilicet ciues thebanos ſordidiſſimū) receperit id. ſ. miniſteriū ſine ulla cunctatione. i. mora, aut hæſitatione, & aſſeuerauit. i. inſuper affirmauit, ſe daturum operam, ut ſup. illud miniſteriū fieret breui. ſ. tpe ſpecioſiſſimum, deinde reddidit mirifica p̄curatione. ſ. ſua, qua in eo miniſterio procurando, uſus eſt, negotium abiectiſſimum. ſ. prius expetendū thebis, ideſt apud thebas pro ampliſſimo ornamento.

OLIVERIVS.

HAnnibal uero cū apud regem Pruſiam. Pruſias rex Bithyniæ fuit, apud quem Hannibal exulabat, poſtq̃ uictus à Romanis tanq̃ rupti fœderis auctor depoſcebatur ad pœnas, q̃d meminit Cic. lib. de diui. Rex inq̃t Pruſias, cū Hannibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent. mauis tu, inquit, carūculæ uitulinæ magis q̃ ueteri imperatori credere? nam cum eumene ponti rege tunc bellum habebat rex pruſias, & prælio nauali dimicabat, nā illū terreſtri prælio ſuperauerat, Conſulebat Hannibalē pruſias nunquid pugnā cum hoſte committere. & cum Hannibal committendam eſſe conſuleret, reſpōdit rex, id ſibi extis non portendi. Tum indignatus Hannibal mauis inquit uitulinæ carūculæ q̃ ueteri imperatori fidem habere? quibus uerbis rex cōmotus præliū ſuſcepit, & hoſtes ſuperauit. Hac aūt aſtutia uſus eſt Hannibal, qui ſtrategemate, oīq; callididate plurimū ualebat, iuſſit lagenas fictiles omnium generum ſerpentibus repleri, & media pugna in naues hoſtium conīici pontici primum illudebant dicentes, q̃ō cum fictilibus lagenis pugnare poterunt, quia armis non poſſunt? deinde cum iniecti ſerpentes p naues ferueſcere cœperūt tū deniq; hoſtes ancipiti malo pterriti, in fugam naues uerterunt. Portendi ſignificari. ¶ Carunculæ. Diminutiuo uſus eſt ad rē ipſā multo magis extenuandam. Veteri imperatori. Ecce magna fiducia.

Hannibal. apud pruſiam

ﬁducia Hiſpanias direptas. Breuiter perſtringit cuncta Hannibalis geſta, quæ decade.ii.puni.bel.pleniſſime referũtur. ⸿ Nouo tranſitu quia nemo ante Hannibalẽ cum exercitu tranſierat alpes, ſuitq; tranſitus ille difficilis, & pernicioſus Hanniba li, qppe, ubi multa hoium millia, & inedia & difficultatibus cõſumpta pierunt. ⸿ Hiſpanias, ulteriorẽ, & citeriorẽ quas abſtulerat P.R. ⸿ Traſimenum lacũ, ubi C. flaminiũ conſulem Ro. cum.xv.millibus hominũ occidit. ⸿ Cannas pu.ui, ubi cæſa dicuntur quinquaginta Ro. & ſociorum millia cũ altero conſule paulo Aemillo. ſicut ſupra monſtratum eſt. ⸿ Ante pedes hominis. ſ. regis pruſiæ. Et ſane quod ad explo. Si ueniam ingt in comparationẽ bellica ſacrificia, & ſcia ducis ut eũ aliud illa præmonſtrent aliud hæc hortentur, utrum utri ſit anteponendũ, mali id exeq, quod ducis ſcia probauerit, ꝙ quod ſacrificia hortata fuerit. ⸿ Præg. præponderaſſet, ſuperaſſet.

ASCENSIVS.

HAnnibal uero cum exularet apud pruſiam regem Bithyniæ, & eſſet ei author. i. adhortator, prælii cõmittendi. ſ. cũ eumene ponti rege, atq; is. ſ. rex diceret, non idem. ſ. qđ Hannibal cõſuleret. Portendi. i. ſignificari ſibi faciendum eſſe extis. i. per exta, que uetebant prælium committere, inquit. ſ. regi, an tu mauis credere carunculæ uitulinæ, ideſt modicis extis uituli mactati ꝙ imperatori ueteri, ideſt multũ experto quaſi dicat ipſum non debere facere, quo tamen dicto multum eleuauit, ac diminuit fidem extiſpicii. Nam ſi uirtute aut arte ſua, extorum à diis (ut credebant) ſic depoſitorum indicia ſuperare ſperabat, deos, aut futuri ignaros. aut ſe minus potentes iudicabat. author autem noſter uerbum illud ut plenum multe ſiduciæ proſequitur dicens. Hannibal ſupple. inquit aut reſpondit ſic breuiter & abſciſſe, ideſt per abruptum ſermonem, ſi numeres uerba, quæ pauciſſima ſunt, ſed ſupp. reſpondit copioſe, & ualenter, ideſt efficaciter, ſi eſtimes, ideſt ponderes ſenſum, ſcilicet uerborum enim pro quia, ipſe effudit ante pedes hominis ſ. regis, hoc eſt illo uno uerbo ad regis memoriam reduxit, hiſpanias direptas Po. Ro. ac uires galliarum, ac liguriæ. i. prouinciæ italicæ, cuius genua caput, ſedactas in poteſtatem ſuã ſ. Hanniba. Et iuga Alpium patefacta nouo tranſitu, quia primus tranſtulit exercitum, & montem rupit aceto & Traſimenum lacum iuſtum. i. infamia notatum pp cedem flaminii cõſulis, dira. i. execrabili memoria, & cannas uicum apuliæ clariſſimũ monimentum. i. teſtimoniũ memoratiuum uictoriæ punicæ. i. cart. & capuã poſſeſſam. ſ. à ſe, & italiam ſ. totam pene laceratam. ſ. aut direptam, aut in factiones ſectam & non tulit æquo gloriam ſuam teſtatam. i. comprobatam longo, quia pluſꝙ decennali experimento, poſtponi iecinori. i. parti illi uitulinæ, hoc eſt iecori, aut epati, hoſtiæ. ſ. à pruſia mactatæ & bella uetantis, & ſane. i. certe quod. i. quantum attinebat ad explorando ſacrificia bellica, & ad eſtimandos. i. cenſendos ductus militares, pectus Hanniba. aut potius Hanni. prægrauaſſet. i. pondere ſuo præſſiſſet, omnes ſoculos & omnes aras bithyniæ. i. omnia auſpicia per ſacrificia indagata ipſo marte iudice. i. diiudicante, quia mars potius ſecutus fuiſſet, quod Hãniba. Experientia probaſſet, ꝙ quod exta uetuiſſent. Signanter dicit, quod ad exploranda ſacrificia &c. quaſi dicat Hanniba. melius iudicare poſſe de extis quam ſacoſiculos, atq; ita non deprimit fidem extiſpicii, ſed exaltat experientiam Hanniba.

OLIVERIVS.

CApax generoſi ſpiritus illud, Codrus rex Tracum fuit cum inter Durienſes, & Athenieñ. ueterũ ſimultatũ eſſet offenſæ, & ideo bellũ inter ſe geſturi eſſent, Codrum regem accitum in auxilium ſuum Athenieñ. exercitui præfecerunt, & ut illum ſibi amantiorem, fideliorenq; redderent, cũ ciuitate donarunt, quod cũ ſibi nunciaretur, ut oñderet Thraces Athenieñ. nihilo dignitate inferiores eſſe reſpondit, & ego Athenieñ. ciues facio Thracenſes. Fuit alter Codrus dux, & rex Athenieñ. qui ſe pro conſeruanda patria deuouit, de quo in cap. de pietate erga patriam dicetus. ⸿ Viciſſitudine, alternatione.

ASCENSIVS.

CAapax &c. Affert dcm̃ plenum fiduciæ Codri thracum regis nõ illius Athe. qui pro patria cecidit, unde quidam non Codri, ſed Cotyis legũt. Ordo eſt. Illud quoq; dictum codri, ſeu cotyis regis. ſ. Thraciæ, capax ſup. eſt generoſi ſpiritus, quia à generoſo ſpiritu emiſſum eſt. Enim pro quia, ut. i. poſtꝙ cognouit ciuitatem datam ſibi ab Athe. i. ſe factum ciuem Athe. quod pro magno beneficio illi habebãt inquit, & ego dabo illis ius gẽtis meæ. i. faciã eos ciues Thraciæ. Quoſupp. dicto, æquauit Thracia Athenis, quia innuit ſe tm̃ beneficii referre ꝙtum acceperat, ne iudicando ſe impſrẽ uiciſſitudine. i. mutus collatione talis beneficii, exiſtimaretur. i. iudicaretus ſentire de eo origine ſua humilius. ſ. ꝙ par erat aut multum humiliter.

⸿ De Cotye.

CApax generoſi ſpiritus illud quoq; dictũ regis Cotys. vt. n. ab Athenienſibus ciuitatem ſibi datam cognouit: & ego inquit, illis meæ gentis ius dabo. æquauit Athenis Thraciam: ne viciſſitudine talis beneficii imparem ſe iudicãdo, humilius de origine ſua ſentire exiſtimaretur.

⸿ De vtroq; Spartano.

NObiliter etiam vterq; Spartanus: & qui increpitus à quodã, quod in aciem claudus deſcenderet: pugnare, non fugere ꝓpoſitum ſibi eſſe reſpondit. & qui referente quodam ſagittis perſarum Solem obſcurari ſolere. bene narras, inquit, in vmbra enim melius præliabimur. Vir einſdem vrbis atq; animi, hoſpiti ſuo patriæ muros excelſos, latoſq; oſtendenti dixit. Si mulieribus iſtos comparaſtis recte, ſi viris, turpiter.

THEOPHILVS.

REgis. Codri caſtiga Cotys. Imperauit is Thraciæ, eõ ueſaniæ demum lapſus, ut Mineruæ nuptias affectaret eiuſq; uxorem, cuius pudicitiam ſuſpectam habebat, mediam ſecuit à pudendis ad uerticem, Theopompus hiſtoriam ſcribit in primo Philippicorum. Locum prius indicauit Egnatius uetuſtus, & exploratæ fidei Iani codex emendate Cotys habet.

OLIVERIVS.

NObiliter etiam uterq; Sparta. Claudius Lacon in aciẽ deſcendebat cum hoſtibus dimicaturus, quærenti æquum alienigenæ cuidam, Ageſilaus reſpõdit claudũ indicans, nonne ſenus inquit? non fugientibus, ſed manentibus bello opus eſſe, ſed hic de quo loquitur Androclidas fuit. qui debilis, & crure inutilis inter bellatores ſe locauerat, itaq; inhibituri quidam moti ſunt ppea ꝙ eſſet infirmus. tũ ille non eum ingt qui fugiat, ſed ꝙ maneat cũ hoſtibus pugnare oportet. Alter claudus ad bellũ proficiſcens quibuſdã ſæuitiẽtibus ac ridentibus conuerſus ait mala capita, nõ eſt cũ hoſtibus fugiendo pugnandum, ſed manendo, ordinemq; tuẽdo. ⸿ Nobiliter, ſubauditur reſponderunt. ⸿ Vterq; Spartanus. Androclidas, & Leonidas. ⸿ Qui increpitus, hic Androclidas fuit. ⸿ Et qui referente. Hic teſte Fron. li. iiii. fuit Leonidas rex Spartanus eo modo, quo Spartani regem habebant, de quo ſatis ſupra dictum eſt in cap. de fortitu hic igitur cum aduerſus Perſas cum paucis admodum proficiſceretur, & quidam dixiſſet tantam eſſe Perſarum multitudinem, ut ſagittis ſolem obſcurarent, reſpondit, id ſibi gratius fore, ꝙ ſub umbra pugnabitur. ⸿ Eiuſdem uir urb. atq; animi. Ageſilaus dux Lacædemoniorum hoſpiti Athenienſi oſtendenti munitum, & oſſi de ſabricatum Athenarum urbis murum quærentiq; an ipſi pulcher, ualiduſq; uideretur mediusfidius inquit pulcher & ualidus, at non quem uiri, ſed quem mulieres inhabitent. ⸿ Agis ẽt pertranſiens corinthiorum muros altos, & munitos, tum ẽt in multum ſpacii protenſos cum intueretur, ꝙ ait, mulieres hunc locũ incolunt? Theopompus quoq; ad eum qui murũ oſtentaret & percunctaretur, an & firmus, & altus eſſet, minime, inquit, ſi mulierum ſit, ſi uiris turpiter. Luca. Humanus labor ẽ facilis, licet ardua tollas, Cedeñ uel bellis, uel cuncta mouentibus annis.

ASCENSIVS.

NObiliter etiam &c. Narrat fiduciam in dicto duorum Spartanorum, ſeu Lacædemoniorum dicens. Vterq; ſpartanos ſupple reſpondit, aut dixit, etiam nobiliter & ideſt ſimilis, qui increpitus, ideſt reprehenſus à quodam, ꝙ

deſcenderet in aciem claudus.i.cū eſſet claudus reſpondit, ꝓpoſitum eſſe ſibi pugnare nō fugere. ¶ Et.i.ſimilis ſup. qui referente quodam ſolem ſolere obſcurari ſagittis perſarum.ſ.in aera tam denſæ immiſſis, ut terram umbra cooperirent, inquit tu narras bene.i.commode nobis: enim pro quia, nos prælia bimur melius in umbra.i.ꝙ ſub ſole. & ita quod ille ad terrorem dixerat, in cō modum ſuū uertit ¶ Eiuſdem &c. Ordo eſt. Vir eiuſdē urbis uidelicet Spartæ, aut Lacædemonis, atq; eiuſdem, hoc eſt nobilis & excelſi animi dixit hoſpiti ſuo oſtendenti.ſ.per iactantiam muros excelſos, & latos patriæ ſuæ.i. urbis, in qua ille hoſpes natus erat, & Spartanus diuerſabatur dixit inꝙ, ſi uos cōparaſtis (bene numerū mutat, non ad unū aut de uno pluraliter loquens, ſed quia plurimum erat opus, quia totius ciuitatis) ſup. iſtos muros mulieribus.i.ut mulieres in eius defendebantur, recte ſup. feciſtis, ſi compacaſtis uiris turpiter ſup feciſtis, quia uiros eſt armis, nō muris tueri, unde eis Sparta caruit.

Italiæ penès cāpanos eēnt. ¶ Amiſſo celeri:Oui. nil nocet, amiſſo ſubdere calcar equo.i. ¶ Teanū cō. de quo Hor. Cui ſi uitioſa libido fecerit auſpicium, cras ferramenta theanū, tolletis ſabri. ¶ E' ueſtigio calenam. Liuius hoc oppidum pluraliter tantum declinauit, cales calium. Sicut erant, ſcilicet clauſæ, & obſignatæ. ¶ Agere lege:i ſuo fungi miniſterio ſumendi de nocentibus ſupplicii.

Teanū

De Conſtantia. Cap. VIII.

APtum, & animoſum bonæ fiduciæ pectus emenſo, quaſi debitum opus ſupereſt, Conſtantiæ repreſentare naturā. Natura enim ſic comparatū eſt: Vt quiſquis ſe aliquid ordine, ac recta mente complexum confidit: vel iam geſtū ſi obtrectetur: acriter tueatur. vel nondum editum, ſi interpelletur ſine vlla cunctatione ad effectum perducat.

De Fuluio.

IN Caii &c. Ordo eſt. Vero. i. ſed oportet ſup. ut confitear argẽtũ fuiſſe in domibus Caii Fabricii, & Q. Aemilii pappi principũ ſæculi ſui. Enim. p quia, uterq; habuit patellam (diminutiuũ à patina). i. uas patens, in quo mola. i. farina cũ ſale offerrebatur, & ſalinum. i. uaſculum, in quo ſal erat, quo mola fiebat, ea ẽt uaſcula pauperrimis ipſũ argentea erant, ut erubeſcant noſtri qui in neſcio cuius materiæ calice ſanguinem dñicũ libare nõn uerentur. Sed eo lautius. i. ſplendidius & q̃ſi delicatius Fabr. ſup. patellã argenteã deoꝝ hẽbat, ꝙ uoluit patellã ſuã ſuſtineri pediculo corneo. i. fulcro ſeu ſuſtẽtaculo facto in modũ pedũ ex cornu, hoc aũt ſatyrico ꝑpe riſu dicit, nõ eni ad luxũ ꝑtinet argenteo uaſi corneos dare pedes. Pappus quoq; ſatis aĩoſe ſup. egit, q cũ accepiſſet eã. ſ. patellã & ſalinũ noĩe hẽditatis, non putauit ſup. ea alienãda cã religionis, q putauit cõtra religionẽ ſe facturũ, ſi q ad uſum deoꝝ maiores ap pꝛcuiſſent, ipſe ſine ſua ipenſa ea aſſecutus, ad priuatũ uſum eorũ ꝑcia diſtraxiſſet. Illi &c. Paraſceue. i. ꝓparatio eſt ad narrationẽ eoꝝ, q ab aratro ad iperiũ ſummũ uocati ſunt. Ordo ẽ. Illi ẽt ꝓdiuites (eo ſtomaco dicit, quo capite ſupiore fabriciũ tñ diuitẽ dixit, nõ qdẽ multa poſſidendo, ſed cõtinẽdo) q accerſebantur. i. uocabantur citati ab aratro. i. inſtro quo terrã arabant, ut fierent cõſules, uerſabant cã uoluptatis ſolum ſterile, atq; æſtuoſiſſimũ. i. æſtu ſolis maxie ſubiectũ pupiniæ. i. illius loci nõ longe à Rõa, & ignari delitiarũ, diſſipabant. i. frãgebãt in minutas ꝑticulas cũ plurio ſudore. i. plurio ſudore cõcomitante, glebas uaſtiſſimas. i. tã amplas, ut cũ difficultate ipleri poſſint, imo uero (correctio eſt); quos ꝑicula reip. accerſebant. i. uocabant imperatores. i. ad imperiũ Romanũ, & ſup. quos anguſtiæ rei familiaris. i. domeſticæ (qd ceſſo reddere ueritati proprium nomen) hoc eſt quid uereor proprio nomine nuncupare, cogebant fieri bubulcos. i. boum non ſolum cuſtodes, ſed ẽt actores, & directores. nã in Italia bobus arãt. unde illud. Ture deum placa, uitulum ſine creſcat aratro.

OLIVERIVS.

ATtilium autem, qui ad eũ acceſ. Attilius qui et Galabrio dictus eſt. hic ad Thermopylas conſul, Antiochum, Philippo adiuuante, uictum, græcia expulit, idemq; ætolos ſubegit, de quibus triũphauit. ſed hunc Attilium intelligimus Calatinum, qui priõ punico bello aduerſus carthaginienſes miſſus, maximis & munitiſſimis ciuitatibus Drepano, Lilibeo, præſidiiſq; deiectis Panormum cepit, totamq; ſiciliã ꝑuagatus, pauciſſimis nauibus magnam hoſtiũ claſſem duce Hamilcare, ſuperauit. ſed cũ ad æthnã ab hoſtibus obſeſſam fœſtinaret, à pœnis in anguſtiis clauſus eſt, ubi tribunus militum Calpurnius ꝓflãmã, acceptis tricentis in ſuperiorem locũ euaſit, & cõſulẽ liberauit, ipſe cũ.ccc. fortiter pugnans cecidit, & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus eſt. Attilius de Carthaginiẽſibus glorioſe triũphauit, Hic eſt Attilius ille, qui Seranus dictus eſt à ſerendo, qui cũ agrum ſuũ coleret, euocatus ad rẽpublicã ob eximiã uirtutem meruit dictaturã. Pli. lib. decimooctauo. Quæ nam inquit, tãtæ ubertatis cauſa erat ipſorum tunc manibus imperatorum colebantur agri, ut fas eſt credere gaudente terra, uõmere laureato, & triumphali aratore, ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella, eadẽq; diligentia arua diſponebant, qua caſtra, ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curioſius fiunt. ſerẽti enim uenerunt dati honores, ſeranum unde cognomẽ. ¶ Attilium ſemen aſpergentem, ideſt ſerentem, unde dictus eſt ſeranus, de quo Virgil. uel te ſulco ſerane ſerentem. ¶ Stiuam, Manubrium illud incuruum quod manibus tenetur arando. ¶ Scipione. baculo. unde Scipiones dicti ſunt Cornelii ab eo, ſcilicet Cornelio, qui patrem cecum ducens per urbẽ dictus eſt patris Scipio, ideſt baculus.

Attilius Seranus unde dictus.

ASCENSIVS.

ATtilium autem & cætera. Ordo eſt, autem pro ſed Attilium, ſcilicet Calatinum, qui miſſi erant à ſenatu accerſendum eum ad ſuſcipiendum imperium Populi Romani, uiderunt ſpargentem ſemen, (Incipio ordinem ab accuſatiuo propter relatiuum eum) ſed illæ ſcilicet nobiliſſimæ manus eius, attritæ opere ruſtico, ſcilicet faciendo, ſtabilierunt ſalutem publicam, & peſſundederunt ingentes copias hoſtium. Quæq;, ideſt & quæ, ſcilicet manus rexerant, modo ideſt paulo ante iugum boum arantium, retinuerunt habenas currus triumphalis, nec fuit rubor, ideſt rubori, iis, ſcilicet manibus triumphalibus, repetere ſtiuam agreſtem, ideſt directorium aratri (uulgo caudam uocant) quo modo in agro uſæ fuerant, ſcipione, ideſt baculo, ac ſceptro eburneo, id eſt ex ebore facto, quem triumphantes tenuerant, depoſito. Attilius. ſcilicet Calatinus iſte poteſt conſolari pauperes, oſtendendo uidelicet per ſe, eos non expertes uirtutis, aut honorum, ſi modo adniti uelint, ſed ſuppie poteſt multo magis docere locupletes, quàm, ideſt quantum anxia comparatio, ideſt acquiſitio diuitiarum non ſit neceſſaria cupidini laudis ſolidæ.

Oliuerius.

ſcilicet uentura gloriabitur. Etenim adhuc gloriatur, licet imperium exciderit.

THEOPHILVS.

ATtilii illico. Sunt exemplaria, quæ legunt. & agrum ædili illico, uel agrum, & illi uillico.

OLIVERIVS.

EIuſdem nominis, & ſanguinis. Hic Marcus, de quo diximus in capitulo de religione, ubi annotata eſt eius hiſtoria. Fuit autem regulus iſte magna populi Romani gloria, ſed non minor clades. nam quemadmodum ex hoſtibus uictoriam ſæpe reportauit, ſic tandem ab iiſdem captus cum magna exercitus ſtrage fuit. quis ergo in magna dignitate foret, tamen eius paupertatis fuiſſe conſtat, ut cum ſibi prorogatum eſſet imperium, & interea uillicus eius, qui. vii. iugerum agrum colebat, deceſſiſſet ſenatui ſcribere coactus eſt, ſe in prouincia diutius eſſe non poſſe, ne ſi deſertus, & incultus relinqueretur ager, non eſſet, unde alerentur uxor, & liberi. Liu. li. decimooctauo. Attilius Regulus, inquit, cum aliquot prælijs aduerſus Carthaginienſes pugnaſſet, ſucceſſorq; ei à ſenatu penſpere bellum gerenti nō mitteretur, id ipſum per literas ad ſenatum miſſas conqueſtus eſt, in quibus inter cauſas petendi ſucceſſoris fuit, ꝙ agellus eius à mercennariis diuaſtaretur. ¶ Contunderet. Frangeret, debilitaret, tranſlatiō à cuſpide ferri. ſuit autem regulus primus qui ad Africam obſidendam profectus eſt. ¶ Eſt eiuſdē quo ſuperius ſeranus. Villicū bubulcum, qui præerat uillæ. ¶ In pupinia. Locus erat ſterilisſimus, de quo ſupra diximus nomen erat inuiſum omnibus ob eius ſterilitatem. ¶ Mercenarium, bubulcum mercede conductum. ¶ Ruſtico inſt. ut aratrum, plauſtrum, ligones, boues, raſtri. ¶ Vxor & lib. Scripſit etiam ut Liui. tradit non habere unde filias in matrimoniū collocaret, qua in in re nō minus deprehendi poteſt quanta fuerit in paupertate deprehenſus. ¶ Quæ poſtꝗ ſenatus. Liberalitatem ſenatus oſtendit.

¶ De Attilio Regulo.

EIuſdem nominis, & ſanguinis Attilius Regulus primi pūici belli gloria, cladesq; maxima. cum in Africa inſolentiſſimæ Carthaginis opes, crebris victoriis contunderet, ac prorogatum ſibi ob bene geſtas res in proximum annum imperium cognouiſſet: conſulib. ſcripſit, villicum in agello, quem ſeptem iugerū in Pupinia habebat, mortuum eſſe: occaſionēq; nactum mercenarium, amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe: ideoq; petere: ut ſibi ſucceſſor mitteretur: ne deſerto agro non eſſet vnde vxor, ac liberi ſui alerentur. Quæ poſtquā Senatus à COSS. accepit: & agrum alii villico colendum locari: & alimenta coniugi eius, ac liberis præberi: resq;, quas amiſerat: redimi publice iuſſit. Tanti ærario noſtro uirtutis Attilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, ſtetit.

¶ De Quintio Cincinnato.

AEq; magna latiſundia L. Quintii Cincinnati fuerunt. ſeptem enim iugera agri poſſedit. ex his tria, quæ pro amico ad ærarium obſignauerat: multæ nomine amiſit. pœnam quoq; pro filio Cæſone, ꝙ ad cauſam dicendam non occurriſſet: huius agelli reditus ſoluit. & tamen ei quatuor iugera aranti, non ſolum dignitas patris familiæ conſtitit, ſed etiam dictatura delata eſt. anguſte ſe habitare nunc putat, cuius domus tantum patet: ꝗtum Cincinnati rura patuerunt.

OLIVERIVS.

AEq; magna latifundia L. Quintii Cincinnati. Huius uiri uita, & hiſtoria eſt in capitu. de moderatione notata, uerum ad huius lectionis expoſitionem illud nō eſt prætermittendum. Cæſonē huius Cincinnati filium adoleſcentem magni animi fuiſſe & in quo præclarum uirtutis ſpecimen appareret, niſi inuidia uulgi ei magnopere obſtitiſſet à quo damnatus, patrem (qui ut ſoluendo eum liberaret, res ſuas omnes ferme diſtraxerat) ad eam inopiam redegit, ut relicta urbe trans Tyberim ruralem uitam agere compulerit. Nam cum magna eſſet inter nobilitatem, plæbemq; diſſenſio ob legem agrariam quam lætus accipiebat populus (erat autem, ut uiritim diuiderentur agri, qui bello, parti fuerant) qua lege patres de poſſeſſione pellebantur. Nobiles huic rei ſummopere reſiſtebant, ergo Cæſo cum iuuentute Romana quotienſcunq; tribunus legem ferre uolebat, occurrebat, & illi pariter obſtabat. hoc autem faciebat, ut cum omnes impedimento forēt, nulli potiſſimū aſcriberetur culpa. ſed cum tribunus ple. diligentius animaduerteret Cæſonis opus, concionem habuit ad populum de Cæſonis ſuperbia, in quem grauiter inuectus, non prius deſtitit, ꝗ obtinuit, ut die dicta damnaretur à populo. pro quo liberando pater Cincinnatus diſtractis rebus ſuis omnibus ad ſummam inopiam redactus eſt. ¶ Latifundia. Ampli, & lati agri, Ironicæ autem loquitur. nam fundus teſte Seruio dicitur ager, in quo ſit omnium rerum fundamentum. uel ut uult Varro, ꝙ ſit pecudum, & pecuniæ fundamentum. & à late et fundo componitur latifundium, Liuius dicit hæc latifundia Quintia prata fuiſſe appellata, ubi deinde naualia facta ſunt, dicit enim Quintius trans Tyberim, ubi nunc naualia ſunt. quatuor iugerum colebat agrum, quæ prata quintia uocant. Plinius libro. xviii. Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, q̄ prata quintia appellantur, Cincinnato uiator attulit dictaturam. & quidem, ut tradit Norbanus, nudo, plenoq; pulueris, et mucoris, cui uiator, uela corpus, inquit, ut proferam ſenatus, populiq; Roma. mandata. ¶ Pro amico. Hunc hominē uilem fuiſſe conſtat, quando quidem Titus Liuius nullam eius mentionem facit, pro quo Cincinnatus ſe Vadem dederat. ¶ Mulctæ, pene. ¶ Ad cauſam dicendam, ad defendēdum ſe. ¶ Quatuor iu. Nam alia tria obſignauerat ærario. ¶ Sed etiā di. de Cincinna. in Catone maiore ſiquidem aranti L. Quintio Cincinnato nunciatum eſt, eum dictatorem eſſe factum cuius dictatoris iuſſu magiſter equitum Ser. ala. ſpurium Melium regnum appetentem interemit. ¶ Anguſte. Vide ꝗ uariæ ſint res hominum, ſi quis nunc ſeptem iu eorum domū haberet, uiderentur anguſta habitacula ciuibus noſtris, eo ꝓceſſit iam luxuria Ro.

ASCENSIVS.

EIuſdem nominis & cætera, Affert exemplum paupertatis Attilii reguli dicens. Attilius regulus eiuſdem nominis & ſanguinis, ſcilicet cum Attilio iam dicto, gloria & clades maxima primi belli punici, quia primus & præcipue Carthaginenſes fregit, cum contunderet crebris uictoriis opes Carthaginis inſolentiſſimæ, ideſt ſuperbiſſimæ, & intolerandæ in primis in Africa, ac cognouiſſet imperium prorogatum, ideſt extenſum ſibi in annum proximum ob res bene geſtas, ſcripſit conſulibus, uillicum, ideſt uillæ, hoc eſt poſſeſſionis in agro curatorem, quem habebat, in Pupinia, ideſt in agro illo, ſupple uillicum aut cultorem ſeptem iugerum eſſe mortuum, & mercenarium, ideſt operarium, quem uillicus mercede conduxerat, nactum occaſionem, id eſt ob mortem uillici, diſceſſiſſe, ſcilicet à uilla illius, inſtrumento ruſtico amoto inde, ideoq; ſupple ſcripſit ſe petere, ut ſucceſſor ſibi mitteretur, ne agro deſerto, non eſſet, unde uxor & liberi ſui alerentur. Quæ, ſcilicet ſcripta à Regulo poſtquā ſenatus accepit. ideſt intellexit à conſulibus, iuſſit &, ideſt ſimul agrum Attilii locari colendum, ideſt ut colatur, & alimēta præberi coniugi eius ac liberis, & res quas amiſerat, uidelicet inſtrumēta ruſtica, redimi publicæ. i. publica impenſa. Tanti. i. tanto pretio ſtetit exemplum uirtutis Attilianæ ærario noſtro, ideſt tantum ſolummodo reponebatur ex ærario neceſſariis Attilii, quo, ſcilicet exemplo uirtutis eius omnis ætas,

ASCENSIVS.

AEquæ magna, & cætera. Ordo eſt. Latifundia, ideſt arua latifundi L. Quintii Cicinnati fuerũt æque magna, ut, ſcilicet Attilii Reguli. Poſſedit enim ſeptem iugera agri & amiſit ex his tria. ſcilicet iugera. Quæ aſſignauerat pro amico ad ærarium, ideſt fiſcum publicum, nomine mulctæ. ideſt pœnę, indictæ amico illius. Redditus quoq; huius agelli ſcilicet quatuor iugerum. ſoluit penam pro Cæſone filio ſcilicet Quintii. ꝙ, ideſt quam penam pependit Cæſo, ꝙ non occurriſſet ad cauſam dicendã ideſt ad defenſionem ſui, & tñ non ſolum dignitas patr. familiæ cõſtitit, ideſt ſalua fuit ei atq; ti quatuor iugera, ſcilicet duntaxat, ſed etiam dictatura eſt delata. Is ſup. ſaltẽ ex nobilibus. culus domus patet, ideſt extenditur, tñ ideſt per tot iugera, q̃tum rura Cincinnati patuere, hoc eſt in quatuor dumtaxat iugera, putat nunc ſe habitare anguſte.

De Aelia Familia.

QVid Aelia Familia, quàm locuples? ſexdecim eodem tempore Aelii fuerunt: quibus vna domuncula fuerat eodem loci: quo nunc ſunt Mariana monimenta: & vnus in agro Veiẽte fundus, minus multo cultores deſiderans, quàm dominos habebat: Inq; maximo circo Flaminio ſpectaculi locus. quæ quidẽ loca ob virtutẽ publice donata poſſidebant. Eadem gẽs nullum ante ſcrupulũ argenti habuit: quàm Paulus Perſe rege deuicto Q. Aelio Tuberoni genero ſuo quinq; pondo argenti ex præda donaret. Taceo enim quod princeps ciuitatis filiam ei nuptui dedit: cuius pecunia tam ieiunos penates videbat: quin ipſe quoq; adeo inops deceſſit: ut niſi fundus quem vnum reliquerat: veniſſet: vxor eius dotem vnde reciperet: non extitiſſet. Animi virorum: & fœminarum vigebant in ciuitate: eorũq; bonis, dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabat: hæc iperia cõciliabãt: hæc iungebãt affinitates: hæc in foro: hæc in curia, hæc intra priuatos parietes, plurimum poterant: patriæ enim rem vnuſquiſq;, non ſuam, augere properabat: pauperq; in diuite: quàm diues in paupere imperio verſari malebat. atq; huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur: quòd nihil eorum quæ virtuti debẽtur: emere pecunia licebat: inopiæq; illuſtrium virorum, publice ſuccurrebat.

OLIVERIVS.

QVid Aelia familia, q̃ locuples? Aeliorum familia genere patritio, & ꝓle uirum fecunda. multis etiam rerum geſtarum titulis illuſtrata, adeo pauper fuit, ut cum uno tempore ſexdecim uiros haberet, omnes uno tectu ſatis anguſto cõcluderet, uno agro perexiguo paſceret, uno etiam in theatro Flãmineo ſpectandi loco exornaret, quæ tamen omnia ob clariſſimas eorum hominum uirtutes illi reſpu. donauerat.

Mariana monim̃ta.

¶ Mariana monimenta. Vbi ſacellum marianum, in quo ſuarum rerum geſtarum monimenta continebantur, ubi magnificentiſſimum illud ſenatus conſultum de reditu Ci. in patriã factum fuit, referente optimo, & clariſſimo uiro Lentulo conſule. ¶ Minus mul. Adeo anguſtus, ut multo paucioribus poſſet cultoribus coli, q̃ dominos habere. ¶ Flamminen in theatro, ſic dicto à flammineo quodam, qui theatrum illud ædificari iuſſerat. ¶ Ob uirtutem. Non autem ob nobilitatem. ¶ Eadem gens nullum. Proſequitur huius Aemiliæ gentis cõtinentiam, paupertatemq; deſcribere, eadem inquit gens nũq̃ in domo ſua argentum habuit, ſed primum in eam domum tranſlatum fuit, à Quin. Aemilio Tuberone. hic autem Tubero gener fuit Aemilii pauli, eius qui perſam regem uicit, & captum in triumphum duxit, ex eaq; uictoria hoc argẽtum habuit, nam cum ſocero ſuo militauerat in eo bello, & ob eius facta, phiala argentea donatus eſt, & hoc primum fuit argentum in Aeliorum domum tranſlatum. Pli. uero in fine. xxxiii. lib. natu. hiſto. dicit, hunc Aelium duo habuiſſe pocula argẽtea. Q. inquit Aelium tuberonem cum legati ætolorum in cõſulatu, prandentem in fictilibus adinueniſſent, miſſa ab his uaſa argentea non accepiſſe, neq; aliud habuiſſe argenti ad ſupremũ uitæ diẽ, q̃ duo pocula, quæ L. Paulus ſocer ei ob uirtutẽ deuicto perſe rege donaſſet. ¶ Scrupulum. Voluit ex ponderis paucitate nihil argenti habuiſſe, eſt autem ſcrupulus, qui latino nomine dicitur obolus, conſtat uero ex ſex ſiliquis, nã ſiliqua minimum pondus erat apud Ro. quod græci uocãt κεράτιον, uocauerunt hoc ii granum illud quod ex ea ſiliqua quam nos fabam græcam uulgo dicimus detraxerunt, et pro pondo prio aſſumpſerunt alii dicunt ſcrupulũ contineri tñmodo quatuor ſiliquis, ſiliqua uero quatuor ordei grana cõtinere, & calculũ, & tertiã partẽ eius, calculũ quoq; geminis lẽtis granis apꝓhendi. uarie igitur de his ponderibus ſniæ. Qui ſcrupulum dicunt ſex ſiliquis comprehẽdi, uolunt ſiliquã minimũ pondus eſſe, & poſt ſcrupulũ ponunt drachmã, quã ex decem & octo ſiliquis conſtare uolunt, hoc eſt ex tribus ſcrupulis, poſt drachmam argenteum nummum, qui denarius apud Roma uocabatur, hic ex quatuor ſcrupulis erat confectus, poſt hunc ſequebatur uncia, quæ ex octo drachmis, ſiue ſex denariis conſtabat, poſt unciam libra italica, quæ ex. xii. conſtabat unciis, hoc eſt denariis. lxxii. ſunt qui uelint hanc libram apud græcos μνᾶν dici, quam nos per interpoſitiõem literæ minã traducere cõſueuimus, ſed mina ſine dubio maior eſt libra nſa. ¶ Genero ſuo. Pau. Aemilius duas filias habuit, quarum alteram huic, alteram Catoni M. Catonis maximi filio locauit. ¶ Ieiunos. Exhauſtos. legitur in eius uita, ꝙ dos uxori cum danda fuit, uix eius patrimonium ſuffecit. uxor fuit illi Papiria quam ut nonnulli uolunt repudiauit, alia ſuperinducta, q̃uis ex illa pulcherrimam prolem ſuſcepiſſet. ¶ Animi uirorum. Ratio cur id acciderit, q̃a Romæ tũc hominum dignitates nõ ex fortunis, ſed eorum uirtutibus põderabantur. nam qui animorũ bonis diuites erant, his magiſtratus, his affinitates ultro deferebantur. ¶ Cunctis in rebus. Siue magiſtratus demãdando, ſiue filias collocando. ¶ Hæc. Scilicet bona animi, & declarat quia dixerat cunctis in rebus. ¶ Patriæ rem. Vtilitatem & reipubli. ſuæ commodum. ¶ Pauperq;. Malebant, inquit, ut pauperes diues imperium regerẽt, q̃ diuites exiguum haberent imperium. fruſtra enim priuata defenduntur, ſi publica amittuntur. ¶ Atq; hinc tam præclaro. Quia occurrebat illud. ſi pauperes erant, quomodo id facere poterant? reſpondet, ſi priuatim non poterant, publice pecuniam accipiebant.

ASCENSIVS.

QVid Aelia familia (modus interrogandi) quàm, id eſt q̃tum locuples ſup. fuit q̃tum loci poſſedit? Reſponſio. Sexdecim aelii fuerunt uno tempore, quibus fuerat una domuncula eodem loci. ideſt in eodem lòco (ſed ut partitionem, & intra imminutionem notet, aptius genitiuo utitur) quo, ſcilicet loci monumenta mariana ideſt quæ Marius in ſui memoriam extruenda curauerat, ſunt nunc, ideſt tempore quo hæc ſcripſit Valer. & unus fundus ſup. eſt in agro ueiente, deſiderans cultores multo minus, id eſt pauciores, aut deſiderans multo minus cultorum, q̃ habebat dominos, quia ſexdecim, & locus ſpectaculi, ideſt ad ſpectandos ludos, ſup. eſt in maximo circo flaminio, ubi circenſes edebantur, quæ quidem loca ipſi poſſidebant donata publice, ideſt à republi. ob uirtutem, ſcilicet eorum. ¶ Eadem gẽs ſcilicet Aelia nullum ſcrupulum argenti habuit anteq̃ Pau. ſcilicet Aemilius Perſe rege deuicto, donauerat Quint. Aelio Tuberoni genero ſuo. v. pondo argenti ex præda. ¶ Taceo enim ꝙ princeps ciuitatis, uidelicet Pau. Aemi. dedit nuptui, ideſt in matrimonio, aut nuptum .i. matrimonium, filiã ſuam ei, cuius penates uidebat tam ieiunos, ideſt illibatos pecunia. qui, ſcilicet princeps ciuitatis, ipſe quoq; deceſſit, ideſt mortuus eſt adeo inops, ut niſi fundus quem unum reliquerat, ueniſſet, ideſt uenditus fuiſſet, non extitiſſet, ideſt non ſup fuiſſet, unde uxor eius reciperet dotem, quam, ſcilicet ad onera matrimonialia ſuſtinenda ad maritum tulerat, & ſol. matri iuxta leges Roma. repetiit. ¶ Animi &c. Docet unde prouenit ꝙ tantus paupertati ſit honos habitus, quia uidelicet, ai uirorũ & fœminarũ uigebant in ciuitate. ſ. Ro. & æſtimatio, ideſt appræciatio dignitatis põderabatur in cũctis rebus bonis eoꝝ. ſ. animorũ,

animorũ, & non rerum externarum. Hæc. ſ. bona animoꝝ cõ-
ciliabant. i. pcurabãt iperia, hæc. ſ. eac ẽ ꝺoꝺa aiorũ iungebãt
affinitates. ſ. p matrimonia, & adoptiones. hæc. ſ. dicta bona,
poterant plurimũ in foro. ſ. iudiciali. hæc poterant plurimum
in curia. ſ. ſenatorum, hæc poterant plurimũ intra parietes pri
uatos i. in ſua cuiuſq domo. Enim p qa, unuſqſq pperabat.
i. feſtinabat augere rem. i. com
modum patriæ, non ſuam. i.
ppriam, & malebat uerſari ens
pauper in Iperio diuite, q̃ diues
ĩ iperio paupe. Atq merces red
debatur huic ppoſito tam præ
claro, q nihil. i. non aliqd non
licebat emere pecunia, ucq̃ co-
rum, q̃ debentur uirtuti, ut ſunt
honores, & magiſtratus, & ſuc
currebatur publico. i. ex publi-
co ærario inopiæ uirorum illu
ſtrium.

OLIVERIVS.

ITaq cum ſecundo, Probat
exemplis, q pecunia publi
ce erogabatur his, qui reip.
intenti, ſibi ſuis opibus adeſſe
non poterant nam ut legimus
apud T. Liuiũ decade. iii. cum in
Hiſpania res bene geſſiſſent, P.
& Cn. Scipiones. ac Cn. Scipio
filiam haberet, q̃ eſſet matura ui
ro, et plenis iam nubilis annis,
ſcripſit ad ſenatũ, ut ſibi ſucceſ
ſor mitteretur, quo poſſet locã
dæ filiæ cõſulere, cũ non hẽret,
unde illi dotẽ erogaret, q̃ ſuo eẽt
ſtudio, & induſtria cõparanda.
qd ubi ſenatus cognouit, filiã
eius locauit, dotẽ ex ærario de-
prõpſit, ne reſp tanto impato
re careret Frõ. lib. iiii c. iii. Cn.
Scipi. poſt res pſpere geſtas in
Hiſpania, in ſumma paupertate
deceſſit, ne ea qdem relicta pe-
cunia, q̃ ſufficeret in dotẽ fœmi
narũ qs ob inopiã publice do-
tauit ſenatus. ☞ Adultæ ætatis.
Quæ iã nubilis eſſet. ☞ Habitus
Status, ex hoc inqt facili cõiici
põt, q̃ta fuerit maiorũ paupertas
ut dos luxuria quodã mõ cen-
ſeretur, q̃ decimũ æris fuiſſet, q̃
tã fuiſſe legimus quã filiæ ſuæ
Megulia. dederat Cæſo. multo uero ma
lorem ſuo tpe admirationis Me
guliæ dotẽ fuiſſe conſtat, adeo
ut inde cognomen acciperet,
nã dotata cognominata eſt.
☞ Dotatæ. Quaſi p excellentiã.
☞ Idem ſenatus. Alia ſubiungit
exempla qbus oñdit & princi-
pũ Romanoꝝ paupertatẽ, & ſe-
natus liberalitatẽ, q̃ erga princi
pes ſuos uirtute pſtãtes, ſed ĩopia laborãtes uſus ẽ, nã hoꝝ fi-
lias ex ærario deprõpta pecunia uiris in matoniũ cõdigne lo-
carunt neq. n. dotis aliqd hẽbant pter pnã gloriã, quã claril
ſimis rebus geſtis cõſecuti fuerant earũ patres. ☞ Ab Indotatis.
Quia neceſſe erat, ut ſine dote nuberẽt, niſi publicæ erogatæ
forẽt. ☞ Vẽdicauit. Liberauit. ☞ Qd acceptũ referrent. Qd aſcri
berẽt pnæ hẽditatis ſe recepiſſe, p quo ẽi gratias agerent.

De Cn. Scipione.

ITaq cum ſecundo punico bello Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet: petens ut ſibi ſucceſſor mitteretur: quia filiam virginem adultæ iam ætatis haberet: neq ei ſine ſe dos expediri poſſet: ſenatus ne reſpub. bono duce careret: patris ſibi partes deſumpſit: conſilioq vxoris, ac propinquorum Scipionis, conſtituta dote, ſummam eius ex ærario erogauit: ac puellam nuptui dedit. dotis modus. xl. millia æris fuit. qua nõ ſolum humanitas patrum conſcrip. ſed etiam habitus veterum patrimoniorum cognoſci poteſt. namq adeo fuerunt arcta: vt Tacia Cæſonis filia maximam dotem ad uirum. x. millia æris attuliſſe viſa ſit. & Megulia, quia cum quingentis millibus æris mariti domum intrauit, dotatæ cognomen inuenerit. Idem ſenatus Fabricii Lucini, Scipionis filias ab indotatis nuptiis liberalitate ſua vendicauit: qm paternæ hæreditati, præter opimam gloriam, nihil erat q acceptum referret.

De M. Scauro.

MArcus autem Scaurus, q̃tulam à patre hæreditatẽ accepit, in primo lib. eorũ quos de vita ſua ſcripſit: refert. ait eni ſibi decem ſola mancipia, totumq cẽſum quinq atq triginta millium nummũ relictã. in hac enim illa pecunia futurus ſenatus princeps nutritus eſt ſpiritus. Hæc igitur exempla reſpicere, his acquieſcere ſolatiis debemus: qui paruulos cenſus noſtros nunq̃ quærelis vacuos eſſe ſinimus. nullum autem uel admodum parui ponderis argentum: paucos ſeruos: ſeptem iugera aridę terræ: indigentia domeſtica, impenſa funera, inopes dotum filias: ſed egregios conſulatus, mirificas dictaturas, innumerabiles triumphos, cernimus. Quid ergo mendicam fortunam quaſi præcipuum generis humani malum diuturnis conuitiis laceramus? quæ vt non abundantibus, ita fidis vberib⁹ publicolas, Aemilios, Fabricios: Curios Scipiones, Scauros, hiſq paria robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis, pecuniæq aſpectu debilitatos ſpiritus, priſtini tpis memoria recreemus. namq per Romuli caſam, perq veteris capitolii humilia tecta, & æternos veſte focos, fictilibus etiamnũ vaſis contentos, iuro, nullas diuitias, paupertati taliũ virorum poſſe præferri.

ASCENSIVS.

ITaq. i. & ita, quia illuſtriũ uirorum inopiæ ex publico ſuc
currebatur, quum Cneus ſcripſiſſet ſenatui ex Hiſpania ſe-
cundo bello punico. i. tpe ſecundi belli punici, petens. ſ. à
ſenatu, ut ſucceſſor mitteretur ſibi. Quia haberet filiam iã æta-
tis adultæ, ideſt maturæ uiro, neq dos poſſet expediri. i. expe-
dite aſſignari, ei. ſcilicet filiæ ſuæ ſine ſe. ſenatus (ne reſpu. care-
ret bono duce) deſumpſit ſibi. i. ſubiuit partes. i. officia patris.
i. q̃ pater debet in locanda filia. & dote conſtituta conſilio uxo
ris & propinquorũ Scipionis, erogauit. i. deprompſit ſummã
dus. ſ. dotis ex ærario. i. conſeruatorio æris publici, hoc eſt pe-
cuniæ, quæ ærea primũ fuerat. ac dedit puellam nuptui. mo-
dus. i. menſura dotis fuit, quadraginta millia æris, q̃. ſ. ſum-
ma dotis. non ſolum humani-
tas patrũ cõſcriptoꝝ põt cogno
ſci, ſed ẽt habitus. i. ſtatus patri-
mõioꝝ ueterũ, nãq ſup ptimo
nia ueterũ fuerũt arcta i. exigua
adeo ut Tacia filia Cæſonis uiſa
ſit attuliſſe ad uirũ i. maritũ ſuũ
maximã dotẽ, qa x. millia æris.
& Megulia. i. uirgo Romana ĩ
uenerit cognomen. i. agnomẽ
dotatæ. ſ p excellentiã, qa intra-
uit domũ mariti cũ quingentis
millibus æris. Idẽ ſenatus uẽdi-
cauit. i. liberauit, aut pſeruauit
liberalitate ſua ab indotatis nu-
ptiis. i. ne dicantur ueluti io ſer-
uitutẽ ſine dote nuptui datæ, fi
lias Fabricii lucini, & Scip. qm
nihil erat, qd. ſ. dictæ filiæ refer-
rent acceptũ. i. faterentur ſe acce
piſſe, & ideo obnoxias eſſe hæ-
reditati paternæ, præter gloriã
opimã. i. fœcundã, aut ſimilẽ
illi quã qs olim ex opimis ſpo
liis nanciſci ſolebat.

OLIVERIVS.

MArcus ãt Scau. De hoc
uiro in. c. de forti. dictũ
eſt. exiguũ à patre cen-
ſum adeo recept, ut p eũ ad ſe-
natoriã dignitatẽ, non ſuffra-
gãte uirtute, puenire nõ potuiſ
ſet. cõſtat ãt eũ, ſenatus pricipẽ,
multis clariſſimiſq, honoribus
functũ eſſe. legi nõnullos, q di
cunt huius patrẽ fuiſſe carbona
riũ. ☞ Mancipia, ſeruos. manci-
Mancipia. piũ quicqd manu capitur, q à
priori dño ad aliũ traſire põt.
Hæc igitur exẽpla. Cõcludit hĩ
de paupertate cap cũ inuectione
quadã in eos, q rebus magis ĩ
hiantes, q̃ honoribus, conqri
nunq̃ deſinũt, q pua poſſideãt
& ſe cũ illis cõnumerat, ut tol-
lerabilior hẽatur inuectio. nos
inqt cõſolemur auiditatẽ nrãm
eiuſmodi uiroꝝ exẽplis. ☞ Hæc
exẽpla. Viroꝝ & principũ Ro.
q in exiguo erant cenſu. ☞ Va-
cuos eſſe ſinimus. i. nunq̃ deſi-
ſtimus conqri puitatẽ cẽſus nri.
☞ Nullũ ãt uel. His ſolatiis acqe
ſcere dẽmus, & cupiditates no-
ſtras tpare, q nullũ ne minimi
qdẽ ponderis argẽtũ, & cætera, ſicut in Aeliorũ familia. ☞ Pau
cos ſeruos, ſicut Fabricii, Papirii, Scau ☞ Septẽ iugera, Vt Q.
& regull. ☞ Aridæ ter. Vt potẽ ĩ pupina. ☞ Indigẽtia fu. Vt Va
lerii pu M. Menenii Agrippæ. ☞ Inopes do. fi. ut Marci Al. Fa.
Luc. Scip ☞ Quid ergo? exurgamus potius. ſ. q̃ lamentemur!
☞ Debilitatos ſpi. Nihil eſt. n. q magis uiriles aios eneruet, q̃
cupiditas pecuniæ, ut Salu. Auaritia pecuniæ ſtudiũ habet quã
nemo ſapiens concupiuit, ea q̃ſi uenenis malis ĩbuta corpus
animũq uirilẽ effœminat, ſemp infinita, & inſatiabilis eſt, neq
copia, neq inopia minuitur. ☞ Capitolii humilia, cum adhuc
humile eſſet capitoliũ. Fictilibus, Sic numa Pom. inſtituit.

ASCENSIVS.

MArcus autem ſcaurus refert, ideſt recitat in, ideſt li. eo-
rũ, quos ſcripſit de uita ſua, q̃tulã hereditatẽ accepit

à patre.ſ.ſuo. Aſt enim ſola decem mancipia.i.ſeruos, & totũ cenſum ꝗnq̃, atq; triginta milium nũmum relictũ ſibi. Enim pro ꝗa, ille.ſ.nobiliſſimus ſpiritus.i.alus ſcauri, ſuturus princeps ſenatus.ſ.Ro.nutritus eſt in hac.ſ.tã tenui pecunia. Hæc igitur &c. Ordo eſt. Igitur nos debemus reſpicere.ſ.ad imitationem hæc exempla, & acqueſcere his ſolatiis, nos inquã, qui nunq̃ ſinimus ꝓuulos cenſus noſtros eſſe uacuos q̃relis. adẽt ꝓ ſed nullũ.i.non ullum, non cernimus ullũ argentũ, uel admodum.i.ualde ꝑui ponderis, paucos ſeruos, ut in Catonib. & Scipiõe. & ſeptem iugera terræ, ut in Attilis, & funera indigentia impẽſa domeſtica i nõ hñria unde domi ſumantur impenſæ, niſi ex publico depromptæ eſſent, ut in Vale pu.ſunere. filias inopes dotũ, ut Scipionis, ſed cernimus in tanta paupertate egregios conſulatus, dictaturas mirificas, & ſup. triũphos inumerabiles. Quid ergo &c. Ordo eſt, ergo ſi in ſũma paupertate non deſuerunt uera bona & ſummi honores qd.i.ad qd nos laceramus.i.inceſſimus, fortunã mendicã.i.paupertatis ꝓcuratricẽ, cõuitiis diurnis.i. quotidianis, aut diuturnis, quaſi ꝑcipuũ malũ gñis humani? Quæ ſ.fortuna, ut non aluit uberibus abundantibus, ita aluit uberibus fidis, ꝗa ſaluiferis Publicolas, Aemilios. Fabri. Curios Scipio. Scau & ſup. alia robora uirtutis ꝑa his.ſ iam dictis. Expurgamus potius aĩs.i.expergiſcamur, & recreemus memoria priſtini tpis.ſ.quo paupertas in honorẽ fuit, ipſũs.ſ.noſtros debilitatos.i.hebetatos aſpectu pecuniæ. Nãq; ego iuro per caſam.i.modicum tugurium Romuli, ꝑ humilia tecta ueteris capitolii, & æternos focos ueſtæ.i.deæ caſtitatis, cõtentos ẽe nũ.i, adhuc uaſis fictilibus, nullas diuitias poſſe ꝑferri paupertati talium uirorũ, quales iã dicti ſunt in ſumma paupertate uixiſſe.

De Verecundia. Cap. V.

EQua tempeſtiuus ad verecũdiam tranſitus videtur. Hæc enim iuſtiſſimis viris præcepit: vt priuatas facultates negligerent, publicas quàmamplíſſimas eſſe cuperent. digna cui perinde ac cœleſti numini templa extruantur: aræq; conſecrentur: quia parens eſt omnis honeſti conſilii: tutela ſolennium officiorum, magiſtra innocẽtiæ: chara ꝓximis: accepta alienis: omni loco, oĩ tẽpore, fauorabilem præ ſe ferens vultum.

De Populi verecundia.

SEd vt à laudibus eius ad facta veniamus: à condita vrbe vſq; ad Africanum, & Tyberium longum conſules, promiſcuus ſenatui, & populo ſpectãdorum ludorum locus erat. nunq̃ tamẽ quiſq̃ ex plebe in theatro añ P. C. ſpectare ſuſtinuit. Adeo circunſpecta noſtræ ciuitatis verecundia fuit. Quæ quidem certiſſimum ſui documentum etiam illo die exhibuit: quo L. Flaminius extrema in parte theatri conſtitit. qui à M. Catone, & L. Flacco cenſoribus ſenatu motus fuerat. conſulatus iam honore defunctus, frater etiam T. Flaminii: Macedoniæ, Philippiq; victoris. omnes enim eum tranſire in locum dignitati ſuæ debitum coegerunt.

ASCENSIVS.

EQua &c. Trãſiens ad tractum de uerecundia pręfatur de laude eius ſic, Ea qua.ſ.paupertate, tranſitus ad uerecundiã eſt ſup. tempeſtiuus.i. opportunus & ſuo tpe factus. Enim prõ quia, hæc.ſ. uerecundia ꝑcepit uiris iuſtiſſimis ut negligerent facultates priuatas.i. potentias, & diuitias ꝓprias. & ſup cuperent publicas ſup. facultates eſſe q̃ampliſſimas. i. ualde amplas. Eius ſup. aut, que eſt digna, cui templa extruantur, & aræ conſecrentur, perinde ac.i.ueluti numini.i.deæ alicui cœleſti, ꝗa ipſa eſt parens.i. genitrix, aut mater omnis honeſti conſilii, tutela officiorum ſolennium, magiſtra innocentiæ, chara proximis, accepta.i. grata, & iucunda alienis, ꝑſeferens.i.ante ſe portans, hoc eſt ſignis quibuſdam indicans uultum fauorabilem omni loco, & ſup. omni tempore.

OLIVERIVS.

Verecũdia que EQua tempeſtiuus ad uerecundiam, More ſuo Vale. ad aliud capitulũ tranſiturus, ꝑfationem quandã ꝑmittit, qua hoc ſuperiori coniungit, ne ex abrupto fieri tranſitus oĩno uideatur. laudat aũt uerecundiam multorum clarorum uirorũ, qui hac uirtute præditi fuerunt, exemplis in medium prolatis. Eſt quidem uerecundia ſecundum Ariſto. in. iiii. æthicorum, timor quidam pudoris contrahendi, iuxta quem Cice. hoc modo diffinit, uerecundia eſt cuſtos uirtutum omnium, dedecus fugiens, laudemq; maximam conferens, & ſecundum has ſententias nunc eam. Vale. laudat, nam uerecundia inſerta animis hominum, facit, ut uitiis moderari poſſint, & q̃uis modum quoddam habere uideatur ſicut uirtus, non tamen uirtus eſt, ſed affectus quidam, & paſſio, ꝙ ita eſſe probatur, Verecũdia eſt timor confuſionis. timor aũt paſſio, eſt igitur & uerecundia paſſio. uerecũdia ſine corporis mutatiõe ꝑſiſtere nõ põt, quẽadmodũ timor, nã ſicut timor pallorẽ inducit, ita & uerecundia ruborem, unde Teren. de uerecundo adoleſcente, erubuit, ſalua res eſt. Cur autem timor pallorem, uerecundia ruborem inducant, hæc ratio eſt. nã ſpiritus & humores ad eam partem dirigit, quæ mouetur. In timore autem mouetur cor, ergo perturbatione cordis pallor naſcitur, ſed in uerecundia exteriora laborant. unde uultus rubore ſuffunditur. Sciendum eſt duo genera hominum eſſe, in quibus affectus per uerecundiã depræhendi non pñt ſenes ꝑ ætatem prudentes ꝑ uirtutem, nam ſenibus ætas ſuccurrit, ꝗa in ipſis uigor non eſt. ſapientibus uero prudentia ſuffragatur, ergo tm̃ in iuuenibus & adoleſcentibus cognoſcitur, ꝗbus uigor maximus ineſt. unde Cato dicere ſolebat. ſe longe plus adoleſcentibus delectari, quorũ uultus rubore potius q̃ pallore ꝑfunderetur, quapp à flagitiis arceãtur adoleſcentes neceſſe eſt. hãc aũt græci αἰσχύνην uocant, und Terentianus ille adoleſcens eſchines ☞ Tempeſtiuus, Oportunus, ne abruptus eſſe uideatur. ☞ Cœleſti numini, Digna ut tã q̃ dea colatur. ☞ Honeſti conſilii, metu dedecoris. ☞ Tutela, cuſtos. ꝗa qui uerecundus eſt, nõ audet in officiis q̃cq̃ committere ꝙ dedecus habeat, & rephẽſionẽ mereatur. ☞ Chara proximis, Quia omnes diligunt uerecundum hoĩem, & contra habent odio inſolentem, & inuerecundum.

OLIVERIVS.

SEd ut à laudibus eius, De uerecundia plebis Ro. primũ poſuit exemplũ, q̃ ꝑcipuæ patuit eo die, quo L. Flaminius in extrema parte theatri conſtitit, hic frater fuit. T. Q. Flaminii, qui deuicto Philippo rege Macedoniæ omnes ciuitates græciæ libertate donauit, ſed ꝗa hic L. in exercitu ad gratiam ſcorti iuſſerat quendã ſecuri percuti, Portius cato cenſor eum ſenatu amouerat, ſicut ſupra li. ii. c. de cenſoria nota, ergo cũ ueniſſet in theatrum conſcius ignominiæ, in extremã partem ſe recepit, plebs uero, ꝗa & conſul fuerat, & ſenator, & frater. T. Flaminii in eum locũ, quem habuerat, trãſire coegit. ☞ A condita. A principio urbis ad hos conſules, quingentos & octo fluxiſſe annos ferunt. ☞ Promiſcuus, confuſus. ſine dignitatis diſcrimine, plebei patribus permixti ſpectabant. primus autem, qui in ſpectandis ludis plebem à patribus ſeparauerit, fuit Scipio Africanus, q̃ poſt id factum popularem aurã penitus amiſit, ut ſupra diximus.

ASCENSIVS.

SEd ut ueniamus.i.tranſeamus à laudibus eius, ad facta.i. ad ea, q̃ fecit. hoc eſt per eũ facta ſunt. Locus ſpectandorum ludorum erat promiſcuus.i.confuſus, & cõmixtus ſenatui, & populo, ab urbe condita.i.à conditione urbis Romæ uſq; ad Africanum & Tybe. longũ conſules.i.uſq; quo illi eſſent cõſules. tñ quiſq̃ ex plebe nunq̃ ſuſtinuit.i.ſibi permiſit ſpectare in theatro.i.cõi ſpectaculo ante patres conſcriptos. i.ſedens in priore loco q̃ patres conſcripti, adeo.i. in tm̃ circũſpecta.i.prouida fuit uerecundia ciuitatis noſtræ.ſ.Ro. Quæ.ſ.ciuitas noſtra exhibuit qdem certiſſimũ documentum ſui.i. de ſe, hoc eſt de uerecundia ſua, illo die, quo L. Flaminius cõſtituit ſe in extrema ꝑte theatri, ꝗa fuerat motus.i.delctus ſenatu à M. Cato. & L. F. cenſoribus, defunctus, iã.ſ.priuſq̃ è ſenatus collegio pelleretur honore conſulatus. frater ẽt.i. & qui ẽt frater fuerat Titi Flaminii uictoris Macedoniæ, & Phiiip.i. regis eius,

gis eius, omnes enim. ſ. populi coegerunt eum tranſire, in lo cum debitum dignitati ſuæ hoc eſt ſenatorium, licet eſſet ſe-natu motus ob ſcorti amores, propter quos captiuum galliſ turpiter ferici iuſſerat.

rat ſcriba & cliens.

OLIVERIVS.

Confregit rép. Ter. Dictum eſt in ca. de neglecta reli-gione Teré. Varronem lanii cuiuſdam fuiſſe filium, qui ad conſulatum po-pulari aura perductus, illo ca lamitoſo Hannibalis tempore cum ipſo Hannibale apud cá na. infeliciſſime dimicauit, pau. Aemilio eius collega diſſua-déte, atque etiam inuito, qui ma gis non probare, ꝙ non adiu-uare eius conſilium poterat. hic uero qui cladis auctor ex-titerat, cum paucis admodum fugit. cui ſenatus populuſque Ro. obuiam proceſſit, & gra-tias egit, ꝙ de rep. non deſpe raſſet. eidem dictaturam obtu lit, quá uerecundia motus, re-cipere non ſuſtinuit. Frõ. li. iiii. de conſtátia. Pau. igt amiſſo ad cánas exercitu offeréte equú Lentulo quo fugeret, ſupereſſe cladi, ꝙ ꝗ nõ ꝑ ipſum cõtractæ noluit. Sed eo ſaxo, cui uul-neratus acclinauerat ꝑſedit, do nec ab hoſtibus oppreſſus cõ-foderet. Var. collega eius, uel maiore cõſtátia poſt eádé cla-dé uixit, gratiæque ei à ſenatu & populo actæ ſunt ꝗa nõ deſpe raſſet de rep. nõ át uitæ cupidi tate, ſed reip. amore ſe ſupfuiſſe reliquo ætatis ſuæ tpe appro-bauit. & barbá capilliſque ſub-miſit, & poſtea nunquá recu-bans cibum cepit. honoreſque cú ei deferrentur à populo, re-nunciauit, dicens, felicioribus magiſtratibus reipub. opus eſ-ſe. Acies ſ. Romanæ in ea pu-gna proſtratæ. ☞ Speciosius, Honeſtius eam depoſuit, quá alii geſſere.

☙ De Ter. Var.

Confregit Rempub. Terentius Varro cã nenſis pugnæ temerario ingreſſu. idem delatam ſibi ab vniuerſo ſenatu & popu lo dictaturam recipere non ſuſtinendo, pudore culpam maxime cladis redemit: effecitque, ut acres deorum iræ modeſtia ipſius moribus im putarentur. Itaque titulo imaginis eius ſpecioſius nõ recepta Dictatura, quám aliorum geſta aſcri-bi poteſt.

☙ De Cn. Scipione & Scriba Cicereio.

Nos autem ad præclarum verecundiæ opus tranſgrediamur. magna cum inui dia fortuna prętoriis comitiis Africani ſuperioris filium Cn. Scipionem, & ſcri bam Cicereium in cãpum deduxerat: utque nimis impotens ſermone uulgi carpebatur: ꝙ tanti uiri ſanguinem, clientelamque comitiali certamine con fuderat. Cæterum crimen eius in ſuam laudem Cicereius conuertit. Nam ut uidit omnibus ſe cen turiis Scipioni anteferri: templo deſcendit: abie-ctaque candida toga, competitoris ſui ſuffragato rem agere cœpit: ut ſcilicet præturam melius Africani memoriæ concederet, quàm ſibi uen-dicaret. nec non & ſi maximo uerecundiæ pretio, Scip. tunc honorem adeptus eſt: Cicereio tamen magis gratulati ſunt.

☙ De L. Craſſo.

Ac ne protinus comitiis abeamus, conſu latum petens L. Craſſus, cum omnium cãdidatorum more, circum forum ſup plex populo ire cogeretur: nunquam adduci potuit: ut id præſente Q. Scæuola graui ſſimo, & ſapientiſſimo uiro ſocero ſuo faceret. Itaque rogabat eum ut à ſe, dum ineptæ rei inſerui ret: diſcederet. maiorem uerecundiam dignita-tis eius, quam candidę togę ſuæ reſpectũ agens.

ASCENSIVS.

Nos autem tranſgrediamur. (Adhortatorie dictum) ad præclarum opus uerecundiæ. Fortuna deduxerat in campum. ſ. Martium. i. fecerat competitores præturæ quia comitiis prætoriis. i. cõuocationibus populi ad creandũ prætorem, Cneum Scipionem filium Africani ſuperioris. i. prioris, aut maioris, & ſcribam ſup. eius Cicereium. ſ. nomine cum magna inuidia, quia inui dioſum erat, ꝙ ſcriba i. qui ſcri bendi miniſterio uictitabat, cũ cõſularis uiri filio competeret. & ſup. fortuna carpebatur ſer-mone uulgi, ut. i. tanꝗ nimis i-potens. i. inſolens, ꝙ cõfuderat .i. cõmiſcuerat ſanguinem, ga filium, & clientelam, quia Cice reius cliens erat, tãti uiri. ſ. Sci-pionis ſuperioris, certamine co mitiali. i. faciendo eos ꝑturam competere. Cæterũ Cicereius conuertit crimen eius. ſ. fortu-næ, in laudẽ ſuã. i. propriam. Nam ut i poſtꝗ ipſe uidit ſe an teferri. i. præferri Scipiõi. ſ. Cn. ſup. ab omnibus centuriis, ga centuriata erant comitia, deſcẽ dit templo. i. loco Marti con-ſecrato, & ubi auſpicia captari ſolebãt, hoc eſt è campo Mar tio, & abiecta toga cádida, ꝗ ſ. competitores ſe amiciebant-tur. cœpit agere. i. ſe exhibere ſuffragatorem. i. fautorem in ꝑ tura obtinẽda cõpetitoris ſui. i. eius cuius cõpetitor fuerat pa-uloante. ut. ſ. cõcederet melius .i. decentius memoriæ. Africa-ni ſ. ſuperioris patroni ſui, ꝑtu ram, ꝗ uendicaret. i. propriam faceret ſibi. nec nõ. i. ẽt, & ſi Sci pio. ſ. Cneus adeptus eſt tunc honore ſ. præturæ, maximo ꝑ tio uerecundiæ, tñ ſup. populi uniuerſi, magis gratulati ſunt Cicereio ut qui plus obtinue-rit gloriæ ꝑ uerecundiá ꝗ ob-tinuiſſet per ꝑturã. Alii legunt. tñ Cicereio magiſtratus læti ſunt, ꝙ non procedit niſi intel ligamus. Scipio. qdem nomi-ne magiſtratum adeptũ, ſed Cicereium re, qa honorẽ (q ma-giſtratuũ ꝓprius eſt, uſque adeo ut honores ſæpe pro magr̃ati-bus ponãtur) maiorẽ aſſecutus eſt, ꝗ Cn. Scipio.

ASCENSIVS.

Confregit & c. Ordo eſt. Ter. Var. cõfregit rẽpu. i. ro. hoc eſt labefecit eã, temera rio igreſſu pugnæ cánẽſis, ubi Han. ipm temeẽ cõgreſ ſũ ſupauit, Idẽ. ſ. Var. redẽit. i. purgauit, paria faciẽdo, culpã maxie cladis ſ. apũ cánas acceptæ, ñ ſuſtinẽdo. i. recuſãdo ꝑ uerecũdia recipe dictaturá delatá ſibi ab uniuerſo ſena. & po. ſ. Ro. effecitque, ut acies ſ. Ro. apũ cánas deletæ. iputarẽtur iræ deoꝝ, hoc ẽ ut putarẽtur deletæ, ñ ꝓpter culpã ipatoris, ſed ꝓ pter irá deoꝝ, ſe ulciſci de po. R. uolẽtiũ, & ſup ut modeſtia. i. uerecũdia illa iputaret. i. aſcriberetur moribus ipſius. ſ. Var. Itaque dictatura pot aſcribi ſpecioſius titulo imaginis eius, ñ re-cepta. i. eò ꝙ ñ eſt ab eò ꝑ uerecũdia recepta, ꝗ põt aſcribi titu lo imaginis alioꝝ, geſta. i. eò ꝙ ab illis geſta ſit. OLIVE.

Nos át ad. magna cũ iuidia. Hoc exẽ ſupra memoratũ ẽ. li. iii. c. de his q degenerãt à parẽtibus. nã Cicereius cũ ꝑtoriis comitiis cõpetitor eẽt Cn. Sci. filii ſupioris Afri. oĩbus ſuffragiis illi ꝑponebat. hic ergo uerecũdia mot' ſe tãti uiri filio ꝑpoſitũ iri, ex cõpetitore ſuffragatorẽ ſe fecit. ☞ Inuidia. Quia oẽs oderát tãti uiri filiũ cõpetitorẽ eẽ ſcribæ. ☞ Carpebat, lacerabat. ☞ Crimẽ. Quia oẽs fortunã criminabãtur. ☞ Cẽturiis, ꝗ ꝑtoriæ erát. ☞ Tẽplo deſcen. Ex loco Mar ti cõſecrato. i. cãpo Mar. quo tẽplũ erat. nuſꝗ n. cũ po. agi lice bat. niſi i loco ſacro, & oĩs locus ſacer tẽplũ dr̃. ☞ Nec. m. ma-gnũ fuit ꝑiũ uerecũdiæ. nã ſibi magno cõſtitit ꝗ ꝑturã ami ſit, ut ſeruaret uerecũdiã. ☞ Afri. Nõ átfilio ſed pñi. cuius fuerat ſcriba & cliens.

OLIVERIVS.

Ac ne ꝓtinus. Hoc quoque exẽ. Cic. in. ii. de ora. narrat, cũ mos eẽt cãdidatoꝝ ábire populũ, hoc ẽ unũquẽque eoꝝ, q ſuffragia dabãt, manibus ꝑhendi, atque orare ut ſuũ ſibi ſuffragiũ ꝑſtarent, ꝙ ꝑfecto ineptũ & idignũ uide-batur, & erat, ut uiri patricii cogerentur ſe ſubiicere plebi. Hac igitur uerecũdia. M. Craſſus nunꝗ hoc facere potuit pñte Scæ uo. ſocero ſuo. hic Scæuo. filius fuit P. S. iuriſperiti, & ab hoc dr̃ Cic. ꝗ hẽbat iuris ciuilis ſcientiã ꝗtãcunque foret, accepiſſe. ☞ Ne pro. Ne ſtatim igt relinꝗmus comitia, de qbus mẽtio-nẽ fecimus Maiorẽ ue. ac ſi diceret plus uenerationis auctorita ti Scæuolæ, ꝗ magr̃atui, quẽ petebat ꝑſtitiſſe uidetur.

ASCENSIVS.

Ac ne abeamus ꝓtinus comitiis. i. ut recitemus plura uerecũdiæ exẽpla i comitiis. L. Craſſus petẽs cõſulatũ cũ cogeret ire ſupplex. po. more oĩum cãdidatoꝝ. i. ſ. cãdidis ueſtibus magr̃atũ petentiũ, nũꝗ potuit adduci, ut fa-ceret id. i. ita ſupplex, ábiret, grauiſſimo, & ſapiẽtiſſimo uiro ſocero ſuo, uidelicet quinto Scæuola pñte. i. tãſper, dũ ille pñs eẽt. Itaque ipſe rogabat eũ. ſ. Socerũ ſuũ, ut diſcederet à ſe, dõ i. donec inſeruiret rei ineptæ. i. tali ſuppli. agẽs maiorẽ uerecũdiã

dignitatis eius.ſ.eo tēpore ſui ſ reſpectū togæ ſuæ cādidæ, q.ſ exigebat ut ſi ſuffragiis iuuari uelit ſupplex populū ambiret.

ti,& aliorū,ꝙ eſt occidēdo pſem pſiæ occidēdi.Inter ipſum tpſ, quo ſpūs diuinus ſecernebatur à corpore mortali.i.quo mortalitatē hāc exuit,derelinquendo corpus mortale in terris,ne quidē .i.nō ſaltē potuit abſterreri tribus & uiginti uulneribus,quo.i. quominus,ut nō obſequeretur.i.ſeruiret uerecūdiæ. Siquidē.i. quoniā,ipſe demiſit.ſ.ad tegēda crura,& partes pudendas,togā.ſ. ſuā utraqꝫ manu ut īferior pars corporis laberetur.i.caderet tecta i.cooperta.Hoies nō expirāt.i.emoriuntur ī hūc modū.ſ.Sed q ſictā pudide cadūt,repetūt ſedes ſuas.i.cæleſtes exiſtētes,aut effecti dii imortales.

OLIVERIVS

Pompeius āt magnus.De uerecūdia magni Pōpeii dicit,qui cū acie pharſalica uictus fuiſſet Lariſſam Theſſaliæ ciuitatem ſe contulit,ubi Corneliā uxorē ſuā tādiu per locauerat,dum uideretur exitus belli.ubi cū multus populus honoris grā obuiā procederet,uerecūdia motus,ite ī qt,& iſtud offm̄ pſtate uictori. Luca.ſed qd opus uicto populis, aut urbibus iqt,uictori pſtate fidē.Dicerē,adulat,Vale.iqt dignus nō Pom.uinci, niſi uictus eēt à Cæſ re,q tāt' eſt impator,ut ab illo uinci nō ſibi' turpe fuerit.

De Pompeio magno.

Pompeius autem Magnus Pharſalica acie uictus à Ceſare,cum poſtero die Lariſſam intraret:oppidiqꝫ illius uniuerſus populus obuiam ei proceſſiſſet:ite,inquit,& iſtud officium præſtate uictori.dicerē non dignus qui uinceretur:niſi à Ceſare eſſet ſuperatus certe modeſtus in calamitate.Nā quia dignitate ſua uti iā non poterat uſus eſt uerecundia.

ASCENSIVS.

Pompeius āt magnus uictus à Cæſa.ſ.Iulio,in acie ī pugna pharſalica .i.ī cāpis Phili.iuxta pharſaliā urbē Theſſaliæ,quū ītraret Lariſſā urbē Theſſaliæ,die poſtero.i.primo p' pugnā ſecuto, & uniuerſus populus illius oppidi pceſſiſſet obuiā ei,iqt,ite o populi & pſtate.i.exhibite, iſtud offm̄.ſ.honorificū,ꝙ mihi facitis uictori.ſ.Cæ.dicerem ſup.ꝙ id dixit,eūs nō dignus q uinceretur,niſi eēt ſupatus à Cæſa.q.ſ.dignus erat quēlibet ſupare,ꝙ ſolita adulatiōe dicit certe.i.ſaltē,ſiue haud dubie modeſt' i calamitate.ſ.ſua,nā q a nō poterat uti iā dignitate ſua uſus eſt uerecundia.

De Caio Iulio Cæſare.

Qvam præcipuam in Caio quoqꝫ Ceſare fuiſſe ſæpenumero appuit:& ultimus eius ſignificauit dies,cōpluribus enim parricidarū uiolat' mucronibus,iter ipſum illud tēpus quo diuinus ſpūs mortali ſecernebatā corpe:ne tribus quidem & uiginti uulneribus,quin Verecundiæ obſequeretur: abſterreri potuit.ſiquidem Vtraqꝫ togā, manu, demiſit,vt iferior pars corporis tecta collaberetur.in hunc modum non homines expirant: ſed Dii immortales ſedes ſuas repetunt.

OLIVERIVS.

Qvam pcipuā, Iulius cæſ.q primus Impator,rēp.occupauit,cū ī capitoliū aſcēdiſſet ubi ſenatus hēbatur,& frequētiſſimus tāqꝫ illi nouos & aplıſſimos honores demū daturus cōuenerat,tāqꝫ parati eēnt īterfectores,q in eius cædē cōſpirauerāt.ubi uidit Brutū ſtricto gladio iſe ruentē dixiſſe fertur,& tu filii,nā illū nō ſecus ac filiū dilexerat. deīn togā ad talos uſqꝫ demiſit,ne qd mortēs obſcenitatis oſtēderet,q magna fuit uerecūdia,ut ēt ī ipa morte hōeſtatis memor eēt,nec illū malorū cōſpiratio,aut uulnerū atrocitas peruertere potuerit,ut obliuiſceretur uerecūdiæ,Suet.cæ.iqt,ut ai aduertit ſe undiqꝫ ſtrictis pugionibus peti,toga caput obuoluit,ſimul ſiniſtra manu ſinū adima crura duxit,quò honeſtius caderet etiam īferiore corpis pte uelata. ꝑ Diuinus ſpiritus.Quia cæſ.īter deos dr̄ eſſe tranſlatus. ꝑ Demiſit,uſqꝫ ad talos. ꝑ In hunc modum.Laudat cæſarem cum aſſentatione more ſuo.q d.Cæſar hoc uno pereundi modo non ſe hominem,ſed deum eſſe declarauit.

Cæſaris ī morte uerecūdia

Externa, De Spurina.

Qvod ſequit externis adnectam:qa ante geſtum eſt,quàm Hetruriæ ciuitas daret.excellentis in ea regione pulchritudinis adoleſcēs nomie Spurina,cum mira ſpecie compluriū fœminarum illuſtrium ſolicitaret oculos:ideoqꝫ viris,ac parentibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret·oris decorem vulneribus confudit:deformitatemqꝫ,ſanctitatis ſuæ fidem,q̄ formam,irritamētum alienæ libidinis eſſe maluit.

OLIVERIVS.

Qvod ſegtur,ingenti laude pdicanda modeſtia q̄ ſeqtur. cuius exemplū iō dicit externis adiungendū potius q̄ domeſticis,cum tuſcus eēt adoleſcens ille de quo logtur,q uerecundiā hāc egit,anq̄ tuſci eēnt Romana ciuitate donati.Fuit āt eiuſmodi exemplū,ꝙ ſi ī chriſtiano adoleſcēte īueniretur,una oium uoce laudaretur.Spurina pſtātis formæ adoleſcens,matronarū & uirginū oculis inſidioſus erat, qppe q nō ſine cupiditate aſpici poſſe uideretur,tāta eius formæ uenuſtas,ut iā uxores, & ſuas habētibus ſuſpectus admodū eēt.hic ergo cū uideret ſe cām eē plerūqꝫ diſſidii iter uitū & uxorē,adeo moleſte tulit ut īgreſſus cubiculū,oēm uultus oriſqꝫ decorē illatis uulneribus cōfuderit,& ſe cicatricibus aſpectu deformē reddiderit.maluit deformitatē,ſuæ caſtitatis eē teſtimoniū,q̄ formā alienæ libidis irritamētū.ſunt q putāt hūc fuiſſe Spurinā cæſaris aruſpicē,ꝙ mihi nō placet. Cū dona.anq̄ ciues Ro.fierēt æthruſci,nā cōſtat æthruriæ datā aliqñ fuiſſe ciuitatē. ꝑ Solicitaret oculos,qa q̄cūqꝫ īcederet mulieres ī eū oculos cōiiciebāt & mouebātur eaꝝ aī,q cū laſciuioribus oculis eēnt uiris,& parētib' ſuſpectiores reddebāt ut uerſus illud faciēs oculis īſidioſa meis. ꝑ Suæ ſāctitatis,ut oēs crederent eū īcorruptū, & nulla pſus libidie uexatū,ꝙ aī ꝓpoſitū,ī xpiano miris laudibus extolleretur.

Spurīa adoleſcens faciem uulneribus deformauit

De quodam ſene Athenienſi.

Athenis quidam ultimæ ſenectutis,cum ſpectatum ludos ī Theatrum veniſſet, eumqꝫ nemo è ciuibus ſeſſum reciperet:ad Lacedæmoniorum legatos forte peruenit:qui hominis ætate moti, canos eius,& annos,aſſurgendi officio uenerati ſunt:ſedemqꝫ ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederunt.quod vbi fieri populus aſpexit,maximo plauſu alienæ urbis verecundiam comprobauit. ferunt tunc vnum è Lacedæmoniis dixiſſe:ergo Athenienſes quid rectum ſit,ſciunt:ſed id facere negligunt.

ASCENSIVS.

Qvam.ſ.uerecūdiā appuit ſæpenumero fuiſſe pcipuā quoqꝫ ī.ēt ī C.Cæſa.& ultimus dies eius.ſ.in terris ſignificauit.i.indicauit manifeſto ſigno.Enī ꝑ q aīpe uiolatus cōplurībus mucrōibus pricidaꝝ.i.Caſ.Bru

ASCEN.

Qvod ſegtur.Eꝫ pxlo more ſuo trāſit ad externa.extemorū ſæpe ea pila ponit,q̄ domeſticis pria ſūt.Ordo ē.Ego adnectā exter.ſup exēplis,id ꝙ ſegtur qa geſtū eſt anq̄ ciuitas.ſ.Ro.daretur Ethruriæ.i.anteq̄ ethruſci ciuitate donarētur,& ita tūc externi erāt.Adoleſcens noīe Spurina excellētis pulchritudīs ī ea regiōe ſ.æthruriæ,cū ſolicitaret oculos cōpluriū fœminaꝝ illuſtriū,mira ſpē.i.formoſitate ſua,ſentiret ſe iō eē ſuſpectū uiris ac parentibus earū cōfudit uulneribus q̄ ſibi ītulit decorē oris.i.faciei, & maluit deformitatē eē fidē.i.approbationē ſanctitatis.i.itegræ caſtitatis ſuæ,q̄ formā.ſ.ſuā eē irritamētū libidīs alienæ.

OLIVERIVS.

Athenis quidam,Legati Lacedæmoniorū forte Athenis

nis erant cũ ederentur ludi, uenerũt ergo in theatrum & ipſi ſpectatum, & cũ iam cõſediſſent oẽs, & ludi agi cœpiſſent, ingreſſus eſt theatrum ſenex quidã, q cũ ſua quiſq; loca occupa et, totũ Theatrũ circuibat, locũ quærens. tãdem uenit ad hos legatos, qui uiſo ſene aſſurrexere, & locũ ei dedere. tum athenienſes plauſum dedere, uidentes tantam legatis ineſſe uerecũdiã. quorum unus dixiſſe fertur, Athe. ꝓbe ſcire qd rectũ ſit, & honeſtum, cæterũ illud negligentia prætermittere. Cic. in catone maiore. Memoriæ, inqt proditũ eſt, cũ Atheni. ludis quidam grandis natu in theatrũ ueniſſet, magno conſeſſu, nuſq̃ ei locum datum à ſuis ciuibus. cũ ãt ad lacedæ. acceſſiſſet, qui (legati cum eſſent) certo in loco conſederant, conſurrexiſſe oẽs illi dñr & ſenẽ ſeſſũ recepiſſe. cũq; à cũcto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, memoriæ ꝓditũ eſt dixiſſe ex his quendã, Athenieſ. ſcire q̃ recta eſſent, ſed facere nolle.

ASCENSIVS.

Athenis &c. Ordo eſt. Quidã ultimæ. i. ſũmæ ſenectutis, Athenis. i. apud Athe. cũ ueniſſet in theatrũ ſpectatũ ludos, & nemo ẽ ciuibus reciperet eũ ſeſſũ. i. ſedẽdũ (Eſt ãt ſupinũ) ꝑuenit forte ad legatos lacedæmonioꝝ, q. ſ. legati moti ætate hoĩs, uenerati ſunt cãnos, & annos eius, offõ aſſurgendi. & dederũt ei ſedem in loco honoratiſſimo iter ipſos. Qd ubi populus. ſ. Athenien. aſpexit fieri, comprobauit maxĩo plauſu. i. applauſu uerecundiã urbis alienæ, uideliect Spartãæ, aut lacedæmõiæ. Ferunt. ſ. q̃ talia ſcripſeſt, aut recitãdo memoriæ ꝓdideſt, unũ è lacedæmoniis dixiſſe tũc. Ergo Athenien. ſciũt (qa approbabant) qd ſit rectũ, ſed negligunt id facere. Nõ eſt ergo exemplum de uerecundia ſenis, ſed lacedæmoniorum.

De amore coniugali. Caput: VI.

A Placido & leni affectu, ad æq; honeſtum, uerum aliquãto ardentiorem, & cõcitatiorem pergã: legitimiq; amoris, quaſi quaſdam imagines: non ſine maxima ueneratione contemplandas lectoris oculis ſubiiciam. ualenter inter cõiuges ſtabilitæ fidei opa percurrens, ardua imitatu, cęterum cognoſci utilia. quia excellentiſſima animaduertenti, ne mediocria quidem preſtare: rubori oportet eſſe.

De T. Graccho, & Cornelia eius uxore.

TYberius Gracchus anguib9 domi ſuę mare, ac fœmina apprehenſis: certior factus ab aruſpice, mare dimiſſo, uxori ei9, fœmina, ipſi celerem obitum inſtare: ſalutarẽ coniugi potius, quàm ſibi partẽ ſecutus augurii, marem necari, fœminã dimitti iuſſit. ſuſtinuitq; in conſpectu ſuo ſeipſum in interitu ſerpentis occidi. Itaq; Corneliam neſcio utrum feliciorem dixerim, quòd talem virum habuerit, an miſeriorem, quòd amiſerit.

De Admeto Rege Theſſaliæ.

O Te, Theſſaliæ rex Admete crudelis, & diri fati crimine ſub magno iudice damnatum: qui coniugis tuæ fata, pro tuis permutari paſſus es. eaq;, ne tu extinguereris, voluntario obitu conſumpta, lucem intueri potuiſti. & certe prius parentum indulgentiam tentaueras, fœmineo animo impar inuentus.

OLIVERIVS.

Legitimus amor.

A Placido & leni affectu. Tranſit ad c. de amore cõiugali, ubi eoꝝ narrãtur exempla, qui inſolubili inter ſe dilectionis nexu, fuerunt in ea ſorte copulati. ſed more ſuo laudat in hac præfatione talẽ animorum affectum. Concitatiorem, uehementiorem. Legitimi amoris. Quia certa lege confederati ſunt uir & uxor. quicquid autem lege tenetur, legitimum dicitur. Stabilito, quia non ad tempus amarunt, nec ad tempus deſtiterunt. Quia excellentiſſima, Vere inquam eſt ardua, quia qui in aliis magna & ſolennia recognoſcit, erubeſcit, ſi ipſe mediocria nõ præſtet.

ASCENSIVS.

A Placido. Paraſceue, ſeu præfatio eſt de amore cõiugali, de quo graphice diſſerit dicens. Ego pergã. i. procedã ab affectu Placido & leni, utpotè à uerecundia, ad ſup. affectum æq; honeſtũ. uerum. i. ſed ardentiorem & concitatiorem. i. cõmotiorem aliquanto. ꝙ pro qa, ſubiiciã oculis lectoris quaſdam quaſi imagines legitimi. i. coniugalis amoris, cõtẽplandas nõ ſine maxima ueneratione, ꝑcurrens. i. curſim narrans, opa fidei. i. fidelitatis ſtabilitæ, ualenter. i. potẽter inter coniuges. i. matrimonio cõiũctos uirum & uxorem. opa inquam ardua. i. quæ ſunt ardua, & difficilia imitatu. i. ad imitandum, cæterum. i. ſed utilia cognoſci. i. ut cognoſcant. (Cõſuetius dixiſſet cognitu, ut rñdeat ad illud imitatu, qd eſt ſupinũ in u ſp paſſiue poni ſolitũ) qa oportet eſſe rubori. i. pudori, hoc eſt ad pudorem, & erubeſcentiam, aladuertenti. i. cõſideranti & legenti, excellentiſſima. ſ. opera amoris cõiugalis, ne quidem. i. nõ ſaltem ꝑſtare mediocria. Is ergo fructus eſt legendi fortia & ſancta illuſtriũ uirorum, ac mulierum geſta, ut ſi nõ paria, at q̃liacũq; eiuſdem gñis faciamus.

OLIVERIVS.

TYberius Grac. Cice. li. de diui. Quid Tyberius Gracchus P. filius, qui biscẽſor, & cõſul fuit, idemq; & ſũmus augur, & uir ſapiẽs, ciuiſq; ꝑſtãs? is (ut C. Gracius filius reliquit ſcriptũ) duobus anguibus domi comprehẽſis aruſpices cõuocauit. q cũ rñdiſſent, ſi marem emiſiſſet, uxori breui tpe eſſe moriendũ, ſi fœminã, ipſi, æquius eſſe cenſẽs ſe maturã mortẽ oppetere, q̃ P. Afri. filiã adoleſcentẽ intempeſtiua fata incurrere, fœminã dimiſit, ipſeq;, paucis dieb9 poſtea mortuus ẽ. Pli. li. vii. natu. hiſt. de pietate Grac. inqt, pr̃ anguibus cõꝑhẽſis in domo, cũ rñderetur ipm uictuꝝ alterius ſexu interempto, immo uero, inqt, meũ necate. Cornelia. n. Iuuenis eſt, & parere adhuc pt, hoc ẽ, erat uxori ꝑcere, & reip. cõſulere. idq; mox conſecutũ. Obitũ ſuũ. Et ita quoq; fuit, nam Cornelia ſupioris Afri. filia T. Graccho uiro ſuo ſuperuixit. Itaq; Cornelia. Hãc ut ſupra diximus in. c. de reconciliatis, Gracchus poſt factam ad ſacras menſas recõciliationẽ, accepit uxorem.

ASCENSIVS.

TYberius Grac. anguib9. ſ. duobus mare. i. maſculo, ac fœmina, apprehẽſis. i. captis domi ſuæ. i. poſtquã domi ſuæ capti erant, factus certior. i. edoctus ab aruſpice, celerem obitum inſtare. i. imminere uxori eius. ſ. Corneliæ mare dimiſſo. i. ſi marẽ dimiſerit, & ipſi. i. ſibi, fœminã ſup. i. ſi fœminã dimiſerit, ſecut9 potius ꝑtẽ augurii ſalutarẽ cõiugi q̃ ſibi, iuſſit marẽ necari, & ſup. fœminã dimitti. & ſuſtinuit. i. paſſus eſt ſeipſum occidi in conſpectu ſuo in interitu ſerpentis. ſ. maſculi. nõ ꝙ cũ illo ſtatim extinctus ſit, ſed ꝙ paulo poſt ſe moriturꝰ ex augure didicerat. Itaq; neſcio utrum dixerim. i. cenſere debeã Corneliã feliciorem ꝙ hũerit talẽ uirũ q. ſ. pro illa mori uoluerit, an miſeriorem, ꝙ amiſerit talem uirum.

OLIVERIVS.

O Te Theſſaliæ rex. Admetus rex Theſſaliæ graui morbo implicitus, ꝑ legatos Apollinẽ de ſalute cõſuluit. Apollo rñdit ita eũ uiuere poſſe, ſi quẽpiã inueniret, q uellet ꝓ eo fata ſubire. tentatis igitur oĩbus ꝓpinqs, amicis clientibus, & ipſis deniq; ſeruis, ſola uxor inuenta eſt, q̃ ꝓ eo mori uoluerit. reꝑhẽdit ãt & quodãmõ deteſtatur eũ Vale. ꝙ fideliſſimæ uxori ſupſtes eẽ uoluerit. fuit hæc Alceſtis noĩe, filia Pelei, patruelis Iaſonis Theſſaliæ regis, fœmina quidem formoſiſſima, ex qua natus eſt Aemulus Admeti filius, q ad Troiã cũ aliis græcoꝝ ducibus ueniens. xi. ꝑfuit nauib9. hæc uſq; adeo uiꝝ amauit, ut uoluntariã ꝓ illo mortẽ ſuſcipe nõ recuſauerit. de q̃ Sene. i Medea dixit. Cõiugis fatum redimẽs

Admeti uxor ꝓ uiro mori ſuſtinuit.

Pherei uxor, ſpendit aſam marito. Ouid. li. iii. de Pon. de uxore ſua dixit, Si mea mors redimenda foret, quod abominor eſſe, Admeti cõiux, quam ſequereris eras Iuue. in Satyra, credo pudicitiam dixit, Spectat ſubeuntem fata mariti Alceſtem & ſimilis ſi permutatio detur, morte uiri cupiant aiam ſeruare catellæ, hãc Plato dicit in ſympoſio propter hoc factum meruiſſe à diis immortalibus, ut ab Inferis reuocaretur ad ſuperos. ℾ Sub magno iudice, ſcilicet Apolline.

ASCENSIVS.

O Te &c. Peraptã apoſtrophè iterſe it exter num exemplum, ſed contrarium uidelicet Admeti Theſſali, q uxorẽ ꝓ ſe mori ſuſtinuit dicens. O Admete rex Theſſaliæ te damnatũ ſup. iudicio ſub iudice magno. ſ. Apolline, crimine crudelis, & diri fati. i. mortis q̃ poſtea extinctus es, & q paſſus es fata, id eſt mortẽ cõiugis ſ. Alceſtis ꝑmutari. i. ꝑmutãdo acceleran, pro tuis. i loco mortis tuæ. i. q paſſus es cõiugẽ tuã ꝓ te mori, & ea cõſũpta obitu uoluntario, ne tu extingueretis, q a oportuit aliquem pro eo mori. hoc eſt poſtq̃ ea pro te mortua eſt potuiſti intueri lucẽ. ſ. huius uitæ. Et certe tentaueras prius indulgẽtiã. i. animã in te lclinatione parentũ. ſ. tuo, an uelint ꝓ te mori inuentus impar animo fœmineo. i. uxoris tuæ q̃ ꝓ te mori uoluit. cũ tu nec ꝓ parentũ ſalute, quos ꝓ te mori ſolicitaueras, nec pro tua neceſſitate, q a ſemel moriẽdum erat, mori uelles.

ℭ De C. Plautio.

Villior Graccho, iniquę fortunæ uictima, quamuis ſenatorii uir ordinis C. Plautius Numida, ſed in conſimili amore, par exemplum. morte enim uxoris audita, doloris impotens, pectus ſuum gladio percuſſit. Interuentu deinde domeſticorum inceptũ exequi prohibitus, colligatusq;, ut primum eſt occaſio data: ſciſſis faſciis, ac uulnere diuulſo, conſtãti dexſtera, ſpiritum luctus acerbitate permiſtũ, ex ipſis præcordiis. et uiſceribus hauſit: tam uiolẽta morte teſtatus, quantum maritalis flãmæ illo pectore clauſum habuiſſet.

ℭ De M. Plautio.

Eiuſdem vt nominis, ita amoris quoq;. M. Plautius. nam cum imperio Senatus claſſem ſociorum ſexaginta nauium in Aſiam reduceret Tarentumq; appuliſſet: atq; ibi vxor eius Horeſtilla, quæ eum illuc proſecuta fuerat morbo præſſa deceſſiſſet; funerata ea, & in rogum impoſita: inter officium vngendi & oſculandi, ſtricto ferro incubuit: quem amici ſicut erat togatum & calceatum: corpori coniugis iunxerunt: ac deinde ſubiectis facibus, vtrunq; vnà cremauerunt. quorum ibi factum ſepulchrum Tarenti etiamnum conſpicitur: quod uocatur. των φιλουντων' nec dubito, quin, ſiquis modo extinctis ſenſus ineſt: Plautius, & Horeſtilla, fati cõſortione, geſtientes uultus tenbris intulerint. ſaneq; ubi idem & maximus, & honeſtiſſimus amor eſt aliquanto præſtat morte iũgi: quàm uita diſtrahi.

OLIVERIVS.

Villior Graecho, Hic ſenatori' homo fuit, dignitate non mediocri, cæterũ Grac. longe iferior, cui nulla in re cõferri poſſe uidet, niſi in amore cõiugali, adeo miſere uxorem amauit, ut audita eius morte ei diutius ſupereſſe noluerit, nã ſibi q̃ primũ pectus gladio traſfixit ipatiẽtia doloris quẽ ſupeniẽtes amici & domeſtici grauiter caſtigaſt & inceptum opus exequi nõ ꝑmiſeſt, q̃q̃ à propoſito deterrere, & à cõſtitute in a͞io ſuo morta reuocare nõ potuerunt nã idẽ (amoris arbitris olbus) faſcias diſſoluit, uulnus diſtupit, & cõſtãti aio ſpũm emiſit. Villor, q nõ tantæ dignitatis fuit. ℾ Iniquæ fortunæ uictima quãuis. ℾ Sccuæ, q̃ illoꝝ amorem diremit. ℾ Impotẽs pe. ſu. g. p. Impatiens ℾ Occaſio da. ſ. ab eſſentibus amicis. ℾ Faſcis quibus erat alligatus.

ASCENSIVS.

Villior &c. Ex cõparatione eiuſdẽ Gracchi ſub iſert alterũ exẽplũ dicens C. Plautius Numida. ſ. cognomento, q̃uis uir ordinis ſenatorii, fuit ſup. tñ uictima fortunæ iniq̃. i. quẽ fortuna iniq̃ ad mortẽ ipulit, uilior Gra. ſ. Tybe. ſed ꝑ exẽplũ in cõſimili amore. ſ. cõiugali. Eñ ꝓ q a morte uxoris ſup. eius audita ꝑcuſſit pectus ſuũ ipotẽs doloris. i. nõ potẽs ꝑferre tñ dolorẽ, gladio. i. ſeipſm interemit, deiñ ꝓhibitus exeq. i. ꝑficere icceptũ. i. neceſſe fuit interuentu domeſticoꝝ & colligatus. i. hſis uulnus q; ſibi in pectore fecerat, ab illis ligatũ ut, i. quũ primũ occaſio, i. opportunitas data eſt. ſ. ꝑ abſentiã domeſticoꝝ hauſit conſtanti dextera ex ipſis ꝑcordiis, & uiſceribus ſpũm. ſ. uitalẽ, ꝑmixtũ acerbitate luctus hoc faſciis. i. panniculis lineis, q bus uuinus ligatũ erat ſciſis. i. diruptis, ac uulnere diuulſo. i. apto. teſtatus. i. teſtificans tam uiolenta morte, q̃tũ. i. quantã ptẽ, aut molẽ flãmæ maritalis habuiſſet clauſum illo pectore. ſ. quod ſic percuſſit, ac diuellit

OLIVERIVS.

Eiuſdem nominis. Hoc fuit confecto iã m bello Macedonicõ, in quo, Ro. quorundam Aſiæ populoꝝ armis & opera fuerant uſi, debellata ergo prouincia & paratis rebus omnibus, cum ad ſocios remitterent claſſem, ei legationi præfecere. C. Plautium ſenatorium uirum, & in repub. non obſcurum, qui cũ Tarentum perueniſſet, uxor eius Horeſtilla quã itineris comitẽ ſecũ adduxerat, morbo impli cita periit. cuius mortem cum æquo a͞io ferre nõ poſſet, iter ipſum funeris officium ſtricto enſe icubuit, & ita quos ſemel fortuna coniunxerat mors nõ diremit. nam uterq; eodemq; rogo cremati & eodem ſepulchro conditi fuerunt titulusq; ſepulchro inſcriptus φιλων των ταφος amãtium monumẽtũ. Vngendi. & apud maiores cadauera pretioſis q buſdã unguentis deliniebãtur, & in rogis multa ſimul aromata cum cadaueribus cremabantur, unde legitur de Sylla tantã multitudinem aromatũ fuiſſe in eius rogo conſumptam, ut imago eius his unguentis effigiẽ quãdã cõtraxerit. Vir. in. ui. de miſeno. corpuſq; lauãt frigẽtis & ungunt. ℾ Nec dubito, Loquitur ſcdm Epicureos, q dicebãt nullum ſenſum remaneř poſt mortem, ſeũ morte omnia pariter cum corpore extingui. ℾ Conſortionem, Coniunctionem,

Vnguentorum multitudo ĩ Syllæ funere

ASCENSIVS.

Eiuſdem &c. Inueto ruꝛſus filo quo exempla cõſuat, dicit. Ma. Plautius ut nominis, ita quoq; amoris eiuſdem. ſ. cõiugalis ſupple fuit Nã cũ. i. qñ reduceret in Aſiã imperio ſenatus claſſem ſociorũ .lx. nauiũ, ideſt quæ claſſis .lx. cõplexus eſt naues, & appuliſſet ſupple claſſem Tarẽtum. i. illud oppidũ maritimũ, atq; Horeſtilla uxor ei' ꝓſecuta fuerat eũ illuc, ſ. uſq;, deceſſiſſet ibi preſſa morbo, ea funerata. i. funebri põpa iſtructa, & impoſita (aut potius iã iã iponẽda, nã ſi ipoſita fuit, quomodo ſtat quod ſequitur?) in rogum i. ignẽ incenſum, icubuit ferro ſtricto. i. in gladiũ nudatũ, inter offm ungendi. ſ. cadaueris, & oſculandi, cũ ſtat m in rogũ iponi debebat aut ſi rogũ acceperimus non pro incenſa Pyra, ſed parata incendi, dicamus moris fuiſſe, ut cadauera, in rogũ ipoſita, priuſq̃ ignis iferretur, unguenta & oſcula à cariſſimis inferantur. Quẽ. ſ. Plautiũ qui ſe interemerat, amici iunxerũt corpori coniugis togatũ, & calciatũ, ſicut erat, ac deiñ cremauerunt una, ideſt pariter utrũq;, ſcilicet tam maritũ q̃ uxorẽ facibus ſubiectis. i. ab inferiori parte iniectis. quoꝝ ſepulchrũ eſt factũ ibi codẽ loco & cõſpicitur etiamnũ. i. nunc adhuc, Laurẽti, quod uocatur των φιλουντων. i. duorum amantium. Nec dubito quin, ſi modo. i. dummodo quis ideſt aliquis ſenſus ineſt extinctis, Plautius, & Horeſtilia intulerunt tenebris. ſ. inferni uultus geſtientes, ideſt exultantes, & geſtu gaudia ſua prodentes, coonſortione. ideſt ob ſortionem ſimilem fati, ideſt mortis. Saneq;, ideſt eſt & ſane, ubi idem amor & maximus (quia non eſt maior dilectio q̃ q s aiam pro dilecto ſuo ponat) & honeſtiſſimus, quia legitimus eſt, Præſtat. i. melius eſt aliquanto, qđ dñi aliquatenus, iungi morte. i. ꝑ mortẽ in altera uita (ſed euãgelium nos docet in altera uita futuros ſicut angelos dei hoc Cælibes oẽs, quod uocabulum à Cælo deductum inæpte propterea diximus) quàm diſtrahi, ideſt diſſolui uita. ſ.

hac

hac temporali.

De Iulia Caii Cæſaris Filia.

COnſimilis affectus Iuliæ C. Cæſaris filiæ annotatus eſt: quæ, cum ædilitiis comitiis Pompeii Magni coniugis ſui ueſtem cruore reperſam e campo domum relatam uidiſſet: territa metu ne qua uis, ei eſſet allata: exanimis concidit: partumq́, quem utero conceptum habebat: ſubita animi conſternatione et graui dolore corporis eiicere coacta eſt, atq́ ita expirauit. magno quidem cum totius terrarũ orbis detrimento. cuius tranquillitas tot ciuilium bellorum truculentiſſimo furore perturbata non eſſet: ſi Cæſaris, & Pompeii concordia, communis ſanguinis uinculo, conſtricta manſiſſet.

De Porcia Catonis filia Vxore Bruti.

TVos quoq́ caſtiſſimos ignes Porcia M. Catonis filia cuncta ſecula debita admiratione proſequũtur. quæ cum apud Philippos uictum, & interemptum uirum tuum Brutum cognoſceres, quia ferrum non dabatur: ardentes ore carbones haurire nõ dubitaſti: muliebri ſpiritu uirilem patris exitum imitata. Sed neſcio an hoc fortius, quòd ille uſitato, tu nouo genere mortis abſumpta es.

Externa.

SVnt & alienigeni amores iuſti, obſcuritate ignorantię nõobruti: ex quibus paucos attigiſſe ſa. is erit. Gentis Cariæ Regina Arthemiſia uirum ſuũ Mauſolum fato abſumptũ, quantopere deſyderarit: leue eſt, poſt conquiſitorum omnis generis honorum, monimentiq́ uſq́ ad ſeptem miracula prouecti magnificentiã, argumentari. Q uid enim aut eos colligas: aut de illo inclyto tumulo loquare: cum ipſa Mauſoli uiuũ, ac ſpirans ſepulchrum fieri concupierit: corũ teſtimonio, qui illam extincti oſſa potioni aſperſa, bibiſſe tradunt.

OLIVERIVS.

COnſimilis affectus Iuliæ. Iulia Põpei moritur Pl. in Vita Pompei ſic tradit. comitiis ædilitiis cũ manus qdã cõſeruiſſent, & circa Pompeiũ multi cecidiſſent, cruore cælorum perfuſus, ueſtes mutauit. & cum multus ſeruorum tumultus ad ædes eius fieret, inter ferendum ueſtes, puella p̃gnans uiſa cruenta toga cõcidit, nec multo poſt abortiuũ enixa, periit. ☞ Aedilitiis co. Quibus creabantur Aediles. ☞ E cãpo, ſcilicet Martio, ubi habebantur comicia. ☞ Exanimis, mortua. nã inter exanimẽ & exanimatũ. hoc intereſt, q̃ exanimus dicitur mortuus Vir. Exanimumq́ auro corpus uendebat Achilles. Exanimatus uero, metuens & perterritus, Idem Exanimata ſequens impigeret agmia muris. ☞ Cõſternatione. Mentis conturbatione, non conſternatus mente perturbatus & ſubito caſu perterritus à ſternuto deduct. quia cũ ſternutamus toto corpore commouemur. ☞ Orbis detrimento, quia poſt huius mortem ſecuta ſunt bella ciuilia inter Cæſarẽ, & Põpeiũ q̃ totum terrarum orbem graui clade concuſſerunt ☞ Communis ſãguinis uinculo. Hac una ſcilicet affinitate, quia ſi uixiſſet Iulia potuit Pompeium cũ ſocero patrem ſuum, in perpetua concordia tenere.

ASCENSIVS.

COnſimilis &c. Ordo eſt Affectus Iuliæ filiæ C. Cæſaris eſt notatus, id eſt obſeruatus, & inuẽtus conſimilis, ſcilicet affectui prædictorum in amore coniugali. quæ cũ uidiſſet comitiis ædilitiis, id eſt quibus ædiles creãdi erant, ueſtem Pompeii magni cõiugis, id eſt mariti ſui relatã domũ e cãpo. ſ. Martio, reſperſam cruore, territa metu, id eſt ob metũ, ne qua uis, id eſt uiolentia eſſet allata ei, ſcilicet cõiugi ſuo, concidit exanimis, id eſt ſine anima, id eſt uitæ ſigno. & coacta eſt eiicere ſubita conſternatione animi & graui dolore corporis, partum, id eſt fœtum quem habebat conceptum utero, atq́ expirauit, id eſt uitam efflauit. ita id eſt in tali dolore. quidẽ, id eſt certe, Cum Magno detrimento orbis terrarum, cuius, ſcilicet orbis terrarum tranquillitas, non eſſet perturbata truculẽtiſſimo furore tot bellorum ciuilium, ſi concordia Cæſaris, & Pompeii manſiſſet conſtricta uinculo communis ſanguinis, ſcilicet liberorũ Iuliæ, ſi abortiuum non emiſiſſet partũ.

THEOPHILVS.

HAc una affinitate. Inde Lucanus Pharſaliæ primo. Nã pignora iũcti Sanguinis, & duro ferales omine tedas Abſtulit ad manes par[illegible]rum Iulia ſcæua Intercepta manu. q̃d ſi tibi fata dediſſẽt. Maiores in lucẽ horas, tu ſola ſurẽtẽ, Inde uiũ poteras, atq́ hic retinere parẽtẽ, Armataſq́ manus excuſſo iungere ferro.

OLIVERIVS.

TVos quoq́ caſtiſſimos ignes Porcia. Porcia Catõis filia uirum ſuum Brutum tantopere amauit. ut audita eius morte, cũ illi ſupereſſe nullo modo uellet, nec ferrum daretur, quo ſe transfigeret, nã ab ea omne telorum genus à domeſticis hoc ipſum timentibus fuerat amotum, bonam ipſa mortis uiam inuenerit, nam carbones ignitos auidiſſime hauſit, & nouo leti genere conſumpta eſt. hæc ut in capi. de fortitudine diximus, cognito uiri cõſilio quod de interficiendo Cæſare cum Caſſio cæperat, priuſq̃ tm̃ facinus aggrederetur Brutus, experiri uoluit nunquid poſſet fortiter mori, ſi res marito infeliciter ceſſiſſet. & accepta nouacula ſimulans ungues uelle p̃cidere manum ſibi non leuiter ſauciauit. ☞ Ignes caſtiſſimos, amores pudiciſſimos. Virgil. Et cæco carpit igni, id eſt amore. ☞ Admiratione, non ſolum laude. ☞ Virũ Brutum cognoſceres, Marcus Brutus, ut quidam uolunt ſeruiliæ Catonis ſororis filius, Porciam Catonis (defuncto priore marito) duxit uxorem. ☞ Philippos. ſ. cãpos uidelicet i Theſſalia. ☞ Victum, ab Antonio & Auguſto. ☞ Patris exitum quia ſicut pater. ſ. Cato uticenſis poſt reipublicæ p̃tes i Africa profligatas, ubi uidit nullã ſibi libertatis ſpẽ eẽ relictã, maluit ſibi fortiter mortem inferre, q̃ in Tyranni ſeruitutem concedere. ita tu ò Porcia uiriles magis quam muliebres animos gerens, ſed fortaſſe facinus tuũ aliquan: o forti⁹ fuit patris facinore, nã ille uſitato modo moriendi occidit, ſcilicet gladio, tu uero inuſitato genere mortis, id eſt carbonibus.

ASCENSIVS.

TVos quoq́ &c. Ordo eſt. O' porcia filia Mar. Catonis, cuncta ſecula proſequẽtur debita admiratione quoq́, id eſt etiã tuos ignes .i. amores caſtiſſimos, q̃a coniugales. q̃ cũ agnoſceres Brutũ uiũ tuũ uictũ. ſ. ab Auguſto & interemptũ. ſ. apud Philippos locũ illũ in Theſſalia, nõ lõge à Pharſalia, nõ dubitaſti haurire .i. in os tuũ & guttur ingerere carbones ardentes, q̃a ferrum .i. inſtrumentũ ferreum .i. quo te occidere poſſes, non dabatur. Imitata, id eſt imitans ſpiritu muliebri exitum uirilẽ patris, ſcilicet Catonis, qui ſe apud Vticam interemerat. Sed neſcio, an ſupple feceris fortius hoc, q̃ ille ſcilicet pater tuus Cato Vticenſis ſupple abſumptus eſt genere mortis uſitato ſcilicet à multis, q̃a multi ſibi ferro uitam ademerunt, tu autẽ abſumpta es, id eſt de medio uiuentium ſublata, nouo, id eſt inſolito, & inaudito genere mortis, uidelicet ſuffocãdo ſpiritũ, carbonibus in os congeſtis.

OLIVERIVS.

SVnt & alienigeni. tranſit ad externa, quorũ primũ eſt Arthemiſiæ reginæ. filiæ Ligdami Alicarnaſei, & uxoris Mauſoli regis cariæ, quæ uirum amaſſe fertur ſupra oẽs

amorum fabulas, ultraq; affectionẽ humanæ fidem. Mauſolus autem fuit, ut Cicero refert, rex terræ cariæ, ut quidam hiſtoriarũ græcarum ſcriptores prouinciæ græciæ præfectus, quem græci σατράπην uocant. Is Mauſolus ubi fato perfunctus eſt inter lamenta & manus uxoris funere magnifico ſepultus eſt. Arthemiſia luctu & deſiderio mariti flagrans, oſſa cineremq; eius mixta odorib⁹ contuſaq; in pulueris faciẽ aquæ indidit, ebibitq;. multaq; alia uiolentis amoris indicia feciſſe dicitur, molita quoq; eſt ingenti impetu operis, conſeruandæ mariti memoriæ cauſa, ſepulchrum illud memoratiſſimum dignatumq; numerari inter ſeptem omnium terrarum ſpectacula. id monumentum Arthemiſia cũ diis manibus ſacris Mauſoli dicaret, Agona, id eſt certamen laudibus eius dicundis fecit, poſuitq; pręmia pecuniæ, aliarumq; rerũ bonarum ampliſſima. Ad eas laudes decantandas ueniſſe dicuntur Theopompus, Theodectes, & Naucratites, & ut quidam uolunt Iſocrates. huius autem certaminis uictorem Theopompum fuiſſe tradunt. Is fuit Iſocratis diſcipulus. Cic. Tuſcula. lib. iii. Et Arthemiſia, inquit, illa Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ nobile illud Halicarnaſi fecit ſepulchrum quoad uixit, ſemper uixit in luctu, eodemq; etiam confecta contabuit. huic erat illi opinio quotidie recens. q̃ tũ deniq; appellabatur recens cum uetuſtate exaruit. Strabo libro. xiiii. cum Halicarnaſus, inquit principum cariæ regia, quæ prius zephira, hoc in loco eſt Mauſoli ſepulchrum unum è ſeptem ſpectaculis, quod illi Arthemiſia uxor conſtruxit. Item paulo inferius, nã Hecatonus cariæ rex tres habuit filios Mauſolũ, Idreũ, & Pyxodarum, & filias duas, è quibus Arthemiſia grandior Mauſolo ex fratribus grandiori nupſit, ſecundo uiro Idreo altera ſoror data eſt nomie Ada. Mauſolus itaq; regnauit. quo mortuo, uxor imperium habuit, quæ illi ſepulchrum conſtruxit. Arthemiſia tabe conſumpta propter luctum, quem ex uiro ſuo ſuſceperat, hæc Strabo. qui non conuenit cum Herodoto de Arthemiſia. nam Herodotus lib. hiſtoriarũ . viii. dicit Arthemiſiam ligdami Halicarnaſei, non Hecatoni cariæ regis filiam fuiſſe. ❡ Ad ſeptem miracula prouecti, Pli. libro. xxxvi. naturalis hiſtoriæ hoc inter ſeptem mundi miracula connumerari dicit. Sculptoſq; fuiſſe, à quatuor hominum præſtãtiſſimis. Scopa, Brya, Thimoteo, & Leochare, patere ab auſtro & ſeptentrione ſexagenos ternos pedes. Breuius à frontibus. toto circuitu pedes q̃drigentenos undecim, attoli in altitudinem. xxv. cubitis, cingi columnis. xxxvi. ab oriente cælaſſe Scopam, à Septentrione Bryam, à meridie Thimoteum, ab occaſu Leocharem. & ſubiungit. Arthemiſiam reginam tãti operis auctorem opere nondum abſoluto periiſſe. Sculptores tamen inde non receſſiſſe, niſi prius perfecto opere, quod ſuæ gloriæ. & ipſorum arti perpetuum monimentum fore uiderent. Cuius rei multi meminere ſcriptores, atq; poetæ.

Tumulo, quem ipſa concupierit fieri ſepulchrum Mauſoli. ſ. mariti ſui uiuã ac ſpirans. i. ſpiritum uitalem ducens, teſtimonio eorum, qui tradunt illam bibiſſe oſſa. ſ. mariti extinc̃ti aſperſa potioni. i. potui ſui, quaſi dicat non poſſe fortius argumentum afferri.

❡ De Hipſicratea Vxore Mithridatis.

Hipſicratea quoque Regina Mithridatẽ coniugem ſuum effuſis charitatis habenis amauit. propter quem præcipuum formæ ſuæ decorem in habitum uirilẽ cõuertere uoluptatis loco habuit. tonſis enim capillis equo ſe, & armis aſſueſecit: quo facilius laboribus, & periculis eius intereſſet. quinetiam victũ à Cn. Pom. per efferatas gentes fugientẽ, animo pariter, & corpore infatigabili ſecuta eſt. cuius tanta fides aſperarum, atq; difficilium rerũ Mithridati maximum ſolatium, & iucundiſſimũ fuit lenimentũ fuit. cũ domo enim, & penatibus vagari ſe credidit vxore ſimul exulante.

ASCENSIVS.

Svnt. &c. Ordo eſt, Amores alienigẽ, id eſt aliunde geniti & obſeruati, ſunt iuſti, non obruti obſcuritate ignorantiæ, ex quibus ſcilicet inſtitutis externis, ſatis erit attigiſſe id eſt paucis abſoluiſſe paucos, unde incipiens narrare dicit. Arthemiſia regina gentis cariæ, quantopere, id eſt quantum impenſe deſiderauerit, Mauſolum (ſeu Mauſeolũ) abſumptũ, id eſt ablatum fato, id eſt morte, leue eſt. id eſt facile argumentari, id eſt probare, poſt magnificentiã. id eſt magnificam impenſam honorum omnis generis, & monimenti, ſcilicet ſepulchri prouecti, Vſq; ad ſeptem miracula, id eſt euſq; ut inter ſeptem miracula mundi annumeraretur. Quid enim, id eſt nam quid, id eſt ſed quid, aut colligas eos, ſcilicet honores omnis generis cõquiſitos, aut loquare de illo inclyto

OLIVERIVS

Hipſicratea quoq;. De effuſo amore Hipſicrateæ reginæ uxoris Mithridatis regis Ponti dicit, quæ mutato fœmineo cultu, ſpretoq; matronali decore cuius auidæ nimium ſolent eſſe mulieres, uirilem habitum ſumpſit, capillos incidit, equos & arma tractauit, ut in omni fortuna uirũ ſequi poſſet, quem à Põ. ſuperatum per ſolitudines & barbaras gẽtes fugientẽ, mira q̃dã animi & corporis fortitudine comitata eſt, hæc ſibi diſſuadẽti ultro dixiſſe fert. quos ſors una cõiũxit his debet quores cũq; cadat unũ & cõe periculum, una ſalus ambobus eẽ. Hic Mithridates Ponti & Bythyniæ rex inclytus fuit, de quo Plin. lib. xxv. nat. hiſt. ſic tradit, Mithridates maximus ſua ætate regũ quem debellauit Põpeius omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus uitæ fuiſſe, argumẽtis præterq̃ fama intelligitur. uñ ei excogitatũ quotidie uenenum bibere, preſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. de cuius memoria paulo infra ſic inquit, illũ ſolum mortalium Mithridatem. xxii. linguis locutum certũ eſt, nec ſubiectis gentibus ullum hominẽ p interpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. quod & Gellius & Solinus affirmauit, qui quod maius ẽ unum quemq; ſuo nomine ex tot millibus appellare ſolitum fuiſſe dicunt, proinde lingua & oratione uniuſcuiuſq; non minus ſcite quã ſi gẽtilis eius fuiſſet, locutum fuiſſe. De cuius morte uaria tradunt auctores. nam alii dicunt uictum à Pompe. cum ſibi mortẽ inferre decreuiſſet, uiolentiſſima uenena ſumpſiſſe, deniq; gladio ſe trãſfixiſſe. Pli. de uiris illuſtribus dicit illũ uenenũ ſumpſiſſe, quo tarde agente, percuſſorem Gallum atroci uultu territum reuocaſſe, in cædem ſuam manum trepidantis adiuuiſſe. Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum fuiſſe aſſerunt, quorum opinionem Luca. ſecutus eſt ii. pri. cum dixit. Poſt cilicaſq; uagos. & lapſi pontica regis. Prælia Barbarico uix conſumata ueneno. ❡ Mithridatem. con. ſunt qui dicant non Mithridatis uxorem fuiſſe ſed concubinam, cuius ſententiæ ẽ plut. in uita pom. ❡ Tonſis cap. more uirorum. ❡ Efferatas, crudeles, & Barbaras.

ASCENSIVS.

Hipſicratea quoq; regina. ſ. ponti amauit Mithridatem coniugem. i. maritum ſuum habenis charitatis effuſis. i. late extenſis, ſicut equus effuſis habenis late excurrit, propter quẽ ſcilicet coniugem ſuum ipſa habuit loco uoluptatis, conuertere præcipuum decorem formæ ſuæ ſ. muliebris in habitum uirilem. Enim pro quia, capillis tonſis. i. poſtquam more uirili, totonderat capillos, ipſa aſſueſecit ſe equo & armis, quo id eſt ideo ut intereſſet facilius laboribus, & periculis eius ſcilicet mariti ſui. Quin etiam, id eſt inſuper ipſa ſecuta eſt animo pariter, & corpore indefatigabili, aut infatigabili, ſup. maritum uictum à Cneo pompeio ſcilicet magno, fugientem per gentes efferatas. i. immanes. Cuius, ſcilicet uxoris fides, tanta. i. tam magna fuit Mithridati maximum ſolatium, & iocundiſſimum lenimentum rerum aſperarum atq; difficilium. Credidit enim ſe uagari cum domo, & penatibus, uxore ſimul exulante, id eſt eo quod uxor ſimul exularet.

OLIVERIVS.

Verum

Verum quid Aſiā? propter Arthemiſiam. ⁋ Quid latebras, pon. ſi. propter Hipſicrateam Mithridatis uxorem. ⁋ Totius Græciæ decus. Nam Lacedæmones aliquando græcorum principes fuere, ſubactis Athenienſibus. ⁋ Specimen. Experimentum. ⁋ Tantum non, peculiare Valerii

Tm nō dictu in ferme.

ASCENSIVS.

Verum, ideſt ſed. quid. ideſt ad quid ſcrutor Aſiam in qua fuit Arthemiſia, quid ſcrutor immenſas ſolitudines Barbariæ, quid latebras, ideſt ſinus pontici, in quo Hipſicratea fuit: cum Lacedæmon, ideſt Sparta, ſplendidiſſimum decus totius græciæ, oſtentet oculis noſtris præcipuū ſpecimen, ideſt experimentum, & approbamentum fidei uxoriæ, tantum nō, ideſt (ut Oliuerius interpretatur) ferme, ſed ſic mihi exponendum uidetur, oſtentet, tantum non ideſt nō ſolum oculis noſtris ſpecimē præcipuum fidei uxoriæ, ſed comparandum pluriimis, & maximis laudibus patriæ ſuæ, admiratione. i. pp admirationem facti.

De Lacedæmone.

Verum quid Aſiam, quid barbariæ immenſas ſolitudines, quid latebras pontici ſinus ſcrutor? Cum ſplēdidiſſimum totius Gręcię decus Lacedæmon pręcipuum uxoriæ fidei ſpecimen tantum non noſtris oſtētet oculis, plurimis, & maximis patriæ ſuę laudibus admiratione facti comparandum.

De Minyis.

Minyæ, quorum origo ex inclyto ſociorum Iaſonis numero lemniorum in inſula concepta, per aliquot ſęculorum uices ſtabilis in ſe de manſerat: a pelaſgicis expulſi armis, alienæ opis indigentes, excelſa Taygetorum montium iuga ſupplices occuparunt. quos ſpartana ciuitas reſpectu Tyndaridarum (namq; in illo nobilis famæ nauigio deſtinatum ſyderibus par fratrum fulſerat) deductos inde, legibus, commodiſq; ſuis immiſcuit. Sed hoc tantum beneficium in iniuriam bene meritę urbis regnum affectantes uerterunt. Igitur publicæ cuſtodiæ incluſi, capitali ſeruabantur ſupplicio. quod cum uetere e inſtituto Lacedæmoniorum, nocturno tempore paſſuri eſſent, coniuges eorum illuſtris ſanguinis, ibi uelut allocuturæ perituros uiros, impetrato à cuſtodibus aditu, carcerē intrarunt: commutataq; ueſte, per ſimulationem doloris, uelatis capitibus eos abire paſſæ ſunt. Hoc loco quid aliud adiecerim quàm dignas fuiſſe, quibus Minyæ nuberent?

OLIVERIVS.

Minyæ quorū origo Minyæ populi Theſſaliæ unacum Iaſon & cæteris argonautis ad inſulam Colchos nauigarunt, ad aureum uellus rapiēdum. Vnde Oui. lib. vii. Meta. Iāq; fretum Miniæ Pegaſea puppe ſecabāt. in reditu ſuo Lemnum inſulam tenuerunt, in qua diu cum habitaſſent orta ſeditione inde pulſi à Pelaſgis, Taygetarum montes occupauerunt. quos Spartani commiſeratione commoti cum nobilitate gētis, tum memoria Tyndaridarū, q Spartani fuere & Iaſonis comites, q̄ſi cōſanguineos eos benigne ſuſceptos ciuitate donarunt, quinetiam uirgines ex nobiliſſimis lacedæmonum natas, matrimonio iūxere. Hi poſtea cū magnas opes adepti eēnt, ad eā inſaniā uenere, ut rēp. occupare uellēt qd cum Spartani ſenſiſſent, eos in carcerē cōiecerūt, & capite damnarūt. uxores eorū mutata forte, illosq; à morte uindicarunt. ſimulantes enim ſe uelle perituros uiros extremum alloq, carcerem īgreſſæ, ueſtes cum uiris mutarunt, quo habitu illi tecti incolumes aufugere. ⁋ Concepta in ſu. ibi enim argonautæ benigne excepti fuere ab Hiſiphile regina Lēni. ⁋ Taygetorum mon. Montes ſunt laconiæ inter Lacedæmona & mare poſiti. & declinatur Taygetus ti. Luc. gelidiq; inculta iuuentus Tayged. Virg. uero taygeta dixit li. Geor. ii. Virginibus bacchata lacenis Taygeta, Sed li. iii. Taygetus declinauit. Vt taygetiq; canes domitrixq; Epidaurus equoum. ⁋ Reſpectu t. ſ. Caſtoris & Pollucis, qui Iouis & Ledæ filii fuerunt. Leda uero tyndar. uxor, quæ cum Ioue ſub Cygni forma concubuit, & gemina. peperit oua, ex quorum altero nati ſunt Pollux & Caſtor, ex altero Helena & Clytemneſtra, ergo Tyndarus horum fuit non uerus, ſed putatiuus pater. ⁋ Deſtinatum ſi. quia Pollux & Caſtor dicuntur inter ſidera fuiſſe relati. ⁋ Par fratrum, quia gemini fuerunt eodem partu nati. ⁋ Legibus cō. Quia fuerunt ciuitate donati. ⁋ Publicæ cuſt. in carcere, nam græci φυλακὴν dicunt cuſtodiam, & carcerem. ⁋ Nocturno tem. mos erat Lacedæmoniorum nocturno tempore de noxiis ſumere ſupplicium. ⁋ Illuſtris, ſanguinis. Quia nati ex nobiliſſimis Lacedæmonum erant.

ASCENSIVS.

Eiuſmodi eſt, quod ſubinfertur exemplum non quidē de Minyis, ſed de Lacenis in Minyas. unde dicit ſic. Minyæ (quorum origo ex inclyto numero ſociorum Iaſ. ad uellus aureum tendentis, concepta, ideſt ſimul hoſpitio accepta, in inſula Lemniorum, manſerat per aliquot uices. i. uiciſſitudies ſæculorum ſtabilis in ſede i. habitatione firma) expulſi. ſ. è Lēno, armis pelaſgicis & ſup. indigentis opis alienæ occupauerūt ſupplices excelſa iuga. i. ſūmitates mon. Tayg. q ſunt in Laconia, quos ciuitas Spartana, hoc eſt Lacedæmon reſpectu. i. ob reſpectum Tyndar. ſcilicet Caſ. & Pol. qui etiā cum Argonautis fuerunt, & ex Leda lacena muliere orti, unde addit quaſi per parēthesim (namq; par fratrum, ſcilicet Caſtor & Pol. Deſtinatum, ſcilicet à diis ſiderib⁹, ideſt ut inter ſidera aliquando collocentur ubi gemini ſignum cōſtituūt, fulſerat in illo nauigio nobilis famæ, ut de quo plurimi ſcripſerunt) Immiſcuit deductos inde, ideſt ex illis montibus, legibus, & cōmodis ſuis, hoc eſt ciuitate donauit, ſed ſupple Minyæ uerterunt hoc beneficium in iniuriam, affectantes regnum urbis bene meritæ ſupple de ſe, hoc eſt Lacedæmōis. Igitur ipſi incluſi publicæ cuſtodiæ ſeruabantur ſupplicio capitali, ideſt donec de illis ſupplicium capitale ſumeretur, qd ſcilicet ſupplicium cū paſſuri eſſent tempore nocturno, uetere. i. ex uetere inſtituto. i. more Lacedæmoniorum, qui occulte ſuſtulerunt noxios, & palā decorauerunt probos, coniuges eorum illuſtris ſanguinis, ibi, ideſt apud Lacedæmonem, intrauerunt carcerem, impetrato aditu à cuſtodibus, uelut allocuturæ uiros perituros. ſ. ea nocte. & ueſte commutata ſcilicet cum maritis, paſſæ ſunt eos abire capitibus uelatis per ſimulationem doloris, unde putem legendum paſſi ſunt. ſ. cuſtodes, putantes fœminas eſſe & capita ob dolorē inuoluiſſe, quod uiri fecerunt, ne barbis, aut uirili facie proderentur. poteſt tamen legi, paſſæ ſunt, quia ipſæ pro illis remanſerunt. Quid adiecerim. i. adiicere debuerim huic loco, ideſt ad hoc factum, aliud quàm lacenas illas fuiſſe dignas, qbus Minyæ nuberent, & ita ipſæ uiri eſſent? q. d. nihil.

THEOPHILVS

Minyæ, Quum tyrrhenorum manus imbrum lēnūq; inſulas occupaſſent, ex athicis mulieribus liberos ſuſceperunt. Hos poſtea Athenien. ut ſemibarbaros ex inſulis exegerunt, hi Tænarum profecti, quum ſeruili bello Spartanis egregiā nauaſſēt, operam in ciuitaté conditione atq; ipſi erant recepti, connubia contraxerunt. excluſi tñ ab honoribus, & à curia, uenerunt in ſuſpitionem, quaſi res nouas molirentur, eaq; de cauſa compræhenſi tenebantur in cuſtodia donec habita queſtione compertiq; carnifici traderētur. Interea eorum coniuges in cuſtodiam ſæpe uenire, ſupplíciter orare, contendere, ut ad uiros admitterentur, ægre tandē impetrauerunt Itaq; eorum conſiliorum, raptim cum matronis mutata ueſte, uelatiq; caput muliebrem in modum è carcere ſe pronpuerunt. hiſtoriam ſcribit Plut. & Macedo. Polyænus in. vii. Strategematon.

OLIVERIVS.

COntēplemur nunc amicitiæ. Nō diſcedit à cōſuetudine ſua Vale. ut ad ea. tranſiturus præfationem præmittat, in qua rem de qua dicturus ſit, cōmendet. Hoc ꝓhœmio laudat amicitiā q̃ ſanguinis neceſſitudini pſtare dicit. quod & Ci. in li. de amicitia ſentit, & Iſocrates affirmat. Sunt autem q dubitent in numero uirtutū ponēda ne ſit amicitia q̃a dn̄t uirtutes de genere bonorum eē, q̃ ꝓꝑ ſe expetūtur, amicitiā uero non ꝓꝑ ſe, ſed propter aliud expetitur uidelicet ꝓꝑ utilitatē, nā oēs uolūt amicos hr̄e diuites & potentes, u n̄ utilitatē cōſeq poſſint. nō igitur in numero uirtutū dn̄t eā ponendā Sed alii, q uim amicitiæ & ꝓprietatē altius intuentur, et uera de amicitia ſentiunt, dn̄t oino īter uirtutes eē cōnumerādā q̃a nō ꝓꝑ aliud ſed ꝓꝑ ſe appetatur uera amicitia, fructū q; amicitiæ uolunt ipſam amicitiā eē. q᷑ ēt Ci. li. de amicitia, & dr natura deorū ſentit dicit .n. Caꝑ eſt ipm amoris uerbū ex quo amicitiæ nomen ductū eſt, q̃ ſi ad fructū nr̄m referamus, non ad eoꝝ cōmoda quos diligimus, non erit iſta amicitia ſed mercatura quædā ſuaꝝ utilitatū. ſicū ſubiūgit, & arua, & pecudū greges iſto modo diligūtur, q᷑ fructus, ex his capiuntur. hoim charitas & amicitia gratuita eſt, q̃to igitur magis deorū, q nulla re egentes īter ſe diligunt, & hoibus cōſulūt? Q̃d uero ꝓping ate pſtet, hoc mō ꝓbat Ci. q᷑ ex propinq̄tate beneuolentia tolli pt, ex amicitia nō pt; ſublata .n. beniuolentia amicitiæ nomen tollitur, ꝓpinq̄tatis remanet. ergo illud in quo neceſſario beneuolētia ꝑmanet, anpōnēdū eſt ei, à quo beneuolētia remoueri pt, atq; amicitia eiuſmodi ē. eſt āt amicitia, ut à Ci. diffinitur, diuinaꝝ humanaꝝq; reꝝ bñuolētia, & charitate cōſenſio. Sal. uero. idē uelle & idē nolle uerā eē dixit amicitiā. Vī cōiūctionē ℾ Infe. Immo ut dicimus anpōnēdū, ut ſit, liptote. ℾ For. o. Ita quoq; So. ſentit, q ī deligēdis amicis *αιρειν αναγκης κρειττον* eē cēſet. i. electionē neceſſitate meliorē. ℾ Itaq; cæ. Minus .n. rep̄henſionis hēt q reſpuit ꝓpinquū q̃ amicū. ℾ Auerſere, ꝑ auerſeris cōtemnis q̄ſi tueri nolis, ℾ Altera. ſ. ꝓpinq̄tas, q̃ nō ſine iniq̄tate dirimitur ℾ Altera. ſ. amicitia q̃ delectā reſpuit, ab īcōſtātia & leuitate ꝓficiſcitur. Cīcta, Inſtructa, & q̄ſi munita. ℾ Syncerę ſi. Puræ, & nō ſimulatæ. ℾ In reb. ad. Reuera ita ē. Nullū n. ueræ amicitiæ teſtimoniū certius, & maius eē pt, q̃ ī aduerſis rebus ſꝑ amicis adeſſe, nā ut, igt, Ci ſicut hyrūdies æſtiuo tpe pſto adſunt, ſupueniēte frigore pulſæ recedūt, ita falſi amici ſereno tpe uitæ pſto ſūt & iuuāt, ſimulatq; hyemē fortunæ uiderint, deuolāt oēs, ac deſerūt ℾ Quicq̄d præ. Nihil eſt q̄d à te ſpare non poſſit q fueris ēt ī aduerſis opitulatus, ℾ Accedit Adiūgitur ℾ Præſidii, ut ſuccurrant. ℾ Solatii, Vt recreent, & cōſolentur. ℾ Infractæ fortunæ, ꝑ ualde fractæ fortunæ, nā in auget hoc loco Vir. Turnus ut īfractos aduerſus Marte latinos. ℾ Nemo de Sardanapali familiaribus. Incipit exēplo, ꝓbare, q̄d p̄fatione dixit. Sardanapalus rex ultimus Aſſyriorū fuit muliere corruptior, ad quē uidēdū, q᷑ nemini cōcedebat, cō pſectus eius Arbactus noie, quē medis ꝑpoſuerat, magna ambitione ut īromitteretur ægre obtinuiſſet, inuenit eum inter ſcortorum greges purpuratū colo filantem, & muliebri habitu cum mollitie corporis, & oculoꝝ laſciuia oēs fœminas anteccedentē pēſa ēt inter uirgines partientē. q̄bus uiſis indignatus, tali fœminæ, tātos uiros eſſe ſubiectos, tractantiq; lana, ferrū & arma hn̄tes parere, progreſſus ad ſocios. quid uiderit refert, negat ſe ei parere poſſe, q ſe fœminā malit eē q̃ uirū. fit igitur cōiuratio, bellū Sardanapalo infertur, quo ille audito, nō ut uir regnū defēſurus, ſed metu mortis, ut mulieres ſolent, primo latebras circūſpicit, mox deīn cū paucis, & īcōpoſitis ī bellū ꝓgredit. Vict' ī regiā ſe recepit ubi extructa, īcēſaq; Pyra, & ſe & diuitias ſuas ꝑcipitauit ī ignē, hōc ſolū īmitatus uiꝝ. ſed ante q̃ moreretur iuſſit (teſte Ci. lib. v. Tuſ.) uerba hæc buſtui ſuo īſcribi, Hæc habui q̃ edi, q̃q; exaturata libido hauſit. Alia iacent, multa & p̄clara relicta. Scribitur āt ſimplici. l. & habet accētū ī penul. q̃ ſanē ꝓducit. Iuue. ī ſa: vra. oibus in terris, & Venere & cænis & plumis Sardanapali. Strab. li. xiiii. Eſt Anchiale. igt. paulo ſupra maſſita Sardanap. opus, ut Ariſt. ſcri. ubi Sardanapali monimētum eſt, Et lapidea ſtatua, q̃ dexteræ manus digitos cōmittit, & quaſi cōplodit. q̄dā dn̄t ibi epigrāma eē aſſyriis literis īſculptū, hmōi. Sarda. Anacyndraxis filius, Anchilē & Tarſū una die cōdidit. Ede bibe lude & cū te mortalē noris pn̄ub' ex ple delitiis animū, poſt mortē nulla uoluptas. nāq; ego ſum puluis, q nup tāta tenebam. hæc hēo q̃ edi, q̃q; exaturata. libido, hauſit. At illa manent, multa & præclara relicta, hoc ſapiens uitæ mortalibus eſt documētū. Chœrilus hoꝝ meminit. ℾ Hore. Py. Pylades hore. īter admodū pauca uerorū amicoꝝ ꝑia numerātur. q ut à Pacuuio īroducūtur, cū ī tauricā regionē ueniſſēt deponēdi furoris gr̃a quo p' cæſā mrem, uexabatur Hore. & à rege cōp̄hēſi eēnt, q᷑ ſimulachrū Palladis idē auferre uoluiſſent, idq; culpa Hore. foret. q cū Iphigenia ſorore cōuenerat de furto, capitiaq; eū dānaſſet, tāto ſe inuicē amore tenebāt, ut cū rex uellet Hore. īterficere, nec uter eoꝝ eēt cognoſceret, Pylades ſe Hore. eē aſſeuerabat, ut ꝑ Hore. interficeretur, nec minus Horeſtes ſe profitebatur, ut erat. de his ergo nulla ætas cōticeſſet. Tul. ī Lælio. cū ignorāte uter eſſet Hore. Pyladeſq; ſe Horeſtem eſſe diceret, ut ille necaret, Horeſtes āt ita, ut erat Horeſtem ſe eſſe aſſeueraret, ſtantes plaudebant in re ficta. ℾ Horeſtes Pylade notior, cum quo nutritus perpetuo uixit, & illum Pylades in furorem uerſum. ut, inquit, Virg. & furiis agitatus Horeſtes, diu furere nō eſt paſſus, ſed eum ad tauricam regionē deduxit. Vnde Ouidi. lib. ii. de Pon. Affuit inſano Iuuenis Phocæus Horeſti, Martialis. Te fingente nefas Pylade odiſſet Horeſtes. ASCEN.

Sardanapalus ī Aſſiria

De Amicitia. Caput VII.

COntemplemur nunc amicitię uinculum potens & præualidum, neq; ulla ex parte ſanguinis uirib' inferius. hoc etiam certius, & exploratius: quia illud naſcendi ſors fortuitum opus, hoc uniuſcuiuſq; ſolido iudicio incoacta uoluntas contrahit. Itaq; celerius ſine reprehenſione propinquum auerſere: quā amicum. q̃a altera direptioni utiq; iniquitatis: altera leuitatis crimini ſubiecta eſt. Cū enim deſerta ſit futura uita hominis nullius amicitiæ cincta p̄ſidio: tā neceſſarium ſubſidium temere aſſumi non debet: ſemel autem apprehenſum, recte, ſperni non conuenit. Syncerę uero fidei amici præcipue in aduerſis rebus cognoſcuntur: in quibus quicquid præſtatur, totum à conſtanti beneuolentia proficiſcitur: felicitatis cultus: maiore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certe ſuſpectus ē perinde ac plus ſemper petat, quàm impendat. Accendit huc quòd infractæ fortunæ homines, magis amicorū ſtudia deſyderāt, uel preſidii, uel ſolatii gratia. Nam læta quidem & proſpera negotia, utpote cum diuina ſuffragatione foueantur: humana minus indigent. Tenacius igitur eorū nomina poſteritatis memoria apprehendit: qui aduerſos amicorum caſus non deſeruerunt: quā qui proſperum uitæ curſum comitati ſunt. Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur. Horeſtes Pylade pene amico, quàm Agamēnone patre notior eſt. Siquidem illorum amicitia in conſortiōe delitiarum, & luxuriæ contabuit: horum duræ, atq; aſperæ conditionis ſolatium, ipſarum miſeriarum experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum domeſticis prius liceat uti?

COntemplemur &c. Ingreditur narrationem de amicitia, in cuius præfatione eius laudes, & ſtatum in quo magis eniteat præſcribit dicens, Contemplemur. ſ. poſt coniugalem amorem, uinculū. i. colligationem, ſeu ligamen amicitiæ potens & p̄ualidū. i. in primis, aut p̄ ceteris uinculis humanis ualidū, neq; ulla ex ꝑte inferius. i. debilius, aut minus, uiribus ſanguinis. i. cōſanguinitatis, certius etiā & exploratius. i. euidentius, hoc. i. ꝓpterea q̃a, opus fortuitum naſcendi, (non q᷑ naſci fortuitum ſit, ſed q᷑ ſine tuo annixu uelis nolis aliquis tibi conſaugnineus ſit, amicus nō ſit) cōtrahit illud. ſ.

uinculum

uinculum ſanguinis, & ſup. uoluntas uniuſcuiuſq; inchoata ſolido i. integro iudicio, contrahit hoc. ſ. uinculũ amicitiæ. Itaq; i. & ita. tu auerſere. i. te auertendo ꝑ cõtemptum deſtituas celerius: i. facilius ſine reprehenſione propinquũ q̃ amicũ. quia altera. ſ. cõſanguinitatis direptio. i. ſeparatio eſt ſubiecta uniq; crimini iniquitatis, q̃a neceſſarios iure negare non potes, altera. ſ. amicitiæ direptio eſt ſubiecta crimini leuitatis. i. inconſtãtiæ & ſtultitiæ. unde grauius iudicat author crimẽ leuitatis q̃ iniquitatis. Nam omnis leuitas iniquitas eſt, ſed non econtrario. q. n. quã inuitus habet ſemp q; habuit coniunctionem direptã uelit, iniquus quodãmodo eſt, ſed nõ eſt leuis, nunq̃. n. uoluit q̃d nunc reſpuit. at q amicum, quem ſibi delegit, repellit; illi ſimul iniurius eſt & ſe leuitati alligat. Probat aũt author grauiꝰ eſſe peccatum leuitatis crimen in amicitia. Enim pro quia, eſt uita hois nullius. i. non ullius, non cincta. i. ſepta præſidio ullius amicitiæ ſit futura deſerta, ſubſidiũ tam neceſſarium non debet aſſumi temere. i. inconſiderate, aũt pro ſed, apprehenſũ ſemel recte. i. decenter, non cõuenit ſperni. ¶ Oſtẽdit aũt in quibus amicitia præcipue emineat. dicens. Vero pro ſed amici ſinceræ. i. integræ, aut incorruptæ fidei, cognoſcuntur præcipue in rebus aduerſis, in quibus q̃d præſtatur, totum ꝓficiſcitur i. oritur à beneuolentia cõſtanti. Cultus felicitatis. i. ueneratio hois felicis, erogatus ex parte maiore. i. magis, aut amplius adulationi, q̃ charitati, eſt certe ſuſpectus, peri deac. i. ueluti petat ſemp plus q̃ impendat. Accedit. i. additur huc. i. ad huius dicti approbationẽ, ꝙ hois fortunæ infractæ. i. multũ fractæ, magis deſiderãt ſtudia amicorũ, gratia uel ꝑſidii. i. ꝓtectionis, uel ſolatii. i. cõſolationis. Nã negotia q̃dem læta & ꝓſpera (utpotẽ cũ foueantur ſuffragatiõe. i. fauore, diuina, q̃a à deo eſt oẽ donũ ꝑfectũ) minus indigẽt hũana. ſ. ſuffragatione. Igitur memoria poſteritatis apprehendit tenacius. i. firmius noĩa corũ, q non deſeruerunt aduerſos caſus amicorũ, q̃ q comitati ſunt ꝓſperũ curſum uitæ. Nemo &c. ꝓbat q̃d uꝰ tio loco dixit, exemplis. Nemo. n. loq̃tur de familiaribus Sardanapali regis aſſyriorũ, q uſq; ad mortẽ, quã ſibi uiliter intulit ſp in delitiis effœminatiſſime uixerat. Horeſtes eſt pene notior Pylade amico, q ipſum i aduerſis nõ deſeruit, ſed furentẽ in tauricã uſq; regionẽ ꝓſecutus eſt, q̃ Agamẽn. patre, q tñ ſummus iperator in exercitu græcorũ ad Troiã fuit. Siquidẽ amicitia illorũ. ſ. familiarum Sardanapali, cũ eo cõtabuit. i. putruit, & uilis effecta eſt in cõſortione. i. ſimili uſurpatiõe delitiarũ & luxuriæ, Solatiũ duræ, atq; aſperæ cõditiõis horũ. ſ. Horeſtis & Pyladis enituit expimento ipſarũ miſeriarũ. Sed q̃d attingo externa, quũ liceat uel prius domeſticis? q. d. hæc nõ feciſſem, niſi ad dicti mei comprobationem. Redit ergo ad domeſtica dicens.

¶ De Tyb. Graccho, & Bloſio.

INimicus patriæ fuiſſe Gracchus exiſtimatus eſt: nec immerito: quia potentiam ſuam: ſaluti eius prætulerat. quam conſtantis tamen fidei, amicum etiam in hoc tam prauo propoſito C. Bloſium cumanum habuerit, operepretium eſt cognoſcere. hoſtis iudicatus: vltimo ſupplicio affectus, ſepulturæ honore ſpoliatus, beneuolentia tamen eius non caruit. Nam cum ſenatus Rutilio, & Lennati COSS. mandaſſet: vt in eos, qui cum Graccho conſenſerant: more maiorum animaduerterent: & ad Lælium cuius conſilio præcipue COSS. vtebantur: pro ſe Bloſius deprecatũ veniſſet: familiaritatisq; excuſatione vteretur: atque is dixiſſet: Quid ſi te Gracchus templo Iouis Opti. Maxi. faces ſubdere iuſſiſſet: obſecuturus ne uoluntati ipſius propter iſtam, quã iactas, familiaritatem, fuiſſes? Nunq̃ iſtud, inq̃t, Gracchus imperaſſet. ſatis: immo etiam nimium. totius nãq; ſenatus conſenſu damnatos mores defendere auſus eſt. Verum quod ſeq̃tur multo audacius, multoq; periculoſius. compreſſus enim perſeueranti interrogatione Lælii, in eodem conſtantiæ gradu ſtetit. ſeq; etiã hoc, ſi modo Gracchus annuiſſet, facturum reſpõdit. Quis illum ſceleratum putaſſet fuiſſe: ſi tacuiſſet? Quis etiam non ſapientẽ: ſi pro neceſſitate temporis locutus eſſet? At Bloſius nec ſilentio honeſto, nec prudenti ſermone, ſalutem ſuam: ne qua ex parte infelicis amicitiæ memoriam deſereret: tueri voluit.

uoluiſſet, nunquid feciſſes? tũ ille, nunq̃ id quidem uoluiſſet Gracchus, ſed ſi uoluiſſet paruiſſem. q̃ uox licet amicitiæ uim maximam habere uideatur, amentis tñ potius q̃ amantis fuiſſe iudicatur, cum in ipſo ſalutis diſcrimie, tã nefarium facinus profiteretur ſe fuiſſe facturum. & Hercle ita fecit, atq; ẽt pluſq̃ dixit, non enim ille paruit Tyberio Graccho, ſed præfuit, nec ſe comitẽ illius furoris, ſed ducẽ ꝓbuit. quo tandẽ cæſo, Bloſius ad Ariſtonicũ regẽ confugit, ꝓfligatis deinde rebus Ariſtonici mortẽ ſibi conſciuit, ut ait Cic. Itaq; hac amẽtia, q̃ õne noua perterritus in Aſiã profugit & ad hoſtes ſe cõtulit, ubi pœnas reip. graues, iuſtaſq; perſoluit. ¶ Bloſium cu. à Cumis ciuitate cãpaniæ iuxta baias. dicimus Cumanus na. nũ. Cumeus a. um. Virg. Vltima cumæi uenit iam carminis ætas. A como uero galliæ Ciſalpinæ ciuitate dicimus comenſis, & comenſe. ¶ Operepretiũ, utile. pulchrũ, & delectabile, ſed operepretium dr̃ utile, q̃a laboris p̃tium eſt ipſa utilitas. ¶ More maiorũ, quia maiores non ſolum principes alicuius coniurationis dãnarunt, ſed eorũ quoq; ſocios pari pœna puniendos eſſe cenſuerunt. ¶ Faces ſubderes, ſubiiceres faces, ut capitoliũ incenderes? ¶ Satis, immo nimiũ. Bloſius hoc uno riſo ſatis & pluſq̃ ſatis amicitiã teſtatus erat, cũ illius mores defenderet qui fuerant ab uniuerſo ſenatu dãnati. ¶ Cõpreſſus, cõſtrictus, coactus, quia Lælius perſeueranti interrogatione illũ urgebat. ¶ Annuiſſet. feciſſẽ, inq̃t, ſi mõ capite, uel oculis innuiſſet, nedũ uerbo iperaſſet.

OLIVERIVS.

INimicus p̃riæ. Sæpius dcm̃ eſt, duos Grac. Tyb. & Caium fratres ob grauiſſimas ſeditiones, q̃s i populo ſuis legibus excitabant, hoſtes à ſenatu fuiſſe iudicatos, & utrũq; à nobilitate cæſos, alterũ à Naſica, alterũ ab Opimio. horũ uero ſocios, & cõſiliorũ ꝑticipes pari rõne ſenatus dãnauit, & in eos more maiorũ aĩaduertendũ cẽſuit. C. itaq; Bloſius, q Ty. Gra. ſecutus fuerat, die dicta, cũ in ſenatũ ad Læl. cuius hoſpes erat, ꝓ ſe dep̃catũ ueniſſet, hãc ut ſibi ignoſceret cãm afferebat, ꝙ tãti Grac. feciſſet, ut q̃cq̃d ille uellet, ſibi faciendũ eẽ putaret. Cui Lælius, dic inquit. Si Gracchus te in capitoliũ faces ferre

Bloſii fides & amor in Gracchum.

ASCENSIVS.

INimicus &c. Gracchus. ſ. Tyberius exiſtimatus. i. iudicatus fuiſſe inimicus patriæ, ſcilicet Romæ, nec immerito, quia prætulerat, ideſt pluris æſtimauerat potentiam ſuam. i. propriam, ſaluti. i. q̃ ſalutem, eius. ſ. patriæ, tamen operepretium eſt cognoſcere q̃ conſtantis fidei amicum habuerit Caiũ Bloſium Cumanum, etiam in hoc tam prauo propoſito. Ipſe ſuppl. Gracchus, q̃ q̃ ſup. iudicatus hoſtis. ſ. patriæ, & affectus ultimo ſupplicio, ideſt occiſus & ſpoliatus honore ſepulturæ, tamen non caruit beneuolentia eius, ſcilicet Bloſii amici ſui. Nã cum ſenatus mandaſſet Rutilio & Lennati cõſulibus, ut animaduerterent more maiorum, ideſt uirgis cæſos ſecuri ſubiiciendo, in eos qui conſenſerant cum Graccho, & Bloſius ueniſſet ad Lælium. cuius conſilio conſules utebantur, præcipue deprecatur pro ſe. i. ne ſibi noxæ daretur ꝙ cum Graccho conſenſerat, & uteretur excuſatione familiaritatis. ſ. quam habuerat cũ Graccho, ita ut ab eo diſſentire non potuiſſet, atq; is. ſ. Lælius dixiſſet. Quid? modus interrogandi ſup. dicis. Si Gracchus iuſſiſſet, ideſt tibi, ſubdere. i. latenter & ab inferiori parte immittere, templo Iouis optimi maximi quod in capitolio erat, faces, ideſt tædas incenſas, fuiſti ne obſecuturus uoluntati ipſius. ſ. Gracchi, propter iſtam familiaritatem. ſ. tuam cum Graccho, quam iactas, ideſt iactanter allegas pro tui defenſione? inquit, ſcilicet Bloſius, ideſt reſpondit, Gracchus nunquã imperaſſet iſtud, ſcilicet quod iniquum eſſet Satis (inquit author) ſup. per hoc reſpondit, immo etiam nimium, namque pro quia auſus eſt defendere mores damnatos conſenſu totius ſenatus. dicendo enim Gracchum nunquam imperaturum fuiſſe quod malum eſt, ſignificauit illum nihil inique ſenſiſſe. Verum quod ſequitur eſt ſupp. dictũ audacius multo. Enim pro quia, ipſe Bloſius compreſſus perſeueranti interrogatione Lælii (dicebat enim Lælius eſto quod Grac

chus nunq̃ tale quid imperaſſet, ſi ſi imperaſſet, quid facturus fuiſſes?) ſtetit in eodē gradu conſtantiæ. & reſpondit ſe facturū ſup. fuiſſe, etiam hoc. ſ. incēdium capitolii, ſi modo Gracchus annuiſſet. i. uel ſolo nutu faciendum indicaſſet. Quis (inquit author) putaſſet illum. ſ. Bloſium fuiſſe ſceleratum. i. tam iniq animi, ſi tacuiſſet? q. d. nullus. Quis ēt non putaſſet ſapientem ſi fuiſſet locutus pro neceſſitate temporis. i. ſi dixiſſet, ſe propter amicum nihil iniquæ committere uoluiſſe? quæ prima lex in amicitia eſt apud Ciceronē in Lælio. At Bloſius nec uoluit tueri ſalutem ſuam, nec ſilentio honeſto, quia honeſte tacere potuit, propter uim amicitiæ, aut dicere neſcio quid facturus fuiſſem, & ita non oſtēdiſſet ſe ſceleratum, nec ſermone prudenti, utpotè reſpondendo ſe amicum coluiſſe uſq; ad deos & rempubli. idest nihil uelle, aut uoluiſſe facere, quod contra fas iuſtumq; eſſet, ne deſereret ex qua idest aliqua parte memoriam amicitiæ infelicis, utpotè unde nihil niſi perniciē tunc ſperare poterat.

OLIVERIVS.

Pōponius. In eadem domo æque robuſta Magnum fuit Bloſii conſtātis amicitiæ teſtimonium, quod uero ſequitur longe maius, & utrunq; in domo Gracchorum factum eſt. nam Pompo. & Lectorius tanta fide, & conſtantia ſunt G. Gracchi amicitiam proſecuti, ut pro illius protegenda ſalute mortem ultro oppetere non dubitauerint. nam poſt latas leges quas ſupra memorauimus, cū turbulentiſſimas in urbe ſeditiones excitaſſet, tandem ſenatui grauem, & intollerabilem L. Opimius conſul. cum armata manu tanquam hoſtē inſecutus eſt. hūc igitur fugientē Pō. & Lectorius ſuis corporibus protegere conati ſunt nā alter portam trigeminam occupauit, & perſequentium impetum ſolus tandiu ſuſtinuit, donec telis undiq; petitus & uulneribus confoſſus, expiraret.

Lectorius. Alter pontem ſublicium ſuis armis & corpore itercluſum donec Gracchus pertranſiret, non prius deſeruit q̃ multitudine obrutus, cōuerſo in ſe gladio, agili ſaltu ſe dedit in Tyberim.

Trigemina porta ❡ Trigemina porta. Dicta per quam trigemini fratres Horatii exierunt contra curiatios de ſumma imperii certaturi, ut inter imperatores conuenerat. Horatius cocles, qui Porſenæ regis exercitu tamdiu ſolus ſuſtinuit in pōte donec à tergo fractus pons, ꝓcluſuſq; hoſtibus aditus fuit, ut in capitulo de fortitudine diximus. Quam igitur charitatē in eo ponte Cocles patriæ præſtitit, eam Lectorius ſcelerato amico dedit. ❡ Materni aui, Scipionis ſuperioris.

ASCENSIVS.

In eadem domo & cætera. Proſequitur amicitiam Pomponii, & Lectorii oſtenſam. Caio. Graccho Tyberii fratri dicens. Exempla amicitiæ conſtantis æquærobuſta, idest fortia, oboriuntur idest occurrunt memoriæ, ut deſcribantur, in eadem domo, idest erga eandem domum. ſ. Gracchorū. Enim ꝓ q̃a, & cōſiliis & rebus Caii Gracchi ſeditionē mo-

❡ De C. Graccho, & Pompo. & Lectorio.

In eadem domo æque robuſta conſtantis amicitiæ exempla oboriuntur. proſtratis enim iam & perditis C. Gracchi cōſiliis, rebuſq;: cum tota eius conſpiratio late quereretur, deſertum omni auxilio, duo tantum amici Pomponius & Lectorius ab infeſtis, & undiq; ruentibus telis: oppoſitu corporum ſuorum texerunt. quorum Pomponius: quò is facilius euaderet: concitatum ſequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu accerrima pugna inhibuit. nec uiuus pelli potuit: ſed multis confectus vulneribus tranſitum ſuper cadauer ſuum eis (credo etiam poſt fata inuitus) dedit. Lectorius autem in ponte ſublicio conſtitit. & eum, donec Gracchus tranſiret: ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac vi iam multitudinis obrutus: conuerſo in ſe gladio: celeri ſaltu profundū Tyberis petiit. quam'q; in eo pōte charitatē toti patriæ Horatius Cocles exhibuerat: vnius amicitiæ, adiecta voluntaria morte præſtitit. q̃ bonos Gracchi: ſi aut patris, aut materni aui ſectam vitæ ingredi voluiſſent, habere milites potuerant? Quo enim impetu, qua perſeuerātia animi Bloſius, & Pomponius: & Lectorius trophæa ac triumphos eorum adiuuiſſent: furioſi conatus tam ſtrenui comites: ſiniſtris quidē auſpiciis amicitiæ conditionem ſecuti. ſed quo miſeriora, hoc certiora, fideliter cultæ nobilitatis exempla.

❡ De Lucio Rhegyno.

Lucius autem Rhegynus, ſi ad debitam publico miniſterio ſyncceritatem exigatur, poſteritatis conuitio lacerandus: ſi amicitiæ fido pignore æſtimetur, in optimo laudabilis conſcientiæ portu relinquendus eſt. Trib. enī plebis Cepionem in carcerem coniectum, quòd illius culpa exercitus noſter à Cimbris, & Theutonibus videbatur deletus: veteris, arctæque amicitiæ memor, publica cuſtodia liberauit: nec eatenus amicum egiſſe contentus: etiam fugæ eius comes acceſſit. Prò magnum & inexuperabile tuum numen amicitia: cum ex altera parte Reſpu. manum iniiceret: ex altera tua illum

uētis, iā proſtratis, & pērditis, cum tota eius conſpiratio. i. conſpiratorum collectio quæreretur. i. inquireretur, aut ad ſupplicium quereretur late, duo tantum amici uidelicet pompo. & Lectorius protexerunt eum deſertum. i. deſtitutum ſupple ab omni auxilio. ab infeſtis telis, & ruentibus, idest irruentibus in eum undiq;, oppoſitu, idest obiectu corporum ſuorum. Quorum. ſ. duorum, Pomponius quo idest iō ut is ſ. Caius gracchus euaderet facilius. inhibuit idest ſiſtere fecit aliquandiu, acerrima pugna in porta trigemina, ſic ab trigeminis Horatiis dicta, agmen concitatum. ſ. ad curſum ſequentium. ſ. Gracchum. nec potuit pelli. ſ. ab obiectu, uiuus. i. tantiſper, dum uiueret, ſed confectus multis uulneribus, dedit eis tranſitum ſuper cadauer ſuum, credo (inq̃t author) inuitus ēt poſt fata. i. mortem ſuam, Lectorius āt cōſtitit in ponte ſublicio & ſepſit. i. muniuit eum. ſ. pontem ardore ſpiritus ſui, donec Gracchus tranſiret eum, ac iam obruptus idest oppreſſus ui multitudinis gladio conuerſo in ſe ne uiuus in manus hoſtiles ueniret, petiit celeri ſaltu profundum Tyberis. quāq; . i. & quā (ſunt enī duæ particulæ) charitatem Hora. cocles exhibuerat. ſ. multo ante, ut tpe quo Porſena cum Tarquinio urbem oppugnauerat, toti patriæ. ſ. Romæ, eā ſup. hoc eſt ſimilē præſtitit amicitiæ unius, ſcilicet ciuis utpotè Caii grac. adiecta morte uolūtaria, cum cocles ſaluus enatauerit. Quā. i. ò quātum bonos milites potuerunt Gracchi habere, ſi uoluiſſent ingredi. i. ſequi ſectā. i. rōnem uiuendi, aut patris ſ. Tyberii Grac ſenioris, aut aui materni. ſ. Scip ſuperioris, cuius cornelia mater Gracchorū erat filia. q. d. optimos, enim ꝓ quia quo impetu, & qua ꝑſeuerantia ai, Bloſius amicus Tyberii mioris, & Pompo, & lectorius amici Caii Grac. adiuuiſſent trophea, ac triūphos eorū. ſ. Gracchorū, ſup. entes, aut cū fuerint iā ſtrenui comites furioſi conatus. ſ. Grac. contra ſenatus decreta ſeditionē molientiū ſecuti cōditionē amicitiæ? q dē. i. certe auſpiciis ſiniſtris. i. infauſtis incæptis, q a malum ſortita ſunt finē. Sed exēpla nobilitatis cultæ fideliter. ſ. ꝑ amicitiam, quò. i. q̃to ſup. ſunt miſeriora, hoc. i. tanto ſunt certiora, q a in aduerſitate facilius ꝑſpicitur amicitia, q̃ in proſperitate.

OLIVERIVS.

Lucius aūt Rhæginus. C. Manlius. & Q. Seruilus cepio proconſules aduerſus gallos, Cymbros, Senones, & Theutones miſſi prælio uicti, & binis caſtris exuti ſūt, militū millia. lxxx. cæſa ſcdm auctionē Cæpionis, cuius temeritate clades accepta fuerat, dānati & eorū bona publicata ſūt. Hic aūt Fabio ſucceſſerat, q rebus in Hiſpania ꝓſpere geſtis laibem impoſuerat, pace cū Viriato fugitiuorū duce æquis cōditionibus facta, q deinde Viriatus à ꝓditoribus, huius Seruilii Cepionis conſilio, interfectus eſt, ab exercitu ſuo multū deploratus, ac nobiliter ſepultus, uir duxq; magnus, & ꝑ tres & . xx. annos, quibus cum Ro. bella tractauit, frequenter ſuperior. hunc igitur Cepionē in uincula coniectum L. Rhe. ui amoris impulſus

dextra traheret: & illa vt ſacro ſanctus eſſe vellet: exigeret: tu exilium indiceres: adeo blādo vteris imperio: quod is ſupplicium honori prætulit. admirabile eſt opus tuum: ſed quod ſequitur aliquāto laudabilius. Recognoſce enim quouſq; Volumnii conſtantem erga amicum ſuum charitatē ſine vlla Reip. iniuria euexeris: qui ortus equeſtri loco, cum Marcum Lucullum familiariter coluiſſet: eumq; Marcus Antonius, quod Bruti, & Caſſii partes ſecutus fuerat: interemiſſet: in magna fugiendi licentia, exanimi amico adheſit: hucuſque in lachrimas, & gemitus profuſus, vt nimia pietate cauſam ſibi mortis acceſſeret. Nam propter præcipuam, & perſeuerātem lamentationem ad Antoniom pertractus eſt. cuius poſtq̄ in conſpectu ſtetit: iube me, inquit, imperator protinus ad luculli corpus perductum occidi. Neq; n. abſumpto illo ſupereſſe debeo, cū ei infelicis militiæ author extiterim. Quid hac fidelius beneuolentia? mortem amici, hoſtis odio leuauit: vitam ſuam, conſilii crimine aſtrinxit. quoq; illum mirabiliorem redderet: ſe fecit inuiſiorem. tāce difficiles Antonii aures habuit. ductuſq; quo voluerat: Luculli dexteram auide oſculatus: caput, quod abſciſſū iacebat: ſublatum pectori ſuo applicauit: ad deinde demiſſam ceruicem victoris gladio præbuit.

Amicitiæ uis. ris impulſus cuſtodia liberauit, & fugæ illi ſe comitem dedit. ¶ Prò magnum & inexuperabile tuum nomen. Ad amicitiā apoſtrophat tanquam ad cæleſte numem cuius potentiam nimiam eſſe dicit, ut cogere poſſit etiam homines pro ſe fideliter colenda, ea facile contemnere, quæ prima putant, opes, dignitates, honores, potentiam, ſalutem denicq; ipſam. ¶ Admirabile opus tuum, ſcilicet ò amicitia quod à L. Rhegy. factum eſt, fuit admirabile, ſed quod Volumnius iecit multo admirabilius. hic tā effuſis charitatis habenis M. Lucullum cōplexus eſt, ut bello ciuili, quod inter Anto. & Caſa. interſecto res geſtum eſt, cum M. Lucul. qui uolumnii conſilio Bruti et Caſſii partes ſecutus fuerat ab Anto. poſt profligatum exercitum fuiſſet interēptus, & idē Volumnius, qui cum illo erat è manibus hoſtium facile poſſet euadere, maluit cum amico pro libertate perire, q̄ ſine amico deſperata libertate ſupeſſe.

ASCENSIVS.

Lucius aūt Rhegynus. ſi exigatue .i. expetatue & poſtuletur ad ſyncenitatem debitam miniſterio publico, quia eum publicus eēt carceris aſſeruator, debebat eſſe fidelis, qđ quia non fuit, lacerādus ſup. eſt cōuitio poſteritatis. ſi æſtimetur. i. cenſeatur, & iudicetur, fido pignore amicitiæ. i. ſi factum eius ſic conſideretur ut dicatur amico fidelitatem exhibuiſſe, ipſe eſt relinquendus in optimo portu laudabilis cōſciētiæ. i. nequaq̄ uituperādus. Enim pro quia, ipſe tri. ple. liberauit publica cuſtodia. corpionem coniectum in carcerem, q̄ exercitus noſter. i. Ro. uidebatur deletus à cimbris, & Trutonicis culpa illius. liberauit dico memor ueteris, & arctæ amicitiæ, ſilicet cū cepio, eatenus ſeruatæ. nec contentus egiſſe. i. exhibuiſſe ſe amicum eatenus. i. uſq; ad liberationem amici, acceſſit etiam comes fugæ eius, Prò &c. Exclamat itaq; in amicitiam eius uires extolendo dicens. Proh aut melius pro, quia etiam interiecto h. & ch. caret. O Amicitia tuum numē ſupp. eſt magnum, & inexuperabile (quia fortis, ut mors dilectio) cum reſp. iniiceret manum ex altera parte, & tua dextera traheret illum. ſ. L. Rhegynum ex altera. ſ. parte. Et illa. ſ. reſp. exigeret, ut. ſ. Lucius ille, uellet eſſe ſacroſanctus. i. inuiolatus cum trib. ple. eſſet, & tu indiceres exilium, ut, ſcilicet amicum ſeruet, tu uteris adeo blando imperio, q̄ is prætulit ſuppliciū, hoc ē exilium uoluntarium. quod pro ſupplicio irrogari ſolet, honori. ſ. tribunitio. Igitur ſup. opus tuum eſt admirabile. ſ. in lucio Rhegyno, ſed quod ſequitur eſt ſup. laudabilius aliquāto. Recog. enim. perſtat in apoſtrophe ad amicitiam dicēs. O amicitia dico admirabilius eſſe, quod ſequitur. Enim pro quia, recognoſce i. recenſe. quia cum per ipſam factum ſit, manifeſtū eſt ſemel ſaltem cum fieret, nouiſſe, quouſq; euexeris charitatem Volū. conſtantē erga amicū ſuum, uidelicet lucullū. qui. ſ. uolūnius ortus locu eqſtri, quum coluiſſet familiariter M. L. & M. An. triūuir interemiſſet eū, q̄. i. eò q̄ ſecutus fuerat ſ. in bello ciuili. pe. s Bru. & caſ. percuſſorū cæ. adhæſit amico exanimi. i. manſit apud corpus amici ſ lucul. interempti, in magna licentia. i. facultate fugiendi, ꝓfuſus in lachrymas, & gemitus, hucuſq; i ad hūc finē, ut arceſſeret. i. excitaret & ꝓuocaret ſibi cām mortis, nimia pietate. i. ob nimiā pietatē i amicū ſuū, hoſtē An. Nā ipſe ꝑtractus eſt ad Ant ꝓpter præcipuam, & perſeuerantem lamentationem, quā. ſ. fecerat de morte Lucul. In Cuius. ſ. Anto. conſpectu poſtq̄ ſtetit inquit, Imperator iube me, ꝓtinus ductum ad corpus Luc. occidi. Neq; enim debeo ſupereſſe. i. ſuperuiuere, illo. ſ. luc. abſumpto. ſ. per necē. i. occiſo. i. poſtea q̄ ille occiſus eſt, cū ego extiterim ei author. i. hortator & inductor, militiæ infelicis. i. quā infeliciter geſſit Quid (inquit author) fidelius ſup. eſt hac beneuolētia? q. d. reuera dici ne pōt, nihil. Ipſe leuauit. i. deminorauit mortem amici. i. luc. odio hoſtis. ſ. An. i. dicendo ſe Luc. authorem ſuſcipiendi belli in Ant fuiſſe. trāſtulit odium Ant. ab illo in ſe, & aſtrinxit. i. obligauit uitam ſuam crimine conſilii. ſ. dati Luc. quòq;. i. & quo, ideſt ut (ſunt autem duæ particulæ quòq;) redderet. i. efficeret illum, ſcilicet amicum ſuū Luc. miſerabiliorem, ideſt maiore miſericordia dignum, fecit ſe inuiſiorem. i. magis inuiſum hoſti, nec habuit aures An. difficiles. i. inexorabiles, q̄. i. quia, ductus quo uoluerat. ad corpus Luc. oſculatus auide dexteram Luc. applicauit pectori ſuo caput, ſcilicet luc. quod iacebat abſciſſum, ac deinde præbuit gladio uictoris, ideſt miſſi à uictore, ceruicem. ſcilicet ſuā demiſſam, ut ferīretur.

¶ De Teſeo, & Pirithoo.

Loquatur nunc Græcia nefandis Theſea Pirithoi amoribus ſubſcribentem, Ditis ſe patris regnis commiſiſſe. vani eſt illud narrare, ſtulti credere. miſtum cruorem amicorum, & vulneribus innexa vulnera: mortemq; morti inhærentem videre: hæc vera Romanę amicitiæ indicia. illa gentis ad fingendū paratæ: monſtro ſimilia mendacia.

THEOPHILVS.

Aelius. antiqui codices habent, Cœlius.

OLIVERIVS.

Loquatur græcia. Oſtendit Romanorū. de quibus dixit amicitias fuiſſe pirithoo Theſeus ueras. Quæ autem de Pirithoo Theſeoq; traduntur à loquacibus græcis ficta, fabuloſaq; fuiſſe. ¶ Cōmixtū cruorem amicorum. Probat rationibus. Romanorū amicitias non fictas, nec ſimulatas, quippe qui non dubitarunt ꝓ ſuo quiſq; amico uitam effundere. ¶ Cruorē amicorum, ut Bloſii, Pomponii, Lectorii, & Volumnii.

ASCENSIVS.

Loquatur &c. per occaſionem de Volumnio ſumptam. ſubinfert exemplum externum quaſi ad comparationē adductū dicens. Loquatur græcia. i. loquacitate ſolita extollat Teſea filium ægei regis Athenarū, ſubſcribentem. i. adſtipulantem & ſuffragantem nefandis amoribus pirithoi. ſ. amici ſui, qui proſerpinam cereris filiam & orci. ſeu plutonis. i. regis inferorum, ut fabulæ prædicant, uel ut qui ad hiſtoriā referre, uolunt, contendunt, regis moloſſorum coniugem deperibat. unde cum eo Theſeus ad eam rapiendam deſcendit, ſed ambo capti dicuntur, & theſeus ab hercule tandem liberatus. commiſiſſe ſe regnis Ditis patris. i. deſcendiſſe ob amorē pirithoi ad inferos, nam narrare illud eſt uani i. pertinet ad uanum, & mendacem, & credere illud eſt ſtulti. Sed ſupple uidere cruorem amicorum, ut luculli & uolumnii, mixtum. id eſt confuſum, & uulnera innexa uulneribus, quia applicata ſunt uulnera poſterius cæſi, ad uulnera prius cæſi, hæc, ideſt huiuſmodi facta, ſunt uera indicia, amicitiæ Romanæ. illa, ſcilicet quæ de Theſeo & pirithoo fabulantur græci, ſunt mendacia, ſimilia monſtro. ideſt penitus incredibilia, gentis, ſcilicet græcanicæ paratæ ad fingendum. quo uitio ſemper notata fuit græcia.

OLIVERIVS.

LVcius quoq; Petronius. hoc fuit ciuili bello, quod à Cinna & mario poſt eorum exiliū factum eſt. nā cum Placentiam urbē expugnaſſent, cui præpoſitus Aelius ab Octauio conſule fuerat, ne in ptāte hoſtiū ille ueniret, Petronium amicum ſuū orauit, ut ſibi mortem inferret priuſq̄ in ſeruitutē deueniret. Ille primo Aeliū ab ea ſnīa reuocare, & ad ultā hortari conatus eſt. quod ubi uidit efficere nō poſſe, amicum interemit, ſeq; illi comitē dedit ne illi à quo multa uirtutis inſignia acceperat, ſuperſtes eſſet. ¶ Ad auxiliū dextræ. Petronii confugit. ut Petronius eius amicus ipſum interimeret ut non ab hoſtibus occideref.

Petrōii fidū pectus.

ASCENSIVS.

LVcius quoq; Petroni⁹ uendicat .i. ut propriā ſibi aſſumit, conſortionem .i. participationē huius laudis .ſ. ſeruatæ fideliter amicitiæ. enim pro ga, par .i. æqualis portio gloriæ aſſerenda eſt, pari .i. æquali auſu inclytæ .i. glorioſæ amicitiæ. Ipſe ſup. nat⁹ loco admodū .i. ualde humili .i. abiecta domo, peruenerat beneficio Publii Cœlii ad ordinē equeſtrem & ad ſtipendia militiæ ſplendidæ .i. egregiæ, qualis eſt equeſtris. Cui .ſ. Cœlio. quia non cōtigerat exhibere aium gratum i materia læta .i. obiecto læto, præſtitit ſup. animū gratū i ea .ſ. materia, quā fortuna uoluit eſſe iniquā .i. uirtuti eius inæqualem, pſtitit dico cum multa fide, idest fidelitate. Quam rē narrare incipiens dicit, Cœlius erat pp oſitus placentiæ .i. illi oppido in ducatu Mediolanenſi, ab Octauio conſule, qua .ſ. Placentia urbe capta ſupp. ab exercitu Cinnano .i. quem Cinna ductabat, ipſe .ſ. cœlius iā ſenior, & affectus graui ualitudine .i. infirmitate, ne ueniret in ptātē hoſtium, confugit ad auxiliū dextræ Petronii. quem ſcilicet Cœlium, Is ſcilicet Petronius conatus fruſtra abſtrahere ab conſilio incœpto .ſ. ſe interficiendi, interemit pſeuerantem in iiſdem præcibus, ſcilicet ut ab eo, & nō ad hoſte interimeretur. & iunxit cædi eius .ſ. Cœlii amici ſui, ſuam .ſ. cædem, quia ſeipſum quoq; interemit, ne ſupereſſet, eo .ſ. Cœlio p quem aſſecutus fuerat omnia incrementa dignitatis, iacente, idest interempto. Ita idest & ſic uerecundia, ne hoſti ſupplicare cogeretur, præbuit cauſam, idest occaſionem fato, idest neci alterius, ſcilicet Cœlii & pietas .ſ. ne amico interempto ſuper uiueret, præbuit fato alterius .ſ. Petronii cauſam. Idest occaſionem.

¶ De Lucio Petronio.

LVcius quoq; Petronius huiuſce laudis conſortionem merito vendicat. pari enim inclytæ amicitiæ auſu, par gloriæ portio aſſerēda eſt. admodū humili loco natus, ad equeſtrem ordinem, & ſplendidæ militiæ ſtipendia publii Cœlii beneficio peruenerat. cui gratum animum, quia in materia læta exhibere non contigerat: in ea quam iniq̄ fortuna eſſe voluit: cum multa fide præſtitit. erat ab Octauio COS. placentiæ præpoſitus Cœlius, qua Cinnano exercitu capta, & ſenior iam, & graui valetudine affectus, ne in poteſtatem hoſtium veniret: ad auxiliū dextræ Petronii confugit. quem is ab incepto cōſilio fruſtra conatus abſtrahere: in iiſdem perſeuerantem precibus, interemit, cædiq; eius ſuam iunxit: ne eo iacente, per quē omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat: ſupereſſet. Ita alterius fato verecundia: alterius pietas cauſam præbuit.

¶ De Seruio Terentio.

IVngendus eſt Petronio Seruius Terentius: q̄q̄ ei ſicut cupierat, pro amico ſuo perire nō contigit. Incepto namq; egregio, non irrito euentu æſtimari debet: quia quantum in illo fuit, & ipſe extinctus eſt, & D. Brutus periculum euaſit mortis. qui fugiens à Mutina, vt ad ſe interficiendum ab Antonio miſſos equites aduenisse cognouit: quodam in loco iuſtæ pœne debitū ſpiritum tenebris furari conabatur. eoq; iam facta irruptione, Terentius fideli mendacio obſcuritate ipſa ſuffragāte, Brutum ſe eſſe ſimulauit: & corpus ſuum trucidādum equitibus obiecit. Verum cognitus à Furio, cui brutianæ vltionis officium mandatum fuerat: nece ſua, amici ſuppliciū diſcutere nō potuit. ſic inuitus fortuna cogente uixit.

¶ De Decimo Lælio, & M. Agrippa.

AB hoc horrido, & triſti pertinacis amicitiæ, ad lætum, & ſerenum vultum trāſeamus: atq; inde eā euocatam, vbi omnīa lachrymis, gemitu, cædibus, fuerāt referta: in eo, quo dignior eſt, felicitatis domicilio collocemus, gratia, honore, abundantiſſimiſq; opibus, fulgente. Orere igitur

¶ Furari, à morte ſurripere.
¶ Suffragāte. nam tenebræ opitulabantur mendatio eius.

ASCENSIVS.

IVngēdus eſt. ordo eſt. Seruius Terent. amicus Decii Bruti eſt iungendus propter ſimilem affectionem ſ amicum, Petronio, de quo iam dictum eſt, q̄q̄ non contigit ei pīre p amico ſicut cupierat. nāq; pro quia Teren. ſup. debet æſtimari, idest iudicari egregio incœpto, idest propter egregium incœptum, & non euentu irrito, idest fruſtrato, unde ſappho. Careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta notanda putat. nō enim qualiter euenit, ſed quo animo & conſilio incœptū ſit, æſtimari debet (ſunt qui addūt hoc loco opere, ſed meo iudicio uacat, unde Aldus ſuſtulit, nō enim ordo uidetur, opere egregio incœpto, ipſum opus non debet &c quia ſic textus haberet, irrito euētu æſtimari non debet, ut illud nō ponatur ad uerbum debet, quod poſitū eſt ad nomen euentu.) quia q̄tū fuit in illo .ſ. Ter. & .i. ēt ipſe extinctus eſt, ut .ſ. Petronius, & Decius Brutus euaſit periculū mortis, dicit q̄tū fuit in illo, q2 aliter euenit. nā ipſe ſaluatus eſt, & Brutus perit. Qui .ſ. Decius Brutus fugiens à Mutina, ut .i. poſtq̄ cognouit eqtes miſſos ab Antonio .ſ. triūuiro, ad interficiendū ſe aduenisse .i. applicitos eſſe aut adeſſe, & inſtaſi conabatur in quodā loco .ſ. occulto, furari .i. furtī ſubtrahere ſpūm .i. ſuū, debitū pœne iuſtæ ob interfectū Cæſarē, qd ſolita adulatione dicit. & irruptione facta .ſ. ab equitibus miſſis eo .i. ad eum locum, Terent. ſ. Seruius ſimulauit ſe eſſe Brutum .ſ. Decium (nam Marcus poſtea in Pharſalia periit) mendatio fideli .i. ex fide, quam amico ſeruatā uoluit orto, & hoc ipſa obſcuritate .ſ. loci ſuffragante .i. ſimulationem adiuuante, & obiecit equitibus corpus ſuū trucidandum. Verum ipſe Terent. cognitus à furio, cui officium ultionis Brutianæ .i. de Bruto ſumendæ, erat mandatum .ſ. ab Antonio, non potuit diſcutere nece .i. cæde ſua, ſuppliciū amici, & ſic ipſe uixit inuitus fortuna cogente.

OLIVERIVS.

IVngendus eſt Petronio. Non minora ueræ beneuolentiæ & charitatis indicia Terētius Bruto, q̄ Petronius Aelio pſtitiſſe uidetur. nam Teren. quantum in ſe fuit, Brutum à morte uendicauit, quamquam id fortuna noluerit. deuictis enim Bruti Caſſiiq; partibus quas Decius Brutus ſecutus fuerat, miſſi ſunt Brutum è tenebris ad cædem extracturi. quod ubi ſenſit Teren. qui Brutum comitabatur, ut eum à morte liberaret. ſeſe morti libenter expoſuit, interfectoribus occurrens, ſeq; Brutum eſſe affirmans. ſed cognita eius uoce, incolumem dimiſerunt, & Brutum ad necem extraxerunt. de cuius morte dicemus in cap. de cupiditate uitæ lib. ix. ¶ Non irrito euentu, Licet non uenerit, quod ille inceperat, non euentum, ſed illius factum, & uoluntatem exiſtimandam eſſe duco.

Bruti fatum

OLIVERIVS.

AB hoc horrido. In hoc ultimo domeſticorum exemplo charitatem & amicitiam Lælii cum Scipione, & Agrippæ cum Auguſto, ſancte fideliterq; cultam multis laudibus extollit. dicit autem, non eſſe de amicitia q̄ in triſtibus rebus cognita fuerit ulterius dicendum, ſed ad iocundiorem ſtilum reuocandū, ut eam quoq; amicitiā commemoremus q̄ in felicitatis domicilio collocata, iocūdos ſenſit

amicorum

ab illa, quæ ſanctorum umbris dicata eſſe creditur: ſede, hinc Decime Læli, illinc Ma. Agrippa, alterum uirorum, alterum deorum maximū amicum & certa mente, & ſecundis ominibus ſortiti: totumq; beatæ turbæ gregem, qui ueſtro ductu ueneranda ſynceræ fidei ſtipendia, laudibus, & ꝓmiis onuſtus peregit, in lucem uobiſcū protrahite. ueſtros enim cōſtantes animos, ueſtra ſtrenua miniſteria, ueſtram inexpugnabilem taciturnitatem, proq; dignitate, & ſalute amicorum perpetuā excubationem teſtatiorem beneuolentiam, & rurſus harum rerū uberrimos fructus, poſterior intuens ætas, in excolēdo iure amicitiæ, quàm libentius, tam etiam religioſius erit operata. Hęret animus in domeſticis: ſed aliena quoq; beneſacta referre, Romanæ urbis cādor hortatur.

¶ Externa.

DAmon & pythias pythagoricæ prudentiæ ſacris iniciati, tā fidelem inter ſe amicitiam iunxerunt: ut cū alterum ex his Dyoniſius Syracuſanus interficere uellet, atq; is tempus ab eo, quo prius, quā periret, domum profectus res ſuas ordinaret, impetrauiſſet: alter uadē ſe pro reditu eiꝰ tyranno dare nō dubitauit. ſolutus erat periculo mortis, qui modo gladio ceruices ſubiectas habuerat. idemq; caput ſuum ſubiecerat: cui ſecuro uiuere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionyſius, nouæ, atq; ancipitis rei exitum ſpeculabantur. appropinquāte deinde finita die, nec illo redeunte, unuſquiſq; ſtultitiæ tam temerarium ſponſorem dānabat. at is nihil ſe de amici cōſtantia metuere prędicabat. eodem autem momento, & hora, à Dionyſio cōſtituta, qui eā acceperat: ſuperuenit. admiratus amborum animum tyrānus ſuplicium fidei remiſit. Inſuperq; eos rogauit: ut ſe in ſocietatem amicitiæ, tertium ſodalicii gradum ultima culturum beneuolentia reciperent. Hæ ſane uires amicitię, mortis contēptum ingenerare: uitæ dulcedinem extinguere: crudelitatem manſuefacere: odium in amorem conuertere: pœnam beneficio penſare potuerunt. qbus penè tm̄ uenerationis, quantū deorum imortaliū cerimoniis debetur. Illis .n. publica ſalus, iis priuata cōtinetur. atq; ut illarū ædes ſacra domicilia: harū fida hoium pectora, quaſi quodā ſancto ſpiritu referta templa ſunt.

amicorum affectus, qualis fuit Scipionis, & Lælii, Auguſti, & Agrippæ. nam Lælius ita Scipionem coluiſſe & à Scipione cultus ipſe fertur, ut inter uerorum amicorum paria cōnumerari merito poſſint. quod idem Auguſto eueniſſe dicit Vale. quippe inter quos ſumma fuerit omnium rerum & uoluntatū conſenſio. Nam & Agrippa ſororem Auguſti in matrimonium duxit, & in adminiſtratione regni par illi fuiſſe ꝑpemodum creditur. unde Virg. Remo cum fratre Quirinus, Iura dabunt. nam teſte Seruio. de Auguſto, & Agrippa ibi intelligitur. & in bello quod contra Cleopatram & M. Antonium geſtum eſt, Auguſtus dextrū, Agrippa ſiniſtrum cornu retinentes, paribus auſpitiis uictoriam pepererunt, unde Virgil. Parte alia uentis, & diis Agrippa ſecundis ¶ Pertinacis amicitiæ quam inter ſe homines nō modo perſeueranter, ſed etiam pertinaciter ad mortem uſq; ſeruauerint. ¶ Dignior. Digna quidem eſt amicitia, quæ in lætis et ſecundis rebus potius uerſetur, q̄ in triſti commemoratione memoretur. ¶ Vmbris ſanctorū. propter Auguſtum, quem inter deos retulere Romani. imperatores autem in capitolio ſedes habuere, quia colebantur pro diis. Scipio uero capitoliū quotidie luce orta petebat, & cum Ioue colloquium habere credebatur. ¶ Veſtros enim conſtantes animos. cum intelligēt, inquit poſteri, quæ uos amicitiæ iure ſeruaueritis, eiuſdem ſanctiſſima uincula, libentius ſanctiuſq; colere non dubitabunt. ¶ Taciturnitatem, in cælandis archanis. ¶ Excubationem, uigilantiam, quia pro ornando colendoq; amico aſſidue uigilabant. ¶ Hæret animus, non poſſum, inquit Vale. à Ro. exēplis diſcedere, Sed ſplendor & fides Ro. aliis benefactis non inuidens, me hortatur, ne exterorum charitatem, & amicitiā, ſilentio prætermittam.

Pertinax Amicitia.

Excubatio.

ASCENSIVS.

AB hoc horrido. Tranſiens ab amicitia in rebus triſtibus offenſa, affert duo paria amicorum in rebus lætis ſumma ſe beneuolentia proſecuturorum, Auguſti, uidelicet & agrippæ, & Lælii, ac Scipionis maioris. Ordo eſt. Tranſeamus ab hoc horrido, & triſti ſup. uultu amicitiæ pertinacis, ideſt perſiſtentis ad mortem uſq; etiam incluſiue, ad uultum lætum & ſerenum, ſcilicet amicitiæ. atq; collocemus eam, ſcilicet amicitiam euocatam inde, ideſt ab eo loco ubi omnia fuerant referta lachrimis, gemitu, & cædibus, in eo domicilio felicitatis, quo ipſa amicitia eſt dignior, ideſt qui locus eſt illi magis debitus, utpotè in loco fulgente gratia, honore, & opibus abundantiſſimis, quæ omnia erant in amicis quos dicturus eſt. Igitur orire, aut ut alii legunt orere, (ſed frequentius eſſe quartæ indicat infinitiuus oriri) ideſt egredere, aut exi ab illa ſede, ſcilicet capitolina aut potius cœleſti ſeu eliſia, quæ creditur eſſe dicata umbris ſanctorum, quales credebantur Auguſtus & Scipio Iouis ſatu (ut uulgo credebatur) ortus. dico potius cœleſti, eo quod dicit umbris, nam capitolina eſt uiuis peruia, & non umbris, ſed ſtatuis defunctorum. dicerem præterea, ò Decime Læli, orire hic nam ad uocatiuum ſequentem ſpectat ue uerbū orire, quod ē imperatiui modi adhortatiuæ poſitū, niſi malis ad amicitiam referre, ut ſit duplex apoſtrophe. orire inquam hinc .i. ex una pte aut uno pari amicorum, ò Decime Læli, & orire illinc .i. ex altera parte, ò M. Agrippa, fortiti .i. qui uos duo ſortiti eſtis, alter .i. tu ò Læli ſortitus es maximū uirorum .ſ. Scipionē amicum .i. quod dicunt in amicum (nam pro amico non approbem dicendum.) & alter .ſ. tu ò Agrippa ſup. ſortite, maximū deorum uidelicet Auguſtum amicum, .i. in amicū. & .i. ſimul certa mente .i. cōſilio, iudicio, & electione, ne fortuitum putemusq; tales ſorte ſint amicos, & ſecundis .i. proſperis oibus. .i. futuræ uitæ præſagiis, quia iudicio bono aſpirauit ēt ſortūa. orire inquam & tu, hoc eſt orimini & protrahite uobiſcum ī lucem .i. claram memoriam, totū gregem beatæ turbæ .i. omnes alios feliciter amicitia uſos, q. ſ. grex onuſtus laudibus & ꝓmiis, peregit ueneranda ſtipendia ſinceræ fidei .i. honeſtæ militauit pro obſeruanda ſincera fide, ueſtro ductu .i. auſpicio & ꝓſidio, qd̄ probans addit. Enī quia ætas poſterior intuens ueſtros aios cōſtantes, ueſtra ſtrenua miniſteria .i. mutua obſequia ueſtram taciturnitatem inexpugnabilem (quia ad amicū maxime pertinet ſecreta amici ſibi cōmunicata alios celare, itē beneficia non exprobrare, qa ut dicit Cicero, odioſum eſt ſane genus hoīum officia exprobrātium) & ꝑpetuam excubationē .i. uigilantiam continuam pro dignitate & ſalute amicorum, & beneuolentiā teſtatiorē .i. magis cōprobatā q̄ cæterorū, aut ualde comprobatā & teſtatam, & rurſus intuēs uberrimos fructus harū rerū .i. quos ex his rebus, hoc eſt ex hac obſeruantia amicorū aſſecuti eſtis, erit operata .i. operabitur, aut erat .i. iā fuerat operata .i. exercita, in colendo iure amicitiæ, quàm .i. q̄to libētius, tā .i. tanto ēt religioſiꝰ .i. ſanctius, & idō qa reliqui pene amici ueſtri ſūt aſſeclæ, protrahite eos uobiſcū. quo dicto innuit, ſe de aliis domeſticis exemplis nihil amplius dicturū, ubi ēt addit. Aius hæret .i. fixus eſt ī domeſticis .ſ. exēplis, ſed candor .i. puritas à liuore inuidiæ urbis Ro. hortatur .ſ. me referre quoq; .i. ēt beneficia aliena.

OLIVERIVS

DAmon & Pythias. horū amicitia ſic ab omnibus celebratur, ut principatū inter omnia amicorū paria obtinere uideatur. nā cum alterū eorū Dionyſius Syracuſanus interficere uellet, ſuſpitione uidelicet ꝓditiōis, alter ſe mortis uadē ꝓſtare nō dubitauit, tantiſp dū à cōponēdis rebus ſuis domū profectus reuerteretur. fuit aūt Dionyſio tyranno nihil uſquam fidum, de quo Cicero in Tuſcula. Quantopere uero amicitias deſiderauit, quarum infidelitatem extimeſcebat, declarauit in pythagoræis illis duobus, quoꝝ cum alterum uadem mortis accepiſſet, alter ut uadē ſuū liberaret preſto fuiſſet

Damō pythias

ad horam morti deſtinatam, utinam inquit tertius uobis amicus aſcriberer. Idem lib. de officiis. Damonem, inquit, & Pythiam pythagoræos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe, ut cũ eorum alteri Dionyſius Tyrannus diem necis deſtinaſſet, & is q̃ morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorũ ſuorum cauſa poſtulaſſet, uas factus eſt alter, eius ſiſtendi, ut ſi ille non reuertiſſet, moriendũ eſſet ipſi. qui cum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorũ fidẽ tyrannus, petiuit ut ſe tertium ad amicitiã aſcriberent. ⁋ Initiati, dedicati enim erant præceptis Pythagoræ Samii. ⁋ Vadem, ſponſorem. ⁋ Suppliciũ fidei re. Quia tam fidelem animum uita donauit. ⁋ Inſuper. præterq̃ q̧ ſupplicium remiſit. De his quoq̧ Lact. lib. v. diuinarum inſtitu. quid ergo inq̃t illi familiares pythagoræi laudantur à nobis, quorum alter ſe tyranno uadem mortis pro altero dedit, alter ad præſtitutum tp̃s cum iam ſpõſor eius duceretur, præſentiam ſui fecit, eumq̧ interuentu ſuo liberauit? quorum uirtus in tãta gloria non haberetur, cũ alter pro amico, alter pro fide mori uoluerit, ſi ſtulti putarẽtur. denique hac ipſa uirtute tyrannus his gratias retulit utrunq̧ ſeruando, & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt. quinetiam deprecatus eſſe dicitur, ut ſe tertium in amicitia reciperent, non utiq̧ tanquam ſtultos, ſed tanquã bonos & ſapientes uiros. itaq̧ non uideo quare cum pro amicitia & fide mori ſumma gloria computetur, non etiam pro innocentia perire homini ſit glorioſum. ⁋ Hæc ſane uires amicitiæ. Laudat uires amicitiæ Vale. quas diuinitati prope ſimiles eſſe dicit, quod ab his ea prouenĩãt, quæ à diis immortalibus conſueuerunt. multa, ſcilicet miranda, ut mortem contemnere, uitam non appetere, crudelitatem lenire, odiũ in beneuolentiam conuertere, beneficium ꝓ pœna recompẽſare. ⁋ Mortis contemptum. Vt Lucius Petronius. & alii qui pro amicis mori non dubitarunt. ⁋ Crudeli, ut Damon & Pythias, qui crudeliſſimum tyrannum lenierũt. ⁋ Pœnam beneficio penſare, Vt Dionyſius, qui mortem remiſit fidei Damonis, & Pythiæ. ⁋ Odium in amorem conuertere, ut idem Dionyſius qui quos morti deſtinauerat, paulopoſt orare cepit, ut ſe tertium in eorum amicitiam admitterent. ⁋ Illis, ſcilicet cerimoniis. ⁋ His, ſcilicet uiribus amicitiæ. ⁋ Publica ſalus. qa dii omnium ſalutem tuentur. ⁋ Priuatæ, quia amici ſe inuicẽ auxilio ſuſtentant. ⁋ Atq̧ ut illarum ædes. Oſtendit non minus uenerandas eſſe uires amicitiæ, q̃ deos ipſos. nam dii ſacra templa, amicitiarum uires, fida hominum pectora, quaſi ſancto ſpiritu referta domicilia, tenent. nam in fidis hominum pectoribus conſiſtit amicitia.

ASCENSIVS.

Damon & Pythias initiati ſacris prudentiæ Pythagoricæ, ideſt ſolenni more inſtituti prudentia Pythagoræ, & ad eius profeſſionẽ recepti (unde quos licẽtiatos in theologia, aut iure, aut philoſophia dicunt, honeſtius initiatos in eis dicunt) iunxerunt inter ſe amicitiam tam fidelẽ, ut quum Dionyſius Syracuſanus, ſcilicet tyrannus uellet interficere alterum ex iis, aut ex eis, atq̧ is, ſcilicet quem uolebat interficere, impetraſſet ab eo, ſcilicet Diony. tempus, ideſt ſpatiũ uitæ, quo ſcilicet tempore profectus domũ, ordinaret res ſuas ſcilicet domeſticas, priuſq̃ periret, alter, ſcilicet amicorum, non dubitauit dare tyranno ſe uadem. i. ſponſorem ad uadentis. i. abeuntis pœnam abnoxium, niſi rediret, pro reditu eius. ſcilicet abeuntis. Is ſup. qui habuerat modo, ideſt paulo ante ceruices ſubiectas gladio, ideſt ſecuri, erat ſolutus periculo, quia uadem dederat, & is, ideſt alter amicus, cui licebat uiuere ſecure, ideſt ſine anxietate, quum tyrannus nihil in eum animaduerterit, ſubiecerat caput ſuum eidem, ſcilicet periculo, aut gladio. Igitur omnes, q̃ illud uadimoniũ norant, & in primis Diony. ſpeculabãtur. i. expectabant tanq̃ è ſpeculã intentis animis, exitũ rei. i. an alter rediret. deinde die definita. i. conſtituta à tyranno ut rediret appropinquante, nec. i. non, & illo. ſ. qui abierat, non redeunte, unuſquiſq̧ dãnabat ſtultitiæ ſponſorem tam temerarium. i. ĩprouidum. at, is. ſ. uas, aut ſponſor, p̃dicabat. i. palã dicebat ſe nihil metuere de fide amici. a&c pro ſed eodem momento atque hora conſtituta à Dionyſio, is qui eam acceperat, hoc eſt, qui abierat, ſuperuenit. tyrannus. ſ. Diony. admiratus aium amborũ, remiſit fidei. i. ꝓp fidem ſeruatam ſuppliciũ, & rogauit inſuper eos, ut reciperent ſe in ſocietatem amicitiæ, culturũ beneuolentia ultima. i. ſuprema ultra q̃ nulla, tertium gradũ ſodalitii. i. iuris ſocialis. Sane (dicit author) hæ. i. hmõi uires amicitiæ potuerunt ingenerare contẽptum mortis, extinguere dulcedinẽ uitæ, manſuefacere crudelitatem, cõuertere, odium in amorẽ, & penſare. i. penſando cõmutare, pœnam bñficio, qa ubi pœnã ſumpturus erat ie amicũ recipi orabat. q̃bus. ſ. uiribus amicitiæ tm̃pe ne uenerationis debetur, q̃tum cerimõiis. i. ſacris cultibus deorum imortaliũ. Enimpro quia publica ſalus continetur illis. ſ. cerimoniis deorum, priuata. ſ. ſalus continetur his. ſ. uiribus amicitiæ. atq̧ ut ædes illarũ. ſ. cerimoniarum, aut illorũ. ſ. deorum, ſunt ſup. domicilia ſacra, ita fida pectora hominum ſunt templa harum. ſ. uiriũ amicitiæ, referta quaſi quodam ſancto ſpiritu. i. ſpiritu eius, q̃ amicitiã tam ſancte colit, aut genio eius ad eam adhortante.

⁋ De Alexandro.

Qvod ita eſſe Rex Alexander ſenſit Darii caſtris, in quibus omnes neceſſarii eius erant: potitus: Epheſtione grauiſſimo ſibi latus ſuum tegente ad eos alloquendos uenit. cuius aduentu mater Darii recreata, humi proſtratum caput erexit: Epheſtionemq̧, quia ei & ſtatura, & forma præſtabat: more Perſarũ adulata, tanquã Alexandrum ſalutauit. admonita deinde erroris, per ſummam trepidationem excuſationis verba quærebat. cui Alexander, nihil eſt, inquit, quod hoc nomine confundaris. Nam & hic Alexander eſt. vtri prius gratulemur? qui hoc dicere voluit? an cui audire contigit? maximi enim animi res, ẽt totum terrarum orbem aut victoriis, aut ſpe cõplexus, tam paucis verbis ſe, cum comite ſuo partitus eſt. O' donum inclytæ vocis danti pariter, atq̧ accipienti ſpecioſum.

OLIVERIVS.

Qvod ita eſſe *Darii* caſtris. Alex. Dario acie ſuperato caſtris quoq̧ potitus eſt, in quibus multum auri, cæterarumq̧ opum inuentũ. Inter captiuos caſtrorum, mater, & uxor, eadẽq̧ ſoror, & filiæ duæ Darii fuere. ad quas uiſendas & hortandas cum ueniſſet, comitatus Epheſtione ſibi fidiſſimo, & grauiſſimo comite, mater Darii humi proſtrata, ad illius aduentum caput erexit, & Epheſtionem habitu & regia forma præſtantem pro Alexan. more perſarum uenerabunda ſalutat, admonita deinde à circunſtantibus, q̧ eſſet errore decepta, q̧ non Alexandrum, ſed Epheſtionem ſalutaſſet, timens ne grauius Alexãdrum offendiſſet, ſupplicater erroris ueniam & excuſationis uerba quærebat. Cui Alexander, ne timeas, inquit mulier, nã Alexandrum ſalutaſti. & ita ſignificauit Alexander Epheſtionem ſe alterum eſſe. ⁋ Recreata, refocillata, nam humi proſtrata iacebat, captiuitatẽ ſuam, miſeramq̧ fortunam deplorãs, ſed ubi cognouitẽ regem ad ſe uiſendum ueniſſe aliquantulũ recreata eſt. ⁋ Adulata, ad pedes prouoluta, de adulatione pſarũ dicemus lib. vi. c. iii. ⁋ Vtri prius gratulemur? In dubiũ trahitur inquit, utri gratius fuerit, an dicenti Alexandro, an Epheſtiõi ea uerba audiẽti. ⁋ Specioſũ pulchrũ eſt. ⁋ Tã danti. q̃ accipiẽti. ſpecioſius tñ eſt dare q̃ accipe bñficiũ, q̃ dat accipiẽtẽ ſibi reddit obnoxiũ.

ASCENSIVS.

Qvod. ſ. Iã dictũ eſt, eſſe ita ut dictũ eſt, rex Alexan. ſenſit. i. iudicauit. Nam ſup. potitus caſtris Darii regis pſarũ, in quibus erant oẽs neceſſarii eius. ſ. Darii, utpotẽ mater, uxor, & liberi uenit ad eos alloq̃ndos, Epheſtione. ſ. comite grauiſſimo ſibi tegente latus ſuum. i. ita coniuncto, ut latus tegeret. Cuius. ſ. Alexandri aduentu, mater Darii recreata, quia plus in beneuolentia regis q̃ militum ſpei locauerat, erexit caput. ſ. ſuum proſtratum humi, & adulata more perſarum (quia perſe reges ſuos adorant) ſalutauit Epheſtionem tanq̃ Alexandrum. i. tanq̃ eſſet Alexander, qa Epheſtio præſtabat ei. ſ. Alexandro. i. eo præſtantior erat, & ſtatura, & magnitudine, & forma. i. ſpecie membrorum, & ita putabat eum potius regem, ſicut de Xerxe legitur q̧ nõ erat pulchrior eo in tam immenſo exercitu. uñ ẽt Virgilius Turnũ &

Aenæam

Amazam inducit pulcherrimos, & de Priami ſpecie dr, q̃ di/gna fuit imperio, deinde ipſa admonita erroris .i. erratũ ſui in eo facto, quærebat per ſummã trepidationẽ .i. cõmotionem animi & corporis, uerba excuſationis .i. q̃bus ſe purgaret. Cui Alexãder inq̃t, nihil eſt q̃d confundaris .i. turberis hoc nomi ne .i. ꝓp hoc factum aut erratum, nã & .i. ẽt hic .ſ. Epheſtio eſt Alexander. q d. alter ego. Vtri .i. illorũ duorum, gratulemur, .i. gratam eius nobis felicitatem ſignificemus prius, an ſup. Alexandro, q̃ uoluit .i. dignatus ẽ dicere hoc, an ſup. Epheſtioni, cui contigit audire ſerum ꝑ q̃ rex maximi animi cõplexus ẽt totũ orbem terrarũ, aut uicto/riis .ſ. obtẽtis, aut ſpe .ſ. obtinen darũ partitus eſt .i. condiuiſit ſe ipſum cũ comite ſuo .ſ. Epheſtione, tã paucis uerbis, q̃ dicẽdo illũ quoq; Alexandrũ eſſe, ſignificauit illũ eſſe dimidium ſui. O donũ uocis inclytæ ſpecioſum, .i. honeſtum pariter dã ti, atq; accipienti.

ſubterfugere poſſit. ¶ Quo ſeceſſu. quo receptaculo, quo ſecreto abditoue locõ maliuolos, quibus inſignibus calamitatis, illos mitigare poteris, ne aliorum calamitates ſuas putent eſſe felicitates. ¶ Inſulis Inſignibus miſericordiæ. eſt trãſlatio ſumpta à ſacerdotibus, qui ornantur infulis, quo uenerabiliores fiant. ¶ Diuites aliis, ut quantum alii perdiderint, tantum ipſi lucrentur. ¶ Locupletes cala. cũ alios in calamitatibus poſitos uiderint, tunc ſe fortunatos eſſe iudicent. ¶ Immortales funebris. Aliorũ morte ſe immortales fieri. ¶ Sed illi quatenus. Sed fortuna, inquit quæ res humanas pro ſua libidine uerſat, & uariat, & omnis inſolentiæ ẽ iuſtiſſima ultrix, quouſq; patietur hos tñ arrogantes, calamitatis expertes, ſe nimiũ extollere, & aliorum calamitatibus inſultare? ¶ Inſultent. inſultare ut uult Nonius Marcellus eſt iniurioſum aliq̃d dicere, alii dicunt inſultare eſſe per deriſionem inuadere.

¶ De Pompeio.

Quod priuatim quoq; merito veneror clariſſimi, ac diſertiſſimi viri prõptiſſimam erga me beneuolentiam expertus. nec metuo ne parum conueniat mihi pompeium meum inſtar eſſe Alexandri: cum illi Epheſtio ſuus, alter fuerit Alexander. Ego vero grauiſſimo crimini ſim obnoxius, conſtantis, & benignæ amicitiæ exempla ſine vlla eius mentione tranſgreſſus: cuius in animo velut in parentum amantiſſimorum pectore, lætior vitæ meæ ſtatus viguit: triſtior acquieuit. à quo omnium incrementa commodorum vltro oblata cepi, per quẽ tutior aduerſus caſus ſteti, qui ſtudia mea ductu, & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit. Itaq; paui inuidiam quorundam optimi amici iactura, videlicet quia fructu torſeram: nõ quidem meo merito: gratiam meã, quantacunq; cum iis fuit, qui ea vti voluerũt, partitus. verum nulla tam modeſta felicitas eſt: quæ malignitatis dentes vitare poſſit, Et quo ſeceſſu quoſdam fugeris: aut quibus inſulis miſericordiæ permulſeris: ne vt alienis malis perinde, ac bonis ſuis lætentur: ac geſtiant? diuites ſunt aliorum iacturis: locupletes calamitatibus: immortales funeribus. ſed illi quatenus alienis incommodis ſuorũ adhuc expertes inſultent: optima vindex inſolentiæ uarietas humanæ conditionis viderit.

OLIVERIVS.

Vale. Maxi. Sexti pompei comes.

Quod priuati. Suã cũ Sexto Pompeio laudat amicitiã quã nõ inferiorem eſſe dicit amicitia Epheſtionis & Alexandri. Clariſſimi, nobilitate, genere, rebus geſtis. ¶ Inſtar, ad ſimilitudinem, uel ut alii uolunt ad equiparationẽ, & menſurã & nunq̃ recipit præpoſitionẽ hoc nomen inſtar. queãdmodũ Alexãder dixit Epheſtiõnem ſe alterũ eſſe, pari ratione dico Põpeium me alterum eſſe.

ASCENSIVS.

Quod priuatim. Continuando filũ narrationis ipſumq; ad finem tituli huius perducendo, cõmemorat amicitiã ſuam cũ Sexto Põpeio, quod q̃dem exemplũ domeſticũ eſt, ſed toto hoc titulo exẽpla commiſcuit, ꝓ occaſionem ferẽ locutus Ordo eſt. Quod .ſ. donũ inclyte uocis Alexãdri, de quo proximo loco locutus eſt. ego quoq; (author) ueneror priuatim .i. meo noie, meiq; cõmodi in conſimili re gratia, utpotè expertus promptiſſimam erga me beneuolentiã clariſſimi, ac diſertiſſimi uiri, uidelicet Sexti Põ. Nec metuo, ne parũ cõueniat .i. parũ concedatur, & ſine controuerſia ſit, Põp. meũ eſſe mihi inſtar .i. ad æqualentiam Alex. quũ illi .ſ. Alex. ſuus Epheſtio, fuerit alter Alex. hoc eſt poſſum Põ. dicere eſſe alterũ me, cũ Alex. dixerit Epheſtionẽ eſſe alterũ ſe. nã plus diſtulit Epheſtio ab Alex. q̃ Vale. à Pom.

ASCENSIVS.

Ego uero ſim obnoxius .i. obligatus grauiſſimo crimine tranſgreſſus .i. ſi fuerim trangreſſus exempla cõſtantiæ, & benigne amicitiæ, ſine ulla mentione eius .ſ. Põpeii in cuius aĩo ſtatus uitæ meæ lætior .ſ. ſolito, aut aliquantulum lætus uiguit uelut i pectore parentũ amantiſſimorũ .i. maxie amantũ, & triſtior ſtatus uitæ meæ acquieuit à quo .ſ. amico ego accepi incrementa omniũ cõmodorum, oblata ultro .i. non requiſita à me, per quem .ſ. amicũ ego ſteti tutior aduerſus caſus .ſ. qui prouideri non poſſunt, qui reddidit .i. effecit ductu & auſpiciis ſuis .i. prudentia, quæ ad ductum pertinet, & felicitate, quæ ad auſpicia deorum fauore capta, ſtudia mea lucidiora, & alacriora. Itaq; .i. & ita, quia talem amicum amiſi, Ego paui .i. nutriui inuidiam (cuius cibus aduerſitas eſt) quorundam .ſ. æmulorum, iactura .i. damno & amiſſione amici optimi. uidelicet .i. uidere licet, cur inuiderint utpotè torſeram, .i. id eſt cruciaueram eos fructu, id eſt utilitate quam cepi ab amico, non quidem merito .i. peccato meo, nam partitus gratiam meam quantacũq; fuit cum his, qui uoluerant ea uti. Verum nulla felicitas eſt tam modeſta .i. moderata, quæ poſſit uitare dentes malignitatis .i. malignantium & inuidorũ. & quo ſeceſſu .i. ſegregatione à conſortio hoſtium fugeris .i. fugere uelis quoſdam, aut q̃bus inſulis .i. mitris, & inſignibus miſericordiæ tu permulſeris .i. mitigaueris quoſdam (.i. non cohibebis neq; arcebis) ne ut .i. ut non lætentur alienis malis perĩde ac bonis ſuis ac geſtiant .i. immoderate exultent? diuites ſunt iacturis .i. damnis aliorũ, locupletes .i. diuites ſunt calamitatibus .i. frugũ deuaſtatiõe aliorum, immortales ſunt funeribus aliorum Sed quatenus inſultent incõmodis alienis exiſtentes ſup. expertes adhuc ſuorũ .ſ. incõmodorũ .i. ꝓpriorũ, uiderit uarietas conditionis humanæ exiſtens optima uindex ultrix inſolentiæ.

OLIVERIVS.

Ego uero grauiſſimo, uiderer inq̃t grauiter peccaſſe. & ubi reprehenſione dignus eſſe, ſi cõmemoratis aliorũ amicitiis ſanctæ fidelitatiq; cultis, de mea cũ Põ. nullã prorſus mentionẽ fecero. ¶ Vltro oblata. q̃ a non rogatus, ſed ſponte beneficia cõferebat, nec unquã locũ petitioni relinq̃bat. ¶ Itaq; paui inuidiam quorundã. In ſuos inuidos, & obtrectatores inuehit quorũ malignitas tanta erat, ut eius incõmodis uehementer lætarentur, & ꝑferti q̃ extincto Põ. amico ueriſſimo eſſet orbatus illis aũt multa mala imꝑcatur ut ẽt ipſi incõmodis affecti alienis malis non inſultent. ¶ Paui, ſatiaui, & expleui. ¶ Verũ nulli tã inſignialis, & huic loco accõmodata. nemo tã modeſte felix eſt q̃ inuidiæ morſus & malignitatis aculeo

Inuidiã nemo põt effugere.

¶ De Liberalitate. Cap. VIII.

NEc Aegyptus quidem. Adeo impenſa fuit Romã. humanitas, ut longe, lateq; porrecta nõ arctiores q̃ iperium terminos habuiſſe uideatur, non contenta finibus Bithyniæ in Aegiptũ uſq; peruenit. nam ptole. à minore fratre regno cõſpiratiõe pulſus, Romã auxilii petendi gr̃a profectus, multa Romanæ liberalitatis teſtimonia cepit. nã cũ miſer & ſordidus pter regiã dignitatem eũ paucis admodum ſeruis clã urbem ingreſſus, in priuatũ hoſpitiũ ſe cõtuliſſet, continuo ſenatus re cognita illũ ad ſe iuſſit acciri. & excuſatione facta q nõ illi more maiorũ q̃ſtorẽ obuiã miſiſſent, ad publicũ hoſpitiũ deduxit, eiq; quotidie munera dari p q̃ſtorem iuſſit. ſunt q uelint hunc fuiſſe ptol. ultimũ oĩum, cognomento Dionv. Auletæ filiũ q põ. iuſſit occidi, cuius opibus, & authoritate fuerat eius pr̃ p Gabiniũ reſtitutus in regnũ, qd ex Cæſ. cõmentariis de Alexandrino bello colligi poſſe dñi, ubi h̃ inſcripta ſunt. In teſtõ Ptol. pr̃is, hæredes erant ſcripti ex duobus filiis maior, & ex duabus ea, q̃ antecedebat. hæc uti fierent p oẽs deos pq; fœdera q̃ Romæ feciſſet, eodem teſtõ Ptol. pop. R. obteſtabatur. tabulæ teſti unæ p legatos eius Romã erant allatæ, ut in ærario ponerentur q̃ cũ pp occupationes publicas poni non potuiſſent, apud Põ. ſũt depoſitæ. alteræ eodem exemplo relictæ atq; obſignatæ, Alexandriæ pferebantur. ex q̃bus uerbis cõiici poſſe dñi, à minore fratre p cõſpiratiõem regno pulſum. qd ego nec affirmare, nec oĩno refellere auſim. q̃ppe q huius hiſtoriæ certũ adhuc auctorem nõ inuenerĩ. uerũ illd me mouet, q̃uo reſtitutus fuerit, & cur Põ. patrocinio nõ fuerit uſus, cũ apud illũ teſti tabulæ eſſent depoſitæ. aut ſi uſus, cur à Val. cæteriſq; auctibus, ingratitudinis nõ dãnatus, cũ pñonẽ ſuũ iuſſerit occidi. extat pterea apud ipſum quem authorẽ referũt Cæſ. eiſdẽ cõmẽtariis, ad hunc ipſum ptol. põ. legatio q̃ (poſt pharſalicã pfligationem i Aegyptũ pfectus) ab hoc puero aduerſus Cæſ. opẽ ſupplicite iplorat, & eum p erogata trĩ patri beneficia rogat, ut Alexandria recipiatur. ubi ne uerbũ quidẽ facit, ex quo intelligi

Obſitus, Circundatus ſqualore immunditia. eſt Squalor immundities, ac deformitas, quæ nimio mœrore innaſcitur.

ASCENSIVS.

NEc æg. q f. exp. hu. Ro. enim pro q a ptole. rex Aegypti, ſpoliatus regno à fratre minore. ſ. natu, uenerat Ro. cũ paucis admodũ ſeruis, gratia petendi auxilii, obſitus i. obductus ſqualore, id eſt ſitu, & immunditia contracta ex incultu, ac contulerat ſe in hoſpitiũ pictoris Alexandri. i. Alexandriæ orti. poſtq̃ id relatũ eſt ſenatui, iuuene. ſ. ptole accerſito. i. uocato in curiã, uſus eſt excuſatiõe q̃ i. q̃tum potuit accurata, q. i. quia nec miſiſſet illi obuiam q̃ſtorẽ. i. diſpenſatorẽ, & cuſtodẽ ærarii more maiorum, id eſt ut maiores Syphaci, pruſiæ, & aliis facere ſoliti erant, nec accepiſſet eum hoſpitio publico, ut pruſiã acceptũ iã dixerat, & dixit ea. ſ. duo delicta, q nec obuiam proceſſiſſet nec hoſpitio publico accepiſſet eſſe facta non ſua negligentia, ſed aduentu illius ſubito, & clãdeſtino. i. latente, & occulto & ſup ſenatus deduxit illum ſubito è curia ad publicos pẽates, & hortatus eſt ut ſordibus. ſ. ſqualore & ſitum depoſitis, peteret diem adeundi ipſius. i. ſui hoc eſt ſenatus, quinetiam. i. inſup, ſenatus habuit curæ. i. cura aut ad curã ſuã, uti. i. ut, munera darentur ei quotidie p q̃ſtorem, q̃bus. ſ. ſumptum quotidianũ faceret. & ſup. ſenatus euexit his gradibus. i. bñficiis per gradum ipenſis, aut his bñficiis offõ graduum fungentibus, ſup. Ptol. iacentem. ſ. oppſſum calamitate ſua, ad faſtigium. i. culmen regiũ. & fecit ut Ptole reponeret plus ſpei. ſ. de recuperando regno, in auxilio. p. R. q̃ metus in fortuna ſua. ſ. tam aduerſa, ut à minore natu pelleretur.

OLIVERIVS.

ATq; ut ab uniuerſis. poſtq̃ de publica Ro. humanitate dixit, nunc ad priuatã uniuſcuiuſq; dicendã tranſgreditur. & primo de L. Cor. conſule. qui primo punico bello Hannonem Carthaginiẽſium ducem, qui in propugnatione ciuitatis Olbiæ fortiter dimicãs occubuerat, digniſſimo funere curauit efferi, tanquam non ille hoſtis, ſed P. R. ſocius, & amicus extitiſſet. nam uictoria q̃to plus humanitatis habuerit, tanto minus inuidiæ contraxerit. Olbiam opp. inuenio tria huius nois oppida. Vnum teſte Stra. in Maſſilienſi agro. alterũ eodem teſte in Scithia, q etiã Berta ciuitas dicebatur. Tertium teſte Soli. in. c. de homine. in Sardinia. Dicit. n. hic, Yphides Hiolaum creat, q Sardiniã ingreſſus palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam atq; alia græca oppida extruxit.

ASCENSIVS.

ATq; ut ueniam ab uniuerſis patribus cõſcriptis ad ſingulos. ſ. ſenatores. L. Corne. conſul primo bello punico, cum. i. quãdo cepiſſet Olbiam. ſ. oppidũ Sardiniæ pro quo Hanno dux Car. pugnans fortiſſime occiderat i. interfectus erat, extulit corpus eius. ſ. Hãnonis tabernaculo ſuo quia in caſtris erat, funere amplo, ſumptuoſo, nec dubitauit ipſe. ſ.

S.l. q dſit in propria pſuna, celebrare exequias hoſtis, credens eam demum .i. præciſe victoriam, habituram minimum .i. minimam partem inuidiæ, & apud deos, & apud homines, quæ habuiſſet plurimum humanitatis. tur, ut ſupra diximus, ſed ab aliis.

¶ De Quinto Criſpino.

QVid de Q. Criſpino loquar? cuius humanitatem potentiſſimi affectus, ira, atque gloria quatere non potuerunt. Badium campanum, & hoſpitio benigniſſime domi ſuæ exceperat, & aduerſa valetudine correptum attentiſſima cura recreauerat: à quo poſt illam nefariam campanorum defectionem in acie ad pugnam prouocatus: cum & viribus corporis, & animi virtutibus aliquanto eſſet ſuperior: monere ingratum, quàm vincere maluit. nam quid agis inquit, demens? aut quò te praua cupiditas tranſuerſum rapit? parum habes publica impietate furere: niſi etiam priuata lapſus fueris. vnus tibi Romanorum videlicet Quintius placet: in quo ſceleſta exerceas arma? cuius penatibus: & honoris viciſſitudinem, & ſalutem tuam debes. at me fœdus amicitiæ, Diique hoſpitales, ſancta noſtro ſanguini, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant. quin etiam ſi in cõcurſu exercituũ fortuito vmbonis mei impulſu proſtratum agnouiſſem: applicatum iam ceruicibus tuis mucronẽ reuocaſſem. tuum ergo crimen ſit: hoſpitem occidere voluiſſe, meum, non eris hoſpes occiſus. proinde aliam, qua occidas, dexteram quære, quã mea te ſeruare didicit. dedit vtrique cœleſte numen debitum exitum: ſiquidem in eo prælio Badius obtruncatus eſt, Quintius inſigni pugna clarus euaſit.

¶ De Marco Marcello.

AGe Marci Marcelli clementia, quàm clarum, & quàm memorabile exemplum haberi debet: qui captis à ſe Syracuſis, in arce earum conſtitit: vt vrbis modo opulentiſſimæ, tunc afflictæ fortunam, ex alto cerneret. Cæterum caſum eius lugubrẽ intuens, fletum cohibere nõ potuit. quem ſiquis ignarus vir aſpexiſſet: alterius victoriã eſſe credidiſſet. Itaque Syracuſana ciuitas maxima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti: quia ſi tibi incolumi ſtare ſas non erat: leuiter ſub tam manſueto victore cecidiſti.

OLIVERIVS.

QVid de Q. Criſpino? Hoc fuit ſecundo pu. bel. cum capua obſideretur à Ro. nã T. Q. Criſp. Bad. campanus hoſpes erat pſamiliari hoſpitio cõiunctus. creuerat ẽt cõſuetudo, q æger Romæ apud Criſp. Ba. ante defectionem campanã liberaliter comiterque curatus fuerat. tũ Badius pgreſſus ãn ſtationes, q̃ pro porta ſtabant, uocari criſpinũ iuſſit, qd ubi eſt criſpino nunciatũ, ratus colloquium amicũ & familiare q̃ri, manente memoria, ẽt in diſſidio publicorũ fœderũ priuati iuris, paulũ à cæteris pceſſit. poſtq̃ in cõſpectum uenit, puoco te, inqt Badius, ad pugnã ò criſpine cõſcendamus equos, & uter ſit melior decernamus, ſummotis aliis ad ea criſp. nec ſibi, nec illi ait hoſtes deeſſe, in qbus uirtutẽ oſtendant. ſibi ẽt ſi in acie occurrerit, declinaturũ ne hoſpitali cæde, dexteram uiolet, conuerſuſque abibat. n. uero ferocius tũ cãpanus increpat molliciem, & ignauiã, & ſe digna probra in inſontem iacere, hoſpitalem hoſtem appellans, ſimulantemque parcere, cum ſciat ſe non parẽ eſſe, ſi parum publicis fœderibus ruptis, non direpta ſimul & priuata iura eſſe putat, Bad. campanum. T. Qu. criſp. R palam omnibus & duobus exercitibus renunciare hoſpitiũ, nihil ſibi cum eo conſociatũ, nihil fœderatũ hoſpiti cum hoſte, cuius patriã & pẽates publicos oppugnatũ ueniſſet. ſi uir eſſet congrederetur. diu cunctantẽ criſ. ptulere turmales, ne impune inſultare cãpanum pateretur. itaque tm moratus, dũ iperatores cõſuleret, pmitterent ne ſibi extra ordinẽ in puocantẽ hoſtẽ pugnare, pmiſſu eorum, arma cepit, equũ conſcendit, & Bad. nole cõpellans, ad pugnã euocauit. nulla mora à cãpano facta eſt, Infeſtis eqs, haſtiſque cõcurrunt. criſ. ſup ſcutũ ſiniſtrũ hũerũ Bad haſta trãſfixit, ſuperque delapſum cũ uulnere, equo deſiluit, ut ad pedes iacẽtẽ cõficeret. Ba priuſq̃ opprimeretur, parma atque equo relictis, ad ſuos aufugit, cri. equũ, armaque capta, & cruentã cuſpidã oſtans, cũ magna laude, & gratulatione militũ ad conſules eſt deductus, laudatuſque ibi magnifice & donis dõatus ẽ. ¶ Ira & gloria contra hoſtẽ, à quo puocaretur ad ſingulare certamẽ, gl'ia deuicto glorioſo hoſte ¶ Valetudine cor. morbo iplicitũ, nã ualetudo mediũ uocabulũ eſt, q tã in bona q̃ in malo pte accipitur, uñ recepit adiectiuũ, ut dicatur bõa ualetudo, & mala ualetudo. ¶ Cura, diligẽtia, uel cura p curatiõe poſuit, q̃ ppria medicoꝝ ẽ. ¶ Trãſuerſum, A recto offõ declinantẽ. ¶ Publica imp qa oẽs à ſocietate dfeciſtis. ¶ Salutẽ tuã, qa te ægrotũ domi ſuſcepi. ¶ Dii ho. quoꝝ princeps eſt Iup. Vir. Iupiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. ¶ Sancta, inuiolata Roma. ſanguini ¶ Vmbonis, clypei, eſt ãt umbo media pars clypei. ¶ Obtruncatus eſt, nõ à criſpino, nã aufugit anteq̃ oppꝰ mere

ASCENSIVS.

QVid loquar de Q. Criſpino? cuius humanitatem ira atque gloria potentiſſimi affectus i. quæ ualentiſſimæ affectiones in homine ſunt, non potuerũt quatere i. cõcutere, aut loco ſuo mouere. Is ſup. & i. ſimul exceperat benigniſſime domi ſuæ hoſpitio Badiũ campanum. ſ. natione, & recreauerat attentiſſima cura ſupp. ipſum correptum ualetudine aduerſa. A quo puocatus in acie ad pugnã. ſ. ſingularẽ, poſt illã nefariã defectionem campanorum. ſ. à Ro. ad Hanniba. cum Q. criſpinus eſſet ſupior. l. q̃ Badius aliquanto &. i. ſimul uiribus corpis, & uirtutibus ai, tñ ſup. maluit monere ingratũ q̃ uincere. Nam. ſ. Quintius inqt. ò demens ſup. Badi qd agis. i. q̃ rem paras, aut quo cupiditas. ſ. gloriæ praua. i. iniq̃ rapit te tranſuerſum. i. extra ſemitã recti, & honeſti exorbitatẽ? Hẽs. i. reputas parũ furere. i. q inſanis publica impietate. i. q̃ oẽs campani (q ad hoſtẽ Ro. iperii defecerunt p ſummã dementiã, quia Ro. tm pepercerant iperii honorẽ, Hãni. ab eis, ſi uictor euaſiſſet, & rẽ, & libertatẽ ablaturꝰ erat) niſi ẽt lapſus fueris, priuata. i. tibi propria impietate, quia contra ius hoſpitalitatis, q Ioui cura eſt? Videlicet. exprobatiua uox eſt. Q. ſ. Criſp. hoſpes tuus (Loquitur autem de ſe honeſte ut ſæpe admonui, in tertia pſona) unus ideſt ſolus Ro. i. ẽ tot Romanis, qui in exercitu erãt, placet tibi, i quo (dicere poſſet in quem) exerceas arma ſceleſta ideſt ſcelere cõtaminata? Cuius penatibus. i. domui, aut hoſpitio, tu debes & i. ſimul uiciſſitudinẽ honoris, q ab eo honorifice ſuſceptꝰ, & eũ honorifice ſuſcipe, dignus iudicatus, & ſalutẽ tuã, qa ualetudine confectum curãdũ duxerat. At fœdus amicitiæ, & dii hoſpitales, quorum princeps Iupiter eſt, appoſitone pignora ſancta nřo. i. ro. ſãguini, & pignora uilia pectoribus uřis, uetant me congredi tecũ certamine hoſtili. Quinẽt. i inſup ſi in fortuito. i. caſu concurſu exercituũ, agnouiſſem te proſtratũ, impulſu umbonis. i. mediæ & ita extenſioris ptis clypei mei, ego reuocaſſem. i. retraxiſſem mucronẽ applicatum iam. ſ. priuſq̃ te nouiſſem, ceruicibus tuis (ſic antiq. Nã hortenſius primus ceruicẽ ſingulariter declinauit authore Fabio) Ergo uoluiſſe occidere hoſpitẽ ſit tuum crimen, tu non eris hoſpes occiſus, meum. ſ. crimẽ. pinde. i. & ideo, q̃re aliam dexteram, qua occidas. i. cadas in mortẽ, qm̃ mea. i. dextera didicit ſeruare te pp Hoſpitalitatem uidelicet. Numen cœleſte p̃cipue Iouis, dedit utrique. ſ. hoſpitũ exitũ ſ. certaminis debitum. Siqdẽ Badius obtruncatus eſt in eo p̃lio, non tñ in eo certamine ſingulari, qa cũ pbris & cõuiciis uictus Quintius in certamen deſcendiſſet, & Bad. ẽ equo excuſſiſſet, ille fuga tunc qdem ſalutẽ inuenit, ſed paulòpoſt occiſus eſt, Quintius euaſit clarus pugna inſigni. i. inſigniter contra Badium obita.

OLIVERIVS.

AGe M. Mar. clementia. Marcel. conſul romanus cũ diu obſediſſet Syracuſas, tãdẽ urbem illam cepit, cũ aliiſ

De Q. Metello.

QVintus uero Metel. celtibericũ in hiſpania gerens bellum, cum vrbẽ cẽtobricam obſideret, etiam admota machina partem muri, quæ ſola cõuelli poterat: diſiecturus uideretur: humanitatem propinquæ victoriæ prætulit. Nã cum Rethogenis filios, qui ad eum tranſierat: Cẽtobricenſes machinæ ictibus obiecissent: ne pueri in conſpectu patris crudelis genere mortis conſumerentur: q̃q̃ ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento: quo minus etiam per exitum ſanguinis ſui expugnationẽ perageret: ab obſidione diſceſſit. Quo quidem tam clementi facto. & ſi non vnius ciuitatis mœnia, omnium tamen Celtiberarum vrbium animos cœpit. effecit'q;, vt ad redigendas eas in ditionem Po. Roma. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

De Africano poſteriore.

AFricani quoq; poſterioris humanitas ſpecioſe, lateq;, patuit. Expugnata eñi Carthagine circa Siciliæ ciuitates literas miſit. vt ornamenta templorum ſuorum à pœnis rapta, per legatos recuperarent: In'q; priſtinis ſedibus reponenda curarẽt. Beneficiũ Diis, atq; hominibus pariter acceptum. Huic facto par eiuſdem viri humanitas. à Quæſtore ſuo haſtæ ſubiectos captiuos vẽdente: puer eximiæ formæ, & liberalis habitus miſſus eſt. De quo cum exploraſſet numidam eſſe: orbum relictum à patre, educatum apud auunculum Maſiniſſam, eo ignorante immaturam aduerſus Romanos ingreſſum militiam: & errori illius veniam dandam: & amicitiæ regis fideliſſimi Po. Ro. debitam venerationem tribuendam exiſtimauit. Itaq; puerum annulo, fibulaq; aurea, & tunica laticlauia, hiſpano'q; ſagulo, & ornato equo donatum, datis qui eum proſequerentur equitibus, ad Maſiniſſam remiſit. eos victoriæ maximos fructus ratus, diis templorũ ornamenta Romanos, regibus ſanguinem ſuum reſtituere.

duitate laboris, tũ ẽt proditione. cũ igitur mœnia ingreſſus eſt ſuperioribus locis, urbem ferme oium illa tempeſtate pulcherrimã ſubiectam oculis uidit, illachrymaſſe dr̃, parti gaudio tantæ pperatæ rei, partim uetuſta gloria urbis. Athenienſiũ claſſes demerſæ, & duo ingentes exercitus, cũ duobus clariſſimis ducibus deiecti occurebant. tot bella Carthaginienſibus tãto cum diſcrimine geſta, tot iam opulenti tyrãni. regeſq;, præter cæteros Hiero, cũ recentiſſima memoria rerũ, tum ante oĩa (q̃ uirtus ei fortuna q; ſua dederit) beneficiis in Po. ro. inſignis. ea cum uniuerſa occurrerent aĩo, ſubiretq; cogitatio iam illa momento horæ arſura oĩa, & ad cineres reditura, priuſq̃ ſigna archarius admoueret, p̃miſit Syracuſanos, qui intra Romanũ præſidium aufugerant, ut alloquio leni pellicerent hoſtes ad dandam urbem, q; obtinere nequiuit. ☞ Fletũ eo. Lachrymis tẽperare. ☞ Itaq; ſyr. ci. Apoſtrophat ad urbem Syracuſarũ dicens, illud tibi non paruæ conſolationis eſſe debuit in tua clade grauiſſima, q; cum tua fata ferrent ut caderes, ſub manſuetiſſimo uictore cecideris.

ASCENSIVS.

AGe, adhortandi uox, clementia. M. Marc. q̃ i. q̃tum clarũ, quamq;. i. & q̃tum memorabile, exemplum debet hr̃i q. d. maxime clarũ, & memorabile, utpotẽ q ſyracuſis urbe opulentiſſima in Sicilia captis à ſe, conſtitit in arce. i. ſumma munitione & ut (dñt) fortilitio earũ, ut cerneret ex alto fortunã urbis, modo. i. paulo ante opulentiſſimæ, tunc afflictæ. Cæterũ. i. ſed ipſe intuens caſum eius lugubrẽ, nõ potuit cohibere fletũ, quẽ. ſ. fletũ, ſi qa uir ignarus. ſ. qd ſit pcere ſubiectis, & debellare ſuperbos, atq; ita ſtrenuum eſſe in rebelles, & clementẽ in ſe uictos fatentes, aſpexiſſet, credidiſſet uictoriã rẽ alterius. Itaq; ò ciuitas Syracuſana. tu habuiſti ſup. in maxima clade tua aliquid gratulationis. i. quo tibi gratulari poſſis, q a ſi fas nõ erat tibi ſtare incolumi, cecidiſti leniter. i. tráq̃le ſub tã manſueto uictore.

OLIVERIVS.

Cento-brica urbs.

QVintus uero Metel. Fuit Q. Metelli hũanitas magna & laude digniſſima. q cũ eſſet conſul in ea parte Hiſpaniæ, q̃ Celtiberia dr̃, in eaq; bellũ gerens Centobricã urbẽ obſideret, & pariter oppugnaret, machináq; mœnibus admoueret, iã maximã ptẽ, que euerti facile poterat diſiecturus erat. q; ubi uiderũt oppidani Rethogenis filios, q ad Ro. defecerat, mœnibus oppoſuerũt, ut ruina murorũ, pueri in conſpectu pr̃is ad defectionis ultionẽ obruerentur. qd ubi ſenſit Metellus, continuo ab oppugnatione diſceſſit, ſuadente & hortante Rethogene, ut p filiorũ mortẽ urbem expugnaret, inceptũq; pageret. maluit. n. Metel. hoſtiũ aíos, et urbẽ, manſuetudine & uirtute ſupare, q̃ ulla crudelitate ſubigere, q; ẽt fecit. nã hac humãitate pellecti populi, & urbes Hiſpaniæ ſponte in deditionẽ uenerunt.

ASCENSIVS.

QVintus uero Metellus gerens in Hiſpania bellũ Celtibericũ cũ obſideret urbẽ Centobricã. ſ. noie, & iã uideret diſiecturus machina. ſ. bellica, admota. i. applicita partẽ muri, quæ pars poterat ſola conuelli. i. machinis ſolo æquari, prætulit uictoriæ propinq̃ humanitatẽ. Nam cum Cẽtobriceñ. ſ. populi obiecisſent ictibus Machinæ filius Rethogenis, ſeu Rethoginis, utrumq;. n. legi. i. illius uiri clariſſimi in ea ciuitate, q tranſierat ad eũ. ſ. Metel. ne pueri cõſumarentur in conſpectu patris gñe crudelis mortis. ſ. à machina illatæ, diſceſſit ab obſidione, q̃q̃ ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento, quo minus. i. ut nõ peragerct expugnationem. i. captionẽ urbis, ẽt per exitũ. i. exitium, aut emiſſion ſanguinis ſui, hoc eſt per necẽ liberorum ſuorũ. Quo quidẽ facto tam clementi Metel. & ſi nõ cepit mœnia unius ciuitatis, tñ cœpit. i. ad beneuolentiam traxit aíos oium urbium, pro ciuium (nã urbes proprie nõ utuntur ratione, cũ ſint ipſa edificia) celtiberarũ. i. celtibericarũ, & effecit, ut nõ eſſet ſibi opus multis obſidionibus ad redigendas eas. ſ. urbes celtibericas in ditionem Po. Ro.

THEOPHILVS.

CEntobricã. Supra tñ appellant Cõtrebiã. ☞ Sanguini ſui, Nã ſemẽ humanũ. ſanguis eſt purgatus, ut Agri. & Var. ſentiunt.

OLIVERIVS.

AFricani quoq; poſterioris. Non minus ſpecioſa & ampla fuit Africani poſterioris humanitas, qui capta Cartha. p literas oium Siciliæ populorũ legatos acciuit, q ſuæ q ſq; ciuitatis ornamenta, q̃ illis Cartha. iure belli rapuiſſẽt, reciperent, & in ſua q ſq; tẽpla reportarẽt. eadẽ hũanitate uſus in Maſiniſſæ regis nepotẽ, q rege inſcio in punica caſtra, militiãq; Cartha. profectus, à Ro. captus cũ cæteris captiuis, cum ſub haſta uenderetur, cognitus à Scip. multis muneribus donatus, ad auunculũ cũ digniſſimis comitibus remiſſus eſt. ☞ Rapta, Quæ pœni tribus bellis rapuerant. ☞ Beneficiũ, Laudat hanc humanitatẽ Africani Val. ☞ Huic Facto par Haſtæ ſubiectos, Qui publice uendebantur. ☞ Errori illius ueniam, ignoſcẽdum eſſe adoleſcentiæ. ☞ Annulo, Sic enim mos erat ingenuos pueros annulo ornari. ☞ Fibula, Qua in humeris militaria ueſtis nectebatur ☞ Tunica la. i. tunica intexta clauis aureis latioribus, ſic enim Feſtus Põp refert. ☞ Hiſpano ſagulo, Sagulũ ueſtis militaris, qua utũtur Hiſpani, uirgata, & uerſicolore, & eſt diminutiuũ à ſago. Virg. Virgatis lucent ſagis. ☞ Diis ornamenta, Vt ſiculis reddidit. ☞ Regibus ſanguinem, Vt in hoc exemplo nepotis Maſiniſſæ. Laticlauium.

ASCENSIVS.

AFricani &c. Ordo eſt Humanitas quoq; Africani. ſ. Scipionis poſterioris patuit ſpecioſe, & late. Expugnata enim Carthagine miſit literas circa ciuitates Siciliæ, ut recuperarent p legatos ornamenta templorũ ſuorum capta à pœnis, & curarẽt ea reponenda in ſedibus priſtinis, appoſitoriæ bñficium. i. q; bñfactum eius ſup. fuit acceptũ pariter diis, atq; hominibus. huic &c. Humanitas eiuſdẽ uiri. ſ. Scipionis minoris eſt par. i. ſimilis, & æqualis, huic facto. ſ. iam dicto. Puer eximiæ formæ, & habitus, ideſt diſpoſitiõis corporalis, liberalis,

liberalis.i.qualis liberalibus, ac liberis & ingenuis eſſe ſolet, miſſus ſupple ad eum à quæſtore ſuo, uendente captiuos ſubiectos haſtæ i.ſub haſta plus offerenti. de quo.ſ.puero, quũ Scip. explocaſſet.i.explorando quis, & cuius eſſet, cognouiſſet eſſe Numidam.i.è regno Maſiniſſæ, relictum orbum à patre & educatum apud Maſi. auunculum.i.fratrem matris eius & ingreſſum militiam immaturam, quia ipſe imaturus erat aduerſus Romanos, eo.ſ. Maſi. ignorante, exiſtimauit.i.cenſuit, &.i.ſimul ueniam dandã errori illius.ſ.pueri, qui per ignorantiam peccauerat, & uenerationem debitam inbuendã amicitiæ regis fidiſſimi P. R. Itaq; remiſit ad Maſiniſſã puerum donatum.i.dono ornatum annulo.ſ.aureo, & fibula aurea, & tunica laticlauia, q̃ li patritii Romæ utebantur, & ſagulo.i. indumento militari, Hiſpano .i. quo Hiſpani tunc utebantur, & equo ornato ſ. phaleris & aliis ornamẽtis, datis .i.aſſignatis equitibus, qui proſequerentur eum ratus (ideſt arbitrat' eos.ſ quos dicet) eẽ maximos fructus uictoriæ, utpotẽ Romanos reſtituere, ideſt, ſi Romani reſtituerent diis ornamenta templorum, ut fecerat ſ Sicilia. & regibus (ut nunc fecit Maſiniſſæ) ſuum ſanguinem.

mentis Romani imperii, & alleuauit dextra manu conatum procumbere.i.ſe demittere ad genua.ſ. Lucii. & exhortatus ẽ ad ſpem.ſ.recuperandi regni, aut ſalutis conſeruandæ, ſermone grato.i. ad hoc idoneo, aut graio.i.græco, & fecit etiam eum introductum in tabernaculum.i.tentorium imperatorium ſedere in conſilio.i.dum conſilium haberet, proximũ ſuo lateri. nec iudicauit indignum honore menſæ, quinetiã ad menſam ſuam eum aſſidere fecit. De cuius facti commendatione dicit ſic author. Proponatur in cõſpicuo.i.loco ad uidendum apto acies, q̃ pſes pſtratus eſt, & contextus harum rerũ quas retuli.i.facta clementiæ, aut hũanitatis Pauli in eum, hoies.ſ q utrunq; uidebunt dubitabunt, utro ſpectaculo delectentur magis, an .ſ.quo pſes uictus eſt, an quo ſic tractatus poſtq̃ uictus. Nã ſi egregiũ eſt abiicere.i.ſubiugare hoſtẽ, nõ tñ ẽ minus laudabile ſcire miſereri ifelicis.

De L. Paulo

LVcii etiam Pauli in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt. qui, quum Perſen parui temporis momento captiuũ ex rege ad ſe adduci audiſſet: occurrit ei Ro. impii decoratus ornamentis: ornatumq; ad genua procumbere dextra manu alleuauit. ſermoneq; grato ad ſpem exhortatus eſt, introductum etiam in tabernaculum, lateri ſuo proximũ in conſilio ſedere fecit. nec honore menſæ indignum iudicauit. proponatur in conſpicuo acies, qua proſtratus eſt Perſes, & harum rerum, quas retuli, contextus: vtro magis ſpectaculo delectẽtur homines dubitabunt. nam ſi egregium eſt hoſtem abiicere: non minus tamen laudabile infelicis ſcire miſereri.

De Cn. Pompeio.

HAec L. Pauli humanitas admonet me ne de Cn. Pomp. clementia taceam. regem Armeniæ Tigranem, qui & per ſe magna cum po. Ro. bella geſſerat, & infeſtiſſimum vrbi noſtræ mithridatem ponto pulſum viribus ſuis protexerat: in conſpectu ſuo diutius iacere ſupplicẽ paſſus nõ ẽ. ſed benignis verbis recreatum, diadema: quod abiecerat: capiti reponere iuſſit. certiſq; rebus imperatis in priſtinũ fortunæ habitum reſtituit. æq̃ pulchrum eſſe iudicans, & uincere reges, & facere. Quàm præclarũ tributæ humanitatis ſpecimen Cn. Pompeius: q̃ miſerabile deſyderatæ idem euaſit exemplũ: nã qui Tigranis tempora inſigni regio texerat: eius caput tribus coronis triumphalibus ſpoliatum, in ſummo terrarum orbe, nuſquam ſepulturæ locũ habuit. ſed abſciſſum à corpore, inops rogi, nefarium ægyptię perfidiæ portatum munus eſt: etiã ipſi victori miſerabile. ut enim id Cæſar aſpexit oblitus hoſtis, ſoceri vultum induit: ac Pompeio tum proprias, tum etiam filiæ ſuæ lachrymas reddidit. Caput etiã plurimis, & prætioſiſſimis odoribus cremandum curauit. quod ſi non tam manſuetus animus diuini principis extitiſſet: paulo ante Romani imperii columen habitum (ſic mortalium negotia fortuna uerſat) inhumatum iacuiſſet.

THEOPHILVS.

MEminit huius rei M. Tullius in Verrem.

OLIVERIVS.

Perſes Macedo nũ rex à Paulo captus.

LVcii quoq; Pauli. Non eſt, inquit, Lucius Paulus in tali uirtutis genere ſua laude defraudandus, qui eximiam humanitatem ſuam in Perſam Macedoniæ regem declarauit, quem cum captiuũ ad ſe audiſſet adduci, ei occurrit cum inſignibus imperii, tã quam honoris gratia illi regi nõ captiuo prodiret obuiam. uolentemq; ſe ad imperatoris genua proſternere, non ſuſtinuit. & quibus potuit uerbis conſolatus eſt, & ad ſpem hortatus. ſibiq; ſemper in tabernaculo proximum haberi uoluit. fuit autem captus Perſes à Cn. Octauio, cũ duobus filiis, Alexan. & Philip. dum fugeret in Samothraciam cum decẽ millibus talentum, quos ad conſulem Aemilium Paulum deduxit Octauius. ſ Grato ſer. Alii habent. græco ſermone, & putant tunc etiam apud Roma. uiguiſſe literas græcas, & paulum hortatum fuiſſe perſam uerbis binis græcis ut diceret εὐ πίστευε βασιλεῦ bene ſpera ò rex. ſ Proponatur in conſpicuo. Ex cõparatione oñdit. Vtra laudabilior fuerit, pauli Aemilii uictoria, an eiuſdem hũnitas. ſ In conſpicuo. in aperto, in ꝓpatulo, ut uideri poſſit, hinc humanitas, inde uictoria.

OLIVERIVS

HAec L. pauli humanitas admonet. Cũ Mithridates à Pomp. è prouincia pulſus ad Tigranẽ in armeniæ confugiſſet, eũ perſequẽs Põpe. celeriter in armeniã contendit. à Tigrane iuniore qui à pře defecerat, accerſitus. Tigranes uero ſenior, audito Põp. aduentu, cognitaq; eius clemẽtia moribuſq; ſuauiſſimis, ſpe maxima fretus, ad Pomp. ut ſeſe dedat, ipſe peruenit. Põp. ubi caſtris iam adeſſe regem audiuit, duos lictores obuiã miſit, qui regi nunciarent, ut equo deſcẽderet, pedibuſq; Romanum imperatorẽ adiret, ꝙ nemo unquam ad eam diem peregrinus equo inſidens Romana caſtra introiſſet, quibus nõ ſolũ facile paruit, ſed enſem quoq; nudatũ illis tradidit, & pompe. inermis adiuit. cuius cũ añ ora ſtetiſſet coronã è capite dẽptã añ illius pedes proiecit, deiñ qđ turpiſſimũ fuit ſe ad põ. genua ꝓſternere uoluit, ut ab eo ſupplex erroris ueniã peteret, ni pueniſſet põp. q eũ dextra porrecta erexit, iuſſitq; apud ſeſe æquatũ ſella inſidere, & ut ſingulari hũanitate pditus erat, nõ ſolũ ſibi ſupplicẽ rẽ ſuſtinuit, ſed ſuis ornatũ iſignibus, i regnũ, de quo eiectus fuerat reſtituit. huius ãt belli cã teſte Cic. põpeiana fuit, ꝙ Mithridatẽ regẽ põti à L. Lucul. regno pulſum, nõ ſolũ ad ſe ſugientẽ benigne ſuſcepit, ſed ſuis ẽt opibus i regnũ reſtituere uoluit. nã igenti exercitu cõpacato poſt aliquot clades acceptas, tandem copias Romanas uictrices trucidauit, & grauiſſimã Romanis cladem intulit. ſ Ponto.i.inſula, q̃ tenebat Mithridates. ſ Benignis. quia bono illum animo eſſe iuſſit. ſ Quã præclarum. Pompeius quidem hoc humanitatis ſpecimen dedit, ſed ipſe poſtea fuit deſideratæ humanitatis exemplum. cum à L. Septimio & Achilla Ptolemæi ſatellitibus occiſus eſt, iubente rege. hiſtoria nota eſt in ſuperioribus, ſed quamobrem inducat exemplum pompeii, hæc eſt ratio, quia ſubſequitur humanitas Iulii Cæſaris, qui cum Alexandriam ueniſſet, & ei Theodorus ptolemæi præceptor

Pompeius ab Achilla Septimio q; trucidatus

ASCENSIVS.

LVcii &c. Memoria quoq; pau ſ. æmilii eſt apphendenda in tali gñe laudis, q quũ audiuiſſet pſen adduci ad ſe captiuũ ex rege.i.q iã fuerat rex Macedoniæ, momento pui tpis, q a iter regem & captiuũ ſola interfuit manus ini ectio, occurrit.i.celeriter obuiam proceſſit ei decoratus orna-

Pompei caput regis nomine obtuliſſet, lachrymas cōtinere non potuit uiſo generis ſui capite. ſ Inſigni re. Diademate. Tribus co quia totiens triumphauit, primo quidem de Africa quam auſpitiis L. Sillæ ſubegit cum eſſet annorū. xxiiii. ut qdā tradunt miſſus contra Domicium. deinde triumphauit de Sertorio, uel de piratis, qui mare totum infeſtabant, qđ bellū xlviii. diebus cōfecit, poſtremo de mithridate. ſ Victori miſerabil em, qđ uictorē ad miſerationē moueſ poſſet. Soceri uultū, Eo uultu quo añ, cū eēt ſocer, aſpicere ſolebat. ſ Columen, ſuſtentaculum, nec inuenitur niſi in nominati uo & accuſatiuo.

ASCENSIVS.

HAec hūanitas L. Pau. admonet me, ne taceā de clementia Cn. Pompeii. Is ſup. paſſus nō ē, Tigranem regem Armeniæ, q geſſerat, & .i. ſimul p ſe .i. per proprias uires & propria auſpicia, magna bella cum P. R. & protexerat uiribus ſuis Mithridatem infeſtiſſimum. i. maximā uim inferentem urbi noſtræ, pulſum .i. eiectum Ponto, cuius rex fuerat, non eſt dico paſſus, eum iacere diutius ſupplicem in cōſpectu ſuo, ſed iuſſit recreatum .i. refocillatū benignis uerbis. reponere capiti, .i. in caput ſuum, diadema .i. inſigne regis apud armenios, q faſciā, cui corona imponebatur, quidam eſſe uolunt, quod .ſ. diadema abiecerat. & reſtituit eum in priſtinum .i. priorem habitum fortunæ .i. conditionis, certis .i. quibuſdam rebus imperatis .i. ex imperiis illi iniunctis. Iudicans eſſe æque pulchrū & uincere reges, & facere .ſ. reges, quæ duo in uno fecit. Quā præclarum &c. Facta comparatione de felicitate, & infelicitate Pompeii, ſubinfert humanitatem Caii Cæſaris in eum, qui uiſo eius capite lachrymis nō abſtinuit, quas tamen, aut gaudii, aut ſimulati amoris Lucanus interpretatur. Ordo eſt quā. i. quantum præclarum ſpecimen .i. exemplū humanitatis tributæ ſ. Tigrani, ſup. fuit Cneus Pom, tam .i. tantum miſerabile euaſit idem exemplum humanitatis deſyderatæ .ſ. erga eū. i. quia caruit (nam deſyderatur, quod abeſt, unde deſyderatos in bello dicimus interfectos, eo q cum non compareant, dū exercitus poſt prælium recenſetur, deſyderantur) Nam caput eius q texerat .i. redimiuerat ſ. tempora capitis Tigranis ſ. regis Armeniæ, Inſigni regio .i. diademate, ſpoliatum .i. poſtquam per mortem erat ſpoliatum tribus coronis triumphalibus, quater triumphauerat, nuſquam habuit locum ſepulturæ in ſummo orbe terrarum, uidelicet in ægypto, ſed abſciſum à corpore à Septimio & Achilla, inops .i. expers rogi crematur portatum eſt .ſ. ad Cæſarem munus nefarium perfidiæ ægyptiæ (qa eius opera reſtitutus fuerat Ptolemæus, unde hic genitus erat in regnum ægypti) miſerabile etiam ipſi uictori uidelicet Cæſari. Enim pro quia ut i. poſtq̄ Cæſar aſpexit id, oblitus hoſtis, ideſt q eius hoſtis fuerat, induit uultum ſoceri, qui aliquando fuerat .ſ. dum Iulia uiuebat, ac reddidit lachrymas tum proprias i. debitas Pompeio tam inclyto imperatori, tū filiæ .ſ. Iuliæ, q̄ illi nupſerat, & illum tantum dilexerat, ut uiſa eius tunica ſanguinolenta, interfectum uerita, abortum feceritt, ſibiq mortis cauſa fuerit. Curauit etiā caput Pompeii cremandum ſup. cum plurimis, & ſpecioſiſſimis odoribus .i. aromatum ſpeciebus, & unguentis. Quod, ſi animus diuini principis uidelicet Iulii in deos paulopoſt (ut adulatio fallax mentita eſt) transferendi, non exuiſſet iam manſuetus, caput habitum paulo ante columen .i. ſummum decus Romani imperii iacuiſſet inhumatum. Sic .i. uſq adeo, aut eum in modū fortuna uerſat negocia mortaliū.

THEOPHILVS

TIgranem. Hæc eadem Plutarchus & Dionyſi. In uita Pompeii. ſ In ſummo terrarum orbe. Vetuſta aliquot exemplaria legunt in ſuo modo terrarum orbe. qui ſenſus aptior eſt.

De Cæſare.

CAtonis quoq morte Cæſar audita, & ſe inuidere illius gloriæ, & illum ſuæ inuidiſſe dixit patrimoniumq eius liberis ipſius incolume ſeruauit: & Hercule diuinorum Cæſaris operum non parua pars Catonis ſalus fuiſſet.

De M. Antonio, & M. Bruto.

MArci autem Antonii animus talis humanitatis intellectu non caruit. Mar. enim Bruti corpus liberto ſuo ſepeliendum tradidit: quoq honoratius cremaretur: iniici ei ſuum paludamentum iuſſit, iacentem non hoſtem, ſed ciuem, depoſito exiſtimans odio. cumq interceptum à liberto paludamentum comperiſſet: ira percitus, protinus i eum animaduertit: hac ante præfatione uſus. Quid tu? ignoraſti cuius tibi uiri ſepulturam commiſerim? fortem, piamq eius victoriam philippicam libenter Dii viderunt, ſed ne iſta quidem generoſiſſimæ indignationis verba, inuiti audierunt.

OLIVERIVS.

CAtonis quoq morte. Hic fuit cato uticenſis. qui ſe uticæ interfecit, ubi de rep. deſperatum eſſe cognouit. maluit enim in libertate mori quàm in Cæſaris uenire poteſtatem. Cæſar igitur audita catonis morte dixiſſe fertur, & ſe catonis gloriæ inuidere, & catonem ſuæ pariter inuidiſſe. uerum hac uſus eſt humanitate, ut catonis bona liberis eius intacta reddiderit. Fuit āt cæſar præcipuū Romanæ clementiæ & humanitatis exemplum, adeo ut inter reliquas eius uirtutes, hæc ueluti princeps potiſſimū celebretur ad penitentiā uſq clementem fuiſſe dicit Pli. Ci. quoq in oratione pro M. Mar. miris laudibus eius humanitatē extollit. Soli. in ca. de hoie dicit. Cæſar fuit benignitate adeo pdit° ut quos armis ſubegerat, clementia magis uinceret. ſ Et Hercule diuinorum cæſaris operum non parua pars, catonis ſalus fuiſſet. Ratio cur cæſar inuiderit catonis gloriæ, quia nō mediocrem gloriā conſecutus eēt, ſi Catonē ſeruaſſet incolumen. quod profecto magnope cōcupiuit, nam hunc & Ciceronem duo clariſſima Rom. urbis lumina, ſemper ſaluos & incolumes deſyderauit. *(Catõis uticenſis mors)*

ASCENSIVS.

CAtonis &c. Affert cōſimile eiuſdē exēp. dicēs. Cæſ. ſu. dixit quoq .i. ēt audita morte Catu. ſ. Vticēſis, q ſe uiriliter interemerat. q glorioſum illi putabant, ſed diuus Augu. longe uerius, & ſanctius æſtimat, uitioq nō puo illi dat, & .i. ſimul ſe inuidere gloriæ illius .ſ. Cato. qa tum illius uincere nō potuit, & illū .ſ. catonē inuidiſſe gloriæ ſuæ. ſ. Cæſ. hoc dicēris, qa multū gloriæ acceſſiſſet Cæſa. ſi de illo triūphaſſet, aut illū cōſeruaſſet, & ſeruauit patrimoniū eius .ſ catonis icolume .i. inuiolatū, liberis ipſius Et Hercule ſalus catonis .i. ſi catonē cōſeruare potuiſſet, fuiſſet, nō pua, imo igens pars diuinorum operum cæſaris.

OLIVERIVS.

MArci ēt Ant aius. Hoc fuit bello ciuili, qđ geſſit An. cōtra Brutū & caſſiū cæſa. interfectores. ubi pfligatis reip. ptibus, Brut. ne ueniret i ptātē Ant. ſibiipſi mortē cōſciuit. Ant. igitur ubi cognouit Brutū ſibi mortē intuliſſe, paludamētū ſuū exuit, & liberto dedit, q ſup defūcti corpus iponeret, ut honoratius crematetur. q ille, cū intercepiſſet, grauī ſupplicio affectus ē ab Ant. ſ Intellectu, qa intellexit, cuiuſmodi eēt humanitas in hoſte ſeruāda. Philippicā quā i cāpis Philippicis Brutū uicit Anto.

ASCENSIVS.

MArci &c. Ordo ē Aius ēt Marci Ant. nō caruit intellectu talis hūanitatis. tradidit. n. corpus M Bruti ſepeliēdū liberto ſuo, aut Antonii aut Bruti. queq; .i. & quo (Sūt. n duæ pticulæ) ſup. corpus eius ut crematetur honoratius, iuſſit paludamētū .i. indumētū ipiale quo Brutus i bello uſus fuerat, iniici ei .ſ. corpi Bruti. Oli. intelligit de paludamēto Ant. q uero ſimile nō ē, neq Anto. deruiſſet, neq iā aptū Bruto iuiſſet. dubiū tñ eſt, utrius fuerit libertus, eo q dicit cōmiſeri. exiſt mās odio depoſito, iacentē nō hoſtē, ſed ciuē. & quū cōpiſſet paludamētū intercepū à liberto, eo q puoſum erat, pcitus ira, animaduertit protinus in eū morte .i. puniuit eum morte, uſus ante .ſ. quàm eum puniret hac præfatione. Quid tu? ſup feciſti? ignoraſti cuius uiri ſ. pulturam ego commiſerim tibi? q. d.

biſq.d.debebas patroni tui uirtutē non ignoraſſe. Dii uiderūt libentecſortem, & piam ob ultionem Cæſaris uictoriā Philippicam.i.in philippis habitam eius.ſ.Marci Antonii, ſed ne quidem inuiti audierunt iſta uerba generoſiſſimæ indignationis.ſ.in libertum.

exercitum ad ſe iuſſit acciri, & ſingulis dextram porrexit, qđ nō mediocrehumanitatis ſpecimē fuit poſtea uero mortuus eſt. Fato oppreſſa, Iam morte correpta, quia uenenum per uenas diffuſum erat. Spiritu, q̄a ſpiritus perexiguus erat, humanitas uero magna.

OLIVERIVS.

COmmemoratione Romani exempli. Tranſit ad externa, & primo de Alexandri humanitate dicit, qui fuſum fugatumq; Dariū eum per uaſtas ſolitudines perſequeretur, in ſeptentrionem uſq; puenit nimio frigore torpentem, & regionem, quæ Gazaba dr̄ aditurus procellā paſſus eſt maiorem & quā credi poſſit. ubi torpentibus gelu militibus, ſylua occurrit. hinc cæſas arbores accenderāt.i.forte gregarius miles Macedo iā ueteranus ſe uix & arma ſuſtētans, obſtupefactis gelu & rigore membris, in caſtra tandē peruenit, quo uiſo Alexander quāquā & ipſe tum maxime admoto igne fouebat artus, ex ſella ſua exiliuit, torpentēq; militē & uix compotem mentis, demptis armis in ſua ſede conſedere iuſſit. ille diu nec ubi requieſceret, nec à quo eſſet exceptus cognouit. tandem recepto calore uitali, ut regiam ſedem, regemq; uidit, territus aſſurgit. quē itués Alex. ecq̄d itelligis miles īq̄t q̄to meliore ſorte q̄p ſæ ſub rege uiuatis? Illis .n.i ſede regia cōſediſſe capitale foret, tibi ſaluti fuit. Macedonia, Nā res geſta eſt i cāpis philip.q̄ ſunt i Mace. Luſtrat Circuit, ut fugiētē Dariū depꝛhēderet. Manibus, ac ſi diceret uictricibus. Frigore duplicatū, Expreſſit frigeſcētis ſenis geſtū. eſt āt ſūptū de Heſi.q̄ dicit q̄ frigus ſenē īcuruū facit, & īō dicit duplicatū. Capitale. exti. ſo. Apd̄ pſas lex ē. Si q̄s ī ſolio regio cōſederit, capitale ē. Fcō. ſi.iiii. ca. de effectu. & moderatiōe Alex. īq̄t illi ſeni, ſi in pſis natus eēs ī regia ſella ſediſſe tibi capitale foret, ī Macedo. nato cōceditur. Idē nō hoīum ulli ſed naturæ fortunæq; cedēs, Quia cū nullo unq̄ Alexander cōgreſſus ē, quē ñ uicerit, nullā ciuitatē obſedit, q̄ nō expugnauerit, nullā gētē adiit, q̄ ñ calcauerit, nullāq; regionē pagrauit, q̄ armis nō ſubegerit. Quanq̄ uiolētia morbi. cū tandē uicto dario, domitiſq; parthis conſuluiſſet aruſpices de ſuarū rerū euentu. rñderūt, ut diligentiſſime babylonem uitaret. ille cū aliquandiu ab ea ſe regione abſtinuiſſet, tandem rapientibus fatis eius urbis mico deſiderio capeus eſt. & ut eſt genus humanū ī uetita, pronum, Babylonem ire uoluit, quo factum eſt, ut paucis poſt diebus Caſſander uenerit miſſus à patre antipatre, ut Alexādrum ueneno necaret. & cū antipater in macedonia plurimum auctoritate & opibus ualeret, eum benigne ſuſcepit, picernāq; ſuum inſtituit, uidelicet, quod ſibi pocula pcopinaret. hic igitur, ut multi tradunt, ex præcepto patris uenenatum poculum dedit Alexandro. uenenū autem fuiſſe dicunt frigidiſſimam aquam de nonacriade regiōe ſumptam quæ guttatim de petra ſtillat, quæ quidem aqua niſi in unguis deferri non poteſt. hanc cum hauſiſſet Alexander, ſubito dolore pfuſus eſt. itaq; abiit in cubiculū, & uniuerſum

Alexā. morientis hūanitas.

Externa, De Alexandro.

COmmemoratione Romani exempli in Macedoniam deductus, morum Alexādri præconium facere cogor. cuius ut infinitam gloriam bellica uirtus: ita præcipuū amorem clementia meruit. is, dum omnes gentes infatigabili curſu luſtrat: quodam loco niuali tempeſtate oppreſſus, ſenio iam confectum militem macedonē: nimio frigore obſtupefactū: ipſe ſublimi, et propinqua igni ſede ſedēs animaduertit: factaq; non fortunæ, ſed ætatis utriuſq; æſtimatione, deſcendit: et illis manibus, quibus opes Darii afflixerat: corpus frigore duplicatum in ſuam ſedem impoſuit. id ei ſalutare futurum ducēs, quod apud Perſas capitale extitiſſet, ſoliū regium occupaſſe. Quid ergo mirū eſt: ſi ſub eo duce tot annis militare iucūdum ducebāt: cui gregarii militis incolumitas proprio faſtigio carior erat? Idē nō hoīum ulli, ſed Naturę, Fortunęq; cedēs quāquam uiolentia morbi dilabebatur: in cubitū tamē erectus dexteram omnibus, qui eā cōtingere uellent: porrexit. Quis autem illam oſculari nō curaret: quę iam fato oppreſſa, maximi exercitus complexui: humanitate, quàm ſpiritu uiuidiore, ſufficit?

De Piſiſtrato.

NOn tam robuſti generis humanitas, ſed & ipſa tamen memoria proſequenda piſiſtrati Athenienſium tyrāni narrabitur. Qui, cum adoleſcens quidam amore filię eius Virginis accenſus: in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet, hortante uxore, ut ab eo capitale ſupplicium ſumeret: reſpondit. ſi eos, qui nos amant: interficiemus? quid iis faciemus: quibus odio ſumus: minime digna uox, cui adiiciatur eam ex tyranni ore de humanitate manaſſe. in huncmodum filiæ iniuriam tulit: ſuam multo laudabilius.

ASCENSIVS.

COmmemoratione &c. Ordo ē. Ego deductus commemoratione. i.p commemorationem exempli Ro. In macedoniam .i. cōtemplationem rerum geſtarum à rege Macedoniæ, cogor facere præconium.i. quaſi uoce pconis, laudationem morum Alexādri, uidelicet magni, cuius ut bellica uirtus meruit infinitam gloriam, ita clementia meruit amorem pcipuum. Is .ſ. Alexander dum luſtrat omnes gentes. ſ. ad eas adiiciēdas ſuo imperio, curſu infatigabili (id uocabulum ſæpe ī hoc authore legitur, neſcio tamen an ponatur pro indefatigabili, nā nihil uidetur in terris tam forte, quod nō ſit utcunq; fatigabile, ſed multa ſunt indefatigabilia, dicit autem curſum infatigabilem pro Alexā. infatigabili curſu) ipſe oppreſſus quodam loco tempeſtate niuali, animaduertit militem Macedonem confectum iam ſenio, obſtupefactum. i torpentem, & hebetatum ſenſibus nimio frigore, deprehendit dico ipſe ſedens. i. cum ipſe ſederet ſup. in ſede ſublimi, & ppinqua igni. & facta æſtimatione. i. cenſura non fortunæ (qppe, q̄ rex erat cum ille eēt gregarius miles) ſed ætatis, quia ipſe iuuenis & robuſtus, ille confectus ſenio erat, deſcendit. ſ. ex illa ſublimi ſede, & q̄bus manibus afflixerat opes Darii impoſuit in ſuā ſedem corpus duplicatum. i. quaſi complicatum, & conſtrictum frigore. ducens. i. exiſtimans id futurum ſalutare ei. ſ. militi, quod extitiſſet capitale, ideſt puniendum pœna capitali apud perſas uidelicet occupaſſe ſolium regium. Quid ergo mirum eſt, ſi ſup. milites ducebāt iucūdū militare tot annis ſub eo duce. ſ. Ale. cui, īcolumitas. i. ſoſpitas, & cōſeruatio militis gregarii. i. nulla excellentia, aut honore pditi ?erat carior faſtigio. i. culmine proprio, Idē. ſ. Ale. nō cedēs ulli hoīum, ſed naturæ & fortunæ, q̄q̄ di labebatur. i. labefactabatur, uiolētia morbi, tñ erectus ī cubitū, porrexit dextrā oībus, q̄ uellēt cōtigere eā. Quis āt nō curacet oſculari eā q̄ iam oppſſa fato. i. morte uicina, ſufficit cōplexui maximi exercitus, humanitate i. clementia in ſuoa uiuidiore, ideſt uiuatiore, quàm ſpiritu, ſcilicet uitali, quia pluſpotuit tunc in eo humanitas quā ſpiritus uitalis.

OLIVERIVS.

NOntā robuſti gñis. Adoleſcēs q̄dā piſiſtrati filiaamore correptus, ea in publico oſculatus eſt, dū iret aquatū. Plu. n. dicit principū filias aquatū ire ſolitas, cū igitur puella domū rediſſet, mři grauiter cōqueſta eſt, Mater (ut oēs ferme matres ſupſtitioſæ nimis eē ſolent) ad uirū defert, iniuriæ crimē exaggerat, Impatiēter cōq̄ritur, de adoleſcēte pœnā expoſcit. cui Piſiſtratus. ſi eos puniemus q̄ nos amāt q̄ illis igi faciēdū ē q̄ nos oderit: fuit hic piſiſtra. eſte Her. Hippocra

Piſiſtra. humanitas in adoleſcentem petulantem.

eis filius, & athenarum tyrannus, qui doctrina, ingenio & eloquẽtia tãta fuit, ꝙ Athenien. ſe ac libertatẽ eis ſponte ſubmitterent, q̃ꝗ Solon inſtantiſſimus & grauiſſimus orator pro libertate aduerſum illũ ſtaret, ſed eloquẽtiæ Piſiſtrati libertas cũ Solone ſuccubuit, ut ſuo loco oſtendemus in ca. de ingratitudine, & de ui eloq̃ntiæ tp̃e quo Ser. tullius Ro. regnabat, ut G. d. tradit. hic ẽt primus fuit, q apud athen. bibliothecam inſtituit. ❡Non tam robuſti generis. Quia nõ tantæ claritatis fuit q̃ ꝗ Alexander Mace. ❡Minime digna uox, Laudat hanc hũanitatẽ Vale. hæc, inq̃t, uox eiuſmodi eſt, ut non digna uideatur dici ex ore tyrã. fluxiſſe.

❡ De Eodem.

A Thraſippo amico inter cœnam ſine fine conuiuio laceratus: ita & animum, & uocem, ab ira cohibuit: ut putares ſatellitem a tyranno male audire. abeuntem quoꝗ ueritus ne propter metum maturius ſe conuiuio ſubtraheret: inuitatione familiari cœpit retinere. Thraſippus concitatæ temulentiæ impetu euectus, os eius ſputo reſperſit. nec tamen in uindictam ſui ualuit accendere. ille uero etiam filios ſuos uiolatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes, retraxit. Poſtero quoꝗ die Thraſippo ſupplicium a ſe uoluntaria morte exigere uolenti, uenit ad eum, dataꝗ fide in eodem gradu amicitiæ manſurum, ab incepto reuocauit. Si nihil aliud dignum honore memoriæ geſſiſſet: his tamẽ factis abunde ſe poſteritati commendaſſet.

❡ De Pyrrho Rege.

Aeꝗ mitis animus Pyrrhi regis, audierat apud quoſdam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum. accerſitos qui ei interfuerunt: percunctabatur: an ea, quæ ad aures eius ꝑuenerant: dixiſſent. Tum ex his unus, inquit, niſi nobis uinum defeciſſet: iſta, quę tibi relata ſunt, præ iis, quæ de te locuturi eramus: luſus, ac ioc⁹ fuiſſent. tam vrbana crapulæ excuſatio, tamꝗ ſimplex ueritatis confeſſio, iram regis conuertit i riſum. Qua quidem clementia & moderatione aſſecutus eſt: ut & ſobrii ſibi Tarentini gratias agerent, & ebrii bene præcarentur. Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captiuos caſtra ſua petentibus, quo tutius uenirent, Liconem moloſſum obuiam miſit: quo honoratius exciperentur: ipſe cum ornatu equitum extra portam occurit. ſecundarum rerum prouentu non adeo corruptus: ut officii proſpectum in iis deponeret: qui tum maxime armis cum eo diſſidebant.

ASCENSIVS.

Non tam &c. Ordo eſt Humanitas non tã robuſti ai, ut. ſ. in Alexã. Magno fuit, ſed tñ &. i. ipſa proſeq̃nda. i. digna quã ꝓſeq̃mur memoria, narrabitur, uidelicet Piſiſtrati tyran. Atꝗ. Qui cũ quidã adoleſcens accenſus amore filiæ eius uirginis. ſ. adhuc, oſculatus eſſet ſupple eã factã obuiã ſibi in publico .i. loco publico, uxore hortante, ut ſupplicium capitale ſumeretur ab eo. ſ. iuuene rñdit, ſi nos interficimus eos qui nos amant, quid faciemus iis. quibus ſumus odio: uox ſupple eſt, minime. i. nequaquam digna, cui adiiciatur .i. aduci debeat eam manaſſe ex ore tyranni de humanitate. i. cũ procedat de humanitate. Piſiſtratus ſupple tulit in hũc modum iam. ſ. dictũ, iniuriã filiæ, quam adoleſcens uiolenter oſculatus eſt, ſed ſupple tulit iniuriam ſuam. i. in ſe illatã multo laudabilius, de qua eſt ſequens narratio.

OLIVERIVS

A Thraſippo amico inter cœnã ſine fine. De huiuſmodi hũanitate loquitur, qua in amicũ uſus ẽ nã cũ Thraſippũ amicũ ſuũ inuitaſſet ad cœnã, ille uino nimio plus q̃ ſatis erat incitatus, cõtra tyrannũ exacerbatus eſt, adeo ut cõuitiis oneratu, in facie quoque eius expuerit. Tyran. ridibundus oia tulit. amicũ ẽt metu ut ipſe credebat, abeuntẽ retinuit, filiũ p̃ris iniuriã ulciſci cupientem, inhibuit. Vocem ab ira. Nec iratus eſt, nec uerbum rñdit. ❡Male audire, Male audio à te, de me maledicis. ❡Cõcitatæ temulentiæ, inflammatæ ebrietatis. Poſtero die, Thraſippus poſtq̃ digeſta crapula redut ad ſe & cognouit ea q̃ p uinolentiã fecerat, nimio dolore perius ſeipm interficere uoluit. at piſiſtratus data fide nihil ſe de priſtina amicitia mutaturum, ab incœpto reuocauit.

ASCENSIVS.

A Thraſippo &c. Narrat quomodo piſiſtratus multo laudabilius tulerit iniuriam in ſe illatam dicens. Piſiſtratus ſu laceratus. i. ꝑſciſſus cõuitio ab amico Thraſippo. ſ. noie, inter cœnã. i. cœnandum, ſine fine. i. modo aut termino, cohibuit ita & aium, & uocem ab ira, ut putares ſatellitem i. miniſtrum male audire. i. obiurgari, & cõuitiis proſcindi à tyranno, idẽſt ac ſi ipſe piſiſtratus tyrannus, fuiſſet ſatelles Thraſippi. & Piſiſtratus ueritus ne Thraſippus ſubtraheret ſe conuiuio maturius. i. citius propter metum, cœpit retinere ſup. eum abeuntem. i. abire uolentem inuitatione familiari. ſ. ut diutius maneret. & ſup. tunc, Thraſippus euectus. i. tranſportatus à ſtatu rationis, ſpetu temulentiæ. i. ebrietatis concitatæ. i. commotæ, & accelerantis, reſperſit os eius. ſ. piſiſtrati tyranni ſputo, nec tñ ualuit accendere. ſ. piſiſtratũ in uindictam ſui. Ille. ſ. piſiſtratus, retraxit ẽt filios ſup. ſuos cupientes ſubuenire maieſtati patris uiolatæ. ſ. à Thraſippo ebrio per ſputũ, & cõuitia. Quoꝗ pro & Thraſippo uolente die poſtero. i. proxime ſequenti exigere à ſe ſupplicium. ſ. ob iniuriã illatã amico, morte uoluntaria. i. q̃ ſibi ultro inferre parabat, piſiſtratus ſup. uenit ad eũ, & data ſancta fide. i. promiſſione facta, ſup. eum manſurum in eodem gradu amicitiæ, in quo fuerat ante illã iniuriã, reuocauit ſup. eum ab incœpto. i. à morte q̃ ſibi inferre parabat. ſi ſup. piſiſtratus nihil aliud dignum honore memoriæ geſſiſſet, tñ cõmẽdaſſet ſe poſteritati abunde his. ſ. duobus factis.

OLIVERIVS.

A Eꝗ mitis aius Pyrrhi. Hæc humanitas Pyrrhi ſimillima eſt ſuperiori. nã Pyrrhus accitus à Tarentinis aduerſus Romanos, cũ in caſtris eſſet, qdã ſodales in cõuiuio per ebrietatem in petulãtiam lapſi, de illo male. locuti ſunt. quos captos & ad ſe ductos, cũ interrogaſſet Pyrrhus dixiſſent ne ea q̃ ad ipſius aures peruenerant, tũ unus urbane ſatis dẽ rñdiſſe, niſi nobis ſ. q̃ uinũ defuiſſet, multo grauiora de te locuturi fueramus. pariter dẽ facto reſpõſum, quod potuit regis irã in riſum ẽt cõuertere. ❡Præ his, Reſpectu eorũ. Luſus ac iocus, Luſus in reb⁹, iocus in uerbis. ❡Qua quidẽ clemẽtia, laudat hãc regiã humanitatem. ❡Ab eadem altitudine, De eiuſdem Pyrrhi hũanitate loq̃tur, q ut ſupra dixi, cũ multis millibus hoium in auxiliũ Tarẽtinoꝝ cõueniſſet, & bellũ ſtrenue, fortiterꝗ geſſiſſet, ingentẽ captiuoꝝ numerũ aliq̃bus cladibus illatis cœperat, ad quos redimendos cum Romani legatos miſiſſẽt, hac humanitate uſus eſt in legatos ut illis obuiã honoratũ uirũ honoris grã miſerit. Ipſe quoꝗ cũ eq̃tatu, extra portas occurrerit, atꝗ illos, nõ ut uictor ſecũdis rebus elatus, ſed ut amicus benigniſſime ſuſcepit, captiuos ſine ꝓtio remiſerit dicẽs; ut ẽ apud Enniũ. Nõ aurũ poſco nec ꝓtiũ dederitis, nec cauponantes bellũ, ſed belligerantes, & ferro nõ auro uitã cernamus utriꝗ. uos ne uelit, an me regnare hera, qd ue ferat ſors uirtute experiamur, & hoc ſimul accipe dcm̃, quoꝝ uirtuti belli fortuna pepcit, eorundẽ me libertati pcere certũ ẽ. dono ducite, doꝗ uolentibus, cũ magnis diis. Regalis i q Ci. & æacidaꝝ gñe digna ſnia ❡Prouentu. Felicitate, & ſucceſſu. ❡Officii, qd debebat legatis.

Pyrrhi humanitas in tarentinos

Pirrhus Roma. captiuos gratis reſtituit.

ASCENSIVS.

A Eꝗ &c Ordo eſt Animus Pyrrhi regis. ſ. Epirotarum æꝗ i æqualiter mitis ſup. fuit. Qui. ſ. Pyrrhus quum audierat ſermonem paꝝ honoratũ hitum ſup. eſſe de ſe apud quoſdã in conuiui o tarentinoꝝ, percunctabatur. i. interrogabat accerſitos. i. ad ſe uocatos ſup. eos q interfuerãt ei. ſ. cõuiuio, an dixiſſent ea, q̃ ꝑuenerãt ad aures eius. Tũ i. tũc unus ex his, inq̃t, niſi uinum defeciſſet nobis, iſta quæ relata

ſunt

tandum te ſriiſſe cognoueris, cum ſceleratos, & peregrinos receperis, ciues tuos bonos de te optime meritos eieceris. ¶ Iuſiurando. Quia affirmauerant iureiurando, ſe leges ſeruaturos. ¶ Lingua. Quia uerboſa eſt græcia. ¶ Sed omittamus ingratos ad pietatem tranſiturus non diſcedit à conſuetudine ſua, ut breui quadam præfatione capitula iungat. poſtquã ſatis diximus de ingratis, dicamus de pietate filiorum erga parentes. ¶ Venite igitur. Inuitat pios, qui ſe offerant, ut eorum laudes decantet, qui ſua uirtute effecerunt, ut tales genuiſſe parentes non pœniteat, & alios incitent ad propagandum genus, credentes ſe illis ſimiles procreaturos. ¶ Propagatæ. Multiplicatæ, & auctæ. eſt autem pietas teſte Cice. per quam diis immortalibus ſanguine coniunctis, & patriæ beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus.

ASCENSIVS.

PHocióõ uero, inſtructiſſimus, ideſt ornatiſſimus & quaſi armatiſſimus his dotibus, quæ indicantur potentiſſimæ ad honorem pariendum, ideſt labore acquirendum uidelicet clementia, & liberalitate, non tantum impoſitus eſt eculeo, ideſt inſtrumento tortorio (ſic ab equo, ut quidam uolunt dicto, unde equuleus ſcribi debeat) ab Athenië. ſed certe nullam, ideſt non ullam, non inuenit poſt obitum, ſcilicet ſuum, ullam glebulam, ideſt uel minimam partem terræ atticæ, ideſt ad atticam regionem Athenieñ. pertinentis, quæ iniiceretur eius oſſibus, ſcilicet ad ſepulturam faciendam, Iuſſus uidelicet proiici extra fines, ſcilicet atticæ regionis inter quos, ſcilicet fines uixerat optimus ciuis. Quod quia iniquiſſimum eſt, addit. Quid igitur abeſt &c. Inuehitur in ingratos, & præcipue in Athenieñ. dicens. Igitur, quia in tot inclytos uiros ingrati fuere Athenieñ. Quid abeſt, ideſt deeſt, ſcilicet iuſtæ cauſæ, aut quid obeſt, ideſt impedimento eſt, quin, ideſt quominus ſit exiſtimanda, ideſt cenſenda publica dementia, uidelicet punire ſummo conſenſu, ſcilicet totius populi, maximas uirtutes, quaſi grauiſſima delicta, & rependere, ideſt recompẽſare beneficia, ideſt benefacta, iniuriis, ut ſunt uincula, & exilia? Quod, ſcilicet facere, cum ſcilicet ita ſit, quod debet uideri intolerabile ubiq;, ſcilicet gentium, tum præcipue debet uideri intolerabile Athenis, ideſt apud Athenas, in qua urbe actio, ſcilicet legitima, conſtituta eſt, ſcilicet per legem latam aduerſus, ideſt contra ingratos. Et recte ſup. actio conſtituta eſt, q̃a quiſquis, ideſt quicunq; negligit referre benemerito parẽ gratiam, tollit, & perdit commertium, ideſt mutuam pactionem, & rationem dandi, & accipiendi beneficii, ſine quo ſcilicet cõmertio uita hoïs uix, ideſt quaſi non, & cum ſumma difficultate conſtat. Voluit enim deus homines mutua inter ſe opera, & beneficentia ita indigere, ut nullus ſibi ſatis ſit, ut mutua charitate ſeſe demerentes, præceptum de dilectione proximi ſeruent, quod quidem præceptum, licet forte à deo Moſi datum non nouit author, obſeruandum tamen nouit. Ergo cũ tam neceſſaria ſit gratitudo ad conſeruationem generis humani, quantam repræhenſionem merentur uidelicet Athenië. qui cum haberẽt iura æquiſſima, ſed ingenia iniquiſſima, maluerunt uti moribus ſuis, ſcilicet prauis q̃ legibus, ſcilicet ſuis rectis? q.d. maximam. Quod ſi poſſet effici, ideſt fieri, qua, id eſt aliqua prouidentia deorum, ut uiri excellẽtiſſimi, quorum caſus ego retuli, ideſt recitaui, modo, ideſt pauloante, retinentes legem ingratorum, uindicem, ideſt ultricem iniuriarum ſibi illatarum, pertraherent patriam ſuam in ius ad aliam ciuitatem, nonne reddidiſſent populum, ſcilicet Athenieñ. ingenioſum & garrulum, & ita idoneum, qui multum, & prõpte reſpondeat (nam ingenio excogitantur uerba, quæ loquacitate effutiuntur) mutum, atq; elinguem, ideſt quaſi non habẽtem linguam, cum non haberet quid reſpõderet, hac, ideſt huiuſmodi poſtulatione, ideſt actione iniuriarum? qualis ſequitur, ut ſcilicet dicant Theſeus. Miltiades, & cæteri, ò patria ingrata, Foci tui diſcordes, ideſt tam diſperſi per agros, ut ex eis nulla oriri poſſet concordia, & tuguria tua ideſt caſæ & humiles uillæ in agro, diuidua pacis, ideſt quæ potius ad diuiſionem q̃ ad unionem pacis, ut erant diſtrictæ, faciebant, ſunt facta, ſcilicet ductu & auſpicio Theſei, columen, ideſt faſtigium, & ſummum decus græciæ. Marathon mons atticus, aut urbs in attica, lucet (ductu miltiadis) trophæis perſicis ideſt perſis detractis ſpoliis. Salamis Athenis adiectam, & artemiſium, & naufragia xerxis, ideſt quæ coactus eſt xerxes facere, numerantur, ſcilicet inter uictorias ciuium tuorum. mœnia, ſcilicet tua hoc eſt Athenarum exhauſta, ideſt euacuata, & ſolo æquata præualidis manibus, ſcilicet perſarum, & aliorum barbarorũ, tam ualidis, ut apollo Athenieñ. In muris tantum ligneis, hoc eſt in nauibus ſalutem denunciaret. conſurgunt, ſcilicet opera & conſilio Themiſtoclis, pulchrioribus operibus, ideſt ſtructuris q̃ prius. Reſponde ò patria, authores harum rerum ubi uixerunt? ubi iacent? quaſi dicat in exiliis, aut carcere uixerunt, & in terris ignotis iacent. quod probat ſic. Nempe, ideſt nam certe ò ingrata, ſcilicet patria, tu coegiſti Theſea ſepeliri in paruo ſcopulo, ſcilicet ſcyri inſulæ, & Miltiadem mori in carcere, & Cymonem inducere cathenas paternas, ut ſcilicet patrem in catenis mortuum ſepeliri patereris, & Themiſtoclem uictorem, ſcilicet xerxis, complecti genua, ideſt ſupplicem ambire, & implorare miſericordiam hoſtis uicti, ſcilicet eiuſdem xerxis. & coegiſti Solonem cum Ariſtide, & Phocione fugere penates ſuos, ideſt abire in exilio (Interſeram hoc grammaticum, q; Oliuerius dicit, Solonem media correpta proferri debere, intellige quotiens ſequitur encletica coniunctio, quæ trahit ſemper accentum ad præcedentem ſyllabam, ut hoc loco, Solonemq;, ſic pronunciem, Simonemq; Catonemq;, quia etiam utraq; nominatiui caſus in pronunciando accẽtum habet in penultima, uerumtamen Solonem. Simonem. Catonem & in carmine quocunq; ſequente coniunctione encletica mediam producunt, unde Perſius. Erumnoſiq; Solones. Horatius. Lucrata Simone talentum. Sententia diua Catonis) Coegiſti inquiunt ea, quæ dicta ſunt, quum interim cineribus noſtris (Sunt enim uerba iniuriam paſſorum de ingratitudine patriæ conquerentium) diſperſis fœde, ac miſerabiliter, quia in exiliis uariis citra culpam noſtram derelictis, tu ò patria ingrata, colis oſſa Oedipodis contaminata cæde patris, ſcilicet eius Iaii, Et nuptiis matris, ſcilicet Iocaſtæ, & cineres ſupp. eius decoratos honore aræ, & ita ſacroſanctiores, ideſt plus q̃ ſacroſanctos, cum etiam diuinis honoribus eos dignata ſis, inter ipſum areopagum, ideſt martis uicum, locum nobiliſſimum in urbe Athenarum, appoſitione nobile domicilium diuini, atq; humani certaminis, quia ibi neptunus, & pallas de impoſitione nominis Athenarum primum certaſſe dicuntur. deinde grauia Mortalium iudicia exercebantur, & inter arcem mineruæ excelſis præſidiis, quia diuinis præditam, nã dea ipſa arcem ſuam defendere credebatur, ut patuit lib. i. capi. de ſimulata religione per piſiſtratum. Adeo, ideſt uſq; adeo, uel in tantum, mala ideſt peccata aliena, utpotè Oedipodis cuius reliquias ſic honoraſti, ſunt tibi gratiora tuis bonis, ideſt uirtute tuorum ciuium. Itaq; lege, ideſt reuolue, & meditare, legẽ, ſcilicet contra ingratos latam. quæ tenet te ò patria ingrata, aſtrictam iureiurando, quia cum ferretur primum iurauit totus populus, ſe eam obſeruaturum. Et quia noluiſti reddere bene meritis, ſcilicet de te, hoc eſt nobis (nam eorum nomine hæc introducta ſunt ab authore quaſi iniuriam paſſi hæc dicant) præmia debita, exolue læſis, ſcilicet nobis, ideſt iniuriam paſſis, piacula, ideſt purgamina iuſta, ideſt debita, hoc eſt iuſtas expiationes, & recompenſationes pro iniuriis illatis. Hactenus illi de quibus author. Vmbræ illorum, ſcilicet quos per fantaſiam introduxi conquerentes, tacent mutæ quia corporibus exutæ, conſtrictæ neceſſitate fati, quia abire coactæ, redire non poſſunt. At athenæ immemores beneficiorum, nõ uacent, ideſt non poterunt propterea uacare, ideſt uacuæ, & immunes eſſe, reprehenſione, ſcilicet uiuentium, & hoc lingua ſoluta, ideſt effuſa ad loquendum, ſermone licenti, & ita, immo dico, hoc eſt q̃uis umbræ taceant, uiuentes tamen ingratitudinem Athenieñ. liberius taxabunt. Sed omittamus ingratos. Hac præfatione tranſit ad pios, qui multiplices ſunt, utpotè ĩ parentes, in fratres, in patriam, & in liberos, de quibus ex ordine agit. Et primo de primis uidelicet de piis in parentes dicens. Sed omittamus ingratos, & loquamur potius de piis. Eſt enim ſatius, ideſt eligibilius, & conducibilius aliquanto uacare, ideſt operam, & ſtudium ſingulare impendere, rei fauorabili, ut eſt pietas, quàm inuiſæ, ut eſt ingratitudo. Igitur quia de piis in parentes primò locuturi ſumus, ò uos proſpera uota parẽtũ, q̃a omnes parentes ſumus, uotis tales gignere optant. & uos ſoboles ꝓpagatæ auſpiciis felicibus .i. feliciter, & diis bene fauentibus inceptis ueſtris, quæ. ſ. ſoboles efficitis, ut iuuet, ideſt delectet. ſ. parẽtes ueſtros genuiſſe. ſ. uos, & libeat, ideſt uoluptati, ſit ſup. eis, generare ſup. alias, uenite in manus noſtras, ut, ſcilicet uos honorifico ſtilo tractem.

Oliuerius.

Corioſiani pietas erga matrem.

❡ De pietate Coriolani. Caput. IIII.

Coriolanus maximi uir animi, & altiſſimi conſilii, optimeq́ de rep. meritus, iniquiſſimæ damnationis ruina proſtrat⁹, ad uolſcos infeſtos tūc Romanis confugit. Magno ubiq́ pretio uirtus æſtimatᷣ. Itaq́ quo latebras quæſitū uenerat: ibi breuiſſime ſummum adeptus eſt imperium. Eueniteq́, ut quem pro ſe ſalutarē imperatorē ciues habere noluerāt: pene peſtiferū aduerſus ſe ducem expirentur. frequenter enim fuſis exercitibus noſtris, uictoriarum ſuarum gradibus, aditum iuxta mœnia urbis uolſco militi ſtruxit. Quapropter faſtidioſus ille in æſtimandis bonis ſuis Populus, qui reo non pepercerat: exuli coactus eſt ſupplicare. miſſi ad eum deprecādum legati, nihil profecerunt. miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, æque ſine effectu redierūt. ſtupebat Senatus: trepidabat populus, uiri pariter & mulieres exitium imminens lamentabātur. Tunc Veturia Coriolani mater, Volumniam uxorem eius, & liberos ſecum trahens caſtra Volſcorum petiit: quam ubi filius aſpexit propere ut amens matris cōplexū petiit: Illa ex precibus i iram uerſa ait. Sine ut prius, quam complexum accipiam, ſciam, an ad hoſtem: an ad filiū uenerim, captiuane an mater in caſtris tuis ſim. In hoc me longa uita, & infelix ſenecta traxit: ut exulem, deinde te hoſtem uiderem? potuiſti populari hanc terrā: quæ te genuit, atq́ aluit? niſi te pepiſſem: Roma non oppugnaretur. multaq́ inſuper addidit complorando: quibus & uxoris, ac paruulorum fletibus motus matrem complexus: Expugnaſti inqt, & uiciſti iram meā patria. precibus huius admonitus, cuius utero conceptus ſum: te quamuis merito mihi inuiſam, dono: continuoq́ agrum Romanum hoſtilibus armis liberauit. Ergo pectus acceptæ dolore iniuriæ, ſpe potiundæ uictoriæ, uerecundia detractandi miniſterii, metu mortis refertum totum ſibi pietas uacue fecit: uniuſque parentis aſpectus, bellum atrox ſalutari pace mutauit.

OLIVERIVS.

Coriolanus. Hic fuit uir conſilio, & magnanimitate plenus, cæterum pietatis gloria longe inſignis nam poſt multas, atq́ præclaras res pro repu. geſtas odio plæbis, & ira concitatæ in ſe multitudinis, cum maxima patrū indignatione, & dolore, urbe pulſus i uolſcos profectus eſt, ubi tantum breui tpe grã, & auctoritate ualuit, q̄ eius cōſilio bellum Romanis indiceretur. ipſe dux belli ſummo omnium cōſenſu creatus, uaſtatis primo Romanorum agris, multis deinde captis oppidis, multis ēt in deditiōem acceptis, multa præda locupletatus, ad ipſius urbis expugnatiōem ducit exercitū. Romani tanta belli mole territi, legatos ad eum de pace & reditu ſuo miſerunt, qui nihil profecere. miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, nihil plus fœlicitatis habuere. pfecta demum mater inuictum eius animum fregit. & à patria bellū amouere coegit. quod igitur patrum authoritas, quod deorum reuerentia non ualuit ſola matris pietas effecit. quæ tanta in hoc uiro fuiſſet traditur, ut dicere ſolitus eſſet, nullum maius uirtutum ſuaꝝ præmiū ſibi excolui poſſe, quàm matris lætitiam. nam cū cæteris uirtutibus finis gloria foret, huic gloriæ finis materna exiſtebat lætitia. id nāq́ ingenii, tū honori, tū fœlicitati ſibi eē ducebat, ut matrem eius laudes, & ſe coronis ꝑditū ſpectare cōtingeret, ac ipſius ꝑ gaudio lachrymātis aſtringeretur ãplexibus. quod idem tradit de Epaminūda, q ſe hoc uno fœliciſſimū putabat quod ſuas res geſtas in leuctris atq́ uictoriā utерq́ parens potuiſſet inſpectare. Cãæ aūt quibus exulauerit, hæ ſunt, quarū unā tantum Liuius tangit, Sed Plu. in eius uita commemorat Primo affectati regni accuſatus eſt, quod cū probari nequiſſet tria obiecerūt eius inimici, primū q̄ frumentū inter plebem diſtribui uetuiſſet, ſecundum quod tribunatum plæbis dolo intercipere uoluiſſet, tertiū quod prædam ex Anciati agro in ærarium nō cōtuliſſet. quibus omnibus cōuictus exulare coactus eſt. Tullius in Lælio, quis clarios in græcia Themiſtocle? quis potentior? qui cū imperator bello perſico græciam ſeruitute liberaſſet, propter q̄ inuidiam in exilium pulſus eſſet, ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod. xx. annis apud nos faceret coriolanus. Hoc audatior contra patriam inuentus eſt nemo. itaq́ ſibi mortem uterq́ conſciuit. Quibus cice ronis uerbis colligitur, coriolanum ſibi mortem intuliſſe. At uariæ ſunt de huius hominis exitu ſcriptorum ſententiæ, ſunt enim, qui dicant ſtatim abductis ex agro Romano legionibus inuidia rei oppreſſum periſſe. alii alio loco. apud Fabium longe antiquiſſimum auctorem uſque ſenectutem eundem uixiſſe lectum eſt. traditur etiam hanc ſæpe cum exacta ætate uocem uſurpaſſe, multo miſerius ſeni exilium eſſe. uerum conſtat authore Dionyſio alicarnaſo quod cum matronæ annum, ut Brutum, Romæ luxerunt.

❡ Magno ubique prætio uirtus, Sententia generalis ubiq́ uirtutem æſtimari. quod probat p Coriolanum quem exulem hoſtes Imperatorem creauerunt. Faſtidioſus qui faſtidire ſolet bene de repu. meritos. ❡ Nō detrahenda. Quia non ſine uerecundia ab īcœpto amouebatur. ❡ Ergo pectus. quamuis, inquit, Coriolanus multa cogitaret, quæ illum in diuerſa traherent, cogerentq́ in incœpto ꝑmanere, pietas tamen omnia uicit.

ASCENSIVS.

Coriolanus (Cuius primum eſt inter pios in parentes exemplum) uir maximi animi & altiſſimi conſilii, & optie meritus de repu. ſ. Romana, proſtratus ruina iniquiſſimæ damnationis. ſ. factæ per furorem populi male inſtigati, confugit ad uolſcos. ſ. populos italiæ, infeſtos. i. hoſtes, & uim inferentes tunc Romanis. Virtus autem æſtimatur ubiq́. ſ. terrarum. Magno prætio). Itaq́. i. & ita qa uirtus ei⁹ cognita fuit, ipſe adept⁹ eſt breui, ſummū imperium, ibi, quo uenerat quæſitū. i. ad quærendas latebras. ſ. exilii ſui. Et euenit, ut quem ciues. ſ. Romani noluerunt habere imperatorē ſalutarem pro ſe, experirentur ducem pene peſtiferum. i. afferētem pnicie, aduerſus ſe. Enim pro quia, exercitibus noſtris fuſis frequenter. ſ. à uolſcis eius ductu, ſtruxit. i. muniuit, & effecit uolſco militi aditum. i. acceſſum iuxta mœnia urbis. ſ. Romæ, gradibus. i. ſucceſſibus uictoriarum ſuarum. Quapropter populus ille. ſ. Ro faſtidioſus. i. ſuperbus, & contemptor in æſtimandis. i. appretiandis bonis, qui non pepercerat reo. i. accuſato, licet inique, coactus eſt ſupplicare exuli. i. iam exulāte, ſed ui in patriam reuerſo. Legati miſſi ad deprecandū eum. i. flectendum eum precibus, nihil profecerunt. deinde ſacerdotes miſſi cum infulis. i. ornatu ſacerdotali ꝑſertim in capite, redierunt æqua. i. æqualiter ſine effectu. Senatus ſtupebat. i. hebetabatur cogitando, & non inueniēdo exitum mali, populus trepidabat præ timore, uiri pariter, & mulieres lamentabantur exitium. ſ. urbis imminens. i. inſtans, aut appropinquans urbi. Tunc ueturia mater Coriolani, trahens ſecū uolūniā uxorē eius. ſ. Coriolani & liberos. ſ. utriuſq́ petiit caſtra uolſcorum, q̄ ſ. mātrem ſuā, ubi. i. qñ filius aſpexit petiit cōplexū matris propere. i. feſtinanter, ut amens. i. raptus impatiendi charitate in eā. Illa. ſ. mater eius Veturia, uerſa. i. mutata ex ꝑcibus in irā ait. ſine. i. permitte, aut deſine complexum meū petere, ut ſciā priuſq̄ accipiā cōplexū. ſ. tuū, an uenerim ad hoſtē, an ad filiū. & ne. i. an ſim captiua in caſtris tuis, an mater. Vita longa, & ſenecta infelix traxit me in hoc. i. ad hāc calamitatem, ut uiderem, te exulē, deīn, ut uiderē te hoſtē. Potuiſti. i. induxiſti i aīum tuū populari. i. ut popul eris hāc terrā, q̄ genuit, & aluit te? Niſi ego genuiſſem ſup. te. i. ſi ſterilis fuiſſe (q. d. beatæ ſteriles &c.) Roma. q. d. patria tua ꝑclariſſima, n̄ oppugnaretur. & ipſa addidit inſup. i. ꝑter hæc. multa. ſ. alia ſimilia cōplorando, qbus & fletibus uxoris, & paruuloꝝ. ſ. cō

muniam, Coriolanus motus, complex⁹ matrem, inquit, tu expugnaſti. Pôt hic duplex eſſe intellectus, alter ut prius di⸗ cat ad matrem, tu ò mater expugnaſti, & pro.i.uiciſti, deñ cõuertens ſermonem per apoſtrophen ad patriam dicat, ò patria, ego admonitus &c. Alter ut cõplectendo matrem conuertat totum ſermonem ad patriam & dicat ò patria tu expugnaſti, & uiciſti ſup.me, qa ego admonitus precibus huius, cuius utero ego conce⸗ ptus ſum, dono.i.remitto tibi quãuis inuiſæ merito mihi, irã meam. & continuo poſtq̃ ſic locutus eſt liberauit agrũ Ro⸗ manũ armis hoſtilibus. Ergo pietas.ſ.in matrem, uacuefecit. i.uacuũ fecit, & intentũ ſibi to⸗ tum pectus.ſ.Coriolani refertũ dolore iniuriæ acceptæ.ſ.ab in grato populo, & ſpe uictoriæ potiũdæ.i.obtinendæ de ingra tis, q̃ iã in foribus, uidebatur eſ ſe, & uerecũdia miniſterii.i.cœ pti, & uolſcis promiſſi, detra⸗ ctandi.i.recuſandi perficere, & metu mortis, q̃ irati uolſci ipſi inſerre poterãt, ſcdm plurimos ẽt intulerũt, & aſpectus unius. i.ſolius parẽtis.i.matris, muta uit bellũ atrox, pace ſalutari, qa uolſci tali duce deſtituti, aut eo interfecto pacem fecerunt.

ℂ De Superiore Aphricano.

EAdem pietas viribus ſuis inflammatum Aphricanum ſuperiorem, vix dum annos pubertatis ingreſſum, ad opem patri in acie ferendam virili robore armauit. Conſulem enim eum apud ticinum fluuium aduerſis auſpiciis cum Hannibale pugnantem ſauciũ grauiter, interceſſu ſeruauit ſuo. neq; illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tirocinium, aut infelicis prælii, etiam veterano bellatori pertimeſcendus exitus, interpellare valuit: quo minus duplici gloria conſpicuus, coronam, imperatore ſimul & patre ex ipſa morte rapto, mereretur. auribus iſta tam præclara exempla Roma ciuitas accepit, illa uidit oculis.

ℂ De L. Manlio Torquato.

LVcio Manlio Torquato diem ad populum Pomponius, tri. ple. dixerat, quod occaſione benefaciendi belli ductus, obtinendi legitimum imperii tempus exceſſiſſet. Quod'q; filium optimæ indolis iuuenem ruſtico opere grauatum, publicis uſibus ſubtraheret. Id poſtquam Manlius adoleſcens cognouit, ꝓtinus vrbem petiit, & ſe in Pomponii domum prima luce direxit. Qui æſtimans in hoc eum veniſſe vt patris crimina, à quo plus iuſto aſpere tractabatur: deferret: excedere omnes iuſſit cubiculo, quò licentius remotis arbitris iudicium perageret. nactus occaſionem opportunam propoſito ſuo iuuenis, gladium, quem tectum attulerat, diſtrinxit: tribunum'q; minis, ac terrore compulſũ iurare coegit, à patris ei⁹ accuſatiõe receſſurum. eo'q; effectum eſt: ne Torquatus cauſam diceret. commendabilis eſt pietas, quæ manſuetis parentibus præſtatur: ſed Manlius quò horridiorem patrem habuit hoc periculo eius laudabilius ſubuenit: qui ad eum diligendum præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat.

OLIVERIVS.

Scipionis afri cani pietas erga patrem.

EAdẽ pietas. Hoc fuit.ſ. pu.bel. quo tpe Hãni. ex alpibus deſcendit, obuiã hũit Cn Scipio.ſupioris aphricani pr̃em, q cũ iã cõmiſſa pugna in magno diſcrimine uerſaretur, q᷑ ĩpari acie parũ caute dimicãs, ueniſſet in ultæ diſcrimen cũ Hã. tũ filius eius, q poſtea aphricanus dictus eſt, ſe inter pr̃em, & hoſtẽ iiecit, & ictũ excipiẽs è manibus hoſtis pr̃ẽ liberauit. erat tñ Sci. admodũ adoleſcẽs q primũ dedit in hoc bello ſuæ futuræ ãplitudis idiciũ, pr̃e medio iã ex hoſte recepto. Aphricanũ, q poſtea aphrica. dictus eſt. ☞ Interceſſu ſuo.i. terpoſitiõe ſua, q ſe mediũ iter pr̃em, & hoſtẽ imiſit. ☞ Neq; illum. Hæc oia deterrere poterant adoleſcentẽ, ſed ea dicit, ut rẽ magis exaggeret, & maiorem i Scipione uirtutẽ fuiſſe demonſtret. ☞ Gloria. Quia ĩperatorẽ liberauerat, & pr̃em. ☞ Coronã.ſ.ciuicã, q̃ dabatur his, q ciues ſeruaſſent à morte, erat ãt querna, ut ſupra. ☞ Auribus iſta. Quia extra urbẽ geſta ſunt, illa uero in urbe. ☞ Iſta. ſ. Coriolani & Sci. iſta q̃ ſequuntur.

ACSENSIVS.

EAdem pietas. Docet conſimilem pietatem, ſedi patrem fuiſſe Scipioni aphricano maiori dicens. Pietas eadem .i. conſimilis, ſed tamen in patrem armauit aphricanũ ſuperiorem.i.maiorem, inflammatum uiribus ſuis ingreſſum uix dũ.i.uix tũc adhuc annos pubertatis, q̃ fere à.xiiii.anno incipiũt maſculis, armauit dico robore uirili ad ferendã opẽ patri in acie.i.in cõflictu acierũ aduerſarũ. Enĩ pro qa ipſe Scipio ſeruauit interceſſu ſuo.ſ.pr̃em ſuũ, cõſulẽ pugnantẽ apud Ticinũ fluuiũ cum Hannibale, auſpiciis aduerſis i. cõtrariis, quia uincebatur, unde addidit, ſaucium.i. uulneratum grauiter. Neq; aut infirmitas ætatis, aut tyrocinium, ideſt nouitatus in re militari, aut exitus infelicis prælii, pertimeſcendus ideſt dignus, q ſit perfecto timori etiam bellatori ueterano, ualuit interpellare.i.intercedendo impedire, quo minus. ſ.ut non conſpicuus.i. euidenter ſpectabilis duplici gloria, mereretur coronam.ſ.ciuicã imperatore ſimul, & pr̃e, quaſi dicat, qui idem pater eius erat, rapto.i.erepto ex ipſa morte, quæ.ſ.illi imminebat. Romana ciuitas accepit auribus .i. intellexit audiendo iſta exempla.ſ.iam dicta, tam præclara, illa ſcilicet q̃ ſequuntur, ipſa.ſ. ciuitas uidit oculis.

OLIVERIVS.

Manlii Torquati pietas erga parentem durum.

LVcio Manli. Torquato. Cic. offi. iii. ulti. L. inquit Manlio Auli filio, cum dictator fuiſſet. M. Põponius tri.ple dixit, q᷑ is paucos ſibi dies ad dictaturã gerendã addidiſſet. criminabat etiam q᷑. T. Filiũ, qui poſtea torquatus ab hominibus appellatus eſt relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. qđ cũ audiſſet adoleſcens filius negocium exhiberi patri, accurriſſe Romam, & prima luce põponii domum ueniſſe. cui cum eſſet nunciatum (q᷑ illum iratũ allaturum ad ſe aliquid contra patrem arbitraretur) ſurrexit è lectulo, remotiſq; arbitris ad ſe adoleſcentem iuſſit uenire. at ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit iurauitq; illum ſtatim interfecturum niſi iuſiurandum ſibi dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Iurauitq; . hoc terrore coactus Pomponius rem ad populum detulit, docuitq; cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe foret Manlium miſſum fecit, tñ tpibus illis iuſiurãdũ ualebat. Atq; hic. T. Manlius is eſt, qui ad aniẽnẽ galli quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto cognomen inuenit, cuius tertio conſulatu latini aduerſati, fuſi & fugati, magnus uir in primis & qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus, & ſeuerus in filiũ. ☞ Quod occaſione benefaciendi belli. nam cũ in fine magiſtratus ſui uideret hoſtes ñ multos poſt dies debellarũ iri poſſe, ſi uidelicet in dictatura permaneret, aliter hoſtes reſpiraturos, non dubitauit ſibi dictaturam ſine populi, & ſenat⁹ authoritate prorogare. cũ igitur audiſſet filius patrem huius criminis accuſatum, atq; etiam ei crimini dari, malam filii tractationem, memor non iniuriæ, ſed pietatis diluculo ad tribunũ uenit, opinantẽ ſibi aliqd cõſilii afferre ad criminationẽ male de ſe meriti patris, hac ſpe, ſũmotis aſtantibus ſolus admiſſus, ſtricto raptim ſupra caput gladio, tremebundũ in re ſubita, & ferrei acie micantis impetuoſi adoleſcentis uiribus ſe tociſq; pterritũ, iurare cõpuit ſe. à patris accuſatione deſtiturũ. ☞ Tempus iperii. Quod erat ſex menſium. ☞ Iudiciũ pageret. Iudicando patris crimina. ☞ Commendabilis pie. intẽdit hanc pietatis laudẽ, ſi laudantur qui parentibus humanis & indulgentibus pietatem præſtant. Quanto maiori laude dignus cenſendus eſt Manlius qui patrem durum, & inclementem expertus, in eum pius eſſe uoluit.

ASCENSIVS.

LVcio c. Ordo eſt Pomponius tribunus plebis dixerat.i.aſſignauerat Lucio Manlio Torquato diẽ ad populum

pulum

pulum, ꝙ.i.quia ipſe inductus occaſione benefaciendi belli i.opportune pugnandi cum hoſte,(Quæſitus.n.quare bellū ſic produceret, reſpondit quo melius pugnaret opportunitatem nactus) exceſſiſſet tempus legitimum obtinendi imperii. i.quia diutius fuiſſet in imperio ꝗ lex patiebatur, quia ultra ſex menſes. quodq́.i.& ꝙ i.quia ſubtraheret uſibus publicis.i.reip.utpotè bellicis, filiū .ſ. Manlium iuuenem optimæ indolis, grauatum opere ruſtico.i.agriculturæ. Poſtquam Manlius.ſ.filius adoleſcēs, quē iam iuuenem dixerat, unde in confinio utriuſq; ætatis fuiſſe dicitur, cognouit id.ſ.patri diē dictū eſſe, petiit protinus urbē & direxit ſe prima luce.i.principio diei, in domum pomponii.ſ.tribuni plebis. qui.ſ. Pomponius exiſtimans, eum.ſ. Manlium iuniorem ueniſſe in hoc.i.ad hoc ut deferret.i.indicaret per delationem occulta crimina patris, à quo.ſ.patre, ipſe tractabatur.ſ.in opere ruſtico faciendo, aſpere.i.duriter, plus iuſto.i.ꝗ iuſtum eſſet, iuſſit oēs .ſ.qui aderant, excedere.i.egredi cubiculo, quo.i.ut Manlius ſup.perageret iudicium.i.delationem paternorum criminū (ut ſperabat) licentius.i.irrefrenatius arbitris.i.teſtibus remotis. Iuuenis.ſ.Manlius, nactus occaſionem opportunam ſuo propoſito.i.ei rei, quam propoſuerat facere, diſtrinxit.i.denudauit, aut è uagina traxit gladium, quem attulerat tectū, & coegit tribunum compulſū minis.ſ.ultionis in futurum, ac terrore.ſ.necis præſentis, ſi abnegaſſet, iurare, ſup.ipſum receſſurum ſup. eſſe.i.deſtiturū ab accuſatione patris eius.ſ. Manlii.& eo.i.per id factum filii effectum eſt, ne Torquatus.ſ.pater diceret cauſam, qa tribunus, ut iurauerat fecit, (in quo illud mirabile, ꝙ cū uiolentum iuramentum nullum ſit, id ſeruauerit neq; minis territum diceret) Pietas (Inq̄t author) quæ p̄ſtatur parentibus manſuetis.i.mitibus, & indulgentibus in liberos, eſt commendabilis, ſed Mani.ſ.iunior, quo.i.quanto horridiorem.i. aſperiorem, & rigidiorem patrem habuit hoc.i.tanto laudabilius ſubuenit p̄iculo eius. alii legūt ei, ut ſit ſubuenit ei in p̄iculo, qui.ſ.Mani.iunior nullo blandimento fuerat inuitatus ad diligendū eum.ſ.patrē ſuū. tam aſperum, p̄ter amorem naturalē.

OLIVERIVS.

HAnc pietatē æmu.Cn.Carb. M. Cottæ patrē accuſauit peculatus, & repetundarū, ꝗ qdē accuſatione dānatus eſt. Co.uero ubi per ætatē potuit ultus eſt p̄ris iniuriā, nā quo die ſumpſit uirilē togā in capitolio, more maiorū in forū deſcēdit, carbonē accuſauit, ꝙ triūuir cū Ful. & Cn.Gra. de diuidendis agris ſeditionē creaſſet, ꝙ eum exercitu à cimbris in illirico fuſus fuiſſet, quòd prouinciam ipſum expilaſſet. à qua qdē accuſatiōe nō pri⁹ deſtitit, ꝗ car.dānari fecit. Quo to. Quæ.xiiii. āno ſumebatur, depoſita p̄texta. Auſpicatus, iā optimis auſpiciis adoleſcentiæ & ingenii ſui facinus egregium teſtatus eſt Cn.Car.accuſando, qua cauſa, patris eſt ultus iniuriam.

De Marco Cotta.

HAnc pietatem æmulatus Marcus Cotta eo ipſo die, quo togam ſumpſit uirilem: protinus ut è capitolio deſcendit: Cn. Carbonem, à quo pater eius dānatus fuerat: poſtulauit. protractumq́; reum iudicio afflixit: & ingenium, & adoleſcentiam, præclaro opere auſpicatus.

De C.Flaminio.

APud C. quoq; Flaminium authoritas patria æq; potens fuit. Nam cum Tri. Pl. legem de gallico agro uiritim diuidendo inuito, & repugnāte ſenatu promulgaſſet: precib⁹, minisq; ei⁹ acerrime reſiſtēs, ac ne exercitu quidē aduerſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeueraret abſterritus: poſtquā pro roſtris ei legem, iam referenti pater manū iniecit: priuato fractus imperio, deſcendit è roſtris: ne minimo quidem murmure deſtitutæ concionis reprehenſus.

De Claudia Virgine Veſtali.

MAgna ſunt hæc uirilis pietatis opera: ſed neſcio an his omnibus valētius, & animoſius Claudiæ veſtalis virginis factum: quæ cū patrem ſuum triūphantem, è curru violenta Tri. Pleb. manu detrahi animaduertiſſet: mira celeritate utriuſq; ſe interponendo, ampliſſimam poteſtatem inimicitiis accenſam depulit. Igitur alterum triumphum pater in capitolium, alterum filia in ædem veſtæ duxit. nec diſcerni potuit: vtri plus laudis tribueretur: cui uictoria, an cui pietas comes aderat. Ignoſcite vetuſtiſſimi foci, veniāq; æterni date ignes: ſi à veſtro ſacratiſſimo templo, ad neceſſarium, magiſq; ſpecioſum vrbis locum contextus operis noſtri progreſſus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis ſordibus pretium caræ pietatis euileſcit: quinetiam eo certius quo miſerius experimentum habet.

ASCENSIVS.

HAnc &c. M.Cot. æmulatus.i.imitatus, hanc pietatem .ſ.Manlii in patrem ſuum poſtulauit.i.in ius uocauit eo ipſo die, quo ſumpſit togam uirilem.i.xiiii. ætatis ſuæ anno, prius āt non licuiſſet, ut.i.poſtꝗ deſcendit è capitolio, ubi togam illam ſumpſerat. Cn. Car. à quo p̄r eius fuerat damnatus, & afflixit iudicio.i. ad condemnationem perduxit reum.ſ.Car. pertractū.ſ.in ius. auſpicatus.i.feliciter incipiens, ope præclaro, quia pio, & magnifico, & ingenium.i.ſpecimen ingenii, & adoleſcentiam, qua egreſſus pueritia iam tum inierat.

OLIVERIVS

APud C. quoq; fla. C. Flaminius legem ferebat de gallico agro uiritim diuidendo, cui rogationi patres cum non aliter ſe reſiſtere poſſe uiderent, conſuluerunt hñdū eſſe militū delectū. Ille nihilo minus territus roſtris aſcēdit legē laturus cōtra ſena. authoritatē. qd cū uideret eius p̄r ꝗuis priuatus eēt, ei cū manus iniecit & de roſtris deſcenderet, iuſſit, cui ꝗ primū cū ſilentio paruit. magna profecto p̄ris reuerentia à filio data, ut ꝙ ſenatus authoritas, ꝙ militū delectus, ꝙ mortis p̄iculū nō potuit, ſola p̄ris pietas effecit. Diuidendo agro. Vt coloniæ in agrū gallicū mitterētur. erat āt gallia ciſalpina. agrū uero ſunt q uelint fuiſſe placētinū. Priuato impe priuati p̄ris, hoc eſt magſtatu Minimo qdē mur. Nec ēi cōcio ꝗ huius legis cupida uenerat, ne murmur qdē emiſit, ſed hanc pietatē tacitua cōprobauit.

ASCENSIVS

APud &c. authoritas patria.i. p̄rna fuit æꝗ potēs quoq;.i.ēt apud C. Fla. Nā cū ſup. ipſe C. Fla. tri. ple. p̄mulgaſſet inuito, & repugnante ſenatu, legē de agro galli.i.in gallia italis uicina, ac q̄ſito, diuidendo uiritim.i.per ſingulos uiros, æqs portionibus, reſiſtēs accerrime p̄cibus & minis eius ſ.ſenatus, ac ne qdē abſterritus, exercitu conſcripto.ſ.à ſenatu aduerſus ſe. ſi perſeueraret in eadē ſnīa.i.ſi uellet legē executioni mandare, poſtꝗ p̄r iniecit manū ei referenti.i.iteꝝ recitanti, aut ferenti legē p roſtris.i.an̄ roſtra ubi edicta publica fiebāt.i.poſtꝗ p̄r iniiciēdo manū eū ab incœpto retraxiſſet, ipſe fractus īp̄io priuato.i. p̄ris nullū magiſtratū gerentis, deſcendit è roſtris, ne qdē.i.ſi ēt minimo murmure cōcionis i.totius populi cōuocati & aſtantis, reprehenſus.i.correptus, unde laudandus ēt populus, qui id paternæ pietati conceſſit.

OLIVERIVS.

MAgna ſunt hæc. Appius Clau. ſallaſos gentē alpinā domuit, ſed non is, de quo loqtur Val. nā alter fuit cognomento audax, cæci frater, q cōſul ad mamertinos liberandos miſſus, quoꝝ arcē Car. & Iero ſyracuſanus obſidebant, Primo ad explorandos hoſtes fretum piſcatoria naue, traiecit & cū duce car. egit, ut p̄ſidiū i arce deduceretur, Regnū īgreſſus (ut ea de fortitude diximus) quinqremem. hoſtiū copiis pedeſtribus cœpit, eā legionē in Sicilia traduxit

Carth. expulit, Hiero. pſlio apud ſyracuſas uictum in deditionem accepit, eo pſlio territus Romanorum amicitiam petiit eiſdemq; poſtea fideliſſimus fuit. cum igitur Appius iſte, de quo Val. loqtur, deuictis hoſtibus triumpharet contra tribunorum uolũtatẽ, qui ſummis uiribus interceſſerant, quod dicerent uictoriã illã nõ fuiſſe tantam, ut triumphum mereretur, iniectis manibus è curru trahere nitebantur. quod ubi Claud. eius filia ſenſit, nullo fœmineo pudore deterrita, ſe inter patrem & tribunũ mira celeritate conięcit, & à patre uiolentum tribunum repulit, fecitq;, ut pater cum dignitate triumpharet. Cice. in oratiõe pro cœlio, Nõ uirgo illa ueſtalis, inquit claudia, quę prem cõplexa triũphãtẽ ab inimico trib. ple. de curru trahi paſſa nõ eſt. ⁋ Sed neſcio Ac ſi diceret nõ affirmo. ⁋ Cl. nã gens claudia fuit plebi ſemper inuiſa. ⁋ Quæ cũ pa. Sueto. de xii. cæſaribus dicit fratrem fuiſſe nõ prem, dicit n. uirgo ueſtalis fratrem iniuſſu populi triumphantem, aſcenſo ſimul curru uſq; in capitolium proſecuta eſt, ne uetare aut intercedere fas cuiq; tribunorum eſſet. ⁋ Ignoſcite uetuſtiſſimi foci. Quia poſt exemplum uirginis ueſtalis nobiliſſimæ fœminæ dicturus eſt de pietate uirginis ignobilis ueniã petit à dea, cuius pſtandæ rõnem ſtatim ſubiũgit, quia quis ſit ignobilis uetus tñ quę uiſa eſt, laudẽ meret. hæc mrem adulterii dãnatã, à triũuiris in carcerem cõiectãq; ut cõſummaretur inedia, ipetrato à cuſtodibus aditu quottidie ſub ſpecie ſalutationis adibat, prius tñ diligenter excuſſa, ne, qd ſibi iferret ad matrem uberibusq; ſuis, (nam puerpera erat) ultro mri exhibitis lacte ſuſtentabat. quod ubi animaduerteſt cuſtodes, admiratiõe cõmoti, rẽ ad iudices detulerũt, & illi ad cõſules, q tantæ pietatis exemplo, ei pmiũ cõſtitueſt penæ remiſſionẽ. & mris, icolumitatẽ. Pli. de na. hi. li. vii. pietatis, igi, exẽpla ifinita qdẽ toto orbe extitere, ſed Ro. unũ, cui cõpari cũctañ poſſint. hũilis i plebe & iõ ignobilis puerpa, ſupplicii cã in carcerẽ incluſa mre cũ ipetraſſet aditũ à ianitore, ſp excuſſa ne qd iferret cibi, dephenſa eſt, uberibus ſuis alens cã. quo miraculo mri ſalus donata filiæ pietate eſt, ambæ ppetuis alimẽtis, & locus ille eidem cõſecratus eſt deæ C. Quintio M. Attilio cõſulibus, templo pietatis extructo in illius carceris ſede, ubi nũc Marcelli theatrũ eſt. So. in c. de hoĩe, pietatis, inqt, documentũ nobilibus qdem in metellorum domo effulſit, ſed eminentiſſimũ in plebea puerpera reperitur, humilis hæc, atq; iõ famæ obſcurioris, cũ ad patrem q ſupplicii cã clauſtris pœnalibus continebatur ægre obtinuiſſet igreſſum, exqſita pri' ſæpius à ianitoribus. ne forte parenti cibũ adminiſtraret, alere eũ uberibus ſuis dephenſa eſt. q res & locũ factũ cõſecrauit. nã q morti deſtinabatur donatus eſt filiæ in memoriã tanti pconii, reſeruatus & locus, dicatus ſuo numini, pietatis ſacellum fuit. ⁋ O ignoſcite fo. & æt. ig. qa ut dixius, æternus ignis ſeruabatur à ueſtalibus i templo deæ ueſtæ, ut à Numa Pom. fuerat inſtitutũ. ⁋ Ad neceſſariũ urbis locũ. carcerem dr urbi magis neceſſariũ q honeſtũ, ubi ſeruentur nocentes. ⁋ Nulla enim acerbitate fortunæ. nã & ſi fortuna in ſordida conditione multos naſci uoluerit, uirtus tñ, ſi qua fuerit in his, nulla debet ſordidate uileſcere, aut ſua laude, & pmio carere, quinẽt eo malus illis debetur pmiũ, quo difficilius emerſerint.

⁋ De Amore Filiæ Erga Matrem.

SAnguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam, triumuiro in carcere necandam tradidit. quã receptam, is, qui cuſtodiæ præerat: miſericordia motus, non ptinus ſtrangulauit. aditum quoq; ad eã filiæ, ſed diligenter excuſſę, ne quid cibi inferret dedit: exiſtimans futurũ, ut inedia cõſumeret. Cum autem iam dies plures intercederent: ſecum ipſe quærens, quid nam eſſet: quod tã diu ſuſtentaret: curioſius obſeruata filia animaduertit illam exerto ubere famem matris lactis ſui ſubſidio lenientẽ. q tã admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad Triũuirũ, à triũuiro ad prætorem, à prætore ad conſulum iudicium perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit. Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas? quæ in carcere ſeruandæ genetricis nouam rationem inuenit. Quid. n. tam inuſitatum, quid tam inauditum, quam matrem uberib' natę alitam eſſe? putauerit aliquis hoc contra rerum naturam factũ: niſi diligere parentes prima naturæ lex eſſet.

tri. pl. ipſa iterponendo ſe mira celeritate utriſq;. ſ. pri & tribuno, depulit. ſ. ab iniuria pſna ptãtẽ ampliſſimã, uidelicet tribunitiã acceſſam. ſ. in prem inimicitiis. igitur pr ſup. eius duxit alterum triũphũ in capitoliũ qa ſi erat ipeditus ãplius, & filia ſ. cla. duxit alterũ triũphũ in ædẽ. ſ. ſacrã ueſtæ. nec potuit diſcerni utri. ſ. duorum, hoc eſt an pri, cui uictoria aderat comes. i. comitatrix, an filiæ cui pietas aderat comes, plus laudis tribueret. i. tribui deberet. Ignoſcite &c. Tranſitũ facit ad humiliora exempla cũ depcatiõe dicens. ò foci. i. ueſtæ uetuſtiſſimi qa à Troia traducti, & i qbus ignis æternus fouebatur, ignoſcite. & uos æterni ignes, date ueniã ſi cõtextus opis nri fuerit progreſſus à templo uro ſacratiſſimo ad locũ magis neceſſariũ & minus ſpecioſũ. utpotè ad carcerẽ publicũ ſine quo uix uiui poſſet, præ maleficiorum multitudine, uñ magis neceſſarius, ſed minus ſpecioſus eſt, uerũtñ qd in eo pclarefactũ ẽ, propterea uilipendi non debet. n. p qa, pciũ caræ pietatis nulla. i. nõ ulla, nõ uileſcit. i. nõ fit uile, ulla acerbitate, fortunæ, & nullis. i. nõ ullis ſordibus. i. uilitate eorum q eã exercent. quinẽt. i. inſuper, ſup. pciũ pietatis eſt eò. i. tanto certius, quo. i. qto miſerius habet experimentum. i. obiectũ. hoc pſatus narrat certa dicens.

OLIVERIVS.

TRiumuiro. Erant triumuiri iudices capitales, q de nocentibus ſupplicia ſumebant, & carceris more malorum cuſtodiã hẽbat hos Venetiis dños nocturnos appellãt ⁋ Exerto ubere. Nudata mãma. Vir. Exerte cigulam ãmæ. ⁋ Quo non penetrat. Laudat uim pietatis, q inuenerit noua quedã, uñ ſe oñdere, & pateſacere uoluerit, ſicut de filia, de qua quid magis inauditũ dici poteſt, q filiam lac matri pbere, cũ econtra fieri ſoleat. ⁋ Niſi diligere. Nã cũ habeãt eẽ à parentibus filii, lex iubet, ut eos ament & obſeruent.

ASCENSIVS.

PRætor. ſ. urbanus, tradidit triumuiro. i. excutori iuſtitiæ, necandã in carcere (qa turpe uidebatur publicum ſumi de muliere ſupplicium, niſi ueſtalis ſit, quæ tñ uiua obruebatur) mulierem ingenui ſanguinis, damnatam crimine capitali, utpotè adulterio, aut, ut alii putant, ueneficio, apud tribunal ſuũ, hoc eſt ptoris. Quã. ſ. mulierẽ receptã. ſ. in carcerẽ, is q pẽrat cuſtodiæ. ſ. carceris, aut ipſi carceri, motus miſericordia, non ſtrangulauit protinus. i. ſtatim ut eam accepit, & dedit quoq; aditũ. i. acceſſum ad eam filiæ ſup. eius, ſed excuſſæ. i. exploratæ diligenter, ne qd cibi. i. alimenti inferret. ſ. in carcerem, exiſtimans futurum, ut ſu. ipſa cõdemnata, cõſumeret. i. piret inedia, nihil edẽdo. Quũ ãt plures dies iã itercederẽt. i. à tpe, quo eã receperat, ipſe. ſ. cuſtos quærẽs. i. inquirens ſecũ, qd nam eſſet, quod ſuſtentaretur, tandẽ, filia obſeruata, poſtq obſeruauit. i. explorauit filiã, qd ageret in carcere, curioſius. i. cum maiore cura, & diligentia, animaduertit. i. dephendit illam. ſ. filiã, lenientem. i. ſedãtem, famem matris. ſ. ſuæ ſubſidio lactis ſui, & hoc ubere exerto. i. è ſinu tracto (ab ex & ſero fit exero, qa pit ſ poſt x). Quæ nouitas tã admirabilis ſpectaculi perlata ab ipſo. ſ. cuſtode carceris, ad triumuirum, à triumuiro ad pſorẽ, à pſore ad iudiciũ cõſulũ, ipetrauit mulieri, uidelicet matri, remiſſionẽ pœnæ. ſ. capitalis. Quo. i. ad quem locum, pietas non penetrat? q. d. ad nullũ non hoc eſt ad oẽm penetrat, cum ẽt in carcerẽ penetret, aut qd non excogitat. i. qd mortis remediũ nõ exquirit. q. d. nullũ nõ. i. omne excogitat, utpotè, q iuenit rõnẽ. i. uiã nouã. i. admirabilẽ. & inſolitã, genitricis ſeruandæ in carcere. Quid. n. ſup. eſt tã inſitatũ, qd tã inauditũ, q matrẽ eẽ alitã uberibus natæ. i. filiæ. q. d.

ASCENSIVS.

MAgna &c. Hæc. ſ. iã dcã ſũt magna exem. pietatis uirilis, ſed neſcio, an ſcm Clau. uirginis ueſtalis. i. deæ ueſtæ cõſecratæ, ſit ualẽtius, & aioſius his oib' q cũ aiaduertiſſet (qa ẽt ueſtales obuiã pceſſerãt triũphãti) prem. ſ. ſuũ triũphãtẽ detrahi è curru. i. triumphali, uiolenta manu

q.d.nihil. Aliqs putauerit hoc factum eſſe contra naturā re aum,niſi prima lex naturæ,immo etiam prima in ſecunda ta bula diuinæ legis,etiam diligere parentes,aut niſi diligere pa rentes eſſet prima lex naturæ.

OLIVERIVS.

IDē pdi. Quid dixi de hac puella q̄ matrem lacte nutriuit, nonne hoc idem pdicaſ de alia quæ pr̄em ſuū dāna tum,Cimona noīe eodē cibi genere,& mō nutriuit?& ita ſē ſim tranſit ad externa. hūc āt er rorē hinc manaſſe arbitror,q̄ diſcrepent inter ſe authores ut Pli.& Soli.patrem à filia nutri tum fuiſſe dicant,qm̄ duas fuiſ ſe dicit Va.eodem pietatis gñe uſas,ut altera patrem ſenē,alte ra matrem, utrunq; damnatū lacte nutrierint. ⸿ Cimonā. Vi rum græcū,ſed nō eū q carce rem ſpōte ſubiuit,ut Miltiades eius pr̄ ſepulturæ mandaretur de quo in ſequenti exemplo di cturus eſt ⸿ Hærent & ſtupent. Siquis inquit uideret picturam filiæ ſenem patrem uberibus la ctāus, atq; illū tāq̄ aluum à filiæ collo pendentem præ ad miratione ſtupeſceret quodā modo. ⸿ Liniamentis. Quia ex liniamentis pictura cōſtat. ⸿ Quid ne.eſt, Vt condiōnē antiqui caſus præſentis ſpecta culi admiratione renouetur,cū literis tradita eſſe uideāt hoīes?

ASCENSIVS

IDem pdi.exiſtimetur de pietate eius.ſ.filiæ apd̄ Ath. (unde ad externa tranſit) quæ aluit pr̄em ſuū Cimona. ſ.noīe, affectum conſimili for tuna.i.ob crimen condemna tum ,& traditum pari cuſto diæ,entē ſup.aut exiſtentem,iā ultimæ ſenectutis,admoū pe ctori ſuo,uelut infantem. Ocu li hoīum,quū uident imaginē huius facti pictā,hærent ac ſtu pēt & renouant admiratione p̄ ſentis ſpectaculi,conditionem antiqui caſus,credentes ſup.ſe tueri in illis mutis liniamentis membrorum corpora uiua ac ſpirantia,quod i.q̄rem,Oli.tn̄ legit quid per interrogationē tum negandi hn̄tem, neceſſe.i. operepretium.& utile eſt eue nire quoq;.i.etiam aīo pictura literarum.i.ſcriptura efficacio re.ſ.ad pathos mouendum aliquanto,q̄ ſup.pictura liniamentorum,admonito.ſ.aīo re cordari.i.ut recordetur uetera pro recentibus.i.tanquam ſint recentia.

⸿ De Filiæ Pietate in patrem.

IDem prędicatum de pietate ei⁹ exiſtimetur: quæ patrem ſuum Cimona conſimili fortūa affectum:pariq; cuſtodię traditum iam ulti mæ ſenectutis uelut infantem pectori ſuo ad motum aluit. Hærent,ac ſtupent hominum oculi cum huius facti pictam imaginē uident: caſusq; antiqui conditionem,preſentis ſpectaculi admi ratione renouant:in illis mutis membrorum linia mentis uiua,ac ſpirantia corpora intueri creden tes. quod neceſſe eſt animo quoq; euenire aliquā to efficaciore pictura literarum uetera pro recenti bus admonito recordari.

⸿ De Cimonis pietate Erga Patrem.

NEc te quidem Cimō ſilentio inuoluam: qui patri tuo ſepulturam uoluntariis uinculis emere non dubitaſti. Nam & ſi maximo tibi poſtea & ciui,& duci euā dere contigit plus tamen aliquanto laudis in car cere:quam in curia aſſecutus es. cæteræ enim uir tutes admirationis tantummodo multum: pietas uero etiam amoris plurimum meretur.

⸿ Externa. De duobus Fratribus.

VOs quoq; fratres memoria complectar: quorū animus origine fuit nobilior. Si quidem admodum humiles in Hiſpania nati, pro parentum alimentis ſpiritum erogando, ſpecioſo exitu uitæ inclaruiſtis. duo decim enim millia nummum quæ poſt mortem ne ſtram his darentur: à filiis Patietis pacti eſtis: ut eorū patris interfectorem Epaſtum gentis ſuæ ty rānum occidereretis. nec auſi ſolum inſigne faci nus eſtis: ſed etiam ſtrenuo, ac forti exitu claruiſ ſtis. Eiſdem enim manibus Patietis ultionē, Epa ſti pœnam, genitoribus nutrimenta uobis glorio ſa fata peperiſtis. Itaq; tumulis etiā nunc uiuitis: quia parentum ſenectutem tueri,quam ueſtram expectare ſatius eſſe duxiſtis.

inſulas,q̄ barbaros iuuerant.bello pſequeretur.quo ipſo ple raſq; ad offm̄ redire coegit,nonnullas ui expugnauit.Ex his paron inſulā,hāc tūc opibus elatā,cū oratione reconciliare n̄ poſſet,copias è nauibus eduxit,urbē opibus clauſit,oīq; cō meatu priuauit.deiñ uineis, ac teſtudinibus conſtitutis, pro pi⁹ muris acceſſit.cū iā i eo eēt ut oppido potiret̄,pcul i cō tinenti , lucus,q ex inſula con ſpiciebatur,neſcio quo caſu,no cturno tp̄e incenſus eſt , cuius flamma , ut ab oppidanis,& oppugnatoribus eſt uiſa,utriſ q; uenit in opinionē, ſignū à Claſſiariis regis datū.quo fctm̄ eſt ut parii à deditione deterre rē,& Miltiades timēs ne claſ ſis regia aduentaret , incenſis opibus quæ ſtatuerat,cum to tidē nauibus,atq; erat profe ctus, Athenas magna cum of fenſione ciuiū ſuorū rediit.accu ſatus eſt ergo proditiōis, q̄ cū parō expugnare poſſet à rege corruptus infectis rebus receſ ſiſſet.eo tp̄e æger erat uulneri bus q̄ in oppugnādo oppido acceperat. itaq; qm̄ ipſe per ſe dicere non poſſet, uerba fecit frater eius Sagoras.cauſa co gnita,capite abſolutus, pecu nia mulctatus eſt,eaq; lis.l.ta lētia æſtimata eſt,q̄tus in claſ ſe ſumptus factus erat.hanc pe cuniam,q̄ in præſentia ſoluere non poſſet,in uincula publica coniectus eſt,ibiq; diem ſuum obiit ſupremum.Iuſti.tn̄ dicit illum peculatus fuiſſe damna tum. Cimon,inquit, Miltiadē pr̄em ob crimen peculatus in carcerem coniectum,ibiq; de functum,tranſlatis in ſe uincu lis ad ſepulturā redemit. ⸿ Cæ teræ uir. Reliquæ uirtutes lau dum cum admiratione,pietas uero nō ſolū admiratione, ſed amorē quoq; meretur.

ASCENSIVS.

NEc ò Cimon athen.in uoluā q̄dē.i certe, aut ēt te.i.pietatē tuā ſilen tio,q n̄ dubitaſti emer pr̄i tuo .ſ.i carcere defūcto, ſepulturā uīculis uolūtariis .ſ.ſubeūdo uincula,q̄bus ille ligatus fue rat Nā & ſi.i.q̄q̄ cōtigit.i.datū eſt tibi euadere poſtea maxio, & ciui,& duci , tn̄ tu aſſecutus es plus laudis aliq̄to in carcere q̄ in curia.ſ.athen̄. Cæteræ.n. uirtutes.ſ.quæ merentur ſup.tā tummō multū admirationis,pietas uero meretur ēt plurimū amoris.i.ut te oēs plurimū ament.

OLIVERIVS.

NEc te q̄.Ci.pro patre uincula ſubiit,hic miltiades filius (ut in.c.de ingra.diximus)duro admodū initio uſus eſt adoleſcentiæ nā cū eius lītem æſtimatā populo ſol uere n̄ potuiſſet,ob eamq; cauſam uīculis publicis deceſſiſſet, Cimon eadem cuſtodia tenebatur,ut pater ſepulturæ manda retur,neq; legibus athen̄.emitti poterat,niſi pecuniam , qua pr̄ mulctatus erat,ſoluiſſet,q̄ calias q̄dā nō tam generoſus, q̄ pecunioſus ,p eo ſoluit,ipetrato ſororis eius Helpinaces ma trimonio. Miltiades autem damnatus eſt hac de cauſa. poſt Ar taphernem & Datim regis præfectos Miltiadis auſpicio , terra mariq; uictos , claſſem.lxx.nauium eidem dederunt ut

OLIVERIVS

VOs quoq; fratres. Duo q̄dē frēs pr̄em hēbant ſenē , & extrema laborantē inopia.forte accidit,ut Epaſtus tyrā nus hiſpa. Patietē quēdā hiſpanū iniuſte occiderit,filii ergo huius Patietis iniuſtam patris mortē ægre ferentes ultio nē q̄rebant.cōuenerūt igitur cū adoleſcentibus iſtis in.xii.mil lia nummū ſi Epaſtū tyrannū occiderent illi conditionem ac ceperūt hac lege,ut pecuniam patri ſuo extrema inopia labo rāti poſt pactū opus redderent.q̄ ēt fcm̄ eſt,nā & tyranū occi derūt,& patrē inopia liberarūt,& q pecuniam exhibuerūt,in iuſtam patris mortem uidicarūt,& hoc mō duplex pietas fuiſ ſe dephenditur. ⸿ Quorū aius nobilior. Quia hiſpani erant hu mili gñe nati & adeo obſcuri,ut eorū noīa ſint oībus ignota.

Filiorum pietas in parentes

¶ Erogando ſpi. Quia id fieri non poterat ſine diſcrimine uitæ. ¶ Erogando. Exhibendo, trahendo. ¶ Inclaruiſtis. Valde claruiſtis, nã in auget hoc loco ¶ Nũmũ. Pro nũmorũ. ¶ Patietis. Nomẽ propriũ eſt uiri, q̃ à Tyran. crudeliter & iniuſte fuerat occiſus. ¶ Epaſtũ, nomen illius tyrã. in quẽ c̃õiurarũt. nã ꝓtuliſſẽt iuuenes duo ſublatos parẽtes, euexeſſẽt iter flãmas illeſi ignib'. horũ memoriã, ita poſteritas uenerata ẽ, ut ſepulchri locus no ſaret eãpus piorũ. ¶ Notiora. hæc duo ſrũ pia de q̃bus dicturus ſũ, notiora q̃ dẽ ſũt ſed ſupiora longe laudabiliora Nec ego ar. Quãuis ſup'us exẽp. clarius eẽ dixerim, tñ nõ diminuo laudẽ græcorũ, nã Cleo. & Bithõ argiui fuere

ASCENSIVS.

VOs quoq; ò fratres. ſ. Hiſpani quorũ aius fuit nobilior origine (nã q̃bus parentibus geniti ſint, neſcitur) ego cõplectar memoria .i. memorabo, quoq; .i. ẽt uos ſiq̃dẽ .i. q̃m uos nati in hiſpania admodũ humiles .i. humilibus, & modicis parẽtibus, inclaruiſtis .i. multum clari effecti eſtis, erogando .i. ꝓtiẽdo, ſpecioſo exitu uitæ, ſpm̃. ſ. uitalem ꝓ alimẽtis parentũ .i. ut derelinqueretis, q̃bus parentes ueſtri alerentur. Enim ꝓ q̃a, uos eſtis pacti .i. ſtipulati, & pacto cõſtituti .xii. millia nũmmũ .i. nũmorũ à filiis Patietis .i. principis hiſpani crudeliter interempti ab Epaſto tyranno, q̃ .ſ. xii. millia nũmũ, darentur his. ſ. parẽtib' ueſtris, poſt mortẽ ueſtrã (q̃a nõ erat uero ſimile pacta cæde tyrãni, q̃n à ſtipatoribus, & ſatellitibus eius occiderentur) pacti dico eſtis, ut occideretis Epaſtũ interfectorẽ pr̃is eorũ .i. filiorũ Patiens tyrannũ gẽtis ſuæ .i. q̃ p̃riã ſuã ptẽ occupuerat. nec ſolũ auſi eſtis facin' iſigne, ſed ẽt claruiſtis ſtrenuo, ac forti exitu .i. effectu. Eñ .i. q̃a uos pepiſtis eiſdem ſiue iiſdẽ manibus, q̃a una, & eadẽ opa, ultionẽ Patietis, q̃a eius interfectorẽ interfeciſtis, Pœnã .i. iuſtũ ſuppliciũ Epaſti .i. q̃d Epaſtus meruerat genitoribus .i. parẽtibus ueſtris nutrimenta, & ſup. uobis fata glorioſa .i. glorioſam mortẽ. Itaq; .i. & ita uos uiuetis ẽt nũc .i. ad hoc uſq; tps tumulis .i. monumentis, q̃a duxiſtis eſſe ſatius, tueri .i. ſuſtẽtare, aut ꝓtegere ſenectutẽ parẽtũ. ſ. ueſtrorum, q̃ expectare ueſtram. ſ. ſenectam. THEO. DE iis ſrĩbus extat elegantiſſimũ Clau. carmen, id quia uulgatũ lõgũq; eſt, non adiecimus. OLIVE.

¶ De Cleobi & Bythone fratribus. Amphinomo & Anapo.

NOtiora ſunt fratrum paria: Cleobis, & Bythõ, Amphinomus, & Anapus. illi q ad ſacra Iunonia peragenda matrem uexerunt: ii quod patrem, & matrem humeris, per medios ignes Aetnæ portarũt. ſed neutris pro ſpiritu parentum expirare propoſitum fuit. Nec ego arginam detracto laudem: aut ætnæi montis gloriam inuoluerim. uerum obſcuriori propter igorantiam pietati notitiæ lumen admoueo.

¶ De Dario rege.

CLarum exemplū. ſup. eſt qd̄ dictū eſt. nec tñ id quod ſe quitur eſt ſup. minus illuſtre, Paulus Aemil. macedo. Lagnominatus, ens ſup. clariſſima.i. euidētiſſima repre ſentatio. q. d. ſpeculū, nunc.i. uno tpe pr̄is fœliciſſimi, & nunc. i. paulopoſt pr̄is miſerrimi, denegauit ipſe.i. ſua ſpōte ſibi duos ſup. filios ex q̄tuor filiis inſignis.i. pſtantis formæ ſup. & idolis egregiæ.i. nō uulgaris (quos dū hēt fœliciſſim' pr̄ dicebatur) trāſpoſitos iure adoptiōis in gentē Corn & Fabiā, & fortūa. i. mors iopinata, abſtulit duos. & ita cū nullū hēet & prius tot & tā bonos ac ſpectatos hūerit, infœliciſſimus pr̄ dici meruit. Quo ꝝ.ſ. duoꝝ filiorū, quos fortuna abſtulit alter pceſſit fune re ſuo.i. pōps funebri ſibi, dum ad rogū, ſiue ſepulturam effer retur inſtructo, triumphū patris ante quartū diem.i. quarto die antequam pater triumpharet elatus eſt, alter.i. reliquus duorū cōſpectus in triumphali curru.ſ. patris expirauit, poſt diem ter tium, ideſt tertio die poſt triumphum patris. Itaq; i. & ita, ip ſe ſup. qui abundauerat.i. liberis, uſq; ad donandos liberos, q. a duos in alienam familiam per adoptiōem dederat, deſtitutus eſt, ideſt derelictus à filiis ſubi to in orbitate, ideſt priuatione liberorum. Quem caſum.ſ. or bitatis, quo.i. quanto robore, ideſt uirtute aī ſuſtinuerit relig nulli ambiguum, oratiōe quā habuit apud populū de rebus geſtis à ſe adiiciendo hanc clau ſulam, ideſt particulam, aut ſen tentiam cæteris dictis. ò quiri tes Cum ego timerem in maxi mo prouentu fœlicitatis ueſtre (hoc aūt dicto ſignificat prudē tiam ſuam, qui in rebus tam læ tis acerbū aliquem timebat ca ſum. Nam fortuna nulli eſt ppe tuo bona, unde laudat Seneca Philippi macedonū reg's pru dentiā, q̄ cum uno die tres lætiſ ſimos accepiſſet nūcios, deos ꝑcatus eſt ut, ꝓ tantis bonis mo dicum inferrent ſupplicii) cum Fortuna nulli pꝑe tuo bona.
itaq; timerem (inq̄t) ne fortuna moliretur quid mali, ꝑcatus ſū Iouem optimū maximū, Iu nonemq; reginam, & mineruā qui tres in capitolio colebātur & magni dii habebantur, ut ſi quid aduerſi immineret P. R. id ſup. totum conuerteretur in do mū meā, non dicit conuerterēt quaſi non à diis illis, ſed aut à fortuna, aut ab hoībus mala i ferrentur. Quapropter res ſe be ne habet, nam ſup. dii annuen do uotis meis egerūt id, ut uos doleatis potius caſum meum. i. orbitatis meæ q̄ ego ingemi ſcerē ueſtrū.ſ. caſum. Ego pmit tam.i. cōcedam orōni meæ ua gari in luctibus alienis.i. exter narū gētiū. uno ēt.i. adhuc exē plo domeſtico adiecto.ſ. ſupe rioribus ante externa. OLI.

QVintus Mart. rex Hic rex appellabatur, quia ſacrificiorū rex eēt, nā poſt exactos reges, cū quædam publica ſacra per ipſos reges ſactitata fuiſſent, ne urbi deſyderiū regum eſſet, regem ſacrificulum creāt, at ſacerdotiū pontifici ſubiecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret, & ne ſacra illa deſereren tur quæ à regibus fieri conſueuerant. & ut regū nominis, qđ Romanis fuit ſemper inuiſum leniretur aſperitas, uiſq; pariter minueretur, ſacrificulum, hoc eſt regulum ſacrorum appel larunt. hic ergo uix unicum filium ad ſepulturam comitatus fuerat, cum redit in ſenatum ad ea peragenda quæ reipub. ne ceſſaria forent. ⸿ Quod niſi fortiter mœrorem. non potuiſ ſet, inquit unum diem & filio & reipub. communicare, niſi di diciſſet fortiter ferre dolorem. ⸿ Calamitoſum pa. proſe quendo funus filii. ⸿ Strenuum conſul. Vocando ſena tum in curia. poſſent & alia multa romanorum exempla, qui filiorum mortem fortiter, ſapienterque tulerunt in medium proferri, niſi multum uideretur domeſticis exemplis immo rari. Nam Fabius Maximus & Cato non fuerunt huius lau dis expertes, quos Cicero libro .iiii. epiſtola. laudando com memorat. Cornelia quoque Gracchorum mater filiorum

Martius nat' obitum forti ter tolerauit.

cædem non fœmineo, & impatienti dolore, ſed ſupra ꝙ de fœmina credi poſſit, fortiter tuliſſe dicitur.

ASCENSIVS.

QVintus Marti. rex. ſ. dictus, ꝙ ſacrificulorum rex eſſet, collega Catonis ſuperioris. i. maioris in conſulatu, amiſit filium ſummæ pietatis. ſ. in patrem magnæ ſpei. ſ. futuræ uirtutis, & quæ acceſſio fuit. i. & quæ res fuit additio, & augmentatio calamitatis non paruæ, immo magnæ, amiſit filiū unicum (unde etiā grauem luctum ſcriptura ſancta ſignificare uolens lugentis unicum proponit) cōꝗ. i. & quum uideret ſe ſubrutū, & euerſum, & quodāmodo uictum dolore, obitu. i. pp obitum eius, coercuit dolorem altitudine conſilii, ita ut peteret curiam protinus à rogo iuu nis. i. quo filii cadauer urendum curauerat, & euocaret. i. è domibus priuatis expreſſa uoce in curiam uocaret, ſenatum, quem oportebat habere eo die lege. i. per legem, aut ex lege. Qui niſi ſciſſet ferre. i. pati mœrorem fortiter, non potuiſſet partiri. i. diuidere, aut diſtinguere lucem unius diei inter patrem calamitoſum. i. diem, quo funus filii peregerat, & conſulem ſtrenuum. i. diem, quo cōſulis partes exequeretur officio ceſſante in neutra parte. licet utrunꝗ non feciſſet uno die.

Externa. De Pericle Principe Athenienſium.

PRinceps Athenienſium Pericles intra quatriduum duobus mirificis adoleſcentibus filiis ſpoliatus, his ipſis diebus, & vultu priſtinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt. Ille vero caput quoꝗ ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit, vt nihil ex vetere ritu propter domeſticum vulnus detraheret. non ſine cauſa igitur tanti roboris aius ad Olympii Iouis cognomen aſcendit.

De Xenophonte.

XEnophon autem, quod ad ſocraticam diſciplinam attinet proximus à Platone: felicis, ac beatæ facundiæ gradus: cum ſolēne ſacrificiū peragerat: e duobus filiis maiorem natu nomine Gryllum apud Mantineā in prælio cecidiſſe cognouit: nec ideo inſtitutum deorum cultum omittendum putauit: ſed tantummodo coronam deponere cōtētus fuit. quam ipſam, percunctatus quo nam modo occidiſſet: ut audiuit fortiſſime pugnantem interiiſſe: capiti repoſuit: numina, quibus ſacrificabat teſtatus maiorem ſe ex virtute filii voluptatem, quàm ex morte amaritudinem ſentire. Alius remouiſſet hoſtiā. abieciſſet altaria. lachrymis reſperſa thura diſieciſſet: Xenophontis corpus religione immobile ſtetit: & animus in conſilio prudentiæ ſtabilis, ac dolori ſuccumbere ipſa clade, quæ nunciata erat: triſtius duxit.

OLIVERIVS.

PRinceps athenienſiū Pericles coronatus incedebat, & Iupiter olympius appellabatur, tantū licentiæ habuit uir ille, tantum apud populum gratiæ. nec mirum, nā lacedæmonii agrorum populationibus fracti, quas Periclis & Sophoclis ductu paſſi fuerant, in annos. xxx. pacem pepigerunt, rupto deinde intra xxv. annos fœdere cum contemptu deorum, hominumꝗ, fines atticos populantur, & ne prædā potiuſꝗ pugnam expetiſſe uiderentur hoſtes ad prælium prouocant. ſed athenienſes conſilio periclis ducis ſapientiſſimi, populationis iniuriam differunt in tempus ultionis, ſuperuacuamꝗ pugnam exiſtimantes, cum ulciſci hoſtem ſine periculo poſſent. deinde interiectis diebus naues conſcendunt, & nihil ſentientibus lacedæmoniis, totam Spartam deprædātur, multoꝗ plura auferunt ꝙ amiſerant, prorſus ut in cōparatione damnorum longe plus fuerit ultio ꝙ iniuria. clara quidem hæc Periclis expeditio habita, ſed multo clarior priuatio patrimonii, qua contentus fuit huius enim agros in populatione intactos reliquerant hoſtes, ſperantes ſe illi acquirere poſſe, aut periculum ex inuidia, aut proditionis ſuſpitione infamiā. quod ante proſpiciens Pericles, & futurum populo prædixerat. & ad inuidiæ impetum declinandum, agros ipſos dono reipu. dederat, atꝗ ita unde periculum quæſitū fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. non minorem uero ex iactura filiorum duorum, quos diebus quatuor amiſit, quorum deſyderium tam fortiter tulit, ut coronatus more ſolito ad populum conſtanti uoce concionatus fuerit. ⸿ Olympii. Iouis cognomen, Nam uirtute ſua meruit appellari Iupiter. Olympius, res eni maxias geſſit, & humanos caſus uirtute inferiores duxit.

Periclis fortitudo in tolleranda filiorū morte.

ASCENSIVS.

PRinceps &c. Primum eſt externorum exemplum. Ordo autem eſt, Pericles princeps Athe. ſpoliatus, ideſt orbatus intra quatriduum. i. ſpacium quatuor dierū. (Signent hanc locutionem imperiti latini ſermonis, qui cum debeant dicere intra duos menſes, infra duos menſes dicūt) duobus filiis, adoleſcentibus, mirificis. i. mira facientibus, aut ut ueu ſimile erat mira facturis, aut mira naturæ induſtria, & dei dono factis (nam in ficus tam actionem quam paſſionem important) concionatus eſt. i. ſermonem habuit ad populum his ipſis diebus. i. quibus ille ſpoliabatur, & ideſt ſimul, uultu retinente ſuum habitum. i. diſpoſitionem priſtinam, & oratione nulla. i. non ulla non infractiore, ideſt debilius prolata ulla ex parte. Vero pro ſed ille. i. talia paſſus, unde emphaſim habet uox, ille, ſuſtinuit, ideſt paſſus fuit gerere caput coronatum more ſolito, ita ſup. ut nihil detraheret, ideſt diminueret ex uetere ritu. ſ. publico, propter uulnus domeſticum. Igitur quia tam uiriliter humanos caſus ſuperauit, animus ſup. eius tanti roboris, ideſt ſoliditatis in uirtute aſcendit, non ſine cauſa, ideſt merito ad cognomen Iouis Olympii, ita ut Iupiter Olīpius uulgo diceretur.

OLIVERIVS.

XEnophontis autem. Xenophon philuſophus, & dux inſignis fuit Grilli athenienſis filius, homo uere cundus, & ſpecioſus ſupra ꝙ dici poſſit, moratuſꝗ & probus atꝗ oibus gratus, Socratis diſcipulus, et Plato æmulus, teſte Gel. qui lib. viii. cap iii. dicit, ꝙ Xenophon & Plato ſocraticæ amenitatis lumina certari, emulariꝗ inter ſe exiſtimati ſunt. hic primus oium philoſophorum ſcripſit hiſtoriā. fuit. n. ut diximus dux ſtrenuus, ex ultimis Babyloniæ finibus exercitū reduxit incolumen aſperis & difficilimis itineribus per infeſtiſſimas gētes, & barbaras. huic igitur ſacrificanti cum nunciatum eſſet, alterum ex filiis maiorem natu in acie cecidiſſe, nihil motus, ſacrificare perſeuerauerit, coronam tm̄ depoſuit, quam cognito mortis gn̄e, ꝙ. ſ. fortiter pugnando filius occubuiſſet, capiti repoſuit, plus ex uirtute filii delectationis, ꝙ ex morte doloris concepiſſe ſignificās. ⸿ Proximus à Platone, ſecundus à Platone, conſtat enim in ſocratica diſciplina primum laudis locum obtinuiſſe Platonē ſecundum uero Xenophōntem, Plato eloquentia ſuperior, Xenophon grauitate melior, qui & ipſe multa ſermonis ſuauitate polluit, tanta inter ſe æmulatione certarunt, ut cum uterꝗ multa ſcripſerit, neuter tamen alterius mētionem facit in operibus ſuis. præceptorem tantum in dialogis diſputātem introducunt. ⸿ Apud man. Nota eſt hiſtoria quomodo auxiliantibus Athenienſi. Thebani duce epaminunda bellum indixere lacedæmoniis, & apud leutras & mantineam in capi. de fortitudine diximus, fœliciter pugnatum eſt, attamen uictoria apud mantineam parta nōn omnino fuit incruenta, multi ex uictoribus cecidere, inter quos dux ipſe Epaminūdas & Xenophōtis filius, de quo nunc diximus.

Xenophontis conſtantia in morte filii.

ASCENSIVS.

XEnophon autem facundiæ felicis, ac beatæ, Proximus ideſt ſecundus à Platone, ideſt poſt Platonem primæ facundiæ, quod ideſt ꝗtum, aut quæ res attinet ad diſciplinam ſocraticam, cuius pcipuus immitator Pla. proximus Xenophon, cum peragerat, ſcilicet Athenis ſacrificium ſolēne cognouit è duobus filiis maiorem natu. i. ſeniorem cecidiſſe. i. mortem oppetiiſſe pilio. i. in conflictu apud Mantineam cum thebanis aduerſus lacedæmonios. nec putauit ideo. i. propter mortem filii, cultum deorum inſtitutum. i. incœptū, omittendum ſuppeſſe. Sed fuit contentus deponere tantūmodo coronam,

nam, qua coronatus ſacra obibat, quam, ſcilicet coronam, ipſe percunctatus.i.poſtquam interrogauerat quo nã modo occidiſſet, ut idest poſtquam audiuit ſup. filium interiſſe pugnantem fortiſſime, tepoſuit capiti, idest in capus ſuum, teſtatus, idest in teſtimonium ueritatis aduocans, numina, quibus ſacrificabat ſentire maiorem uoluptatem, ſcilicet honeſtam animi, ex uirtute, idest fortitudine filii, qui ita ceciderat, quam amaritudinem, ſcilicet doloris ex morte, ſcilicet eius. Alius, ſcilicet mortem filii cognoſcens remouiſſet hoſtiã ſcilicet diis offerendam, abieciſſet altaria, idest ornatum eorũ, deieciſſet thura reſperſa lachrymis. Cor Xenophontis ſtetit immobile, ſcilicet non motũ ſup. à pia religione, & animus ſup. eius manſit ſtabilis in conſilio prudentiæ, ac duxit, idest iudicauit triſtius ſup. eſſe i.peius & magis dolendum ſuccumbere dolori, idest uinci à dolore, ipſa clade, idest quam eſſet ipſa clades ſ. filii, quæ erat nunciata.

De Anaxagora.

NE Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt. Audita namque morte filii, nihil, inquit mihi inexpectatum, aut nouum nũcias. Ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem. has voces vtiliſſimis præceptis imbuta uirtus mittit: quas ſiquis efficaciter auribus perceperit: non ignorabit ita liberos procreã dos: vt meminerit his à rerum natura, & accipiendi ſpiritus, & reddendi eodem momẽto temporis legem dici. atque vt mori neminem ſolere, qui non vixerit: ita nec viuere aliquem quidem poſſe, qui non ſit moriturus.

Explicit Liber quintus. incipit Sextus.

THEOPHILVS.

FOelicis ac beatæ facundiæ. Vetuſta exemplaria ſtatim habent gradus, ut ſit proximus, fœlicis, ac beatæ facundiæ gradus.

OLIVERIVS.

Anaxagoræ fortitudo in obitu nati.

NEc Anaxagoras. hic Clazomenius fuit Egeſibulo patre natus, Anaximenis auditor, philoſophus ſuo tempore inclytus, nam gloria, opibus, & animo clariſſimus, qui patrimonium omne ſuis ſponte conceſſit, & ſe ad rerum naturam ſpeculandam conferens, rem omnem priuatam & publicam neglexerat eratque xx. anno. à tranſitu xerſis, uixitque. lxxii. hic cuidam dicenti, quod non patriæ ſibi cura eſſet, immo inquit ſumma mihi patriæ cura eſt, & digitum extendebat in cœlum, ut illam ueram patriam eſſe oſtenderet. item alteri filii mortem nuncianti reſpondit, ſciebam illum ex me natum eſſe mortalem. pari ratione Cicero in quæſtionibus tuſculanis hunc dicit cuidam interroganti, an uellet ante obitum in patriam reportari, reſpondiſſe id non eſſe neceſſe, quod undique ad inferos tantundem uiæ eſſet. accuſatus quod ſolem candentem laminam eſſe diceret, quaſi falſos deos coleret, ab Athenienſibus in carcere ueneno necatus eſt. Supprimendus, tacendus. Has uoces. laudat hanc animi conſtantiam & fortitudinem cum in aliis, tum in philoſophis cognitã, qui optimis præceptis imbuti ſapienter omnes caſus ferebant, ſapientius reſpondebat de filiorum morte quæſiti, quia intelligerent à natura uitæ ſimul, & interitus legem eſſe datam.

ASCENSIVS.

NEc quidem Anaxagoras eſt ſupprimendus. i. ſuppreſſa uoce, aut ſilentio tacẽdus, aut prætereundus, nam quia audita morte filii inquit. ſ. ei, qui nunciabat, tu nihil. i. nõ aliquid, non nuncias mihi aliquid inexpectatum, idest quod non expectarã prius, aut nouum. Enim pro quia, ego ſciebam illum, ſcilicet filium natũ ex me, ſcilicet uiro mortali, eſſe mortalẽ. Virtus, ſcilicet naturalis (nã eius naturam ſupra docuit optimam magiſtram) imbuta, id eſt à teneris annis inſtituta, & quaſi inſtincta, utiliſſimis præceptis mittit, idest emittit huiuſmodi uoces, idest quales uiri prudentes iam dicti emiſerunt, quas, ſcilicet uoces ſiquis perceperit auribus efficaciter, idest cum efficacia non ignorabit liberos eſſe procreandos, ita ut meminerit legem, & idest ſimul accipiendi ſpiritus. ſ. uitalis, & reddendi dici. iis. ſ. liberis eodẽ momento temporis à natura rerum. ſ. parente, quia eodem momento, quo uiuere incipiunt, deſinere uiuere poſſent. Atque meminerit, ut idest quemadmodum neminem ſolere mori, qui non uixerit, ita nec quidem, idest non etiam aliquem poſſe uiuere qui non ſit moriturus. Quod & ſcriptura ſancta confirmat. Nam ſtatutum eſt omnibus ſemel mori.

Libri Quinti Finis.



ℭ Valerii Maxi. Liber Sextus.

ℭ De Pudicitia. Cap. I.

VNDE TE VIrorum pariter, ac fœminarum præcipuum firmamentū pudicitia īuocem? tu enim priſca religione cōſecratos focos Veſtæ incolis. Tu capitolinæ Iunonis puluinaribus īcubas. Tu palatii columen, Auguſtos penates, Sāctiſſimumq́ Iuliæ genialem torum aſſidua ſtatione celebras. Tuo pſidio puerilis ætatis inſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu ſyncerus iuuētæ flos permanet. Te cuſtode matronalis ſtola cēſetur. Ades igit̃, & cognoſce: q̃ fieri ipſa voluiſti.

ℭ De Lucretia.

DVx Romanæ pudicitiæ Lucretia: cuius virilis animus maligno errore fortunæ, muliebre corpus ſortitus eſt. A SEX. Tarquinii regis ſuperbi filio p vim ſtuprum pati coacta, cum grauiſſimis verbis iniuriā ſuam in concilio neceſſariorum deploraſſet: ferro ſe, quod veſte tectum attulerat: interemit: Cauſamq́ tam animoſo interitu imperium conſulare pro regio permutandi Populo Roman. præbuit. atq́ hanc illatam iniuriam non tulit.

OLIVERIVS.

VNde te. Liber ſextus, cuius capitulum primum eſt de pudicitia quam laudando facit ſuditores attentos. ordo sutem eſt, ò pudicitia unde īnuocem &c. ℞ Firmamentum. quia pudicitia confirmat decus uirorum, & fœminarum. ℞ Priſca religione, quia ab Aſcanio morē ſeruandi ignis æterni accepere Ro. nam ueſtales perpetuam uirginitatē ſeruabant. ℞ Tu capi. i. matrimonium ſeruas incolumen, nam Iuno dicebatur præeſſe coniugiis. Virgil. Iunoni ante omnes cui uincla iugalia curæ. rurſus, & pronuba Iuno. ℞ Tu palatii co. Hic aperta nimis utitur adulatiōe, cum Iuliam dicat fuiſſe pudicā, quā impudiciſſimam fuiſſe conſtat, adeo ut cum ſimiles patri filios procrearet, omneſq́ admirarētur, quærentibus ex ea multis quid ita filios patri ſimiles pduceret, cum ſe multis ſubiiceret, reſpondere ſolitam dicūt, nauis ſum, niſi plena uectorem non admitto. de hac Iuue. Cum tot abortiuis fœcundam Iulia uuluam Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas. fuit autem Iulia Auguſti Cæſa filia, & uxor Tyb. ℞ Auguſtos. ceſarianos. ℞ Tui nu. re. flos, re uera ita eſt. nam ſi duo iuuenes æqualis formæ fuerint, quorum alter pudicus, alter impudicus extiterit, pudicus ille pulchritudinis florem diutius ſeruabit, impudicus uero primo quoq; tpe denigreſcet, quia libido corpus eneruat & defectum reddit, atq́ deforme. ℞ Matronalis ſtola. matrisfamilias ueſtis, nam matrona dr principis, & ſenatorii hominis uxor, non autē plebeia. ℞ Stola, ueſtis quæ conuenit fœminis, ſicut toga uiris. Igitur quōdam es adeo precioſa.

ASCENSIVS

VNde &c. In huius ſexti pœmio de pudicitia locuturus eſ more ſuo extollit dicens cū admiratione O pudicitia pcipuū firmamentum. i. corroboramentū ad fugam uitior & cōplexum uirtutū, pariter uiror, ac fœminarū, unde. i. e quo ſacello, inuocem. i. inuocare debeā te? q. d. neſcio. Enim pro q̄a, tu incolis focos ueſtæ. ſ. deæ cōſecratos religione priſca. i. prioris ſeculi. q. d. antiquiſſima, & tu incubas puluinaribus. i. lectiſterniis Iunonis capitolinæ, & tu celebras columē palatii, uidelicet penates auguſtos. i. auguſto cōſecratos, utpotē iperato. Ro. & ſanctiſſimū torū genialē. i. quo liberis gnandis opa dat, Iu iæ. ſ. uxoris Tib. cuius turpitudinē adulatione tegere parat, aut certe cū de ea uirtute, quā non hēt, laudat, tacite ut eā acquirat admonet. Ingenuus. n. uultus rubore pfunditur, dum imeritas audit de ſe laudes. celebras dicit aſſidua ſtatione, bene ſtatione, quaſi illic non poſitum aut perpetuam ſedem, ſed ſtationem duntaxat habere noſcatur. Inſignia pueriliis ætatis ſunt munita tuo præſidio, & flos iuuentæ, ideſt iuuenilis ætatis permanet ſyncerus, ideſt integer, & inuiolatus reſpectu tui numinis. Stola matronalis cenſetur, ſcilicet digna, quæ pudicis tribuatur, te cuſtode, ideſt cuſtodiente. igitur ades, ideſt adſis, hoc eſt aduenias huc ò pudicitia, & cognoſce, ſcilicet per ſequentia exempla ſup ea, quæ tu uoluiſti fieri quæ, id eſt tuo præſidio, aut numine, & iuſſu facta ſunt.

OLIVERIVS.

DVx romanæ. Orta in caſtris inter potentes adoleſcentes contentiōe quadam de uxorum pudicitia, cum ſuam quiſq́ laudaret, Collatinus qui cum his erat, non uerbis opus eſſe dixit, id breui ſciri poſſe, qualis unaquæq́ foret, ſi ſumptis equis inuiſerent eas, id demū ſpectatiſſimum unicuiq́ fore, quod inopinato uiri aduentu occurrit, probato conſilio, citatis equis, omnes aduolant Romam, inde collatiā, ubi Lucretiam haud quaquā ut regias nurus, quas in conuiuio luxuq́ cum æqualibus uiderant tempus terentes, ſed deditā lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedētem inueniunt. muliebris certaminis laus, penes Lucretiam fuit. Inuitatis comitibus omnibus à marito, Sextum Tarqui. mala libido Lucretiæ ſtuprandæ capit, tum formatū ſpectata caſtitas incitat paucis diebus interiectis poſtquam redierunt in caſtra, Sextus Tarqui. inſcio Collatio, cum comite uno collatiam uenit ubi exceptus benigne ab ignaris conſilii, cū poſt cœnam ī hoſpitale cubiculum ductus eſſet, amore ardēs, poſtquā ſatis tuta circa ſe, ſopitiq́ omnes uidebantur, ſtricto gladio ad dormientem Lucretiam uenit. ſiniſtraq́ manu mulieris pectore oppreſſo tace Lucretia inquit, Sextus Tarquinius ſum. ferrum in manu eſt, morieris, ſi emiſeris uocem. cū pauida è ſōno mulier prope mortem imminentem uideret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miſcere precibus minas, uerſare in oēs partes muliebrem animū. ubi obſtinatam uidebat, & ne mortis quidem metu inclinari, addidit ad metū dedecus, cum mortua iugulatum ſeruū nudū poſiturū ait, ut ī ſordido adulterio necata dicatur. quo terrore cum uiciſſet obſtinatam pudicitiam, uelut uictrix libido, profectuſq́ inde Tarquinius ferox, expugnato decore muliebri, Lucretia mœſta tanto malo,

Lucretiæ pudicitia.

to malo, accitis quàprimũ patre, uiroq;, qui cum ſingulis amicis ueniunt in cubiculo ſedens lachrymabunda, quærenti uiro, ſatin ſaluæ res eſſent, minime, inquit, quid enim ſalui mulieri eſſe poteſt amiſſa pudicitia? ueſtigia uiri alieni collatine in lecto ſunt tuo. cæterum corpus eſt tantũ uiolatũ, animus inſons, mors teſtis. ſed date dexteras, fidemq;, haud ĩpune adultero fore. Sextus eſt Targnius qui hoſtis ꝓ hoſpite, priori nocte armatus, mihi ſibiq;, ſi uos uiri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium. dant ordine oẽs fidem, conſolantur ægram animi, auertẽdo noxam à coacta in authorẽ delicti, mentem peccare, non corpus, & unde conſilium abfuerit, culpam abeſſe. uos, iquit, uideritis, quid illi debeatur, ego me, et ſi peccato abſoluo, ſupplicio nõ libero, nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo uiuet, cultrum quem ſub ueſte abditum habebat, in corde figit, prolapſaq; in uulnus moribunda cecidit. Diony. In hac hiſtoria multum diſſentit à Liuio, non enim contentionẽ de uxoribus inter potentes in caſtris adoleſcentes ortam, nec Sextum Tarqui. ad id ipſum ſtuprandæ Lucretiæ gratia collatiam ueniſſe, ueluti furioſa quadam libidine agitatum, ut tradit Liuius, ſed à patre collatiam miſſum ad quædam illic regia negocia peragenda, hoſpitio deinde à Lucretia benigne ſuſceptum, quippe regis filium, & uiri cognatum, erat autem ex gente Tarquinia collatinus, ingreſſum nocte cubiculum extorſiſſe ab obſtinata Lucretia ſtupri neceſſitatem. quæ ne infamis moereretur, corpus eius libidini ſubiecit. orta deinde luce, cum ille abiiſſet, Lucretiam dicit ſumpto uehiculo Romam ad patrem properaſſe, & ad eius genua prouolutam, ſuppliciter rogaſſe, ut quoſcunq; poſſet amicos & cognatos q̃primũ euocaret, quibus accitis, rem omnem expoſuiſſe ſibi, deinde mortem intuliſſe. quo facto Valerium in caſtra miſſum nuncium ad collatinum, qui re audita cum Iunio bruto Romam ueniſſe, & de eiiciendis regibus conſilium iniiſſe dicitur. ¶ Errore fortunæ. uidetur erraſſe fortuna, quæ tam uirilem animũ fœmineo corpore incluſerit, ac ſi diceret, ſi ei forte uirile corpus contigiſſet, multo maiora factura fuiſſet. In concilio neceſſariorum, uiri collatini patris tricipitini, publii uale. & Iunii Bruti. ¶ Cauſam permutandi imperium, Quia propter huius ſtuprum exacti ſunt reges, annui magiſtratus, & conſulare imperium factum, mutatuſq; eſt reip. ſtatus. *De Lucretia beatus Aug. ſi adultera, cur laudatur, ſi publica, cur occiditur?*

ASCENSIVS.

Dux Rõanæ pudicitiæ Lucretia, aut q̃a prĩa, cuius pudicitia explorata, quum ante conſules fuerit, aut quia præcipua (diuus tamen Augu. de ciuitate dei conuincit eam non uere fuiſſe pudicam, q̃a pluris famam q̃ pudicitiã fecit potuit. n. pudica interfici, licet id uulgus ignoret, at deus, & conſcientia ſciat, q̃ ſatis ſit. ideoq; merito illi Suſannam p̃fert in pudicitiæ conſeruatione. Quin etiam docet non prudẽter, nec laudabiliter ſeipſam interemiſſe, nam ſi ſe interemit, q̃ ſe adulteram ſenſit, eo q̃ animum quoq; corruptum habebat immerito laudatur ut pudica, ſin pudica manſerit, cur occiditur? adde q̃ ẽt ſi impudica, & ſua culpa adultera facta eſſet, nõ tamen ſe occidere decenter poterat, ſed aliter gentibus perſuaſum.) Cuius. ſ. Lucretiæ animus uirilis, fortitus eſt maligno errore fortunæ corpus muliebre, q̃a cum uiriliter egerit, uirile corpus habere meruerit, coacta pati ſtuprum per uim, quod tamen morte uitare potuit, A ſexto (Sunt q̃ Aruntem dicant) filio Tarquinii regis. ſ. Romanorum, ſuperbi. ſ. nomine & re, quum i. poſtq̃ deploraſſet grauiſſimis uerbis iniuriam ſuam. i. ſibi illatam (unde paſſiue accipitur, quaſi pro ſui.) Corã cõcilio. i. cetu neceſſariorum, ut collatino, & bruto, &c. Interemit ferro. q̃d attulerat tectũ ueſte, hoc adũ eſt principale uerbũ cui omnia ſupponuntur, ut ſit Lucretia. Dux &c. Coacta &c. Quũ deploraſſet &c. Interemit &c. & præbuit tam animoſo interitu Po. Ro. cauſam permutandi. i. mutando accipiendi imperium conſulare pro regio. ſ. imperio, atq; ſ. Pu. Ro. non tulit hanc iniuriam illatam.

¶ De Virginio Viro Plebeio.

Virginius Plebei generis, ſed patricii vir ſpiritus, ne probro contaminaretur domus ſua, proprio ſanguini non pepercit. Nam cum Appius Claudius decemuir, filiæ eius virgini ſtuprum poteſtatis viribus fretus, pertinacius expeteret: deductam in forũ puellam occidit. pudicæq; interemptor, quam corruptæ pater eſſe maluit.

OLIVERIVS

Virginius plebei. Fuit poſt aliquot annos paũ in urbe nephas à libidine ortum, haud minus fœdo euentu, q̃ q̃d per ſtuprum, cædemq; Lucretiæ, urbe regnoq; Tarquinios expulerat. cũ. n. à conſulibus ad decemuiros tranſlatũ eſſet imperium, ex decemuiris unũ Appium Claudium plebeiæ uirginis ſtuprandæ libido, uelut rabies quædã inceſſit hæc Lucii cuiuſdã uirginii filia, & Licinio Tribunitio uiro deſpõſata erat, quam Appius amore inſaniens, prætio, ac ꝓce ſpeq; pellicere adortus, poſtq̃ oĩa pudore ſepta inuenit, ad crudelem, ſuperbamq; uim aĩum cõuertit. Marco Claudio clienti negociũ dedit, ut uirginem in ſeruitutẽ aſſereret, neq; cederet ſecundũ libertatẽ poſcentibus uĩdicias. hic ergo uirgini i foꝝ ad litterarum ludum uenienti manum iniecit, ſuã ſeruam è ſerua natam appellans, concurſu amicorum ad clamorẽ nutricis quiritium fidem implorãtis facto, liberatur, in ius tñ rapitur, ad Appiiq; tribunal perducitur, qui ex eo cõpoſito puellã Marco Claudio poſcenti, & ſeruam aſſerenti ſuam adiudicauit interea Publius Numitorius puellæ auus, & ſponſus Licinius interueniunt puellamq; à ui, magis q̃ à iudicio tuentur. Iamq; graui ſeditione orta, certamen inſtare uidebatur, tñ Appius libertatis uindicias, iudiciumq; puellæ in ſequentẽ diem, datis ſponſoribus pronunciat. Interea pater perpropere accitur è caſtris, qui audito filiæ periculo, acceptoq; cõmeatu ad urbem ꝓperat, filiæ ad tp̃s adeſt. nã cum Appius ſequenti die in tribunal aſcendiſſet, puellæq; uindicias ſecundũ ſeruitutẽ decreuiſſet, tanta quidem uis amentiæ ueri, q̃ amoris eius mentẽ peruerterat. tum Virginius in Appium manus intentas Licinio, inquit Appi, non tibi filiã deſpondi, & ad nuptias, non explendã tui corporis libidinẽ educaui, ſi placet tibi pecudum ferarũq; ritu ꝓmiſcue in concubitus ruere non paſſuros hoc ciues romanos ſpero. cũq; iam ui ageretur in puellã, iamq; .x. uiri potentiæ reſiſti non poſſent, Virgini⁹ ubi nihil uſquã uidit auxilii pniam ſimulans, q̃ſo, inquit Appi, primũ ignoſce patrio dolori, ſiquidem inclementius in te ſum inuectus, deinde ſinas hic coram uirgine nutricem percunctari q̃d hoc rei ſit, ut ſi falſo dictus pater ſum æquiori hinc aĩo diſcedã data uenia, ſeducit filiã, ac nutricẽ prope cloacinã ad tabernas, q̃bus tunc nouis erat nomen, atq; ibi ab lanio cultro arrepto hoc te, iquit uno quo poſſum filia, in libertatem uendico, pectus deinde puellæ tranſfixit, & ſpectans ad tribunal, Te, inquit Appii, tuumq; caput hoc ſanguine cõſecro, deinde ſe in caſtra proripuit. hinc ſeditione facta ac plebis ſeceſſione à patribus, coacti ſunt decem uiri ſe abdicare magiſtratu, creataq; ẽ tribunitia poteſtas, & reddita plebi, ſumptum quoq; eſt de decemuiris ſuppliciũ per tribunos plebis. hoc adũ factum fuit anno. lx. poſt libertatem inceptam teſte Cic. lib. de finib. bono. & ma. ¶ Probro, ſtupro, atq; flagitio. De hac uirginia à patre cæſa Seneca in tragœdia, quæ dicitur Octauia ſic breuiter tradit, Vltiq; tuos ſunt bene manes uirgo dextera cæſa parentis, ut ſeruitium paterere graue, & improba ferret præmia uictrix, dira libido.

ASCENSIVS.

Virginius uir generis plebei, ſed ſpiritus, id eſt animi patricii. i. patricio ſanguine digni, ne domus ſua contaminaretur probro, id eſt dedecore ſtupri illati filiæ ab Appio Claudio, non pepercit proprio ſanguini, quia cultro lanii id eſt carnificis ab eius ſcãno arrepto, uirginiam filiam interemit. Nam cum Appius Cla. decẽuir. i. unus ex. x. uiris, qui ut leges allatas in debitam formam redigerent, conſulari fungebantur poteſtate, nec eam deponere uolebant, expeteret pertinacius, quia primũ precibus, & pollicitis, deinde minis, & demũ fraude graſſatus, ſtuprũ filiæ eius uirginis, fretus. i. cõfiſus uiribus poteſtatis. ſ. decemuiratus, occidit puellã deductam in forum, & aſſertam in ſeruitutem à Marc. Claudio (ut Oliue. recitat) & maluit eſſe interemptor ſup. filiæ pudicæ, q̃ pater corruptæ, id eſt ſtupratæ, licet per uim. In qua re etiam errauit, q̃a uera pudicitia in animo conſiſtit.

OLIVERIVS.

NEc alio robore. Faunus Saturninus Pontii pædagogus eius filiã per dolum uitiauerat. Pontius id ubi cõgnouit, & pædagogum, & filiã pari pœna mulctauit nam utrunq; necauit, maluitq; acerbũ filiæ funus proſequi, q̃ turpes eius nuptias celebrare. ¶ Sceleratũ ſeruũ. Perfidum pædagogum, qui filiæ uitium intulerat.

ASCENSIVS.

NEc. I & non, & Põtius Aufidianus eques Rõanus fuit p̃ditus. i. præ cæteris à deo, & natura donatus, non alio. i. eodem robore animi, quo. ſcilicet uirginius, qui poſtq̃ comperit uirginitatem filiæ ſuæ, proditam, ideſt proſtitutam, & iniquo pretio uenditam Faunio Saturnio, à pædagogo, ideſt eius ductore in ludum litterarium (Oliue. intelligit Faunium Saturninũ eſſe pædagogum. ut ſic dicat proditam, ideſt uulgatam. ego, q̃a ſeparat interponendo proditã, credam Saturnium eſſe diuitis, & ciuis Romani, qui eius pudicitiam à pædagogo emerat nomen) non contentus affeciſſe ſe ſupplicio ſeruum ſceleratũ. ſ. pædagogum illum, necauit ẽt ipſam puellam, & ita duxit acerbas exequias, ne celebraret turpes nuptias eius. ſ. cum corruptore, quia potuiſſet Saturninũ cogere quam uitiarat, ducere.

OLIVERIVS.

Meuii crudelitas pro filiæ pudore.

QVid P. Meuius. Meuius acer pudicitiæ cuſtos, libertũ, quẽ unice diligebat, propter allatum uel errore, uel malitia filiæ iam nubili oſculũ nulla erroris habita ratione, occidit. Voluit enim ut in ea ætate diſceret filia tam rigido exemplo caſtitatem eſſe ſeruandam, adeo ut non ſolum corpus intactũ, ſed oſcula quoq; illibata p̃ferret ad uirum. ¶ Errore ductus. Quod in teneris annis eã oſculari fortaſſe ſolitus fuiſſet, ea nunc conſuetudine deceptus ſimplex oſculum puellæ dediſſet. ¶ Illibatam Virginitatem. intactam, & inuiolatam uidelicet integram.

¶ De Pontio Aufidiano.

NEc alio robore animi prăditus fuit Pontius Aufidianus eques Romanus, qui poſtq̃ comperit filiæ ſuæ virginitatem a pædagogo proditam Faunio Saturnio, non contentus ſceleratum ſeruum affeciſſe ſupplicio, etiam ipſam puellã necauit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

¶ De Publio Meuio.

QVid Publius Meuius quam ſeuerum pudicitiæ cuſtodem egit? In libertũ nanq; gratum admodum ſibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ ſuę oſculum dediſſe cognouerat: præſertim cum non libidine, ſed errore lapſus videri poſſet. Cæterum amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ ſenſibus, caſtitatis diſciplinã ingenerari magni æſtimauit. Eiq; tam triſti exemplo præcepit, vt non ſolum virginitatem illibatã ſed etiam oſcula ad virum ſyncera perferret.

¶ De Quinto Fabio Maximo Seruiliano.

QVintus vero Fabius Max. Seruilianus honoribus quos ſplendidiſſime geſſerat: cenſurę grauitate conſumatus, exegit pœnas a filio dubiæ caſtitatis: & punito pependit voluntario ſeceſſu conſpectum patriæ vitando.

¶ De P. Attilio Philiſco.

DIcerem Cenſorium uirum nimis acerbũ extitiſſe, niſi Publium Attilium philiſcũ in pueritia corpore quæſtum a domino facere coactum: tam ſeuerum poſtea patrem cernerem. Filiam enim ſuã eo, quod ſtupri ſe crimine coinquinauerat: interemit. Quàm ſanctam igitur in ciuitate noſtra pudicitiã fuiſſe exiſtimare debemus: in qua etiam inſtitores libidinis, tam ſeueros eius iudices euaſiſſe animaduertimus? ſequitur excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum.

haberet filii pudicitiam, illum occidit, deinde rubore quodam confuſus, quod tam flagitioſum filium habuiſſet, ex urbe diſcedens uoluntarium ſibi exilium induxit, ita ut poſt hoc factum amicorum conſpectu fugiens in urbem redire nõ uoluerit. ¶ Splendidiſſime, cum ſumma laude, & gloria. ¶ Conſumatis, Emeritus, nã omnibus honoribus perfunctus fuerat.

ASCENSIVS.

QVintus uero Fabius Maximus Seruilianus honoribus. i. mĩſtratib⁹ omnibus: quos geſſerat. ſ. per ordinem, ſplẽdidiſſime. i. cũ ſũma laude conſumatis, ideſt completis, & emeritis, quia altius aſcendere non poterat, grauitate dictaturæ exegit pœnas à filio, caſtitatis dubiæ. i. quia rumor erat eũ amiſiſſe pudicitiam, & muliebria paſſum, & pependit ideſt perſoluit ſup. pœnas punito. ſ. filio uitando cõſpectum patriæ. i. urbis Romæ ſeceſſu uoluntario. i. exilio ſponte aſſumpto aut fuga poti⁹ à cõſpectu ciuiũ.

OLIVERIVS.

DIcerem cenſorium. Attilius Philiſcus à pueritia ſeruus ab hero coactus eſt fieri meritorius, & facere in tenera ætate è corpore quæſtum. poſtea uero in libertatem aſſertus eũ uxorem duxiſſet, & ex ea filiam ſuſcepiſſet, ubi primũ cognouit ſtuprum admiſiſſe, eam occidit. mirũ profecto, q̃ qui fuiſſet turpitudini ſemp̃ aſſecutus, turpitudinem in filia non pateretur. ¶ Quam ſanctã igitur. Intendit argumentum, ſi miniſtri libidinis, inquit, tam ſeueri uiolatæ pudicitiæ extiterunt, quales ceteros fuiſſe exiſtimamus? ¶ Inſtitores libi. Viles libidinis negotiatores, qualis fuerat Philiſcus. ¶ Sequitur excellen. nominis.

ASCENSIVS

DIcerem uirum cenſoriũ. ſ. Fabium Seruilianum extitiſſe nimis acerbũ, niſi cernerem Publium Attilium Philiſcum, coactũ à domino, ſcilicet lenõe facere quæſtum, ideſt eſſe ſcortum meritorium, corpore ſcilicet ſuo in pueritia, antequam pubeſceret (unde merito in Roma. dicit Apoſtolus, q̃ tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ. Nã fœminæ eorum immutauerunt naturalẽ uſum in eum, qui eſt contra naturam, ſimiliter autem & maſculi &c.) poſtea ſcilicet quam libertate donatus, fuerat patrem tam ſeuerum. Enim ꝓ quia, ipſe interemit filiam ſuam, eo q̃ coinquinauerat ſe crimine ſtupri. Quàm. i. quantum ſanctam igitur debemus exiſtimare pudicitiam fuiſſe in ciuitate noſtra hoc eſt Romana, in qua animaduertimus etiam inſtitores libidinis. i. conciliatores & patronos, ac negociatores, & quæſtum ex ea facere ſolitos ut fecerat Philiſcus, euaſiſſe. ſ. effectos eſſe, tandem tam ſeueros iudices. i. cenſores, & uindices eius? quaſi dicat nimirum ſanctiſſimã Cum iſi ex eodem fonte minime ſanctã illis fuiſſe argumẽtari liceat, q̃ppe ubi maſculi ĩpune de corpore ſuo q̃ſtũ fecerant. Sed author diceret, aliud turpitudinẽ profeſſis licere, aliud lñimũ thorũ profeſſos, ac ꝓfeſſuros ꝓfeſſuraſq; decere. Seq̃tur exẽplũ. i. q̃ iã dicẽ eſt exẽplũ nõis excellẽtis, quia in magnũ uirũ aduerſũ eſt; ac facti mẽorabi. i. digni mẽoria.

ASCENSIVS.

QVid Publius Meuius? ſup egit, quam. i. q̃tum ſeuerũ cuſtodem pudicitiæ egit? q. d. maxime ſeuerũ. Quia animaduertit in libertum admodum gratum. i. morte eum puniuit, quia cognouerat eum dediſſe oſculum filiæ ſuæ ætatis iam nubilis, præſertim cum libertus illẽ poſſet uideri lapſus, ideſt peccaſſe, non libidine, quia caſta poſſunt eſſe oſcula, ſed errore. ſ. malæ cõſuetudinis, putando etiã nubilem poſſe oſculari quam paruulam oſculatus fuerat. Cæterum. i. ſed pater ſup. æſtimauit magni diſciplinam caſtitatis ingenerari ſenſibus puellæ, annis adhuc teneris, amaritudine pœnæ. ſ. capitalis, & præcepit ei. ſ. filiæ ſuæ tam triſti. i. ſeuero exẽplo, ut perferret ad uirum, non ſolũ uirginitatem illibatã. i. intactã, ſed ẽt oſcula ſyncera. i. pura, aut incorrupta.

OLIVERIVS.

QVintus Fabius Seruilianus, Hic omnibus honoribus emeritus in cenſura ſeueriſſimus; hic cum ſuſpectam

Oliuerius.

ℂ De M. Claudio Marcello Aedili, & filio ſuo.

MArcus Claudius Marcellus Aedilis curulis C. Scantinio capitolino Trib. ple. diem ad populum dixit, ꝙ filium ſuum de ſtupro appellaſſet. eoq; aſſeuerante ſe cogi non poſſe, vt adeſſet, quia ſacroſanctam poteſtatem haberet, & ob id tribunitium auxilium implorante, totum collegium tribunorum negauit ſe intercedere, quo minus pudicitiæ quæſtio perageretur. Citatus itaq; Scātinius reus vno teſte qui tentatus erat, damnatus eſt. conſtat Iuuenem productum in roſtra, defixo in terram vultu perſeueranter tacuiſſe, verecundoq; ſilentio plurimum in vltionem ſuam valuiſſe.

ℂ De Metello Celere.

MEtellus quoq; Celer ſtuproſæ mentis acer punitor extitit Cn. Sergio Silo promiſſorum matrifamiliæ nummorū gratia diem ad populum dicendo, cumq; hoc vno crimine damnando. non enim factū tūc, ſed animus in quæſtione deductus eſt. pluſq; voluiſſe peccare nocuit, quā non peccaſſe profuit.

ℂ De Tito Veturio filio Veturii.

COncionis hæc, illa curiæ grauitas. Titus Veturius filius eius Veturii, qui in conſulatu ſuo Samnitibus ob turpiter ictū fœdus deditus fuerat: cum propter domeſticam ruinam: & graue æs alienum, Cœlio Plotio nexum ſe dare adoleſcentulus admodum coactus eſſet: ſeruilibus ab eo uerberibus quia ſtuprū pati noluerat: affectus: querelam ad conſules detulit: a qbus hac de re certior factus ſenatus, Plotium in carcerem duci iuſſit. in qualicūq; enim ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam tutam eſſe voluit. Et quid mirum ſi hoc vniuerſi P. C. cenſuerunt?

OLIVERIVS.

MArcus Claudius Marcellus. hic ille Marcellus eſt qui cæſo uirilī domaro gallorū duce, opima reportauit, qui prius Hanib. apud nolam uinci poſſe docuit, qui ſyracuſas in ſicilia munitiſſimam urbem expugnauit, qui multa atq; præclara pro repu. geſſit. cū igitur cōperiſſet Cn. Scantinium capitolinū trib. pleb. de ſtupro compellaſſe filium ſuū adoleſcentulum egregia forma ſed pudicitia, atq; modeſtia magis ingenuum, diē illi dixit ad populum, nam cū puer uni reſiſtendo ſcelerato tribuno nihil proficere poſſe uideret, rē ad patrem detulit. Accuſatus igitur, tribunus beneficio magiſtratus ſe primum tueri conatus eſt, cū diceret cogi non poſſe, ꝙ tribunitiam poteſtatem haberet, tribunorūq; auxilium implorauit, quorum nullo intercedente, dānatus in illo iudicio, nullus eſt teſtis adhibitus, præter ipſum adoleſcentē, qui productus, & à iudicibus interrogatus, cū ingenuo pudore deterritus, non auderet obſceniſſimā rem indicare, uultū in terra defixū, tacitus perſeueranter tenuit. qđ ubi uiderunt iudices nihil ulterius inquirendū eſſe exiſtimantes, Scātinium dānauerunt. ℂ Sacroſanctam poteſtatem. tribunitiam poteſtatem, quæ ſacroſancta ideo dicebatur, quia lex erat, qui tribunū uiolaſſet, eius caput ſacrum foret. ℂ Vno te. Puero ipſo Marcelli filio. ℂ In ultionem ſuā, in tribuni damnationem.

Scantinii damnatio.

ASCENSIVS.

CLaudius Marcellus ædilis curulis, dixit caio ſcātinio capitolio .ſ. cognomento, tribuno plebis .ſ. officio diem ad populum .ſ. ut ſe purgaret ſi poſſet coram populo, ꝙ appellaſſet .i. ſollicitaſſet filiū ſuum, uidelicet Marcelli, de ſtupro, ſcilicet illi inferendo. & eo ſ. Scantinio aſſeuerante, ſe non poſſe cogi, ut adeſſet, ſcilicet ad cauſæ dictionem, quia haberet poteſtatem ſacroſanctam, uidelicet tribunitiam, & implorante ob id auxiliū tribunitium. ideſt à contribunis ſuis præſidium, totum collegiū tribunorū negauit ſe intercedere, quo minus .i. ut non, ut quæſtio .i. inquiſitio, pudicitiæ, ideſt de pudicitia uiolata, aut ſollicitata, perageretur, ideſt uſq; ad ſententiam ultimam ageretur. Itaq; Scātinius citatus reus, ideſt defenſurus ſe, damnatus eſt uno teſte qui erat tentatus, licet nihil dixerit præ pudore, quia ipſe filius nihil dixit. nam conſtat iuuenem deductum in roſtra ubi uerba ad populum haberi ſolebant, tacuiſſe perſeueranter, uultu defixo in terram. & ualuiſſe plurimum in ultionem ſuam .i. quam pater de ſe fecit, ſilentio uerecūdo: quia qui tacet cōſentiee uidetur. unde ēt uirgo illa in eunucho Terentiana explorando, & tacendo uitiū ſibi illatū, indicabat.

OLIVERIVS.

MEtellus quoq;. Cn. Sergius nummos matrifamilias promiſerat, tentans illius animum, ut pretio mota ſibi morē gereret. matrona rem detulit ad magiſtratum, ille Sergium, ꝙ pecuniam promiſiſſet, fœminam corrupturus, iudicio damnauit, non enim factum, ſed uoluntas punita eſt, nam qui ſemel animo ſuo mœchatus fuerit, peccauit. ℂ Stuproſæ mētis. Libidinoſæ uolūtatis. ℂ Sed animi uidebant n. illi non defuiſſe uoluntatē, ſed facultatem. reū igitur fecit illum uoluntas, non peccatū, pluſq; illi nocuit uoluiſſe peccare, ꝙ profuit non peccaſſe, uel non potuiſſe.

ASCENSIVS.

MEtellus quoq; celer extitit acer punitor ment s .i. affectionis ſtuproſæ .i. ſtupri inferendi plenæ, dicēdo Cn. Sergio Silo diem ad populum, gratia nūmorum promiſſorū .ſ. ab eo matrifamiliæ, & dānando eū hoc uno crimine. Enim pro quia, factū non eſt ſup. deductū in qōne .i. inquiſitione, atq; examine, ſed aius eſt deductus. & uoluiſſe peccare, promittendo .ſ. nūmos, plus nocuit, ꝙ nō peccaſſe .ſ. actu ipſo profuit. Nō .n. non peccat in legem diuinam, quis forte ſecus ſit de humana, qui animū peccandi habet.

OLIVERIVS.

COncionis hec, illa curiæ T. Veturius filius eius. cū pp longum, & difficiſe bellum ſamnitiū ſæpius tributum ciuitati eſſet imperatū, exhauſta tādē ciuitas ex fœneratoribus ſumere cogebatur. qui uero grauiori ære aſtricti, fœnus ſoluere non poterant, nexi fœneratoribus dabantur, qbus tāto tpe ſeruirent, donec debitum oē p ſoluiſſent. Inter hos igitur datus eſt Veturius nobilis adoleſcens cōſularis uiri filius, quē C. Plotius fœnerator, cui nexus datus fuerat, cū ui ſtuprare uoluiſſet, ac ille pertinaciſſime recuſaſſet, eū uerberibus mulctauit ſceleratus hō, ꝙ eius libidini obtēperare noluiſſet. hic igitur adoleſcens uere nobilis, in forū proripuit, Plotiū accuſauit, quē ſenatus dānatum in carcerē cōtici iuſſit. In hac hiſto. Val. diſſentit à Liu. non .n. Veturiū, ſed publiū quendā nexū datū. nec C. Plotio, ſed L. Papyrio fœneratori fuiſſe dicit. Idq; factū eē ad deditionē caudinā. Mutatū .n. dicit eſſe ius ob unius fœneratoris libidinē, & crudelitatem inſignē. L. Papy. is fuit, cui cū ſenatus conſul. Pub. ob æs alienū paternū nexus datus eēt, q ſoema, ætaſq; miſericordiā elicere poterant, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt, ut ætatis eius fructum aduēticium crederet datum. primo igitur pellicere adoleſcētem ſermone inceſto eſt conatus, deinde poſtꝙ aſpernabatur flagitiū aures, minis terrītare, atq; identidem admonere fortunæ ſuæ, poſtremo cum ingenuitatis magis ꝙ præſentis cōditionis memorem uideret, nudari iubet, uerberaq; afferri, quibus laceratus iuuenis cum ſe in publicum proripuiſſet, libidinem, crudelitatemq; conquerens fœneratoris, ingens uis hominum, cū ætatis miſeratione, tum indignitate iniuriæ accenſa, ſuæ conditionis liberorumq; ſuorum reſpectu, in forum, atq; inde agmine facto ad curiam concurrit. Et cum conſules tumultu repentino coacti ſenatum uocarent, Introeūtibus in curiam patribus, laceratum uirgis tergum procumbentis ad ſingulorū pedes oſtendebant. Victum eo die ob impotentem iniuriam unius, ingens uinculum fidei, iuſſiq; conſules ferre ad populū ne quis niſi qui noxiam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus, aut in neruo teneretur, pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſe. Itaque nexu ſo-

Veturius eum qui ſe de ſtupro interpellauerat.

De C. Feſcenino Triumuiro.

CAius Feſcenius Triumuir, Ca. Corneliũ fortiſſime militiæ ſtipendia emeritũ virtutiſq́ȝ nomine quater honore primipili ab imperatoribus donatum, quod cũ ingenuo adoleſcentulo ſtupri commertium habuiſſet: publicis viculis onerauit. a quo appellati tribuni, cum de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionẽ ſe facere paratũ diceret, ꝙ adoleſcens ille palam, atq́ȝ aperte corpore quæſtum factitaſſet, interceſſionẽ ſuam interponere noluerunt. Itaq́ȝ Cornelius in carcere mori coactus eſt. non putarunt tri. ple. Rẽp. noſtram cum fortibus viris paciſci oportere, vt externis piculis dõeſticas delitias emerẽt.

De Tribuno plebis, ſiue populo Romano.

LIbidinoſi Cẽturionis ſupplicium Marci Lectorii Mergi tribuni militaris æque ſimilis fœdus exitus ſequitur: Cui Cominius Tri. plebis diem ad populum dixit, quòd cornicularium ſuũ ſtupri cauſa appellaſſet. Nec ſuſtinuit eius rei ſententiam Lectorius, ſed ſeipſe ante iudicii tempus fuga prius ſubtraxit, deinde etiam morte ſe puniuit. Naturæ modum expleuerat: Fato tamen functus, vniuerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ damnatus eſt. Signa illum militaria, ſacratæ aquilæ, & certiſſima Romani imperii cuſtos ſeuera caſtrorum diſciplina, vſq́ȝ ad inferos perſecuta eſt. Q m̃ cuius virtutis magiſter eẽ debuerat, ſanctitatis corruptor tentabat exiſtere.

ſuti, cautóq; in poſterum, ne necterentur. ❡ Ob turpiter ictum fœdus, Nota eſt hiſtoria, qũo apud ſurculas caudinas clauſi, & obſeſſi fuere Ro. à Samnitibus T. Veturio Caluino, & Spurio Poſthumio conſulibus, & ſub iugũ miſſi icto fœdere cum hoſtibus ꝙ Po Ro. nõ ꝓbauit, nec accepit. Sed authores fœderis turpis deditionis dedendos hoſtibus cenſuit, ut populus religione ſolueretur. ❡ Domeſticã ru. Quia res familiaris petierat. pr grandi ære alieno aſtrictus erat, ꝙ cum ſoluere nõ poſſet filius fœneratori in ſeruitutẽ dari paſſus eſt, ꝗ diu debitũ ſeruitute perſolueret.

ASCENSIVS.

COncionis &c. hæc grauitas. ſ. iam dicta, ſup. eſt, aut ſuit cõciõis. i. totius populi, à quo ſuperioribus dies dicta ſuit, illa. ſ. ꝗ ſequitur ſuit ſup. grauitas curiæ. i. ipſius ſenatus. T. Veturius filius eius ueturii, ꝗ ſuerat deditus. i. in ꝑtãtẽ datus, Samnitibus in conſ. ſuo. i. cũ eſſet cõſul, ob ſœdus ictũ turpiter. i. cũ ſumma ignominia exercitus Ro. ad furcas caudinas ſub iugũ miſſi, cũ ipſe adoleſcentulus admodũ. i. ualde. i. in prima parte adoleſcentiæ, coactus eſſet dare Cœlio Plocio ſe nexũ. i. in uincula, ut incõpedibus opus ſaceret ipſi creditori, ꝑꝑ ruinam domeſticam, & graue æs alienũ. i. debitũ cõtractum ex ære alieno, affectus ab eo. ſ. Plocio uerberibus ſeruilibus. i. ſeruo dignis, aut inferi ſuetis, quia noluerat pati ſtuprum, detulit querelã ad conſules, a quibus ſ. conſulibus, ſenatus factus certior. i. edoctus de hac re, ſ. de turpi ſæuitia Plocii, iuſſit Plocium duci in carcerẽ, Enim pro quia, ſenatus uoluit pudicitiam eſſe tutam ſanguini Ro poſitam in qualicũq́ȝ ſtatu. q. d. etiam in compedibus habito. Et quid mirum. Clauſula eſt continuatiua, & ita ad utrumq́ȝ exempiũ pertinens, ſed potius ad ſequens, ſicut & illa concionis hoc, &c. Ordo eſt. Et quid mirum ſup. eſt, ſi uniuerſi patres conſcri. cenſuerunt hoc. ſ. pudicitiam romanam in quocunq́ȝ ſtatu debere eſſe tutam? q. d. nihil. Quum etiam unum uirum id cenſuiſſe conſtet. Nã Caius &c. Occurrit nunc ꝙ de ingratitudine dictum eſt, facilius ignoſcendum ingratitudini totius ciuitatis, ꝗ ſingulorũ. quocirca uidetur admirabilius totum ſenatum id cenſuiſſe ꝗ ſingulos, nam ſi totus ita cenſuit, uidetur cõſequens eſſe, ut ſinguli ita cenſuiſſe dicantur. ſed non continuo, ſi unus, aut alter, ergo omnes. Quocirca ſciemus difficilius eſſe interdum unum recte iudicare ꝗ multitudinem, quia unius iudicium facile ſuuerti poteſt, multorum non põt, dummodo illi multi ſapientes ſint. quocirca in iudicio patrum conſcriptorum licet unus, & alter non recte ſenſerit, quia potioris partis præualet ſententia, totus tamen ordo recte iudicare facillime poteſt. in multitudine autem plebis, ubi pauci ſunt boni, & recte ſentientes, facilius eſt totam concionem errare, quia plures, meliores uincunt ꝗ ſingulos extra concionem unde in capitu. de ingratitudine potius multitudini ingratæ, ꝗ ſingulis ignoſcendum cenſuit.

OLIVERIVS.

CAius Feſcenninus. Feſcenninus triumuir Cornelium ſtrenuũ militem ꝗ multa pro rep. fortiter geſſerat, in uincula cõiecerat, ꝙ cũ ingenuo adoleſcente ſtuprũ cõmiſiſſet. Ille factũ non negabat, ſed facti excuſationem afferebat, ꝙ ille adoleſcens publice quæſtum ex corpore facere cõſueuiſſet, idq́ȝ datis ſpõſoribus ſe ꝓbaturum affirmabat, & ꝑꝑea non id ſibi fraudi eſſe debere. imploratoq́ȝ fruſtra tribunorum auxilio, ꝗa nemo intercedere uoluit in carcerẽ mori coactus eſt. ❡ Triũuiri. Triũuiri primo libris tñ ſybillinis prefuerunt, poſtea creati ſunt in deducendis coloniis, poſtremo in ſumendo ſuppliciis de dãnatis, & tñ dicebantur triũuiri rerũ capitaliũ. ❡ Cõmertium. Conſuetudinẽ. ꝓprie cõmertium dr̃ cõmutatio mercis, ponitur tñ pro cõmutatione cuiuſcunq́ȝ rei, ut cõmertiũ lucrarũ, cõmertium linguæ. Liui. de numa loquens, quo linguæ cõmertio dixit. & ponitur pro conſuetudine, ut hoc loco. ❡ Domeſticas &c. ut pro rebus bñ geſtis cõcederet domi turpiter uiuere, ut ſupra dixit quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male uixeris?

Coenel. mors ꝓ uiolato adoleſcẽtis pudore.

ASCENSIVS.

NAm igitur Caius Feſcenninus triumuir capitolinus (Multi textus hoc ultimũ non hñt, ꝙ agnomẽ eſt ponendũ, dicebatur ante triumuir ſine epitheto poſt triumuir cũ epitheto ut ſit triũuir capitolinus. i. ad inſpiciendos libros ſybillinos creatus, uerũ hic cõiiciendi in carcerẽ munus hñiſſe ui) onerauit cathenis publicis C. Corneliũ emeritũ. i. uſq́ȝ ad remiſſionẽ meritũ, aut euidẽter meritũ, ſtipendia. i. æra fortiſſimæ militiæ, & donatũ ab imperatoribus quater nõie. i. rõne & titulo uirtutis, honore primipili. i. anteſignani, aut ꝗ primũ pilũ ferret, ꝙ habuiſſet cõmertiũ. i. conſuetudinẽ, aut cõuentionẽ, & pactũ ſtupri, cũ adoleſcentulo ingenuo. A quo. ſ. C. Cornelio, tribuni appellati. i. cõtra triũuiri uiolentiã, ne. ſ. pateretur ciuem Romanũ in uincula cõiici cũ ipſe nihil negaret de ſtupro. i. fateretur ſe ſtuprũ cõmiſiſſe, ſed diceret, ſe paratũ facere ſponſionem. i. cautionẽ ad oẽ dãnum reponendũ, ſi in probatiõe defecerit, ꝙ adoleſcens ille factitaſſet quæſtũ. i. lucrũ turpe corpore. ſ. ſuo libidini expoſito, ac proſtituto, palam, atq́ȝ aperte, & ita innueret, nullã illi à ſe iniuriã factã, tribuni noluerũt ponere interceſſionẽ ſuam. i. noluerunt eius incarcerationem ipedire authoritate ſua. Nam licet quæſtũ facienti iniurius nõ fuerit, Romano tñ ſanguini contumeliã intulit. Itaq́ȝ. i. & ita cornelius coactus eſt mori in carcere. Enim pro ꝗa tribuni plebis non putauerunt rempu. noſtram. i. Romanã oportere paciſci ideſt pactũ facere cum uiris fortibus, qualis erat cornelius iſte, ut. ſ. uiri fortes emerent delicias domeſticas. i. turpem uoluptatem, ac libidinem cũ ingenuis, dum domi eſſent, periculis externis, ꝗ obirent, dum belli eſſent. hoc eſt noluerũt tale pactũ facere, ut permitterent eos, qui fortiter foris egerint, molliter, ac turpiter domi uiuant.

OLIVERIVS.

LIbidinoſi centurionis. hic notatur cornicularium ſignificare eum, qui in cornu militares excubias facit, ut ꝗdã uolunt, ſed falluntur ſine dubio, nã Accenſus nomen erat ordinis, & promotionis in milites, ut nunc dicitur princeps, uel cõmentarienſis, aut cornicularius. Aſconius ita refert Accenſi dicebantur attributi decurionibus, hoc eſt miniſtri eorum quaſi ad cenſum additi, quos nunc cõmentarienſes, et cornicularios appellant. Sed quia huius rei rationẽ nullam affert, ſunt, ꝗ cenſent cõmentarienſes dictos ꝙ cõminiſcerentur, hoc eſt fingerent aliquid, ꝗa tãꝗ miniſtri erant. cornicularios autem eo, ꝙ una cum ſuis decurionibus in cornibus acierum ſtatuebantur. ❡ Centurionis. Feſcenini, de quo ſupra diximus.

ASCENSIVS

LIbidinoſi &c. Ordo eſt. Exitus æꝗ fœdus uidelicet Marci lectorii Mergi tribuni militaris ſeqtur ſuppliciũ cẽturionis

rionis libidinoſi, uidelicet Caii Cornelii in carcere extincti (non ut Oliuer. dicit Feſcenini, qui licet ſupplicium intulit, at q̃ ita forte dici poſſet ſupplicium eius actiuũ, tñ quia nõ fuit libidinoſus, ſed punitor libidinis, unde de pudicitia eius exẽplũ ſuperius allatum, exponendum eſt paſſiue de ſupplicio, ut dixi. C. Cornelii, qui & primipilus, & centurio fuit) ens ſup. æque fœdus. i. turpis, ut exitus cornelii, cui. ſ. Lectorio, Cominius tribunus plebis dixit diem ad populũ, q̃ appellaſſet, ideſt interpellaſſet aut ſollicitaſſet cornicularium ſuum, ideſt commentarienſem militem, cauſa ſtupri. Nec Lectorius ſuſtinuit, ideſt potis fuit expectare ſententiam ei⁹ rei ideſt litis, aut accuſationis, ſed ipſe, ideſt ſua ſpõte ſubtraxit ſe prius fuga ante tẽpus iudicii, deinde puniuit ſe ẽt morte. Lectorius ſup. expleuerat modum, ideſt menſurã naturæ, ideſt quantum per naturam in eum ſæuiri permittebatur, quia uſq; ad mortem, tamẽ ipſe functus fato. ideſt mortuus, dãnatus eſt crimine impudicitiæ, ſententia plebis uniuerſæ. & ſi dicas, quid illa defuncto obfuit? dicit, ſigna militaria, utpote aquilæ ſacratæ ſ. Ioui, & ſeuera diſciplina caſtrorum, ideſt in caſtris exerceri ſolita, certiſſima cuſtos imperii Romani, perſecuta eſt illum uſq; ad inferos. quia iam uita deſunctũ. Quoniam ipſe tentabat exiſtere corruptor ſupple. eius uirtutis. uidelicet corniculanii ſui, cuius debuerat eſſe magiſter, ideſt doctor uerbo, & exemplo.

OLIVERIVS.

HOc monuit Caiũ Marium, Hoc legitur in uita Marii, Cicero quoq; in oratione pro Milone huius exempli mentionem facit. Cũ Cluſius C. Plocium ſtuprare uoluiſſet, tãtæ obſcœnitatis ira commotus Plocius, Cluſium occidit. Ductus eſt in iudiciũ Plocius, tum prætor erat Marius qui cluſium nepotem ſuum iure cæſum pronunciauit. Plut. dicit Marii nepotem C. Lucium fuiſſe nominatũ, adoleſcentem uero Trebonium quem Marius cognita cauſa non ſolum abſoluit, ſed admiratione uirtutis inſuper coronauit, tã q̃ pulcherrimũ illis temporibus facinus ædidiſſet. Cic. in milonianã, pudicitiam inqt, cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu Caii Marii, propinquus eius imperatoris interfectus eſt ab eo cui uim afferebat, facere enim probus adoleſcens periculoſe q̃ perpeti turpiter maluit, atq; hũc ille ſummus uir ſcelere ſolutum periculo liberauit. Manipulario, Qui ſub eodem manipulo cum aliis militabat.

ASCENSIVS.

HOc, ſcilicet exemplum ſeueræ ultionis in impudicum monuit caium Marium imperatorem, tum quum p̃nunciauit cluſium filium ſororis ſuæ, & ſuppletribunũ militum, cæſum iure à cœlio Plocio milite manipulario, q̃a auſus fuerat compellare, ideſt ſollicitare eum de ſtupro.

OLIVERIVS.

SEd ut eos. Nonnullos per tranſitum tangit, qui ira percitii ſuo dolore uſi ſunt pro lege. ⸿ In adulterio, ſcilicet cum uxore. Neruis, ut arbitror melius q̃ pernis. ⸿ Stuprandũ obiecit, hic ſcelus ſcelere uindicauit. ⸿ Fraudi non fuit Pœne à præcedente, q̃ ſequitur.

⸿ De Caio Mario.

HOc monuit C. Marium imperatorem tũ cum Cluſium ſororis ſuę filium tribunũ militum à Cœlio Plocio manipulario milite iure cæſum pronunciauit, quia eũ de ſtupro compellare auſus fuerat.

⸿ De Impudicitię propria autho. vindicibus.

SEd ut eos quoq;, qui in uindicanda pudicitia dolore ſuo publica lege uſi ſunt, ſtrictim percurram: Sempronius Muſca C. Gallium deprehẽſum in adulterio flagellis cæcidit. C. Meuius L. Octauium ſimiliter deprehenſum neruis contudit. Carbo Actienus à Bibieno. Item põtius à P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt. Cn. etiã Furius Broccum: quem deprehẽderat: familię ſtuprandum obiecit, quibus iræ ſuæ indulſiſſe fraudi non fuit.

⸿ Externa. De Hippone fœmina.

ATq; ut domeſticis externa ſubnectam: gręca fœmina nomine Hippo, cũ hoſtium claſſe eſſet excepta in mare ſe, ut pudicitiam morte tueretur: abiecit. cuius corpus erechtheo littori appulſũ, proxima undis humus ſepulturæ mandatum, ad hoc tẽpus tumulo contegit. ſanctitatis uero gloriam æternæ traditam memoriæ Græcia laudibus ſuis celebrando, quotidie florentiorem effecit.

ASCENSIVS.

SEd ut percurrã ſtrictim, ideſt paucis uerbis quoq;, i. etiã eos qui uſi ſunt dolore ſuo. i. uehementi zelo, pro lege publica, ideſt loco legis publicæ, in pudicitia uindicanda, ideſt uiciſcendo eos qui pudicitiam uiolarunt, Sempronius Muſca (alii habent muſica) cæcidit flagellis Caiũ Galliũ deprehenſum in adulterio. ſ. cũ uxore Sempronii. Caius Meuius contudit neruis ideſt chordis ex neruis, aut ut alii legũt pernis. i. oſſibus pernarum, Luciũ Octauium deprehenſum ſimiliter. ſ. in adulterio. Carbo actienus, item Pon. dẽprehẽſi. ſ. in adulterio, caſtrati ſunt. Carbo ſup. caſtratus à Bibieno, & Põtius à publio Cernio, alii hñt Triulo. Cneus etiã. Furius obiecit Broccum, quem deprehẽderat. ſ. in adulterio uxoris, ſtuprandũ familiæ (unde Hora. in ſermonum. Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis, Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem prædonum in turbam, dedit hic corpe nummos Hũc perminxerunt calones, quin etiam illud accidit, ut quidã teſtes caudamq; ſalacem, Demeteret ferro & c. ubi tangit fere omnes quos hic author. Nam & cæſos flagellis dicit & ſtupratos cũ dicit. Hũc perminxerũt. i. & caſtratos illic, caudamq; ſalacẽ ideſt penem, aut mentulam demeteret ferro, & c. Quibus, ſcilicet qui deprehenſos propria authoritate puniuerunt, non fuit fraudi ideſt damno, aut detrimento, indulſiſſe. ideſt nimiũ paruiſſe iræ ſuæ. Vnde leges p̃mittunt deprehenſos in adulterio, ſubito illo calore occidi.

THEOPHILVS.

NEruis contudit. antiqui codices habent pernis, ut intelligas calcibus. ⸿ Furius Broccum, locus eſt anceps aliquot. n. uetuſta exemplaria contrauerſum ſcribũt Furiũ Brocchus ut à Broccho Furius in adulterio dep̃hẽſus, caſtratuſq; uideatur.

OLIVERIVS.

ATq; ut externis. Hyppo græca mulier, q̃bus parẽtib⁹ incertum eſt, forma præcellens, capta à nautis cum pudicitiam ſuam periclitari, ſenſiſſet, noctu, ſe præcipitem dedit in undas, moriq; pudica q̃ ĩpudica uiuere maluit. cadauer eius eiectũ ab undis græci in erythreo littore, haud procul ab undis ſepulchro condiderunt, & ad hanc uſq; ætatem eius ſanctitas, & pudicitia æterna memoria celebratur. Erythreo, Mari rubro, nam ἐρυθρὸν, rubrum dicitur. ⸿ Aeternæ traditam memoriæ, Quia in hiſtoriis celebratur.

ASCENSIVS.

ATque ut externa ſubnectam domeſticis. i. Romanis exemplis externa, ſubnectam, fœmina græca nomine Hyppo, cum eſſet excepta. ideſt capta claſſe hoſtiũ. abiecit ſe in mare, ut tueretur, ideſt ſeruare morte pudicitiam cuius Corpus appulſum littori erechtheo. i. ad littus erectheum, Oliuerius legit erythreo, ideſt maris rubri, quo an appelli potuit, uiderit ipſe, humus proxima undis, ideſt littoralis ora, contegit tumulo mandatum ſepulturæ ſup. uſq; ad hoc tẽpus. uero pro ſed græcia effecit gloriam ſãctitatis traditã æternæ memoriæ florentiorem quotidie celebrãdo ſup. eam laudibus ſuis.

THEOPHILVS.

ERythreo, manuſcripti codices habent, Entreo littori ap pulſũ Ianus exiſtimabat Aenio caſtigandum, nec Hyppo, ſed Archo legebat. Herodici theſſalorum longe pri cip:s ea filia fuit uxor Paridis, quæ ſe præcipitem dedit in mare, ne ſua pudicitia Philippo Demetri filio macedonum regi ludibrio foret. hiſtoriam refert belli macedonici .x. Liuius aliter ꝙ Valer. græcos, & alios ſecutus eſt authores. ¶ Arnio, Nam res ad Aenum geſta, ut Liuius etiam tradit.

¶ De Orgiagontis Vxore Reguli.

VEhementius hoc, illud conſyderatius exemplũ pudicitiæ. Exercitu & copiis Gallogræcorum à Cn. Manilio conſule in Olympo monte ex parte deletis ex parte captis: Orgiagontis Reguli vxor miræ pulchritudinis à Centurione, cui cuſtodienda tradita erat: ſtuprum pati coacta: poſtquam ventum eſt in eum locũ: in quem conſulis iuſſu Centurio, miſſo nuntio: neceſſarios mulieris pretium, quo eam redimerent: afferre iuſſerat: aurum expendẽte Centurione, & in eius pondus animo, oculiſq; intento, Gallogræcis lingua gentis ſuæ imperauit: Vt eum occiderent: interfecti deinde caput abſciſſum manibus retinens ad coniugem venit: abiectoq; ante pedes eius, & iniuriæ, & vltionis ſuæ ordinem expoſuit. Huius fœminæ quid aliud quiſquam, quàm corpus in poteſtatem hoſtium veniſſe dicat? Namq; animus neq; vinci, nec pudicitia capi potuit.

OLIVERIVS

VEhementius hoc. Gallogræci reliquiæ fuerunt exercitus Brenni ducis, qui cum deleta græcia ſ orientẽ duceret exercitum in media Aſia cõſedit, & pmixta lingua utraq; gallica, & græca gallogræci appellati ſunt. hi ãt dicebantur inter auxilia regis Ant fuiſſe, & Cn. Mã. affirmauit à ſe uictos eẽ nã ut lĩgua mixti molliori ſũt ita quoq; molliores facti, & indeuicti & fugati. ſed Ortia. uxor capta, & cuidã centurioni tradita in cuſtodiam, cum propter eximiam pulchritudinem per uim eã ſtupraſſet, occaſione ultionis expectata, uiolentiam ſuã fortiter ulta eſt. Fronti. Ortiagontis inquit regis uxor à centurione ſtuprum paſſa memorabili exemplo cuſtodiam euaſit, reuulſumq; militis caput ad maritum ſuum detulit. Pli. d̃ uiris ill. inter captiuos, inquit uxor regis Ortiagontis centurioni cuidam in cuſtodia data eſt, à quo ui ſtuprata de iniuria tacuit & poſt impetrata redemptione marito adulterum interfectũ tradidit. ¶ Vehementius, quia mori uoluit. ¶ Conſyderatius, Quia expectauit occaſionem uindictæ. ¶ In eum locum, locus deputatus fuerat, quo eius neceſſarii ad redimendam uenirent. ¶ Huius fœminæ quid aliud. Siquis diligenter inſpexerit, quanto animi robore ulta ſit pudicitiam ſuam Ortiagontis, facile intelliget corpus, non animũ capi, nec pudicitiam uiolari potuiſſe.

ASCENSIVS.

VEhementius hoc. i. hoc. ſ. iam dictũ exemplũ pudicitiæ. ſ. mulieris græcæ ſupple fuit uehementius, illud. ſ. quod iam dicetur, ſupple fuit exemplum pudicitiæ conſyderatius. ideſt temperantiore animo factum. Copiis, ideſt exercitibus gallogræcorum, id eſt illorum populorum è gallis ortorum, & in græciæ parte, quam Brenno duce olim iuaſerant regnantium deletis ex parte, & captis ex parte à Cn. Manilio conſule, ſcilicet Romano in Olympo monte. Vxor Orgiagontis, ſeu Oriagontis, ut ſit uiri nomen, nam aliter dicam Oriagontis uxor Reguli. ſ. Gallogræcorum miræ pulcritudinis, coacta pati ſtuprum à centurione, ſcilicet Romano, cui tradita erat cuſtodienda, poſtquam uentum eſt. ſ. ab ea & à centurione, in eum locum, i quem centurio, iuſſu, ideſt ex mandato conſulis. ſ. Manilii iuſſerat, nuncio miſſo, ideſt per nuncium ad hoc miſſum neceſſarios, ideſt proximos ſanguine, mulieris afferre pretium, quo redimerent eam, centurione expendente, ideſt pendendo exquirente pondus auri, & integro animo & oculis i. i. ad pondus auri quod allatum erat, mulier ſupple imperauit lingua gentis ſuæ, Gallogræcis, ut occiderent eum, ſcilicet centurionem, deinde ipſa retinens manibus caput interfecti, ſcilicet cẽturionis, Abſciſſũ, ſcilicet à Gallogræcis uenit ad coniugem. i. maritum ſuũ, & ſupple capite abiecto ante pedes eius, ſcilicet mariti expoſuit. i. declarauit ordinẽ. i. ſeriẽ, & omnem proceſſum, & i. ſimul iniuriæ ſuæ quã paſſa erat, & ultionis ſuæ quam in centurionem fecerat. Qui propterea iniurius erat, ꝙ cuſtodiæ ſuæ datam, & pretio ſtatuto redimendam uiolauerat. Quid aliud huius fœminæ quiſꝗ dicat, id eſt dicere merito poſſit ueniſſe in poteſtatem hoſtium, quã corpus? q. d. nihil. Nanq; animus, neq; potuit uinci, nec pudicitia ſu. eius potuit capi. aut potius utrunq; referatur ad animum iuxta regulam uallæ, q a præponitur ſequentibus particula, neq; geminata, ut pudicitia ſit ablatiui caſus, ſic nec animus potuit capi. i. priuari pudicitia, ſicut oculis capti qui uſu eorum priuati ſunt dicuntur.

THEOPHILVS.

ORtiagontis. lege Plu. de claris mulieribus & Liuiũ d̃ bello macedonico libro octauo, quamuis inſcitia librarii poſt tot etiam cẽſuras Orgiſgontis nomen uniuerſe ſcriptum eſt.

¶ De vxoribus Theutonicorum.

THeutonicorum vero coniuges Marium victorem orarũt: vt ab eo virginibus veſtalibus dono mitterenť: affirmãtes æque ſe, atq; illas virilis concubitus expertes futuras. eaq; re non impetrata, laqueis ſibi nocte pxima ſpiritum eripuerunt. Dii melius, quod hunc animum viris earum in acie nõ dederunt. Nam ſi mulierũ ſuarum virtutẽ imitari voluiſſent: incerta Theutonicæ victoriæ trophea reddidiſſent.

OLIVERIVS.

THeutonicorum uero, cymbri, theutoni ſenones, ab extremis galliæ profugi, cum terras eorum inũdaſſet oceanus nouas ſedes toto orbe q̃rebãt. excluſi & gallia, & Hiſpania, cum in Italiam remigrarent, terram ad habitãdum à ſenatu Po. q; Ro. petierunt. qua negata, ꝙ nequiuerĩt p̃cibus, armis petere conſtituerunt. ſed eoꝝ primũ ĩpetum Syllanus ſuſtinere non potuit, nec ſcdm Manilius, nec tertium cæpio, oẽs fugati, exutiq; caſtris ſunt. actumq; fuiſſet de impe. Ro. niſi Marius illo ſæculo cõtigiſſet, qui non auſus congredi ſtatim, militem tenuit in caſtris donec inulcta rabies, & impetus quem pro uirtute barbari habent, conſeneſceret. quo facto illis facile ſuperauit. Nam cum tripartito agmine illi p alpes ferrentur. Marius mira celeritate occupatis cõpendiis p̃uenit hoſtẽ, prioreſq; Theutonas aggreſſus eſt, cum quibus tanto ardore pugnatũ eſt, ut ea cædes hoſtiũ magis fuerit quã pugna, & uictor Ro. è cruento flumine non plus aquæ biberit ꝙ ſanguinis, ſublatis fũditus theutonicis, in cymbros conuertitur. ſed non minor cum uxoribus illoꝝ pugna ꝙ cũ ipſis fuit, cũ obiectis undiq; plauſtris, atq; carpentis alte deſuper quaſi de turribus lanceis, contiſq; pugnarent. perinde pius ſpecioſa mors earũ fuit ꝙ pugna, nã cũ miſſa ad Marium legatione libertatem, ac ſacerdotium nõ ĩpetraſſent. Nam ſe ut ueſtales, uirgines pudicitiam perpetuo ſeruaturas profitebantur, ſuffocatis, eliſiſq; paſſim ĩfantibus ſuis, aut mutuis concidere uulneribus, aut uinculo è crinibus ſuis facto ab arboribus iugiſq; plauſtrorum pependerunt. Virilem dixerim, non muliebrem hunc animum fuiſſe. Qualem ſi earum uiri de ſe p̃ſtitiſſent nunquam Marius de illis triumphare potuiſſet. Theutonicorum Florus dicit cymbrorum fuiſſe uxores, & non theutonicorum. Plu. quoq; in uita

Marii itidem dicit fuiſſe cymbrorum non theutonicorū, ſed aliter tradit hiſtoria. nam mulieres, inquit, quæ ad currus magno animo aſtabant fugientes, neci tradebant, quædam uiros, quædam fratres, quædam parentes & filios infantes manibus ſuffocantes ſub curribus deiiciebant, ſeipſas autem gladio iugulabant. fama unam è ſummitate propugnaculi ſuſpēſam ligatis laqueo pedibus utrinq; pependiſſe.

ASCENSIVS.

THeutoni. Ordo eſt. Vero t. ſed cōiuges .i. uxores theutonicorum .ſ. interemptorum à Mario, orarunt Mariū uictorem ut mitterentur ab eo uirginibus ueſtalibus .ſ. Romam, affirmantes, ſe futuras expertes concubitus uirilis, quæ .ſ. diligenter, ac illas .i. ueſtales, & eare .i. petitiōe honeſtiſſima non impetrata (Miſeſt enim legatū ad Marium ut ſalua pudicitia, ſi non in patriam redire, ſaltem in ueſtæ clauſtra includi liceret, Marius autem ſuperbe reſpondit uictoris eſſe pſcribere legem, aut conditionem deditionis uictis) eripuerūt ſibi nocte proxima, ſpiritū .i. anhelitum, laqueis, q̃a ſtrangulauerunt primum filias, iniuriæ magis obnoxias, deinde ſibi matres, aut laqueo, aut gladio uitam præcluſerunt. Dii ſup. fecerunt (inq̃t author) melius .i. benignius cum Romano Imperio, q̃ nō dederunt hunc .i. huiuſmodi, hoc eſt tam fortem aīum etiā uiris in prælio. Nam ſi uiri uoluiſſent imitari uirtutem ſuarū mulierum ipſi reddidiſſent trophæa uictoriæ theutonicæ incerta .i. dubia, q̃a forte theutonici, aut cymbri, qui re, antea uicerant, uictores permāſiſſēt. quod tamen, ne Romanæ uirtuti quicquam deroget, nō audet aſſerere.

Quæ libere Dicta, aut Facta ſunt. Caput II.

LIbertatem autem vehementis ſpiritus dictis pariter, & factis teſtatam, vt non inuitauerim: ita vltro venientem nō excluſerim: quæ inter virtutem, vitiumq; poſita: ſi ſalubri modo ſe temperauerit laudem: ſi quo non debuit, profuderit: reprehenſionem meretur, ac vulgi ſic auribus gratior, quàm ſapientiſſimi cuiuſq; animo probabilior eſt. utpote frequentius aliena venia, q̄ ſua prouidentia tuta. ſed quia humanæ vitæ partes proſequi propoſitū eſt: noſtra fide æſtimatione propria referatur.

De Quodam principe Priuernatum.

PRiuerno capto, interfectiſq;, qui id oppidum ad rebellandum incitauerant: ſenatus indignatione accenſus, conſilium agitabat: quid nam ſibi de reliquis quoq; priuernatibus faciendum eſſet. Ancipiti igitur caſu eorum ſalus fluctuabat, eodem tempore, & victoribus, & iratis ſubiecta. Cæterum cum auxilium vnicum in precibus reſtare animaduerterēt, ingenui, & Italici ſanguinis obliuiſci non potuerunt. Princeps enim eorum in curia interrogatus quā pœnam mererentur: Reſpondit: quam merentur qui, cum ſe dignos libertate iudicarent, arma ſumpſerant. exaſperatos. P. cōſcriptorū animos, uerbis inflāmauerat: ſed Plautius conſul fauens Priuernatum cauſæ, regreſſum animoſo eius dicto obtulit: q̃ſiuitq;, qualem cum eis pacem habituri Romani eſſent impunitate donata. at is conſtātiſſimo uultu, Si bonam dederitis, inquit, perpetuam: ſi malā: non diuturnam. qua uoce perfectū eſt, ut uictis non ſolum uenia, ſed etiam ius, & beneficium noſtræ ciuitatis daretur. ſic in ſenatu priuernas loqui auſus eſt.

OLIVERIVS.

Libertas dictorū factorūq;

LIbertatē āt. Dicturus de libertate loquendi pariter, & agendi, dicit eā nō eſſe affectandā, ſed ſi ſe nobis obtulerit, nō eſſe reſpuendam. ¶ Spiritus, Magni aī, q̃a libertas dicēdi à magno aīo proficiſcitur. ¶ Inter uir. Si nimia fuerit. ¶ Et uitiū, Si minima. ¶ Noſtra fide, Quia hiſtorici proprium eſt fideliter omnia narrare. ¶ Propria æſti. ut ſicut eſt, ita æſtimemus.

ASCENSIVS.

LIbertatē āt. Præfatio eſt de iis, q̃ libere dicta, aut facta ſunt, de q̃bus non audet in uniuerſum pronunciare laudanda ne an uituperanda ſint, q̃ alia laude, alia uituperio ſint digna. Ordo eſt. Aūt .i. ſed ut .i. quemadmodum ego non iuitauerim .i. nollim inuitaſſe, ut ueniat ad me diſcumbenda, quia anceps eſt eius laus, ita non excluſerim .i. nollim excluſiſſe ab hoc opere libertatem uehementis ſpiritus teſtatam .i. teſtificatam pariter dictis, ac factis uenientem .ſ. in has partes ultro .i. non requiſitā à me. Quæ .ſ. libertas poſita inter uirtutē & uitium, ſi temperauerit ſe modo ſalubriter, meretur laudē, ſi profuderit ſupple ſe eo, quo non debuit, meretur reprehenſionem. ac ſic gratior eſt, ideſt plauſibilior eſt auribus uulgi, quàm probabilior, ideſt probata (noue licet nā raro ponit p̄ te exceſſa comparatiuum, nam cōſueti⁹ dicitur, ſum melior q̃ diues, nō q̃ diuitior, aut diſior) animo cuiuſq; ſapientiſſimi, hoc ē plus gratie habet huiuſmodi libertas ī animo uulgi, q̃ approbationis in animo ſapientis, nam periculoſe ſæpe fit, & iram potius q̃ pacem conciliat, licet interdum ea fœliciter quidā uſi ſint, uñ addit utpote tuta frequentius uenia. aliena .i. eorū, in quos dicta, aut facta ſunt nimis libere, q̃ p̄uidētia ſua .i. propria. Sed q̃a propoſitū ē .ſ. mihi in hoc opere proſequi partes .i. mores humanæ uitæ, referatur .i. recēſeatur huiuſmodi libertas, fide .i. fidelitate in uera dicendo nr̃a .ſ. qui hæc dicemus & æſtimatiōe .ſ. de ualore eius an laudabilis an uero uituperabilis debeat dici propria .i. q̃ meruerit

OLIVERIVS.

PRiuerno capto. C. Plautius ſubegerat totum latium, & præcipue priuernates qui rebellauerāt, ſumptoq; de authoribus ſupplicio de reliquis cōſultabatur in ſenatu, & cū ipſa res per ſe āceps eſſet, prout cuiuſq; ingeniū eēt atrocius mitiuſue, ſuadentibus tñ īcertiora oīa fecit unus ex p̄uernatibus legatis, magis conditionis, in qua natus eſſet, q̃ pñtis neceſſitatis memor. q̄ īter rogatus à quodam triſtioris ſñiæ authore, q̃ pœnam meritos priuernates cēſeret, eam inquit, q̃ merentur, qui ſe libertate dignos eſſe cenſent. cuius cū feroci reſponſo infeſtiores factos uideret cōſul eos, qui priuernatiū cām īpugnabāt, ut ipſe benigna interrogatione mitius reſponſum eliceret, quid ſi pœnā īquit, remittimus uobis qualem pacē uobiſcū habituros ſperamus? ſi bona, īq̄t dederitis, & fidelem, perpetuam, ſi malam, haud diuturnam. tū uero minari, ne id ambigue p̄uernatem q̄dā dicebant, & illis uocibus ad rebellandum incitari populos pacatos. ps meliior ſenatus ad meliora reſponſa trahere, & elicere uiri liberi uocem auditam, ac credi poſſe ullum populum aut hominem deniq; in ea conditiōe, cuius eū pœniteat diuti⁹ q̃ neceſſe ſit māſurū. ibi pacem eē fidā ubi uoluntarii pacati ſunt, neq; eo loco, ubi ſeruitutē eſſe uelint, fidē ſperandā eſſe. In hāc ſñiam māxime conſul ipſe inclinauit, animos identidem iā principis ſñiarū cōſulares, uti exaudiri poſſet à pluribus, dicendo eos demum, qui nihil p̄terq̃ de libertate cogitāt dignos eſſe qui Romani fiāt. itaq; & in ſenatu tām obtinuere, & ex authoritate patrum latum eſt ad populum, ut priuernatibus ciuitas daretur. ¶ Ancipiti caſu. Dubia fortuna, quia alii perdendos, alii ſeruandos eſſe iudicabant. & quia Roma. uictores illis erant infenſi, Arma ſumpſerant. Hoc dicit, ut maiorem oſtēdat illorum fuiſſe libertatem. ¶ Regreſſum, Emendationem.

ASCENSIVS

PRiuernō oppido illo in latio capto ſ. à C. Plautiō, & ſup. eis, qui incitauerant id oppidum ad rebellandū, interfectis, ſenatus accenſus indignatione agitabat cōſilium .i. conſultabat, quid nam eſſet faciendum ſibi de reliqs quoq; priuernatibus. Igitur eorum ſalus fluctuabat ancipiti caſu, q̃a ſñia ſenatus, q̃ tunc anceps erat, ſubiecta eodē tē.

De L.Craſſo.

LVcius vero Philippus conſul, aduerſus eun dem ordinem libertatem exercere non dubitauit. nam ſegniciem pro roſtris exprobrans; alio ſibi ſenatu opus eſſe dixit: tantum'q; à pœnitentia dicti abſuit: vt etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis & eloquentiæ viro id in curia grauiter ferenti, manum iniici iuberet. Ille reiecto lictore, non es, inquit, mihi Philippe conſul: quia nec ego tibi ſenator ſum.

De P. Scipione Africano.

QVid Philippum ab incurſu ſuo tutũ libertas reliquit? immo & ſimiliter agreſſa, & æque experta patientia eſt. Cn. Carbo Tr. Pl. nuper ſepultæ Cracchanæ ſeditionis turbulentiſſimus vindex, idem'q; orientium ciuilium malorum fax ardentiſſima, Publium Africanũ à Numantiæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore uenientem ab ipſa pene porta, in roſtra productum, quid de Tiberii Gracchi morte cuius ſororem in matrimonio habebat: ſentiret: interrogauit: vt authoritate clariſſimi viri, inchoato iam incendio multum incrementi adiiceret, quia non dubitabat quin ꝓpter tam arctam affinitatem aliquid pro interfecti neceſſarii memoria miſerabiliter eſſet locuturus. At is iure eum cæſum videri reſpondit. cui dicto cum concio tribunitio furore inſtincta violenter ſucclamaſſet: Taceant inquit quibus Italia nouerca eſt. orto deinde murmure, non efficietis ait: vt ſolutos verear: quos alligatos adduxi. Vniuerſus populus iterum ab vno contumelioſe correptus erat. Quantus eſt honos virtutis? tacuit actutum. recens victoria ipſius numantina, & patris macedonica deuictæ'q; Carthaginis ſpolia habita: ac duorum regum Siphacis & Perſæ ante triumphales currus cathenatæ ceruices, tũc totius fori prementes ora clauſerunt. nec timori datum eſt ſilentium: ſed quia beneficio Aemiliæ, & Corneliæ gentis multi meatus urbis, atq; Italiæ finiti erant: Plebs Romana libertatis Scipionis libera non fuit. Quapropter minus mirari debemus, quod ampliſſima Cn. Pompeii authoritas toties cũ libertate luctatá eſt. nec ſine magna laude: quoniam omnis generis hominum licẽtiæ ludibrio ſe eſſe quieta fronte tulit.

& uictoribus, qui poterant eos deſtruere, & iratis, qui uidebátur id debere uelle. Cæterum cum priuernates animaduerterẽt .i. conſiderarent unicum auxilium, reſtare .i. reliquũ eſſe in ꝓcibus, non potuerunt obliuiſci ingenui, & italici ſanguinis .i. non potuerunt, quin ut ingenuos decet libere loquerentur ẽt ſi moriendum eſſet. Princeps enim eorum interrogatus in curia .i. in ſenatu, q̃ pœná mererentur .ſ. priuernates ob defectionem. Rñdit ſup. eam, q̃ merentur ii ſup. qui cum iudicarẽt ſe dignos libertate, ſumpſerunt arma .ſ. ad defendendam libertatem, & ita ipſe inflámauerat .ſ. ad iram, animos patrum cõſcri. exaſperatos ſprius per iniuriã illatã. Sed Plauti. conſul fauens cauſæ priueruatum, quia fere eorum, quos uicerant R. patroni fiebant obtulit dicto animoſo .i. nimis libero alo ꝑfectæ rñſioni, regreſſum .i. quaſi reuocationem, & ita ſi uellet emẽdationem, ꝑſcũm rñſum. q; i. quã q̃ſiuit, q̃lem pacẽ Ro. habituri eſſent cum eis .ſ. priuernatibus, impunitate donata .i. ſi remiſerit ſenatus ei culpã. At .i. ſed is .i. princeps priueruatũ inquit uultu conſtantiſſimo. ꝑpetuã ſup habituri eſſent pacẽ ſi dederint boná, et ñ diuturná ſi dederint malam. Qua uoce .ſ. tam libera, & q̃ ſenatũ in admirationem traxit, ꝑfectũ eſt, ut nõ ſolũ uenia daretur uictis, ſed ẽt ius & bñficiũ nſæ ciuitatis, q̃a ciuitate gratis donati ſũt ut fidelius amicitiá Po. R. ſeruarent. Sic in ſe, &c. Particula ẽ continuatiua, q̃ potius ſequenti cõnectitur, ne clauſula una ĩ duo capita ſcindatur. Ordo eſt. Priuernas .i. princeps priuernatum auſus eſt loq ſic in ſenatu.

OLIVERIVS.

LVcius uero Philip. Druſiana ſeditio grauis & ꝑniciosa prope ad interitũ imperii proceſſit. Druſus .n. nõ tribunatus mõ uiribus, ſed ipſius ẽt ſena. authoritate, totiuſq; Italiæ conſenſu gracchanas leges afferẽ conatus, dũ aliud captat ex alio, tñ cõflauit incẽdium, ut ne prima illius flamma poſſet ſuſtineri. Seruil. Cæpio equeſtrẽ ordinẽ, Liu. Druſus ſenatoriũ tuendũ ſuſceperãt, ná tũ eq̃tes tñ opibus ualebant, ut interceptis uectigalibus depecularentur ſuo more remp. ſenatus exilio Met. damnatione R utili debilitat⁹, omne decus maieſtatis amiſerat, ná iudicia à ſenatu ad eq̃tes trãſlata fuerant. Signa igitur, & aq̃læ, & uexilla in foro tãq̃ in caſtris poſita & in una urbe, quaſi in binis caſtris diſſidebatur. prior Cæpio in ſenatum ipetu facto reos ambitus Scau. & Philip. principes nobilitatis elegit. his ut motibus reſiſteret Druſus plebẽ ad ſe gracchanis legibus, eoſdẽ ſocios ad plebẽ ſpe ciuitatis erexit. extat uox ipſius nihil ſe ad largitionẽ ulli reliquiſſe, niſi ſiq̃s, aut cœnũ diuidere uellet, aut cœlũ. cũ igit Philip. grauiter iuectus eſſet i ſenatu, q; Druſo pniciosas leges promulganti ñ reſiſteret, eouſq; progreſſus eſt, ut diceret ſibi opus eẽ alio ſenatu, q reip. melius cõſuleret. q; dcm cõ Li ui⁹ Craſſus ſũmæ dignitatis, & eloquentiæ princeps grauiter ferret q̃ſi iſolẽs, atq; ſupb⁹ oſone iuectus eſt i Philip. q tñ ſenatũ uituperaret tũ Philip. lictorẽ miſit i eũ, quẽ Craſſus à ſe fortiter reiiciens, dixit, mihi cõſul nõ eſt Philip. q̃ñ illi nõ ſum ſenator. ná dixerat Philip. mihi opus eſt alio ſenatu. & cũ igẽs exorta eẽt altercatio iter Craſ. & Philip. iuſſit Philip. è domo Craſſi pignora efferri. Craſ. ait ſe pignoribus ñ deterreri, quo minus diceret, q; è rep. foret, nec prius taciturũ q̃ ſpiritus deficeret, ná ut lq̃t Cic. i oſone. Craſſ. eo die oſonẽ ꝑpe diuiná hũit i ſenatu cõtra Philip. tantaq; mentis agitatiõe cõcuſſus eſt, ut cũ ſe domũ recepiſſet febribus, & dolore laterũ laborare cœperit, & die ſeptimo perierit.

ASCENSIVS.

LVcius uero Phi. cõ. non du. exer. lib .ſ. loquendi aduerſus eũdẽ ordinẽ .ſ. ſenatoriũ ná exꝓbrãs .i. ꝓbrodans ei ſegniciẽ .i. pigritiá pro roſtris .i. añ roſtra, hoc eſt in publica concione dixit opus eſſe ſibi alio ſenatu, & abſuit tñ à pœnitentia dicti, ut iuberet ẽt manũ inici L. Craſſo uiro ſummæ dignitatis & elo q̃ntiæ, ferẽti id grauiter ĩ curia. Ille .ſ. L. craſ. ĩ q̃t .i. rñdit æque libere, lictore .i. miniſtro cõſulis miſſo ad eũ cõiciendũ i uicula, reiecto .i. repulſo, ò Phi. tu non es mihi cõſul .i. nõ debeo tibi parere, ut conſuli meo, quia nec ego ſum tibi ſenator .i. quia nõ honoras me, ut ſenatorẽ.

OLIVERIVS

QVid Ph. ab icur. ſuo tu. cn. car. Hic amiciſſimus fuerat. C. Gra. q cũ legẽ agrariá ferret à L. Opi. occiſus eſt. Hic ergo cũ ſeditionẽ illá excitaret, quo tpe euerſa carth. deleta numãtia Pub. Aphri. uictor redibat in urbẽ, illi obuiá proceſſit ad portá & in foꝝ produxit, ut eius authoritate cõfirmaretur odiũ i pftes, creſceretq; ſeditio, q̃ ex morte Grac. cõcitauerat. ná Semproniá Gracchá C. & Tyb. Grac. ſororẽ Aphri. uxorem habebat. ſperabat ergo ꝑ affinitatem grauius aliqd de Grac morte dictuꝝ, cũ igitur ꝑtraxiſſet in foꝝ, q̃ſiſſet q; ab eo qd de Grac. morte ſentiret, iure cæſum rñdit, tũ populus tumultuare cœpit. qd ille ſentiens, taceant, iq̃t, q̃bus Itala nouerca eſt. quo dicto cum multo magis tumoltus excitaretur, nõ efficietis, iq̃t, ut eos uerear, quos uinctos ſolui. Pli. dicit, quos ſub corona uendidi. his uerbis populi furorem ñ metu q̃dem, ſed partim ſui, partim maioꝝ ſuoꝝ gloria, & authoritate repſſit. ¶ Turbulentiſſimus uim. Seditioſiſſimus ultor eoꝝ q ſeditionem Gracchaná excitauerant. ¶ P. Aphricanũ. Qui ꝓp hãc de Graccho ſnlam ꝓxima nocte fuit interemptus in cubiculo ſuo, ut diximus in cap. de moderatio. ¶ Cuius ſororem .ſ. Semproniá. ¶ Incrementi multum, Multũ .n. auxiſſet

muniſſet populi furorem ſua authoritate Scip. ſi Gracchum i pie cæſum dixiſſet. ¶ Italia nouerca, Aut qui non ueri ciues itali forent, quippe captiui paulo ante in triumphum adducti, aut certe, qui non aliter Italiam diligerent, ac ſi ſibi nouerca foret, hoc eſt qui nihilo plus amant Italiam quàm priuigni nouercam ¶ Quos alligatos, Nam multos ex plebe Romana, qui in Carthaginienſium, & Numentinorum captiuitatē uenerant, liberauerat, & libertate donauerat. ¶ Quãtus eſt honos uirtutis. Quaſi dicat ingẽs. ¶ Et tacuit, Adducit rationem, quia dignitas fecit, ut æquo animo paterētur. ¶ Recēs, Quia pauloante redierat, deleta numãtia. ¶ Patris, Pauli Aemilii, qui in familiam Scipionum per adoptionem tranſtulit. ¶ Syphacis, quem auus eius adoptiuus Aphricanus ſupior cœperat. ¶ Perſæ, quem duxit i triumphum. ¶ Ceruices. ſuperbiam. ¶ Fori. populi, continēs pro contento poſuit. ¶ Quapropter minus mirum, Si populus, inquit uniuerſus aliq̃ ceſſit libertati Scipionis clariſſimorumq; uiro͞, q͞d mirum ſi Pomp. patiēter tulit libertatem loquendi contra ſeipſum? q͞d non ſine eius laude factum eſt. & ita multa exēpla ponit eorũ qui contra Pompeium libere ſunt locuti.

ſe ab uno, unde exclamat author. Quantus. i. ô quantus eſt honos uirtutis. i. q̃ uirtuti fere impenditur q̃ d. maximus. Nã ſup. uniuerſus populus tacuit actutum. i. ſtatim. & cauſam addit, quia recens uictoria. Numantina eius. ſ. Scipionis, & uictoria macedonica patris. ſ. eius, & ſpolia Carthaginis deuictæ, habita. ſ. à populo per Scipionem, ac ceruices duorum regum. ſ. Syphacis regis Aſiæ, & perſæ regis Macedoniæ cathenatæ ante currus triumphales, in quibus domus cornelia triumpharat, præmentes tunc ora totius concionis ſtantis in foro, clauſerunt ſup. ea. Nec ſilentium. ſ. totius populi, datũ eſt. i. aſcriptum timori. ſ. eius, ſed quia multi metu urbis, atque italiæ erant uniti beneficio gentis æmiliæ & Corneliæ, ad quas Scipio attinebat, plebs Romana non fuit libera. i. immunis libertatis Scipionis, aut ſi eſt libertati. i. quantum ad libertatem. ſeu reſpectu libertatis Scipionis, Non enim palam mutire auſa eſt. Quapropter nos debemus minus mirari, q. ampliſſimã authoritas Cn. Pōpeii (eſt autem paraſceue ad ſequentia exempla) ampliſſima, luctata eſt. i. certauit toties, cum libertate. ſ. aliorũ in ſe, nec ſine magna laude. ſ. eius, quia tulit. i. paſſus eſt fronte quieta. i. minime commota ſe eſſe ludibrio licētiæ hominum omnis generis, ut in ſequētibus declarat de quibuſdam.

¶ De Cn. Piſone.

CN. piſo. cum Manilium Criſpum reum ageret, eumq; euidenter nocentem, gratia pompeii uideret eripi, iuuenili impetu, ac ſtudio ad accuſationem prouectus, multa & grauia crimina præpotenti defenſori infecit. interrogatus deinde ab eo, cur ſe quoq; nō accuſaret: Da, inquit, uades Reipub. te, ſi poſtulatus fueris: ciuile bellum non excitaturum: iam de tuo prius, quàm de Manilii capite in conſilium iudicis mittam. ita eodem iudicio duos ſuſtinuit reos. accuſatione Manilium, libertate Pompeiũ. & eorum alterum lege peregit: Alterum profeſſione, qua ſolum poterat.

ASCENSIVS

QVid Phi. &c. Ordo ē. Quid? ut ſit mod' īterogãdi, q͞d libertas ſu. aut fecit? reliq̃t Phi. rutũ ab Icur. ſuo. i. ne alter æq; libere in eũ inueheret. q. d. nūq͞d iō Phi. q̃a libere locutus erat, non audiuit liberius rñdentem? Immo inquit. &. i. ſimul aggreſſa eſt i. inuaſit. ſ. libertas ſenatoris, ſimiliter. ſ. Phi. conſulem, & patientia eius ſu. experta. i. probata eſt æque. i. æqualiter audiendo libere rñdētē conſulē. Sed ſup alter factum eſt in liberis dictis Scipiōis, nam obmuteſcere fecit populũ. Cn. n. carbo tri. pl. turbulentiſſimus. i. pleniſſimus turbarũ uindex. i. ultor & innouator, ſeditionis graccha. ſepultæ. i. ſopitæ nuper. i. pauloante. ideoq; fax ardentiſſima. i. uis maxime incentiua malorũ ciuiliũ omētiũ. ſ. per murmur, & ſeditionē occultam, interrogauit Pub. Aphricanũ. ſ. Scipionē uenientem cũ ſummo fulgore gloriæ à ruinis. i. euerſione numantiæ, urbis præclaræ in hiſpania p ductum in roſtra. i. locum concionis, pene ab ipſa porta, quaſi dicat priuſq̃ ſe in ædes proprias recepiſſet, Quid ſētiret de morte Tyberii Gracchi cuius ſororem habebat in matrimonio, ut adiiceret incendio iam inchoato multũ incrementi. i. ardētioris furoris, authoritate clariſſimi uiri uid. eſſet Scipiōis, q̃a non dubitabat quin. ſ. Scipio eſſet locuturus aliq͞d miſerabiliter. i. ad commiſerationem faciens, pro memoria neceſſarii. i. affinis interfecti. ſ. Tyberii Gracchi propter affinitatem tam nectam, quia interfecti ſororem duxerat ſibi coniugem. At. i. ſed is. ſ. Scipio, rñdit contra ſpem Carbonis, ſup. T. Gracchum uideri ſibi cæſum iure. i. merito eius. Cui dicto cum concio. i. tota multitudo quæ coiuerat, inſtincta. i. inſtigata, furore tribunitio. i. Carbonis tribuni, ſucclamaſſet. i. ſubſequenter inclamaſſet, uiolenter, Scipio ſup. inquit, Taceant ſup. fere oēs illi qui ſucclamabant, quibus Italia eſt nouerca i. non uera parens, q̃a q̃ſi in eis fuit hoſti diripiendam permiſiſſent, aut q̃a non ut italicum nomen deceret pro patria libertate, ſed ſeditioſe pro fortium uirorum ſudore partis agris ipſi ignaui certarent. Deinde murmure orto. ſ. à concione negãte Italiam ſibi nouercam. ait. ſ. Scipio, uos non efficietis, ut uerear ſolutos. i. liberos effectos & quaſi manumiſſos, quos adduxi. ſ. è ſeruitute hiſpanica, alligatos. ſ prius ab hoſtibus, aut quos adduxi ligatos. i. cōligati prius eſſent timore, parumq; abfuit quin ab hoſte ligarentur, ego hoſtium uictor reuerſus à curis & ab imminente ſeruitute liberaui, quod ideo dico, quia additur uniuerſus populus (non eni & uniuerſus, ſed pauci reſpectu aliorũ reuerta alligati fuerãt) correptus erat itēq; cõtumelio

OLIVERIVS.

CN Piſo. Piſo Manilium criſpum adulterii accuſauerat criſpus Pompei amiciſſimus erat, & Pompe. gratia liberatur. quod cum uidiſſet piſo dixit eripi ſibi reũ gratia Pompeii, tum Pomp. cur inquit non me quoq; accuſas? at ille, da uades inquit, non concitaturũ bellum ciuile, & prius de capite tuo q̃ de Mani. ſalute agetur. Hunc Manilium criſpũ M. Varo in commentariis ſuis à T. Annio Milone in adulterio dephenſum fuiſſe ſcribit, nec prius dimiſſum, q̃ grandi pecunia mulctatum, loriſq; cæſum, quod Cice. quoq; teſtimonio confirmatur. qui dicit bis ad iudicium ſubſellia tractũ extrema fortuna ſteiſſe, & ita diſceſſiſſe, ut non ipſe innocens, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur. ¶ Si poſtulatus. Si accuſatus fuerit, nam poſtulari criminis in iudicio, eſt quempiam accuſari. ¶ Lege peregit. ſcd͞m legem accuſando. ¶ Profeſſione. Quia profeſſus eſt ſe accuſaturum.

ASCENSIVS.

CN. Piſo, cum ageret Manilium criſpum reum. i. cum eius accuſator in iudicio eſſet, & uideret eum. ſ. criſpum nocentem euidenter eripi. ſ à condemnatione, gratia. i. per gratiam Pompeii, qui defenſor Manilii apud iudices plurimum ualebat, piſo profectus ad accuſationem impetu, ac ſtudio iuuenili, & ira nimis ardenti, obiecit defenſori præpotēti. i. nimis potenti gratia ſua, multa, & grauia crimina. ſ. rei. deinde interrogatus ab eo. ſ. Pom. cur non accuſaret quoq;. i. etiam ſe. ſ. Pompeium, inquit, da reip. uades. i. qui periculum obeant ſi ſecus feceris, te non excitaturum bellum ciuile, ſi fueris poſtulatus. i. in ius uocatus, ego iam. ſ. ubi uades dederis, mittam in conſilium iudicis de capite tuo, priuſquam de capite Manilii. Ita piſo ſuſtinuit eodem iudicio. i. eadem lite duos reos. ſ. Manilium accuſatione, & Pompeium libertate. & peregit. i. ad condemnationem uſq; perduxit, alterum eorum. ſ. Manilium. lege, id eſt per legem, alterum. ſ. Pompeium profeſſione. i. proteſtatione ſe id facturum, ſi poſſet, aut auderet. qua ſcilicet profeſſione poterat ſolum id, id eſt duntaxat pompeium reum agere.

Criſpus adulteri reus.

THEOPHILVS.

AT qui. M. Varro ut eſt apud Gellium, non Manilium Sed hiſtoriæ authorem Salluſt. Criſpum ab Annio Milo. in adulterio dep̄hēſum, loriſq; cæſum ſcripſit. Vale. Maxi.

OLIVERIVS.

Quid ergo cat. Cato in ſenatorem reum iudex Pō̃peii tabellas ſummouit, qui illius laudes contine bant. M. Scaurum ſine dubio fuiſſe intelligimus ſicut pleniſſime dicetur li. ix. ca. primo. nam in eo iudicio, in quo repetundarum accuſabatur, laudauerunt Scaurum conſules nouem, quos nominare non pigeret, ſi res illud deſyderaret. laudauerunt omnes per tabellam inter eos Cn. Pompe. quoq;, nam quia proconſul erat extra urbem morabatur, hinc illud in epiſtolis Ci. intelligi poteſt recordare quib⁹ ex ultimis terris laudationem miſeris. ⸢Senatorē nocentem. Intelligimus Scaurum, qui à tribuno ple. accuſabatur, ꝙ pecuniam accepiſſet à Iugurta, cum princeps legationis eſſet, uel ꝙ ſardos expuliſſet, & tunc cato princeps iudicii erat. ⸢Pompeii. Qui procōſul erat, & ideo uenire non poterat in urbem.

Cice. locus ex epiſto.

reſup. id. i. acclamare in Pom. impune. i. ſine punitione, aut pœna. Potentia eximii ciuis, uidelicet Pom. eſt pulſata. i. uehementi iniuria, aut contumelia affecta tunc, hinc. i. à Cn. Lētulo q̃rela inuidioſa, hinc. i. à populo lamētatione miſerabili.

ASCENSIVS.

Quid ergo libertas, ſup potuit (quod quidam adiectum uoluit) ſine Catoq. d. nihil, cum Cato fuerit ſummū eius præſidiū, nec ſup. potuit magis, q̃ Cato ſine libertate, quia ſecluſa libertate Cato eſſe noluiſſet. Nam cum ipſe cato sediſſet iudex. ſ. aduerſus ſenatorem nocentem, & infamem uidelicet Scaurum, & tabellæ Cn. Pompeii continentes laudationem eius. ſ. ſenatoris infamis, eſſent prolatæ. i. in mediū allatæ, ut legerentur, futuræ ꝓculdubio propter authoritatē Pompe. efficaces pro noxio. i. ad abſoluendum reum, Cato ſubmouit eas ē quæſtione. i. inquiſitione de reo, recitando legem, qua cautum erat, ne liceret ſenatoribus uti tali auxilio. ſ. p tabellas ab abſentibus miſſas. Perſona. ſ. Catōis quæ q̃ſi libertas ipſa uidebatur, ademit huic facto admirationem. nā quæ audacia uideretur in alio, cognoſcitur in Catone fiducia. ſ. de uirtute, & innocentia.

⸿De Catone.

Quid ergo libertas ſine Catone? non magis quā Cato ſine libertate. Nam cum in ſenatorem nocentem, & infamem reum iudex sediſſet, tabellæq; Cn. Pompeii laudationē eius continētes prolatæ eſſent, proculdubio efficaces futuræ pro noxio, ſubmouit eas è quæſtione, legem recitando, qua cautum erat, ne ſenatoribus tali auxilio vti liceret. Huic facto perſona admirationem ademit. Nam quæ in alio audacia videreť, in Catone fiducia cognoſcitur.

⸿De C. Lentulo Marcellino Conſule.

CN. etiam Lentulus Marcellinus Conſul, cum in concione de magni Pompeii nimia potentia conquereretur, aſſenſuſq; illi clara voce vniuerſus populus eſſet, acclamate inquit, acclamate quirites, dum licet, iā enim vobis impune facere non licebit. pulſatam eſt tunc eximii ciuis potentia, hinc inuidioſa querela, hinc lamentatione miſerabili.

⸿De Fauonio.

CVi candida faſcia crus alligatum habenti, Fauonius, nō refert, inquit, qua in pte corporis ſit diadema: exigui panni cauillatione regias eius uires exprobrans. At is neutra in parte mutato vultu, vtrūq; cauit, ne aut hilari fronte libenter agnoſcere potentiam, aut triſti iram profiteri videretur. eaq; patientia inferioris etiā generis, & fortunæ hominibus aditum aduerſus ſe dedit: è quorum turba duos retuliſſe abunde erit.

⸿De Aelio Mantia Formiano.

AElius Mantia Formianus libertini fili⁹ vltimæ ſenectutis L. Libonem apud Cenſores accuſabat. in quo certamine cum Pompeius Magn⁹ humilitatem ei ætatemq; exprobrans ab inferis illum ad accuſādum remiſſum dixiſſet, non mentiris, inquit, Pompei, uenio enim ab iferis. L. Libonem accuſatu-

OLIVERIVS.

CVi candida Pom. crus faſcia alligatū geſtabat qa ſicut apud Quin. uidimus, non utebātur caligis, ſed faſcia crus alligabant, ergo cum illū prætereuntem, & deābulantem Fauonius uidiſſet, nihil refert, iquit in crure, an i capite diadema ferat. nā rex fieri uult. at ille nihil mutato uultu deābulabat, ne itentio ſua cognoſci poſſet. ⸢Fauo qui catoni æmulari ſp ſtuduit, atq; illi par eſſe uoluit. ⸢In neutrā ptem. Oſtendit patientiā Pom. & animi moderationem.

ASCENSIVS.

CVi. ſ. Cn. Pom. habenti crus alligatū, faſcia candida, inquit Fauonius, nō refert. i. nihil intereſt, in qua parte corporis ſit diadema. i. inſigne regale, utpotè, cui corona iponi apud perſas ſoleat, exprobrans uires regias eius. ſ. Pom. cauillatione. i. calumniatione & obiectione exigui pāni. ſ. linteiquo crus alligarat. at is. ſ. Pom. uultu i neutram partem mutato cauit utrunq;, ne uideretur, aut agnoſcere libenter potentiā. ſ. regiam, q̃ illi obiecerat Fauonius, fronte hilari, aut profiteri ira fronte triſti. Et ipſe dedit ea patientia. i. per eiuſmodi patientiam aditū aduerſus ſe etiā hominibus generis & fortunæ iferioris, utpotè libertinæ, è quorū turba. i. multitudine confuſa, erit abunde retuliſſe. i. recitaſſe duos.

THEOPHILVS.

CAndida faſcia, Ammianus etiā Marcellinus hiſtoriarum xvii refert ab obtrectatoribus, & hoc in Pō. notatum.

OLIVERIVS

AElius Mantia. Hic ex libertino patre natus Libonem Pom. amiciſſimum probri accuſabat, Pom. in Aeliū grauiter inuectus eſt ſorditatem illi potiſſimum improperans, nā ab iferis illū ad accuſandum Libonem ueniſſe dicebat. Cui Aelius libere audacterq; rńdit, ab iferis ſe q̄dem ueniſſe & multos illic à Pō. occiſos uidiſſe quos oēs cōmemorat. Libo. aūt amicū fuiſſe Pō. Cic. oſidit, prima ad Len. epiſto. Libonis, & Hiſpei concurſatio oīumq; Pō. familiarium ſtudium rem in eam opinionem adduxerunt, ut pom. cupere uideatur. fuit ergo pom. ope, & auctoritate liberatus. Humilitatem, ꝙ libertino patre natus eſſet. ⸢Aetatē prope decrepitā, i qua hoīes delirare ſolent. ⸢Vidi cruentem. Cn. Do. pom. i aphrica, Cn. Do. proſcriptū, hiertāq; regem numidiæ, bellum contra Syllam molientes oppreſſit, & paulopoſt occidit. ⸢Brutum ferro laceratum. Brutus, q galliam ciſalpinam obtinebat, cum à Cn. pō. obſideretur i oppido mutinæ ſalutem ſuam, & militum ipſi Pomp.

Aelius Mantia

OLIVERIVS.

CN. Lentulus, cum iter Pomp. Caſarē, & Craſ. facta cōſpiratio eſſet, ut rempu. pro ſua libidine uerſarent. Cn. Lentulus, qui tum cōſul erat piculū libertatis metuens in concione cōtra Pom. acriter inuectus eſt, & populus uniuerſus Lentuli conquæſtionē mirifice laudauit, atq; illi aſſenſus eſt. tum ille, acclamate inq̄t dū licet, quia paulopoſt impune non licebit. ⸢Nimia potentia, quia ciuicam conditionem ſuperabat. ⸢Aſſenſus eſt, approbaſſet, quæ dixerat Lentulus. ⸢Dum licet. Anteq̃ regnū occupaſſet, quia poſtea non audebitis hiſcere quicquam.

ASCENSIVS.

CN. etiā Lentulus. Mar. conſul cū quereretur in concione. i. orōne ad populū conuocatū, de nimia potentia Cn. Pom. & uniuerſus populus eſſet aſſenſus illi uoce clara. i. ab omnibus intelligibili, īq. i, acclamate, acclamate quirites, dū licet. n. pro quia, ia. i. propediē nō licebit uobis face-

Pomp commiſerat, & in eius fidem ſe dediderat, qui deinde dimiſſus cum ad caſtellum quoddam iuxta padum ſe cōtuliſſet, iuſſu Pompeii à Geminio interficitur, hic Brutus eius Bruti pater fuit, qui Cæſarem interfecit in ſenatu. ⸿ Vidi Cn. Carbonē. Plu. in uita Pompe. ſic tradit, ſimul ac Pompe. Strabo mortuus eſt, continuo Pom. pro patre repetundarū ex præda aſculana reus fit, & cum deprehendiſſet ex libertis unū plurima ſibi excepiſſe Alexandrum nomine, iudicibus tradidit, hic dicebat retia uenatoria, & libellos quoſdam habere ex aſculi ſpoliis & hæc quidem à patre ſi accaperat, aſculo capto. ſed à miſera direpta domo à militibus cinnanis, quo tenpore urbem irrupcrant. patronos habuit cauſæ tum alios. tum ēt Carbonem. ut hic apparet, ſed conſtantia ipſius plurimum iuuit, qua prætor antiſtius, qui huic iudicio p̄erat, mortuus in primis antiſtiā filiam ei deſponſauit. hoc exemplum ēt in ca. de ingra. diximus ⸿ Et quiritatu, ciuitate hoc dicit quia græcus fuerat. Vidi ppennā, de hoc perpenna multis in locis ſupradictū eſt, qui ſertorio cōiunctus, & illius magna inuidia cōmotus, cōiuratione facta illū de medio ſuſtulit, nā Antonius unus ex cōiuratis ſertoriū in cōuiuio gladio trāſfixit, deinde ppenna facilius à Pō. ſuperatus & necatus eſt. ⸿ Indēnati. indicta cā. ⸿ Obducta, occluſa, & ſanata, eſt tranſlatio ſumpta à cicatrice bellorū Marii & Syllæ. ⸿ Municipali. qui de formiano municipio. ⸿ Sed non patiē ga indignum uidetur.

rus. ſed dum illic moror, uidi cruentum Cn. Domitium Aenobarbum deflentem, quod ſummo genere natus, itegerrimæ uitæ, amantiſſimus patriæ, in ipſo iuuētutis flore, tuo iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuum Brutum ferro laceratum, querentem id ſibi prius perfidia, deinde etiā crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbonē acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumq́ patris tui defenſorem, in tertio conſulatu cathenis, quas tu ei iniici iuſſeras uinctū, obteſtantem te, aduerſus omne fas, & nefas cū in ſummo eēt imperio à te, equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu, & quiritatu tuo prætorium uirum Perpennam ſæuitiam tuam execrātem: omneſq́ eos una uoce indignātes, quod idemnati ſub te addoleſcētulo carnifice occidiſſent. Obducta iam uetuſtis cicatricibus bellorum ciuilium uaſtiſſima uulnera, municipali homini ſeruitutem paternam redolenti effrenatæ temeritatis, intolerabilis ſpiritus impune renocare licuit. Itaq́ eo tempore & fortiſſimū erat Cn. Pompe. maledicere, & tutiſſimum. ſed non patitur nos hoc longiore querela proſequi, perſonæ inſequentis aliquanto ſors humilior.

⸿ De Diphilo Tragœdo.

Diphilus Tragœdus, cum Apollinaribus ludis iter actum ad eum uerſum ueniſſet in quo hæc ſententia continetur: miſeria noſtra Magnus eſt: directis in Pompeiū Magnum manibus pronunciauit. reuocatuſq́ aliquoties à populo ſine ulla cunctatione nimiæ illum, et intolerabilis potentiæ reum geſtu perſeueranter egit. eadem petulantia uſus eſt in ea quoq́ parte. uirtutem iſtam ueniet tempus cum grauiter gemas.

ASCENSIVS.

MArcus Brutus. & illud Bruti dictum grauitatē, & fiduciæ plenum fuit. diſſuadentibus enim ſuis ultimū prælium ſuſcipiendum eſſe, aut inquit hodie recte erit, aut nihil curabo. ac ſi diceret, uel uincam, uel moriar. recte erit ſi uicero, Nihil curabo, ſi moriar. Cice. ad Dolobellam de Bruto multa tradit, maximeq; commendat ī ea epiſt. & ſi contentus eram mi Dolobella.

ASCENSIVS

MArcus Brutus, paricida. i. nefarius tanquā rei neceſſariæ, interēptor prius uirtutum ſuarum. i. à qbus quaſi genitus erat, nā parentes dant nobis eſſe, uirtutes bene eſſe, & ita erat quaſi genitricum ſuarum interemptor, aut quia uirtutes morales quodammō nſæ putantur, & à nobis genitæ, licet uera uirtus à deo ſit, ideo ſicut, qui filias occiderat, paricida generali appellatione diceretur, ut qui fratrem aut matrē (nō. n. ut multi audaculi, fratricidā, aut matricidam dicunt peritiores) ita uirtutū ſuarum interemptor quodammō earū eſt paricida dicendus, primus ergo paricida uirtutū ſuarū ꝗ parentis pṫiæ ſ Iulii Cæſaris. Eū ꝓ ꝗa Bru. & . i. pariter præcipitauit illas. ſ. uirtutes ſuas in profundum. ſ uitiorum. & perfudit omnem memoriam nois ſui deteſtatione inexpiabili. i. non purgabili uno facto. initurus ultimū prælium. ſcꝫ Au. & An. quibuſdam ſ. amicoꝝ eius negantibus oportere id. ſ. ꝓlium cōmitti, inqt, ego deſcendo fidenter in aciem n. pro ꝗa aut erit. ſ. mihi hodie recte. i. bene, aut nihil curabo. ſ. de his, ꝗ mala erūt cū ego non ſim. Videlicet. i. uidere licet, quare id dixerit, ꝗa ꝓſumpſerat, ſe neq; poſſe uiuere ſine uictoria, neq; mori ſine ſecuritate. i. ſine amotione curaꝝ de his, quæ uiuētibus contingunt. Niſi forte, cū ſtoicus eſſet, id epicurice ſenſit aios cū corporibus interire. aut qđ Cic. iterdū innuere uidetur, aios bono

OLIVERIVS.

HVius mentio. Nunc trāſit ad externa, ita tamen ut proximum exemplū cum ſuperiori coniungat. dicit. n. mentio. M. Bruti iacti, ꝙ aduerſus Decium Brutū in Hiſpa. grauiter dictū fuit, huic exēplo ſubnectam. nam cum Decius Brutus. M. Bruti patruelis reip. partes defenderet aduerſus An. in Hiſpa. profectus totam Luſitaniam, quæ pars eſt Hiſpaniæ ſubegerat, ſola reſtabat Cinania urbs munitiſſima, quam cum obſideret, legatos miſit qui de redemptione tentarent ciuium animos. qui legatis ita grauiter reſponderunt, accepiſſe à maioribus ſuis ferrum, quo ſe libertatemq; defenderent, non aurum quo libertatem ab auariſſimo imperatore redimerent. hoc dictum barbaræ gentis, melius Romanæ uirtuti conueniſſet, æquiuſq; fuerat Romanos ea uerba proferre, quam à barbaris audire. ℉ Subiicit. In mentem adducit, & notanda eſt conſtructio ſubiicit referre, ſubiicit ut referam. ℉ Tentata redemptione. Nunquid ſe uellent auro redimere. Melius ſine. ſ. hoc dictum melius conueniſſet Roma. hominibus, & non ut ab aliis audirent. nam Romanum eſt & dura, & fortia pati.

ASCENSIVS.

HVius &c. Mentio huius. ſ. proxime dicti ſubiicit. i. in memoriam reducit, mihi referre. i. recitare id, quod dictū eſt grauiter in Hiſpania aduerſus Decium Brutum. Nā cū pene. i. quaſi tota Luſitania dediſſet ſe ei. ſ. Decio Bruto, ac Cinania urbs huius gentis. ſ. Luſitanæ ſola retineret ꝑtinaciter arma, tentata redēptione. i. de redēptiōe ſui faciēda, hoc eſt, an uellet ſe, & ſua auro redimere, reſpondit propemodum, ideſt quaſi in hunc modum tota, uno ore legatis Bruti, ferrum relictum ſibi à maioribus, ſcilicet ſuis, quo tuerentur urbem, ſcilicet ſuam, non aurum relictum, quo emerent libertatem ab imperatore auaro. Homines noſtri, ideſt Romani ſanguinis, dixiſſent melius, ideſt aptius, & conſonantius ad cætera dicta, & facta ſua, aut melius fuiſſet eis, ſi hoc dixiſſent quàm audiſſent ſcilicet ab aliis. Sed natura, quæ eſt luſitanis belliceſa, deduxit illos, ſcilicet luſitanos, in ueſtigia, ideſt ſimulachra, ſeu imitamenta quædam grauitatis, quaſi non uera ſit grauitas, niſi in Populo Romano.

THEOPHILVS

CInana. Ptolomæus in Luſitania laudat urbem lucinianam, locumq; in Hiſpania cyneticum celebrat. Herodotus de rebus Herculis. x. Cinanam, uel ut alii codices habent ciranam, quod equidem ſciam, nemo.

Oliuerius.

ℭDe Socrate Philoſopho.

SOcrates autem græcæ doctrinæ clariſſimũ columen, cum Athenis cauſam diceret, defẽſionemq́ ei Lyſias à ſe compoſitam, qua in iudicio uteretur recitaſſet: demiſſam, & ſupplicẽ, imminentiq; procellæ accõmodatã: aufer, inquit queſo iſtam: nã ego ſi adduci poſſem: ut eam in ultima Scythiæ ſolitudine perorarem: tum meipſũ morte multandum concederem. Spiritum contẽpſit, ne careret grauitate. maluitq; Socrates extingui, quàm Lyſias ſupereſſe.

ℭDe Alexandro Rege.

QVantus hic in ſapientia, tantus in armis Alexander illam uocem nobiliter edidit. Dario enim uno iam et altero prælio uirtutem eius experto, atq; ideo partem regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicente, eum Parmenion dixiſſet: ſe, ſi Alexander eſſet, uſurum ea conditione: reſpõdit, & ego uterer ſi Parmenion eſſẽ. Vocẽ duabus uictoriis reſpondentem, dignamq; cui tertia, ſicut euenit, tribueretur:

ℭDe Lacedæmoniis.

ATq; hæc quidem & animi magnifici, & proſperi ſtatus. illa uero, qua legati Lacedæmoniorum apud patrem eius miſeram fortunæ ſuæ conditionẽ teſtati ſunt glorioſior, quàm optabilior. Intolerabilib⁹ enim oneribus ciuitatem eorum implicanti, ſi quid morte grauius imperare perſeueraret: mortem ſe prælaturos reſponderunt.

OLIVERIVS.

SOcrates quoq;. Socrates cum accuſatus eſſet q; alienos deos introduceret, & puerorum corruptor eſſet, ut ulterius dicemus in. vi. de ſapienter dictis. Lyſias eius diſcipulus commiſeratione motus, orationem pro eo ſcripſit accommodatiſſimam ad excuſationem, quam cum Socrati recitaſſet, continebat ἀπολογίαν id eſt defenſionem. bona, inquit Socrates eſt oratio, ſed non mihi conueniens. nam humilioribus uerbis ſcripta erat quàm philoſopho conueniat. tum ille ſi eſt inquit bona cur ſi ea uteris? Tũ Socrates nonne ueſtis poteſt eſſe pulchra, & tñ non unicuiq; conueniens, hanc hiſtoriam ita tradidit Diogenes. ꝗꝗ Vale dicat illum aliter reſpondiſſe. Quin. lib. ii. & Socrates, inquit inhoneſtam credidit orationem quam ei Lyſias reo compoſuerat. ℾ Columen. Suſtentaculũ ℾ Imminenti procellæ. inſtanti periculo. ℾ In ultima Scythiæ. q̃ eſt in ſeptẽtrione ubi conſtat immanes & efferatas gentes eſſe. ℾ Spiritum. id eſt uitam ſuam. ℾ Maluitq; Socrates id eſt maluit mori tanquam Socrates. quam uiuere tanquam Lyſias.

ASCENSIVS.

SOcrates autem clariſſimũ columẽ. i. decus doctrinæ græcæ, cum diceret cauſam. i. purgaret & defenderet ſe Athenis, & Lyſias orator inſignis recitaſſet ei defenſionem. i. orationem defenſiuam compoſitã à ſe. ſ. Lyſia, demiſſã & ſupplicẽ & accõmodatã procellæ. i. furori populari, imminenti. i. incũbenti ad perniciẽ So. qua. ſ. defenſione. So. uteretur in iudicio, inquit. i. reſpondit Lyſiæ. aufer iſtam. ſ. tam demiſſam defenſionem à te compoſitam. Nã ego ſi poſſem adduci. i. ſuaſione aut ratione aut uoluntate duci ad hoc, ut perorarem. i. ad finem uſq; haberem & obtinerem q̃ uellem ea. ſ. defenſiua oratione, in ultima ſolitudine Scythiæ ubi nullus præter deum & conſcientiam & iudices adeſſent (nam ſi intelligamus perorare pro duntxat ad finem dicere nec uincere, facilior erat itellectus ut dicat, ſe ſolam conſcientiam timere. q enim demiſſe ſupplicãt, etiam quæ non commiſerant purgãt & timiditate & abiectione animi peccãt, unde addit) tum. i. tunc concederem meipſum mulctandum. i. puniendum morte. Socrates ſup. cõtempſit ſpiritum. i. uitalem hoc eſt uitam. ne careret grauitate, & maluit extingui Socrates. i. non amiſſa dignitate ſua, quam ſupereſſe Lyſias. i. tam demiſſo animo ut erat Lyſias, qui ſuaſit ea purgare quæ non admiſit, aut ea ſupplicare, quæ non deliquit.

OLIVERIVS.

QVantus hic. Tantum bello ualuit Alex. quàm philoſophia Socrates, nec ſapientiæ Socratis, Alex. peritia ceſſit armorũ, cuius hoc graue dictum refertur à Vale. & confirmatur à Q. Curtio lib. iii. cum Dari⁹ duobus præliis ſuperatus, ut uidimus in cap. de conſtantia, tertium repararet exercitum, nã adeo uiris, & equis abundat illa prouincia, ut illi facile foret bellum renouare. timens eandem ſe belli fortunam habiturum, admirans pariter Macedonicam uirtutem, Alexandriq; magnanimitatem, legatos mittit, qui regni partem uſq; ad montem taurum, & nuptias filiæ cum decies centenis millibus talentorum Alexandro pollicerẽtur, ſi pacem fœ. iuſq; ſecum uellet inire. quas cõditiones cũ Alexander recuſaſſet, quippe qui animo ſuo iam totius Aſiæ imperium occupauerat, Parmenion eius præfectus, q apud eum grã plurimũ, & authoritate ualebat, ſi Alexan. inqt eſſem, cõditiões accipere, tũ Alexan. accipere ꝑfecto, ſi eſſem Parme. ſed q aſum Alex non accipio. huius dicti author Q. Cur. Iuſti. uero nullã prorſus mentionẽ facit in geſtis Alex. tñ illud refert q; uictus Darius cum Babiloniam profugiſſet, per epiſtolas Alexandrũ deprecatur, ut redimendarũ captiuarũ ſibi ꝑtãtem faciat, inq; eã rẽ magnã pecuniã pollicetur ſed Alexander in ꝑtium captiuarum regnũ omne, nõ pecuniã petit. interiecto tpe aliæ epiſtolæ Darii, Alexã. reddunt. quibus filiæ matrimoniũ, & regni portio offertur. ſed Alexan. ſua ſibi dari reſcripſit, iuſſitq; ſupplicẽ uẽire, & regni arbitria Victori pmitere. Item paulo inferius ait Da. ſe ratus uere uictũ, cũ poſt ꝑlia & beneficiis ab hoſte ſuperaretur, ſcribit tertias epiſto. & gratias agit, q; nihil in ſuos hoſtile fecerit, offert deindẽ maiorẽ partem regni uſq; ad flumẽ Eufratẽ, & alteram filiã uxorẽ, ac pro reliqs captiuis. xx. mil. talen. ad hoc Alexã. gratiarum actionem ab hoſte ſuperuacaneã eſſe rñdit, nec à ſe quicq̃ factũ in hoſtes adulatiõe, nec q; in dubia belli exitus, aut in leges pacis lenocinia quæreret, ſed animi magnitudine, qua didicerit aduerſus uires hoſtiũ, nõ aduerſus calamitates cõtendere. polliceturq; ſe ꝑſtaturum ea Dario, ſi ſecũdus ſibi nõ par haberi uoluerit, cæterũ neq; mundũ poſſe duobus Solibus regi, neq; orbẽ ſũma duo regna, ſaluo ſtatu terrarũ habere. proinde aut deditionẽ eadem die, aut in poſteram aciem paret. ℾ Altero præ. Secundo ꝑlio, quia bis uictus fuerat. ℾ Sicut eue. quia tertio uicit eũ, & regno ſpoliauit. ℾ Hæc. quæ. Alexander Parmenioni reſpondit.

SACENSIVS.

QVantus ſup ens hic. ſ. ꝓxime dictus, uidelicet Socrates in ſapiẽtia, tãtus ſup. ens aut exiſtẽs Alexãder. ſ. Macedo in armis, ædidit illã. ſ. nobilẽ uocẽ quã ſtatĩ recitabit. Enim pro quia, Dario experto. i. cũ Da. rex Perſarũ expertus eſſet, & cognouiſſet, iã uno, atq; altero. i. ſecũdo ꝑlio uirtutẽ eius. ſ. Alex. in bello, & pollicẽte. i. cũ pollicitus eſſet. & offerret Alexã. filiã. ſ. ſuã in matrimoniũ cũ decies cẽtũ millibus talen. Cũ Parmenion unus ex ducibus eius dixiſſet ſe uſurum ea conditione, ſi eſſet Alex. Alexãder ſup. rñdit, & ego uterer, ſi eſſem Parme. id eſt tã demiſſo animo, ut tu. Vocẽ, id eſt ꝯ uocẽ reſpõdẽtẽ, id eſt conformẽ duabus uictoriis. & dignã cui tertia uictoria tribueretur, ſicut euenit, quia tertio Da. uincit, & uicti, ac in fuga a ſuis interfecti, regnu potitus eſt.

OLIVERIVS.

ILla uero Philippus pater Alexandri græciam diu bello inuaſit, & eã tãdẽ oppſſit. ſed cum deuictis Athe. bellũ Lacedæ. intuliſſet, Lace. q; ſp armis uictores extitiſſent, aliiſque ipare conſueuiſſent, non poterant ſe ſubiicere Phili. & cũ qdã dixiſſet, multa mala, & extrema ꝑpeſſuros, nihil mali, neq; extremi, uitam aſpernantibus eſſe rñderũt. cũ rurſus grauia multa, & indigna Philip. iperaret, nihil aliud reſcripſerũt niſi Lacedæ Philip. ſalutem Non. ſ. uolumus imperanti tibi parere. cũ iñ grauius inſtaret, durioraq; illis imperaret, dixerunt ſe mortẽ ſubire paratos, ſi quid morte durius imparet. ℾ Op

tabilior, quia nemo optare debet, ut ad hãc conditionem ueniat. Oneribus. Nam tributarios faciebat, & tantam pecuniam imperabat, quanta exolui non poſſet. accuſati .n. fuerant φ arcem thebanam, induciarum tempore occupaſſent. ፣ Morte grauius ſeruitutem.

labore abſtinet, nam ſẽſualitati ratio dominatur ፣ Nihilq; ut. Sic enim philoſophi omnes ſentiunt nihil utile, quod non honeſtum. Cic. li. iii. offi. Peruertunt homines fundamenta naturæ, cum utilitatem ab honeſtate ſeiungunt.

❡ De Quodam Spartano.

NEc parum graue Spartani cuiuſdam: dictum: ſiquidem nobilitate, & ſanctitate præſtans, & in petitione magiſtratus uictus maximæ ſibi eſſe lætitiæ prædicauit, quòd aliquot patria ſua ſe meliores uiros haberet. quo ſermone repulſam honori adæquauit.

❡ De Iuſtitia. Cap. V.

TEmpus eſt iuſtitiæ quoque ſancta penetralia adire, in quibus ſemper æqui, ac probi facti reſpectus religioſa cum obſeruatione uerſatur. & ubi ſtudium uerecundiæ eſt, cupiditas rationi cedit: nihilque utile, quod parum honeſtũ uideri poſſit, ducitur. eius autem præcipuum, & certiſſimũ inter omnes gentes noſtra ciuitas exemplum eſt.

❡ De Senatu.

CAmillo conſule Phaliſcos circunſedente, Magiſter ludi plurimos, & nobiliſſimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in caſtra Romanorum perduxit. quibus interceptis, non erat dubium, quin Phaliſci depoſita belli gerendi pertinacia, tradituri ſe noſtro imperatori eſſent. ea re cognita Senatus cenſuit, ut pueri uinctum magiſtrum uirgis cædentes in patriam remitterentur. qua iuſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant. namq; Phaliſci beneficio magis, quàm armis uicti, portas Romanis aperuerunt.

ASCENSIVS

ATq; hæc quidem (continuatiua eſt clauſula) .ſ. uox Alex. ſup. fuit grauiter dicta, aut exẽplũ &. i. ſimul animi magnifici, & ſtatus proſperi. Vero. i. ſed illa .ſ. quæ ſequuntur, qua lacedæmonii teſtati ſunt, apud patrem eius .ſ. Alex. uidelicet Phi. miſeram cõditionem fortunæ ſuæ ſup. fuit gloriosior plus habens gloriæ quam optabilior. i. q̃ erit optabilis, aut optandæ. n. p̃ qa ipſi rñderunt Philip. imputanti ciuitatem eorum, hoc eſt lacedæmona, aut ſpartẽ, oneribus intolerabilibus, ſe prælaturos mortem ſi perſeueraret iperare quod. i. aliquid grauius morte, hoc eſt ſe malle mori, quam tam indigna pati.

OLIVERIVS.

NEc parum graue. Lace. qdã uictus à cõpetitoribus gaudebat. hic Predaretus fuit, qui cũ in tricentorũ numero non eſſet electus, qui honos in urbe ordine præſtabatur, hilaris ſubridẽſq; abibat. reuocatus autẽ ab Ephoris, & quid rideret interrogatus, quoniã. inquit urbi gratulor, quæ me tricentos meliores habet ciues. ፣ In petitione magiſtratus. Erat magiſtratus quidam, qui ex tricentis uiris cõſtabat, i quo quidem officio boni tãtum eligebantur. ፣ Honori adæquauit Quia non minus ex hoc dicto gloriæ cõparauit, quam ſi magiſtratum adeptus eſſet.

ASCENSIVS

NEc .ſ. & non & dictum cuiuſdam Spartani ſup. pſ fuit, non parum .i. multum graue. Siquidem, quoniam is præſtans nobilitate, & ſanctitate .ſ. uitæ, & uictus .i. poſthabitus in petitione magiſtratus, prædicauit .i. palam dixit, eſſe ſibi maximæ lætitiæ .i. ad maximam lætitiam facere, φ patria ſua haberet aliquos meliores ſe. quo ſermone adæquauit honore .ſ. quem ſibi prælatus adeptus erat, repulſam .ſ. quam ſuſtinuerat, hoc eſt tam glorioſa fuit illi repulſa, quam alteri adeptio magiſtratus.

OLIVERIVS.

TEmpus eſt iuſtitiæ. Tranſit ad ca. de iuſti. duplex autẽ eſt iuſtitia, generalis, & ſpecialis. generalis eſt, q̃ uerſatur in hominum ſocietate tuenda, ſpãlis diuiditur in commutatiuam, & diſtributiua, commutatiua conſiſtit in emendo uendẽdo, locando conducendo. diſtributiua eſt, quæ cõi utilitate ſeruata, ius ſuum unicuiq; tribuit ex dignitate cuiuſq;, de qua nunc dicit. nã in ea probitas, æquitaſq; uerſatur. ፣ Penetralia. loca in quibus res ſacræ ſeruantur. ፣ Aequi, ac probi, æqui iuſti. ፣ Probi. Boni, nã iuſtitia nihil eſt niſi bonum, & æquũ, & ſimulatq; ab æquo & bono diſceſſerit, deſinit eſſe iuſtitia ፣ Vbi ſtudium uerecundiæ. Quia non quod uolumus ſequimur, cũ iuſti nã colimus. uerecundia .n. obſtat, & hoc eſt pprie cõtinẽtis. q abſtinet qde à uoluptate ſed cũ difficultate pp uerecundiã. teperans autem abſtinet ſe ſine difficultate, qa ia uirtutis habitũ fecit. ፣ Cupiditas ra. Hoc eſt tempãti, qui ſine

ASCENSIVS.

TEmpus eſt adire (Valla & Seruius dicerent adeũdi) quoq; .i. ẽt, ſancta penetralia iuſtitiæ, in quibus .ſ. penetralibus iuſtitiæ reſpectus facti æq, ac pbi .i. honeſti & approbandi uerſatur ſemper cum obſeruatione religioſa. & ubi .i. & in quibus, ſtudiũ .i. uehemẽs applicatio animi cedit uerecundiæ, & cupiditas cedit rationi. & nihil ducitur .i. putatur, aut æſtimatur utile, quod poſſet uideri parum .i. non ſatis honeſtũ unde Cic. in. iii. offi. negat utile eſſe quicquam, quod non idem honeſtũ, aut honeſtũ, qđ ñ idẽ utile, cũ honeſtas ipſa ſit ſibi utilitas. Ideoq; uult ea non eſſe ſeparanda, q̃ .n. utilia uidentur, ſi honeſta non ſunt, uere utilia eẽ non poſſunt. Autem pro ſed, noſtra ciuitas .ſ. Ro. eſt exemplũ eius .ſ. iuſtitiæ præcipuum & certiſſimũ inter oẽs gentes. Sũt tñ qui id nõ admittant. OLI.

CAmillo cõſule. Liui. ab urbe cõ. li. v. Cum obſideretur phaliſci, uidebatur æque diuturnus futurus labor, ac ueiis fuiſſet, ni fortuna impatori Ro. ſimul ac cognitæ reb' bellicis uirtutis ſpecimen, maturam uictoriam dediſſet. mos erat Phaliſcis eodẽ magrõ liberorũ, & cõite uti. ſimulq; plures pueri quod hodie quoq; in græcia manet, unius curæ demandabantur. hic principum liberos ſicut fere fit, q ſcia uidebatur p̃ cellere, erudiebat. is cũ in pace inſtituiſſet pueros añ urbẽ luſus exercẽdiq; cã pcedere, nihil eo more pro belli tp̃s intermiſſo, mõ breuioribus, mõ longioribus ſpaciis trahendo eos à porta, luſu, ſermonibuſq; uariatis longius ſolito, ubi res dedit, progreſſus inter ſtationes hoſtiũ, caſtraq; inde Romana, eos in prætorium ad Camillũ perduxit. Ibi ſceleſto facinori, ſceleſtiorẽ ſermonẽ addidit, Phaliſcos ſe in manus tradidiſſe Romanis. φ eos pueros, quorũ parẽtes capita ibi rerũ ſint, in ptãtẽ dediderit. q̃ ubi Ca. audiuit, ñ ad ſimilem, inquit tui, nec populum, nec imperatorem, ſceleſtus ipſe cũ ſceleſto munere uiniſti. nobis cũ Phaliſcis, q̃ pacto fit humano ſocietas non eſt, q̃ ingenerauit natura utriſq; eſt, eritq;. ſunt & belli, ſicut & pacis iura, iuſteq; ea non minus quàm fortiter didicimus gerere. arma habemus, non aduerſus eam ætatem, cui ẽt captis urbibus parcitur, ſed aduerſus armatos & ipſos qui nec læſi, nec laceſſiti à nobis caſtra Roma. ac ueios oppugnauerũt, eos tu, q̃tũ in te fuit, nouo ſcelere, uiciſti, ego Romanis artibus uirtute, ope, armis, ſicut ueios uincã. Denudatũ deiñ eũ manibus p' tergũ illigatis, reducẽdũ phaliſcos pueris tradidit, uirgaſq; eis, qbus proditorẽ agerẽt in urbẽ uerberantes dedit. ad φ ſpectaculũ cõcurſu popu. facto, deiñ à magrãtu de re noua uocato ſenatu, tãta mutatio aĩs eſt iniecta, ut q mõ efferati odio, itaq; ueientiũ exitũ pene, q̃ capenatiũ pacẽ malẽt, apud eos pacẽ uniuerſa ciuitas poſceret, fides R. & iuſtitia ipatoris, in foro & curia celebrãtur, cõſenſuq; oium legati ad Camil. in caſtra, atq; ide pmiſſu Ca. Romã ad ſenatũ, q decerẽt phaliſcos pficiſcũtur qbus i ſena. itroductis pax data, &

Camilli iuſtitia i Phaliſcos

exercitus

exercitus inde Romá reductus eſt. ſed Vale. diſſentit à Liuio, ná Liui. dicit Camil. nõ cõſuluiſſe ſenatũ, ſed id ex ſn̄ia ſua feciſſe, nulla interiecta mora. de hoc Frõt. li. iiii. ca. v. Ca. ĩgr Phaliſcos obſidẽte, Ludi magiſter puerorũ phaliſcorũ, tanq̃ ambulã di cã extra murũ ductos tradidit dicẽs, ꝑ repetẽdis obſidibus neceſſario ciuitatẽ ĩperata facturã. Camil. non ſolũ ſpreuit perfidiã, ſed ẽt reſtrictis poſt terga manibus, magrm̃ uerberibus agendũ ad parentes tradidit pueris, adeptus bñficiis uictoriam quam fraude non cõcupiuerat. ná Phaliſci ob hanc iuſtitiã ſpõte ei ſe dediderunt. Plut. in uita M. Antonii duos commemorat pfidos pædagogos, alterum Theodorũ q̃ Atyllũ. M. An. filiũ poſt pris mortẽ Cæſa. næcãdũ ꝓdidit, alterũ Rhodonẽ, q̃ Cæſariõnẽ prioris Cæſa. fi iũ, cum magna ui auri & argenti fugiẽtẽ, per inſidias deduxit ad Cæſ. Octauianũ. ¶ Conſule. Liui. Nõ conſulem ſed tribunũ militum conſulari ptãte fuiſſe tradit, ná ſæpius mutata eſt illius imperii Ro. forma, à regibus. n. ad conſules, à conſulibus ad decem uiros. à decem Viris ad tribunos militũ cõſulari ptãte, à tribunis rurſus ad cõſules, poſtremo ad ĩperatores tranſlatũ fuit ĩperiũ, hoc igitur tpe tribuni militum imperabant. ¶ Senatus cenſuit. Et in hoc non ſentit cum Liuio Vale. ná hæc oĩa incõſulto ſenatu ſponte ſua feciſſe Camil. dicit, ſicut ſupra uidimus. ¶ Ludi. q̃a ludo quodam docendi ſunt pueri, non ſeueritate. ¶ Deambulandi. laxandi animi gratia. Nã que phaliſci beneficio. quia non ſemper gladio, ſed ſæpe beneficio uincitur hoſtis.

¶ De eodem Senatu.

EAdem Ciuitas aliquoties rebellando, ſemperq; aduerſis contuſa præliis tandem ſe Qu. Luctatio COS. dedere coacta eſt, aduerſus quam ſæuire cupiens Popu. Roma. poſtquam à Papyrio, cuius manu iubente COS. uerba deditionis ſcripta erant, doctus eſt Phaliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe, omnem iram placida mente depoſuit: pariterq; & uiribus odii non ſane facile uinci aſſuetis: & uictoriæ obſequio, quæ promptiſſime licentiam ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuæ deeſſet, obſtitit.

¶ De Eodem Populo Romano.

IDem cum P. Claudius Camerinos ductu, atq; auſpiciis ſuis captos ſub haſta uendidiſſet, & ſi ærarium pecunia, fines agris auctos animaduertebat, tamen quia parum liquida fide id geſtum ab imperatore uidebatur, maxima cura conquiſitos redemit: hiſq; habitandi gratia locum in Auẽtino aſſignauit, & prædia reſtituit. pecuniam etiam non ad curiam, ſed ad ſacraria ædificanda, ſacrificiaq; facienda tribuit. iuſtitiæq; promptiſſimo tenore effecit, ut exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic renati erant. Mœnibus noſtris, & finitimis regionibus, quæ adhuc retuli, quod ſequit totum terrarum orbem manauit.

runt Popu. Roma.

ASCENSIVS.

EAdẽ ciuitas. ſ. Phaliſcorũ rebellãdo aliquoties. i. aliquã tuliũ frequenter. contuſa ſemper pliis aduerſis, coacta eſt tandẽ dedere ſe Q. Luctatio cõſuli. aduerſus q̃. ſ. ciu tatẽ populus Roma. cupiens ſæuire. i. ſæuiter agere. poſtq̃ doct eſt à Papyrio, cuius manu ſcripta erant uerba deditionis. i. q̃ ſe prius dediderant phaliſci, conſule iubente. i. iuſſu conſulis, alio q̃ poſſet putari fraude in ea formula ſcribenda uſum, phaliſcos ſe commiſiſſe non ptãti Romanorũ ſed fidei, depoſuit placida mente omnem iram, quia ſi uſi erant fidẽ ſic fregiſſe, ſed à protectione Romanorũ ſic ſubduxiſſe. & Po. Ro. obſtitit pariter, &. i. ſimul uiribus odii. i. antiq̃ æmulationis aſſuetis uinci non facile. i. difficile; & obſequio. i. ſecũdo ſucceſſui uictoriæ, q̃ ſubminiſtrat prõptiſſime. i. faciliime & expeditiſſime, licentiam. ſ. ſæuiendi, & p. uſq; quã fas ſit agendi obſtitit dico illis facibus irarum ne deeſſet iuſtitiæ ſuæ.

OLIVERIVS.

IDem cum P. Claud. conſul Claud. Camerinos à ſe captos haſtæ ſubiecit, quos ſenatus redemit, q̃a id parũ liquida fide. ge. ab impera. parum liquida fide. i. non pura fide, non ſincera, ſiquidẽ illi ſe in fidẽ dederant imperatoris, ut arbitror ¶ Clau. conſul, ¶ Came. De camerino oppido picenæ prouinciæ adhærenti. ¶ Auſpiciis. prãte. Sub haſta publica tanquam mancipia uendidiſſet. ¶ Fines agri, q̃a ager ille uenit in ptãtẽ P. R. ¶ Parũ liqda. parũ ſincera fide. quia cum eos ĩ fidem accepiſſet, uendiderat ¶ Sacraria ubi ſacra continentur. ¶ Sacrificia. ut emerentur uictimæ. ¶ Promptiſſimo tenore. quia una eademq; ſedulitate iuſtitiæ fecerunt, ut prodeſſet Came. captos fuiſſe à Po. Ro. nam cum ſemel uenditi eſſent, poſtea redempti à Po. Ro. uiſi ſunt renaſci.

ASCENSIVS.

CAmillo conſule circumſedente Phaliſcos urbem, & populum eius in Italia, magiſter Ludi. ſ. litterarii. i. ſcolarũ publicarũ, qui ẽt grãmaticus dr̃, perduxit in caſtra Roma. plurimos & nobiliſſimos pueros eductos ide. ſ. ex urbe Phaliſcorũ, uelut. i. ſub prætextu deambulandi. q̃bus. ſ. nobiliſſimis pueris interceptis. i. dolo magiſtri eorũ captis, nõ dubiũ erat. ſ. Ludi magro, quin Phaliſci. ſ. populi. pertinacia. i. obſtinato ꝓpoſito belli gerendi depoſita. i. poſtq̃ eam depoſuiſſent, eſſent tradituri ſe ĩperatori noſtro. i. Ro. ſed ea re cognita. ſ. per Camil. ſenatus cenſuit, ut pueri cædentes uirgis magrm. ſ. ſuũ uinctũ, remitterentur. ſ. cum eo in pr̃iam. ſ. phaliſcos. qua iuſtitia aĩe eorũ. ſ. phaliſcorũ ſunt capti, quorũ mœnia nõ poterant expugnari. ſ. ui. Nãq; phaliſci uicti magis beneficio q̃ armis aperuerunt Ro. portas. ſ. ſuas.

OLIVERIVS.

EAdem ciuitas. Phaliſci ſæpe à fide & officio in Romanos deſecerant, belliaq; renouauerant. Luctatius igitur conſul cũ eos tandẽ rurſus Romano ſubegiſſet imꝑio, ſæuire in illos mirũ in modũ cupiebat, ut meritas darent rebellionis pœnas. ſed ubi ſenatus intellexit illos ſe fidei conſulis cõmiſiſſe, pœnã eis remittẽdã eſſe cenſuit, maluitq; iuſtitiæ habere rationem, quàm ſuæ obſequi iræ. abbreuiator Liuii phaliſci cum rebellaſſent, ſexto die domiti in deditionem uenerunt. Eutropius de Phaliſcis li. ii. Q. inq̃t Luctatius, & A. Manlius cõſules creati ſunt & bellum phaliſcis intulere, quæ ciuitas Italiæ opulenta eſt, q̃d ambo conſules intra ſex dies q̃ uenerant tráſegerunt xv. millibus hominum occiſis, cæteris patria cõceſſa, agro tñ ex medietate ſublato. ¶ Papyrio. ſcriba cõſulis qui iubente conſule deditionis formulã ſcripſerat Romanis. ¶ Et uictoriæ. quæ facit homines inſolentes. duo ſolent homines à iuſtitia reuocare, odium, & uictoria. quæ nunc non reuocat.

ASCENSIVS.

IDem. ſ. Po. Ro. cũ P. Clau. conſul uendidiſſet ſub haſta. i. more prædæ militari plurimũ offerenti, Came populos illos Italiæ, captos ductu, uirtute, atq; auſpiciis ſuis. i. quos cœpit, cũ dux eſſet in eo bello, quaſi dicat uirtute, & fœlicitate ſua & ſui. i. q̃q̃ aio aduertebat ærariũ. i. fiſcũ publicũ auctum ſup. pecunia, & fines. i. limites ĩperii ſui, auctos agris. ſ. Came. tñ q̃a id. ſ. bellũ aut opus uendendi, uidebatur geſtũ ab imperatore. ſ. P. Clau fide parũ liquida, i. pura & fraudis experti, quia eos in fidẽ acceperat, redemit. i. iterũ emit & libertati reſtituit, ſup. Ca. ſic uẽditos cõqſitos maxia cura, & aſſignauit his. i. ſic redẽptis locũ in Auentino gratia habitandi, ut illic habitarent, & reſtituit prædia. ſ. imꝑio applicita, & tribuit ẽt pecuniã. ſ. q̃ ex præda ſuperrat, non ad curiã. i. ad ædificia ſæcularia, ut nouis uerbis loquar, ſed ad ſacraria. i. repoſitoria ſacrorũ ædificanda, & ad ſacrificia facienda. & effecit iuſtiſſimo tenore. i. ꝑpetuo ductu iuſtitiæ, ut ſupple Camerini poſſent lætari exitio ſuo, quia erant ſic renati, ideſt ad meliorem fortunam reſtituti. fœlicius enim deinceps in Auentino, quam in patria prius habitafuerunt. Hoc dicto ſubinſert author clauſulam continuatiuam dicens ea ſu. quæ retuli, ideſt recitaui adhuc, ideſt ad hunc uſq; locum, manauerunt ſupple mœnibus noſtris, ideſt Romanis & regionibus finitimis, id ſup. quod ſequitur manauit. i. diffuſum eſt per totum orbem terrarum.

Fabricii æquitas erga Pyrrhū.

Timochares Ambracienſis. hiſtoria hæc diuerſo modo narratur Gel. li. iii. ca. viii. dum Pyrrhus, inquit rex in Italia foret, & ſemel atq; iterum cum Romanis fœliciter pugnaſſet, ſatiſq; ægerentur Romani quod pleraque Italia ad regem deſciuiſſet, tum Ambracienſis quiſpiam Timochares Pyrrhi regis amicus, ad Caium Fabricium conſulem furtum uenit, ac præmium petiit, & ſi de præmio conueniret, promiſit regem uenenis necare. idq; ſibi facile factum eſſe dixit quoniam filii ſui pocula in conuiuio miniſtrarēt. eam rem Fabricius ad ſenatum ſcripſit, ſenatus ad regem legatos miſit, mandauitq; ut de Timocha. nihil proderent, ſed monerent ut rex circunſpectius ageret, atq; à proximorum inſidiis ſalutem tutaretur. hæc ita ſicut diximus in Vale. Antiatis hiſtoria ſcripta eſt. Quadrigarius autem lib. iii. nō Timocharem ſed Niciam adiiſſe conſulem ſcribit, neq; legatos à ſenatu miſſos, ſed à conſulibus. Pyrrhum uero Pop. Ro. laudes, & gratias ſcripſiſſe captiuoſq; omnes, quos tunc habuit, reſtituiſſe & reddidiſſe Romanis. conſules tunc fuere C. Fabri. atq; Aemili. literas quas ad regem Pyrrhum ſuper ea re miſerunt, Claudius quadrigari⁹ ſcripſit fuiſſe, has. ix. conſules Roma. S. D. Pyrrho regi. Nos pro tuis iniuriis continuo animo ſtrenue commoti, inimicitertecum bellare ſtudemus. ſed communis exempli, & fidei gratia uiſum eſt, ut te ſaluum uellemus, ut eſſet quem armis uincere poſſimus. ad nos uenit Nicias familiaris tuus, qui ſibi pretium à nobis peteret, ſi te clam interemiſſet. id nos negauimus uelle. ne ue ob eam rem quicquam commodi expectaret. & ſimul uiſum eſt, ut te certiorē faceremus, ne quid eiuſmodi, ſi accidiſſet, noſtro conſilio ciuitates putarent factum, & quod nobis non placet pretio aut pmio, aut dolis pugnare, tu niſi caueas, iacebis. Pyrrhus rex cōſulibus & Po. Ro. laudes, gratiaſq; ſcripſit captiuoſq; omnes, quos ſecum habebat, conſulibus reſtituit, reddiditq;. Vale. in hac hiſtoria eſt imitatus Valerium antiatem. Cic. lib. offic. iii. cum, inquit rex Pyrrhus popu. Roma. bellum ultro intuliſſet, cumq; de imperio certamen eſſet cum rege generoſo, atq; potente, perfuga ab eo uenit in caſtra Fabr. eiq; eſt pollicitus, ſi præmium ei propoſuiſſet, ſe ut clam ueniſſet, ſic clam in Pyr. caſtra rediturum & eum ueneno necaturum. hunc Fabri. reducendum curauit ad Pyrrhum, idq; eius factum à ſenatu laudatum eſt. Sen. ad Luci. epi. cxx iii. Fabri. inquit Pyrrhi regis aurum repulit, maiuſq; regno regias iudicauit opes poſſe contēnere. idem medico Pyrrhi promittenti, uenenum ſe regi daturum, monuit Pyrrhum caueret inſidias. eiuſdem animi fuit auro non uinci, auro non uincere. Plu. in uita pyrrhi hoc modo tradit hiſto. Cum Fabr. conſulatum iniiſſet, ueniens quidā ad eum in caſtra epiſtolam detulit à medico regis perſcriptā in qua pollicebatur ſe pyrrhum ueneno necaturum, ſi præmiū ſibi traderetur, abſq; ullo diſcrimine bellum pro Roma conficiēti. At Fabri. iniquitatem hominis deteſtatus, & collega in eandē ſententiam adducto. pyrrhum ſtatim per litteras monuit, ut inſidias medici caueret. litteræ huiuſmodi fuere. C. Fabri. & Qu. Aemil. cōſules pyrrho regi ſalutem. Neq; amicorum, neq; hoſtium fortunarū æſtimatore bonos eſſe uideris. cognoſces enim cum hanc epiſt. ad nos miſſam perlegeris, te bonis quidem, ac iuſtis uiris bellum inferre, malis uero atque iniuſtis confidere. hæc autem non tui gratia nota facimus tibi, ſed ne mors tua nobis calumniam afferat, quaſi uirtute nequiremus te ſuperare dolo contendiſſe. Accepitis itaq; pyrrhus Fabri. litteris medicoque conuicto, ac ſupplicio iuſte affecto, ad retributionem beneficii captiuos omnes gratis Fabri. Romaniſq; reſtituit. Potionibus. quia ut diximus Timocharis filii pincernæ pyrrhi regis erant, hoc eſt uini & æpularum⁹ prægustatores. A filio martis. Romulo. Benemerere præſtare popu. Roma. beneficium. diſſentit à quadrigario Valerius, ſimiliter & Eutropi⁹, qui & ipſe hanc narrat hiſtoriā. nam quadrigarius, & Eutropi⁹ dicunt proditorem fuiſſe nominatum. Vale. non fuiſſe, cuius ſententiæ & antias Vale. fuit.

Conſulum litæ ad Pyrr.

De eodem Senatu, & Fabricio.

Timochares Ambracienſis Fabricio COS. pollicitus eſt ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui potionibus eius præerat, necaturum. ea res cum ad ſenatum delata eſſet, miſſis legatis Pyrrhum monuit, ut aduerſus huius generis inſidias cautius ſe gereret: memor vrbem à filio Martis conditam, armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen ſuppreſſit, utroq; modo æquitatem amplexus. quia nec hoſtem malo exemplo tollere, nec eum, qui bene mereri paratus fuerat, prodere uoluit.

ASCENSIVS.

Timochares. ſcilicet medicus, ambracienſis. ſcilicet natione, pollicitus eſt Fabri. conſuli ſe necaturum pyrrhum, ſcilicet regem Epirotarum, qui tunc pro Tarentinis contra Romanos bellum gerebat, ueneno per filium ſuum, qui præerat potionibus, ſcilicet diluendis pyrrho ad conſeruandam ſoſpitatem. ea res cum eſſet delata per Fabritium ad ſenatum, legatis miſſis, monuit pyrrhum, ut gereret ſe cautius aduerſus huiuſmodi inſidias, monuit dico, memor urbem, ſcilicet Romam conditam à filio Martis, uidelicet Romulo, debere gerere bella armis, non ueneno. Autem pro ſed, ſenatus ſuppreſſit nomen Timocharis amplexus æquitatem utroq; modo, quia nec uoluit tollere hoſtem exemplo. i. malo pernitioſo futuro, ſi ſimili modo, poſteri uincere tentarent, nec prodere eum, qui paratus erat bene mereri, ſcilicet de Roman. licet non de pyrrho, cui tamen plus debebat. unde indignus erat, qui uiueret, nec minus pyrrho prodendus, quam ludi magiſter phaliſcis. unde author pro arbitrio ſuo prius laudauit qui illum prodiderunt, & nunc qui hunc prodere noluerunt, cum par ſit ratio, & forte iuſtior Ludi magiſter qui forte ut obſtinatos animo à periculo arceret, potentiſſimorum liberos in hoſtium poteſtatem traduxit. Sed nos textum explanandum, non cenſendum recepimus. Oliuer. etiā uariationē in hiſtoriis, quoties opus eſt, fideliter adnotat.

De quatuor tribunis plebis.

Summa iuſtitia in quattuor quoque Tribunis Plebis eodem tempore conſpecta eſt. Nam cum Lucio Atracino, ſub quo duce aciem noſtram apud Ferruginem à volſcis inclinatam cum cæteris equitibus correxerant diem ad populum L. Hortenſius collega eorum dixiſſet: pro roſtris iurauerunt, in ſqualore ſe eſſe, quoad imperator ipſorum reus eſſet futurus. Non ſuſtinuerunt enim egregii iuuenes, cuius armati periculum vulneribus, & ſanguine ſuo defenderāt: eius togati ultimum diſcrimen poteſtatis inſignia retinentes intueri. qua iuſtitia mota concio, actione Hortenſium deſiſtere coegit. nec ſe etiam aliter eo facto, quod ſequit: exhibuit.

OLIVERIVS.

Summa iuſtitia in quattuor quoque. Cum Lucius Atracinius cum exercitu miſſus eſſet aduerſus uolſcos, apud Ferruginem caſtra ponit. deinde cum placuiſſet pugnam cum hoſte conſerre, eductis utrinq; copiis primo congreſſu Roma. pedem retulerunt. deinde cum domum rediiſſent Atracino dies dicta eſt à Luc. Hortenſio eius collega, & tribuni teſtes adducti, qui ea iuſtitia uſi ſunt, ut iurarent ſe triſtes, & in mœrore poſitos eſſe, quamdiu imperatorem ſuum reum futurum uiderent. Ferruginem. lacus eſt in uolſcis. Inclinatam. In fugam conuerſam, uel quæ pedem retuliſſet. Inſignia poteſtatis. Tribunitiam poteſtatem gerentes.

ASCENSIVS.

Summa quoq; iuſtitia conſpecta eſt uno tēpore in quattuor tribu. ple. Nam cum L. Hortenſius collega eorum. i. etiam tribu. ple. dixiſſet diem ad populum Lucio Atracino, ſub quo duce ipſi tribuni correxerant cum cæteris equitibus aciem noſtram inclinatam. i. impulſam ad fugam, aut decaſum, à uolſcis apud Ferruginem. ſ. lacum, iurauerunt pro roſtris,

ſtris, ideſt ante roſtra, ſe eſſe, ſcilicet futuros in ſqualſure, quoad, ideſt quandiu, Imperator ipſorum futurus eſſet reus. Enim pro quia, ipſi egregii iuuenes non ſuſtinuerũt, intueri toſ ati, ideſt domi, & in urbe retinentes inſignia poteſtatis, ſcilicet tribuni/tiæ, diſcrimen, ideſt periculum ultimum, uidelicet capitis eius, ſcilicet ducis ſui, cuius periculum ipſi armati defenderunt uul/neribus, & ſanguine ſuo, obii/ciẽdo uidelicet corpora ſua ho/ſtibus, pro duce ſuo Qua iuſti/tia, ideſt æquitate, concio, ideſt tota multitudo populi cõmo/ta, coegit Hortenſium deſiſte/re actione, ſcilicet cœpta con/tra Lu. Atracinum, nec ſupplẽ concio, aut Po. Rom exhibuit etiam ſe aliter, ſcilicet quam æ/quum erat ſentiendo cu facto, quod ſequitur.

illa tempeſtas, ideſt ingruens commodo populi depulſa eſt à capite, & fortunis, ideſt bonis utriuſque, ſcilicet tam Claudii quàm Gracchi ea iuſtitia, ſcilicet Grac. Enim pro quia, popu/lus abſoluit Claudium, & M. Pompilius remiſit Graccho di/ctionem cauſæ, ideſt ſui purgationem.

❡ De Tiberio Graccho, & Caio Claudio.

CVm Tiberius Gracchus, & C. Claudius ob nimis ſeuere geſtam cenſuram, maio/rem partem ciuitatis exaſperaſſent, diem his M. Pompilius tribunus perduellionis ad populum dixit: præter communem conſterna/tionem, priuata etiam ira accenſus, quia neceſſari/um eius Rutilium ex publico loco parietem demo/liri iuſſerant. quo in iudicio primæ claſſis permul/tæ centuriæ Claudium aperte dãnabant. de Grac/chi abſolutione vniuerſæ conſentire videbantur. qui clara uoce iurauit, ſi de collega ſuo grauius eſ/ſet iudicatum, in factis ſe paribus eandem cum il/lo pœnam exilii ſubiturum. ergo iuſtitia tota illa tempeſtas ab vtriuſque fortunis, & capite depulſa eſt. Claudium enim populus abſoluit. Graccho cauſæ dictionem M. Pompilius remiſit.

❡ De Collegio Tribunorum.

MAgnam laudem & illud collegium Tri/bunorum tulit: quod cum vnus ex eo L. Cotta fiducia ſacroſanctæ poteſta/tis creditoribus ſuis ſatisfacere nollet, decreuit, vt ſi neque ſolueret pecuniam, neque daret cum quo ſponſio fieret, appellantibus ſe creditori/bus, auxilio futurum: iniquum ratum, maieſtatem publicam, priuatæ perfidiæ obtentui eſſe. Itaque Cottam in tribunatu quaſi in aliquo ſacrario latẽ/tem, tribunitia inde iuſtitia extraxit.

❡ De Cn. Domitio Tribuno Plebis.

CVius vt ad alium æque illuſtrem trãſgre/diar, Cn. Domitius Tribunus Plebis. M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit: vt ſi fortuna aſpiraſſet, ruinam: ſin minus, certe ipſa obtrectatiõe ampliſ/ſimi viri incrementum claritatis apprehenderet. cuius opprimendi cum ſummo ſtudio flagraret, ſeruus Scauri ad eum noctu peruenit, inſtructurũ ſe eius accuſationem, multis, & grauibus domini criminibus promittens. erat in eodem pectore ini/micus, & Domitius: & dominus, diuerſa æſtimatio/ne nefarium iudicium perpendens. iuſtitia tamen vicit odium. continuo enim & ſuis auribus obſera/tis, & iudicis ore clauſo, duci eum ad Scaurum iuſ/ſit. accuſatorem etiam reo ſuo, ne dicam diligen/dum, certe laudandum, quem populus tum pro/pter alias virtutes, tum hoc nomine libentius, & COS. & Cenſorem, & Pont. Max. fecit.

OLIVERIVS.

CVm Tiberi. Grac. Tibe/rius Gracch⁹, & C. Clau/dius collegæ fuerunt in cenſura, quam cum tetrice non minus exercuiſſent, ſibi populi inuidiam, & odium contraxe/rant. erantque iam infenſi popu/lo, cum M. Pompilius tri. ple. qui præter publicum, priuato etiam in cenſores odio tenebã/tur, quod Rutilii neceſſarii ſui parie/tes, quos aliorum cenſorum ne/gligẽtia in publico per aliquot annos habuerat, euerti iuſſerãt, diem illis dixit ad populum. in quo iudiciu, cum primæ claſ/ſis centuriæ planẽ damnarent Claudium, cuius nomẽ & gẽs plebi ſemper inuiſa fuit, & reli/quæ Gracchum abſoluerent, Gracchus ſi grauius, inquit in collegam meum quicquam ſta/tueritis, ſcitote me cum illo uo/luntarium exilium ſubiturum. neque enim æquum eſt, ut qui in eadem cauſa fuit, non eodem quoque iure cẽſeatur quo dicto, populus utrunque abſoluit. ❡ Ex/aſperaſſent. Exacerbaſſent, irri/taſſent ❡ Perduellionis. Erat, ut diximus, lex horrẽdi carminis, & dicebatur perduellio, quod pertinaciter bellum retineret & erat quaſi capitale iudicium. ❡ Demoliri. Euertere. ❡ Remiſit dictionem cauſæ. Non coegit cauſam dicere, hoc eſt ſe defen/dere, ſed ab ea re liberauit.

ASCENSIVS.

CVm Tiberius Gracchus & C. Claudius exaſperaſ/ſent, ideſt irritaſſent in ſe maiorem partem ciuitatis, ob. ideſt propter cenſuram geſtam nimis ſeuere M. Pompilius tribu. pleb. dixit his ad Populum diem perduellionis, ideſt qua ſe purgarent de crimine perduel/lionis, cuius conuicti, ut hoſtes condemnabantur dixit inquã Pompilius illi diem, accenſus, ſcilicet præter communem cõ/ſternationem, ſcilicet totius populi, etiam ira priuata, ideſt ſibi propria, quia cenſores iuſſerant Rutilium neceſſarium eius ſ. Pompilii demoliri parietem, ſ. domus ſuæ de loco publico. in quo iudicio permultæ centuriæ primæ claſſis, ſcilicet ex quin/que, in quas po. Ro. diuiſus erat ſecundum rationem cenſus, damnabat aperte Claudium, & uniuerſæ. ſ. centuriæ uidebãn/tur conſentire de abſolutione Grac. ſcilicet Tiberii. qui iurauit clara uoce, ſi iudicatum eſſet grauius de collega ſuo, ſe ſubitu/rum cum illo in factis paribus, eandem pœnam exilii. & tota

OLIVERIVS.

MAgnam laudem. Cotta tribu. ple. creditoribus ſuum debitum repoſcẽ/tibus ſoluere recuſabat, quia tri/bu. ple. in ius cogi poſſe nega/ret. collegium tribunorum id præter æquitatem eſſe ducens, ut publica maieſtas tribunatus collegæ, priuatam perfidiam cõtegeret, Cottam ſatiſdare cre/ditam pecuniam coegerunt, nõ illi quicquam ualuit ſacro/ſancta poteſtas aduerſus iuſti/tiæ partes. ❡ Aliquo ſacrario. in aliquo templo, ubi tutus lateret unde extrahi non poſſet.

ASCENSIVS.

MAgnam &c. Ordo eſt Et, ideſt etiam illud col/legium tribunorum tu. magnam laudem, quod cum Lu. Cotta un⁹ ex eo ſ. collegio nol/let ſoluere. i. ſatisfacere creditori/bus ſuis fiducia ſacroſanctæ po/teſtatis. ſ. tribunitiæ, decreuit, ut ſi. ſ. Cotta neque ſolueret pecuni/am. ſ. debitam, neque daret. i. exhi/beret ſe ſup. illi, cum quo ſpon/ſio fieret ſup. ſe, hoc eſt ipſum collegium futurum auxilio cre/ditoribus appellantibus eum. ſ. collegam ſuum Cottam in ius. ratum. i. arbitratum ſ. collegiũ, iniquum ſup. eſſe maieſtatẽ pu/blicam. i. inuentam, ut populũ contra potẽtiam paucorum de/fendat, eſſe perfidiæ priuatæ ob/tentui. i. ad obtinendum, quod uellet. Itaque. i. & ita, iuſtitia tribu/nitia extraxit Cottã latentem in tribunatu, quaſi i aliquo ſacra/rio, extraxit dico eum inde.

THEOPHILVS.

❡ L. Cotta. Ianus Par. exiſti/mabat hunc à Lucio notari per hæc. xi. ſat. carmia. Cotta ſenex Craſſi pater huius parcere ma/gnus Tricho fuit nummos, ſol/uere nulli lẽtus. i. facilis ex inter/pretatione Nonii Marcel. Nam moroſus, & ad reddendum du/rus Tricho dicitur.

OLIVERIVS.

CVius ut ad alium. Cn. Domitius M. Scaurũ ac/cuſauit. hic Domitius fuit, qui quarto conſulatu Marii Ponti. Max. populi ſuffragio creatus eſt. Scaurum aũt accuſauit hac de cã. conſul cum Caſſio fuit, & cum eſſet trib. ple iratus Scau/ro, quod eum in augurum collegio non cooptauerat, diẽ ei dixit ad populum, & multã irrogauit, quod eius opera ſacra multa po. Ro. imminuta eſſe diceret. crimini ẽt dabat ſacra publica po. Ro. Deũ pœnatum, quæ Lauini fierẽt eius opera imperfecte fie/ri. eo igitur tẽpe, quo illũ accuſaret, ſeruus Scauri ad eũ uenerat, pro/mittẽs ſe dñi ſui multa crimina indicaturũ, quibus eũ facilius poſ/ſet opprimere. Domitius tñ ea ſui iuſtitia, ut nec illũ audire uo/luerit, & duitro ẽt uinctũ ad dñm remiſerit. ❡ Vt ſi for. duplici cã fecit, ut uel ſi fortuna faueret, eum cõdẽnaret, ſi minus ſua ſalute opes augeret. ❡ Incremẽtũ cla. quod auſus eſſet tñ uirũ ac/cuſare, augebat dignitatem, & opes ſuas. Erat enim exaggerat

Domi/tii æqui/tas erga Scaurũ

¶ De L. Craſſo.

NEc aliter ſe L. Craſſus in eodem iuſtitiæ experimento geſſit. Cn. Carbonis nomẽ infeſto animo, utpote inimiciſſimum ſibi detulerat, ſed tamen ſcrinium eius a ſeruo allatum ad ſe complura continens, quibus facile opprimi poſſet, vt erat ſignatum, cum ſeruo cathenato ad eum remiſit. Quo pacto igitur inter amicos viguiſſe tunc iuſtitiam credimus, cum inter accuſatores quoq;, & reos, tantum virium obtinuiſſe videamus?

¶ De L. Sylla.

IAm L. Sylla non ſe tam incolumẽ, quàm Sulpitium Ruffum perditũ voluit. tribunitio furore eius ſine vllo fine vexatus. Cæterum cum eum proſcriptum, & in villa latentem à ſeruo proditum comperiſſet, manumiſſum parricidam, vt fides edicti ſui extaret, præcipitari protinus e ſaxo Tarpeio, cum illo ſcelere parto Pileo iuſſit victor alioqui inſolens, hoc imperio iuſtiſſimus.

¶ Externa. De Pittaco Mitylenæo.

VErum ne alienigenæ iuſtitiæ obliti uideamur: Pittacus Mitylenæus, cuius aut meritis tãtum ciues debuerunt, aut moribus crediderunt, ut ſuis ſuffragiis tyrãnidem

rem Vale. ¶ Inimicus, & domi. Nam in eo quod dicit Domitius uim maximam ineſſe uoluit, nam magni ſpiritus fuit Domi. ergo non unumquenq; inimicum eſſe uoluit, ſed acerrimum inimicum ſignificat. ¶ Nefarium. ſeruus nefarius fuit, qui domini ſui ſecreta prodere uoluit. ¶ Pont. Max. quia quarto Martii conſulatu, Pont. Max. cum Caſſio creatus eſt.

ASCENSIVS.

CVius. ſ. collegii Tribunitii: (ut tranſgrediar ad aliũ æque illuſtrem. i. clarum). C. Domitius trib. pie. deuocauit i. iudicium populi. M. Scaurum principem ciuitatis, ut ſi fortuna aſpiraſſet ita, ut eũ conuincere poſſet, apprehenderet ruinam. ſ. Scauri, ſi minus. i. ſi non aſpiraſſet, apprehenderet. i. aſſequeretur, certe idest ſaltem obtrectatiõe uiri clariſſimi incrementum claritatis. i. nobilitatis. i. clarior, & nobilior fieret eo q; talem uirum auſus eẽt in ius uocare. Cuius. ſ. Scauri opprimendi, cum. ſ. C. Domitius flagraret. i. arderet ſummo ſtudio, ſeruus Scauri peruenit ad eum nocte, promittens ſe inſtructurum accuſationem. ſ. actiuam eius. ſ. Domitii, multis & uariis criminibus domini. ſ. ſui Scauri. In eodem pectore. ſ. Domitii, erat. i. obſeruabatur inimicus, & Domitius. i. ex una parte qua uidelicet Scaurus condẽnetur, uidebantur crimina ſerui admittenda, ſtabat Domitius, ut inimicus, & ut Domitius. i. non uulgaris inimicus ſed acerrimus. ex altera qua æquitas ſeruetur, uidebantur crimina reiicienda, & ſeruus improbus ad dominum mittendus, ſtabat dominus. ſ. Scaurus, hoc nomine contra ſeruum plurimum faciens, q; dominus eſſet. erat ergo Domitius, & dominus in eodem pectore perpendens, idest ponderans, & æſtimans diuerſa æſtimatione indicium nefarium. i. quod ſeruus nefarius facere uolebat, quia quãdo Domitius ad odium ſuum reſpiciebat, uolebat quauis uia Scauro nocere, quando uero animaduertebat, ſe nõ debere uti iniquitate ſerui in dominum, reiecit indicium eius. & ita tandem, iuſtitia uicit odium. Enim pro quia, Domitius iuſſit continuo eum. ſ. ſeruum duci ad Scaurum. ſ. dominum ſuũ auribus ſuis. ſ. Domitii, qui id iuſſerat obſeratis, idest clauſis, ne audiret delationem ſerui contra dominum, & ore iudicis clauſo, quia non poterat iudicare de criminibus, quæ accuſator in reum non intendebat. Accuſatorem. i. ò accuſatorem. ſ. Domitium, ne dicam. i. ut non dicam eum diligendum reo ſuo. ſ. Scauro, quia difficile eſt ob talem æquitatem inimicum diligere, certe, idest ſaltem laudandum. Quem. ſ. accuſatorem, hoc eſt Domitium populus fecit tum. i. pariter propter alias uirtutes ſupple, tum. i. pariter hoc nomine, idest hac ratione & hoc merito libentius, & conſulem, & cenſorem, & Pont. Max.

OLIVERIVS.

NEc aliter. Hoc exemplum ſimile eſt ſuperiori, nam L. Craſſus eum Cn. Carbonem accuſauerat, qui ut libro .iii. dictum eſt ca. vii. patrem etiam eiuſdem damnauerat. Sylla legatis à ſenatu miſſis reſponderat, ſe in ſenatus poteſtatem futurum, ſi ciues qui pulſi à ciuitate ad ſe confugerãt, reſtituerentur. quæ conditio cum ſenatui iuſta uideretur, per

Craſſi iuſtitia erga Carbonem. Carbonem, factionemq; eius, cui bellum utilius uidebatur effectum eſt, ne conueniret. Item Carbo cum ab Italiæ oppidis omnibus obſides exigere uellet, ut fidem eorum contra Syllã obligaret, conſenſu ſenatus prohibitus eſt. hic igitur L. Craſſus eum diem Carboni dixiſſet ad populum eadem iuſtitia, qua Domitius uſus eſt, ut ſeruum, qui ad eum cum ſcrinio uenerat, in quo tabellæ continebãtur, quibus Carbonem facile potuiſſet opprimere, uinctum cum ſcrinio ſignato ad Car. remiſerit. ¶ Quo pacto per interrogationem Val. oſtendit magnã uim habere iuſtitiam, & argumentũ facit à maiori ad minus.

ASCENSIVS.

NEc aliter &c. Ordo eſt. Nec L. Craſſus geſſit ſe aliter in eodem experimento iuſtitiæ, nam ipſe detulerat, idest de occulto crimine accuſauerat, nomẽ Cn. Carbonis, animo infeſto, idest inimico, & eum parant, & damnum inferre uolenti utpote inimiciſſimum ſibi, ſed tamen, idest nihilominus remiſit ad eum, ſcilicet Cn. Carbonem, ſcrinium idest arculam eius, ſcilicet Carbo. allatum ad ſe à ſeruo, ſcilicet Carbo continens complura, ſcilicet ſcripta, quibus, ſcilicet Carbo, poſſet comprimi in auditus, ſcilicet facile, remiſit dico ſcrinium illud ſignatum, ut erat, ſcilicet prius, cum ſeruo cathenato, idest cathenis uincto. Igitur quo pacto credimus, idest credere debemus iuſtitiam uiguiſſe tunc (bene tunc, quia multum refrixit ardor ille iuſtitiæ) inter amicos, quum uideamus, ſcilicet iuſtitiam obtinuiſſe tantum uirium, ſcilicet quantum iam oſtenſum quoq;, idest etiam inter accuſatores, & reos? quaſi dicat haud dubie maxime uiguiſſe credendum eſt.

OLIVERIVS.

IAm Lu. Sylla. nota eſt hiſtoria ſupra ſæpe notata, quomodo Sulpitius Ruffus tri. bu. pleb. legem promulgauerat ad populum, ut prouincia Ponti, quæ ante demandata fuerat Syllæ, qui conſul erat, Mario traderetur, unde orta ſunt inter eos bella ciuilia. ſed deuictis Marianis partibus, cum inter cæteros hic Sulpitius proſcriptus eſſet, & in uilla lateret, à quodam ſeruo ſuo proditus eſt, Sylla uero ſanctiſſima iuſtitia uſus eſt, ut ſeruum pro edicto ſuo primo libertate donaret, deinde illum tanquam parricidam è Tarpeio ſaxo præcipitari iuſſit, ſicq; cæteris ſtatuit exemplum, ne quid tale in dominos ſuos audeant. laudat ergo hanc iuſtitiam in Sylla Valeri. conſtat enim Syllam crudeliſſimum fuiſſe, in hoc uero iuſtiſſimus fuit. Tribunitio furore. Hic enim Sulpitius Tribu. ple. inauditæ ſuperbiæ, & temeritatis fuit, qui trecentos ſecum milites haberet quaſi Satellites, quos ut diximus, Antyſindicos appellabat, uidelicet contra Senatum. Parto pileo. parta libertate, nam raſo tantum capite pileum ſerui capere ſolebant, cum libertate donarentur.

ASCENSIVS.

IAm Lu. Sylla non uoluit, idest deſiderauit tam, idest tantopere ſe incolumen, quam, idest quantopere uoluit Sulpitium Ruffum perditum, ſupple eſſe uexatus furore Tribunitio eius, ſcilicet Ruffi, ſine ullo fine, idest modo, & ratione. cæterum cum comperiſſet eum proſcri. idest qui proſcriptus erat & latentem in uilla, ſcilicet ſua, proditum à ſeruo, iuſſit parricidam, idest domini, & quaſi patris ſui occiſorem, manumiſſum, idest donatum libertate, ut fides edicti ſui extaret, quia edixerat, quòd quicunque ſeruus proſcriptum indicaret, libertatem aſſequeretur, præcipitari protinus, idest ſtatim, ut erat manumiſſus cum pileo, parto ſcelere, ſcilicet proditionis, quia dum manumittebantur raſo capite accipiebant pileum ut alibi dictum eſt. exiſtens ſupple uictor inſolẽs, alioqui, idest in aliis factis ſuis, ſed ſupple iuſtiſſimus hoc imperio, quo ſeruũ præcipitari iuſſerat.

OLIVERIVS.

VErum ne alienigenæ iuſtitiæ &c. Quomodo Pittacus imperium adeptus fuerit diximus libro quarto capitu. primo de moderatione. Cum igitur paſſus eſſet ſe tyrãnum, idest regem creari à ciuibus ſuis, quòd opera ſua opus eſſe ciuitati uideret, nam certabant de Aquiletidis agri poſſeſſione, uel ut alii dicunt, de Sygæo promontorio,

rio, Athenienſes & Mitylenæi, poſtquam ductu & auſpicio ſuo Athe. uicti ſunt, ſicut ſuo loco diximus, tyrannidem depoſuit. præterea cum ex agro bello parto magno illi ſpacium traderent poſſidendum, utpote dimidiam eius partem, ille conſtanti animo recuſauit, quod exiſtimaret magnitudine prædæ, gloriam bello partam minui. ⸢Meritis. ut ſibi tyrannidē traderent, aut quod de repu. tā bene merebatur ut tyrannide dignus uideretur. ⸢Acclamantibus. contra clamantibus, & renuentibus ⸢Vltra quàm neceſſitas exigeret nam deuictis hoſtibus, & parta uictoria, cū operam patriæ ſuam minime neceſſaria uideret, imperiū depoſuit.

ASCENSIVS.

Verum ne uideamur oblitu iuſtitiæ a ienigenæ i externarum gētium, Pittacus Mitylenæus, cuius aut meritis ciues debuerunt tantū, quia eos ab Athe. iugo liberauerat, aut crediderunt tantum moribus, quia inter ſapiētes habitus eſt, & honeſte uixit, ut deferrent ſupple ei, ſuis ſuffragiis, ideſt propria ſponte, & fauore, tyrannidem. i. imperium urbis ſuæ, ſuſtinuit. i. ſibi tenuit tādiu illud imperium, quādiu bellū fuit gerendum, cum Athe de ſygæo, ideſt de poſſeſſione ſygæi. ſ. promōtorii. autem i. ſed, poſtquam pax eſt parta. ſ. Mitylenæis, uictoria. i. per uictoriā habitantem contra Athen. ipſe continuo depoſuit. ſ. tyrannidem, aut imperium, Mitylenæis reclamantibus, ideſt clamore, ſe id nolle atteſtantibus, ne permaneret dominus ciuium, ultra quàm neceſſitas reip. exegerat. atq; etiam cum dimidia pars agri recuperati. ſ. ab Athe. in ſygæo, offerretur ſup. ei, conſenſu omnium, ſcilicet Mitylenæorum, ipſe Pittacus auertit animum ab eo munere. iudicans deforme ſup. eſſe, diminuere gloriam uirtutis, magnitudine prædæ.

theum clam incendi poſſe dixit. quo facto frangi Lacedæm. opus neceſſe eſſet, quod Ariſtides cum audiuiſſet, in concionem magna expectatione uenit, dixitq; perutile eſſe conſiliū, quod Them. afferret, ſed minime honeſtum. itaq; Athe. quod honeſtum non eſſet, id ne utile quidem putarunt, totamq; eā rem, quam ne audierant quidem, authore Ariſtide repudiarunt. ⸢Alterius. ſcilicet Themiſtoclis, qui utile cōſilium inuenit. ⸢Alterius, Ariſtidis, qui faciendum eſſe negauit. ⸢Maius. quātum ad utilitatem. ⸢Potentius. quantum ad imperiū. ⸢Deducere. proprie eſt in mare ducere. ⸢Subducere. in portum trahere.

deferrent: tandiu illud imperium ſuſtinuit, quandiu bellum de Sygæo, cum Athenienſibus gerendum fuit. poſtquam autem pax victoria parta eſt, continuo reclamantibus Mitylenæis depoſuit: ne dominus ciuium ultra, quàm reipubli. neceſſitas exegerat, permaneret. atq; etiam cum recuperati agri dimidia pars conſenſu omnium offerretur: auertit animum ab eo munere. deforme iudicās uirtutis gloriam, magnitudine prædæ minuere.

⸿De Ariſtide Athenienſi.

Alterius nunc mihi prudentia referenda eſt, vt alterius repræſentari iuſtitia poſſit. Cum ſaluberrimo conſilio Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem coegiſſet, Xerxeq; rege, & copiis eius, græcia pulſis, ruinas patriæ in priſtinum habitum reformaret, & opes clandeſtinis molitionibus ad principatum Græciæ capeſſendum nutriret: in concione dixit, habere ſe rem deliberatione ſua prouiſam, quam ſi fortuna ad effectū perduci paſſa eſſet, nihil maius, aut potentius Athenienſi pepulo futurum. ſed eam vulgari nō oportere: poſtulauitq; vt aliquis ſibi, cui illam tacite exponeret, daretur. datus eſt Ariſtides. Is poſtquam cognouit ſe claſſem illam Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gytheum ſubducta erat, velle incendere, vt ea conſumpta, dominatio maris ipſis cederet, proceſſit ad ciues, & ipſis retulit, Themiſtoclem ut vtile conſilium, ita minime iuſtum animo voluere. eueſtigio vniuerſa concio quod æquum non videretur, nec expedire quidem proclamauit. ac protinus Themiſtoclem incœpto iuſſit deſiſtere.

ASCENSIVS.

Alterius. Ordo eſt. Prudentia alterius. ſ. uiri, utpote Themiſtoclis eſt referenda. i. recenſenda mihi. i. à me, ut iuſtitia alterius ſ. uiri, utpote Ariſtidis, & totius populi Athe. poſſit repræſentari. ſ. oculis legentium, aut auribus audientium iſta. Cum Themiſtocles dux Athe. coegiſſet cōſilio ſaluberrimo Athenien migrare, ideſt derelicta urbe in naues quaſi habitatione traſferre, & Xerxe Rege, & copiis eius pulſis græcia, ideſt poſtquam Xerxem cum copiis eius pepuliſſet è Græcia, reformaret ruinas patriæ, ſcilicet urbis Atheniē. per Xerxem deſtructæ, & quaſi ſolo æquatæ, in habitum priſtinum, ideſt formam, & ſtatum priorem, & nutriret opes, ideſt facultates, molitionibus, ideſt conatibus clandeſtinis, ideſt occultis, ad principatum græciæ capeſſendum, ideſt inuadendum, dixit in concione, ideſt in oratione ad populum ſe habere rem prouiſam, ideſt excogitatam, ſua deliberatione, ideſt meditatione animi, quam ſcilicet rem, ſi fortuna paſſa eſſet perduci ad effectum, nihil ſupple eſſet, aut dixit, nihil eſt futurum maius, aut potentius populo Athenienſi. ſed ſupple dixit non oportere, ideſt nōn conducere eā, ſcilicet rem uulgari, ideſt uulgo indicari, & poſtulauit, ut aliquis daretur ſibi, cui exponeret illam, ſcilicet rem, tacite, ideſt in ſecreto, hoc eſt occulte, non tamen tacendo, unde mire dixit tacite exponeret. Ariſtides, uir ille Athenien. prudens, & iuſtus, datus eſt Themiſtocli, ut ei conſilium ſuum communicaret. Is ſcilicet Ariſtides poſtquam cognouit ſupple Themiſtoclem, uelle incendere claſſem illam, ſcilicet nobilem Lacedæmoniorum, quæ tota erat ſubducta, ideſt in littus tracta apud gytheum, ſcilicet portum, ut ea, ſcilicet claſſe conſumpta, dominatio maris cederet ipſis, ſcilicet Athenien proceſſit ad ciues, & retulit Themiſtoclem uoluere animo conſilium ut utile, ita minime iuſtum, & ita reuera non erat utile, quia inhoneſtum uidebatur. tamen quia imperium fuiſſet aucturum uniuerſa concio proclamauit è ueſtigio, ideſt prius quam Ariſtides, aut ipſi ueſtigium mutarent, id quod non uideretur æquum, ideſt iuſtum, nec quidem: ideſt non etiam expedire, ideſt utile eſſe, ac protinus iuſſit Themiſtoclem deſiſtere ab incœpto. unde non minus iuſtus fuit totus populus, quàm Ariſtides.

OLIVERIVS.

Alterius nunc mihi. de iuſtitia dicit Ariſtidis, quam ſupra tetigimus, q; poſtquam Xerſes è græcia pulſus eſt conſilio & ductu Themiſtoclis, mœnia quoq; urbis Athe tandem reſtituta ſunt, quæ ſolo fuerant adæquata. Themi. illuc toto animo intentus erat, ut totius græciæ imperium Athe. recuperarent, conuocata igitur concione dixit ſe habere conſilium reip. ſaluberrimum, imperioq; Athe. utiliſſimum, ſed illud ad exitum non deduci niſi occultetur. Athen. reſponderunt, ut in conſilium, Ariſtidem admitteret, qui ſi probaret, exequeretur, tantum apud Athe. Ariſtidis ualebat authoritas. qui cognito Themiſtoclis conſilio in concionem prodiit, & cōſilium Themiſtoclis utile quidem eſſe dixit, ſed minime honeſtum, erat autem, ut Lacedæmoniorum claſſem incenderēt, quæ erat in portu Gytheo. Athen. ubi turpe Themiſtoclis eſſe conſilium uiderunt ſucclamarunt omnes non eſſe admittendum. tantum iuſtitiæ, & honeſtatis monumentum fuit apud populum illum, ut qḋ utiliſſimum uideretur, tamen quia inhoneſtum, reſpueretur. neq; enim dubium erat, quin Lacedæmoniis claſſe priuatis, tutius græciæ imperium Athe. facile occupaſſent. Cic. offi. io. lib. iii. Themiſt. inquit poſt uictoria eius belli, quod cum Perſis fuit, dixit in concione ſe habere conſilium reip. ſalutare, ſed id ſcire non opus eſſe. poſtulauitq; ut aliquem populus daret, qui cum communicaret. datus eſt Ariſtides. huic, ille claſſem Lacedæmoni. quæ ſubducta eſſet ad Gy

Athen. qḋ honeſtū non eſſet id nec utile putarūt.

THEOPHILVS.

Gytheum ſubducta erat. Gytheum maritimum oppidū naualeq; Lacedæmoniorum. de quo Lycophron. Cic. Pauſan. & Stephanus.

Zaleucus filio non pepercit.

OLIVERIVS.

NIhil illis etiam. Zaleucus Locrenſium princeps fuit, & legũlator, ſicut Solõ Athe. Licurgus Lacedæ. hic igitur leges compoſuit, quibus Locrenſes temp. amplã diuturnamq́ habuere. ſed inter cæteras, & illam tulit contra adulteros, ut qui in adulterio deprehenſus eſſet, is utroq́ priuaretur oculo. forte accidit ut ei filius in hoc crimine deprehenderetur, nam cum quadam matrefamilias adulterium cõmiſerat, & cum ciuitas filium liberare uellet honoris gratia, pater nunquam adduci potuit, ut filio pœnam remitteret. tandem inſtantibus ciuibus, ut abſolueretur, quandoquidem, inquit ita uultis, faciam, ut altero mihi, altero illi eruto oculo lex impleatur. quod etiam factum ẽ, quæ profecto magna iuſtitia fuit. ℾ Eruto. euulſo. ℾ Inter miſericordem. ne omnino crudelis eſſet in filium.

OLIVERIVS.

SEd aliquanto. hic Charondas ciuitatẽ Tyrum, cuius princeps erat, cum aſſiduis ſeditionibus laborare uideret, ut ſæpiſſime in foro certaretur ad ſanguinem, legẽ tulit, ne quis cum ferro in concionem prodiret, q̃ ſiquis feciſſet capitis pœna dãnaretur. forte accidit, ut hic in agros proficiſcẽs cinctus gladio eſſet, & cum inde domum rediret ſubito, indicta concione cum ferro deſcenderet in concionem, non ſtudioſe, ſed oblitus ſe cum telo eſſe. cum igitur à proximo eſſet admonitus ſeipſum interfecit, ne quid contra legem per ſe factũ eſſe uideretur, ſed ex omni parte iuſtitia ſeruaret. ℾ Præfractior. aſperior. ℾ Abſciſſior. ſeuerior, uel breuior ἀπότομος dicunt græci abſciſum dicatur, q̃d repente fit ſine ullo reſpectu. ℾ Conciones. Quia ſpe concionibus irrita, plebs uſq́ ad ſanguinem certabat.

ℭ De Zaleuco Locrenſi.

NIhil illis etiam iuſtitiæ exẽplis fortius. Zaleucus urbe Locrẽſium à ſaluberrimis, atq́ utiliſſimis legibus munita, cũ filius eius adulterii crimine damnatus, ſecundum ius ab ipſo conſtitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris neceſſitatem pœnæ adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnauit. ad ultimum precibus populi euictus, ſuo prius, deinde filii oculo eruto, uſum utriq́ uidendi reliquit. Ita debitum ſupplicii modũ legi reddidit. æquitatis admirabili temperamẽto, ſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem partitus.

ℭ De Charonda Tyrio.

SEd aliquãto Charondæ Tyrii præfractior, & abſciſſior iuſtitia. ad uim, & cruorẽ uſq́ ſeditioſas conciones ciuium pacauerat lege cauendo, ut ſiquis eas cũ ferro intraſſet, continuo interficeretur. interiecto deinde tempore ex longinquo rure gladio accinctus, domum repetẽs, ſubito indicta concione, ſicut erat, in eam proceſſit: ab eoq́, qui proxime conſtiterat, ſolutæ à ſe legis ſuæ monitus. Idem ego illam, inquit, ſanciã. ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit. cumq́ liceret culpam uel diſſimulare, uel errore defendere pœnamẽ, tam repræſentare maluit, ne qua fraus iuſtitiæ fieret.

ℭ De Fide Publica. Cap. VI.

HVius imagine ante oculos poſita, uenerabile fidei numen dexteram ſuam, certiſſimum ſalutis humanæ pignus oſtendat: quam ſemper in noſtra ciuitate uiguiſſe, & omnes gentes ſenſerũt, & nos paucis exemplis recognoſcamus.

ASCENSIVS.

ZAleucus. is Locrenſis ex Thurio fuit (ut eſt apud Suidam) Pitagoricæ familiæ philoſophus, & legũlator, qui pro patria pugnãs interiit. initio ſeruus ac paſtor, ubi liberaliter inſtitutus cũ ciuibus ſuis leges dedit. in q̃bus, & hoc ſanxit, ut in publicum mulieribus egredi liceret, ingenuæ quidem cũ una ancilla in alba ueſte, cæteris autem in florida, ac uerſicolori. Charondæ Tyrii. Ariſtõ politicorum. ii. Legũlatores, inquit extiterunt Zaleucus Locris, Epizephiriis. & Charõdas Catanẽſis eius ciuibus, aliiſque chalcidici generis urbibus circa Italiam Siciliamque. Stephanus ẽt, qui gẽtibus apud græcos ſcripſit. Ex catana fuit Charondas, inquit, unus ex iis, qui reges Athenis condiderũt, ut mirum ſit, unde Val. eũ uocet Thurium, niſi memoriola lapſum dicamus, ut quæ Zaleuci primo fuit. eam Charondæ tribuerit. aut Thurius uerbũ librarius ex ſuperiore capite tranſpoſuit huc incõmode. Nam Vale. ita ſcriptum relinquere potuit. Zaleucus Thurius urbe Locrenſium. Suidas enim de Zaleuco. Locrenſis inquit ex Thurio fuit. aut certe de Charõdæ patria non conuenit inter authores, & aliquis Thurium fuiſſe ſcripſit id, quod alicubi Parrhaſius legiſſe non meminit. Hermippus de Legũlatoribus lib. vii. refert, apud Athenas Charondæ leges ad menſem cauſi ſolitas. ℾ Nihil etiã fortius ſup. eſt illis. ſ. ſequentibus exemplis iuſtitiæ. Seleucus, uel (ut alii ſcripſerunt) Zaleucus (ſed idem de eodem li. i. de ſimulata religione, quod caput nuper inuentum eſt. Sele. ſcripſerunt) urbe Locren. in græcia (ut opinor) potius q̃ in Brutiis (nam ſunt locri ozole apud Epicmenios, & opunoos, in græcia, & etiam in Brutiis Italiæ) munita à ſe. i. cũ ipſam muniuiſſet, ſaluberrimis atq́ iuſtiſſimis legibus, cum filius eius dãnatus crimine adulterii, deberet carere utroq́ oculo ſecundum ius conſtitutum ab ipſo ſ. Seleu. ac tota ciuitas remitteret adoleſcentulo neceſſitatem pœnæ in honorẽ patris, ipſe ſup. repugnauit. i. reſtitit uotis populi aliquãdiu. ad ultimũ euictus precibus populi precãtis, ne ſ. filium excecaret, ſuo. ſ. patris oculo eruto prius, deinde oculo filii eruto, reliquit utriq́. i. & ſibi, & filio uſum uidendi, & ſup. ita reddidit legi modum. i. metrum & menſuram ſupplicii debitum, quia præfinitum, partitus admirabili temperamẽto æquitatis ſe inter p̃rem miſericordẽ, & legiſlatorẽ iuſtũ.

ASCENSIVS.

SEd iuſtitia Charõdæ ſ. principis Tyrii. i. Tyri urbis in phœnicia, ſup. fuit præfractior. i. aſperior, & rigidior, q̃a res rigida prius frangitur q̃ flectitur, & abſciſſior. i. breuior, & quaſi minus deliberato animo facta (nam qui aliquid ſubito diſſoluere uolunt, abſcindunt illud, ut retiacula nauis & ueſtiũ futuras, unde Cato potius diſſuendam, q̃ abſcindendam cenſuit nõ æquam amicitiam, quæ exempla adduco, ut uim metaphoræ, minus periti intelligãt) is ſup aut qui Charondas, pacauerat conciones ciuium ſeditioſas uſq́ ad uim, & ad cruorem, cauendo lege, ut ſiquis intraſſet eas. ſ. conciones, cum ferro. i. armis ſaltem inuaſiuis, interficeretur continuo. deinde tẽpore interiecto, repetens domũ ex longinquo rure accinctus gladio concione. i. conuocatione populi idicta, ſubito proceſſit in eam, ſicut erat. ſ. accinctus gladio. & monitus ab eo qui proxime conſtiterat legis ſuæ ſolutæ à ſe. i. q̃ legem ſuam ſoluiſſet, inquit, ego idem ſanciã. i. ſanguine meo firmam, & ſanctam efficiam, illam. ſ. legem, ac incubuit protinus ferro, quod habebat. i. gladio ſuo. cumq́ liceret ſup. ei, uel diſſimulare culpam. i. negando ſe culpam admiſiſſe, quia lator legis non uidetur ſub lege teneri, uel defendere. i. purgare errore. i. propter errorem ſuum, quia non dedita opera è domo accinctus gladio proceſſerat, ſed rure ut accinctus erat in concionem uenerat, maluit tamen repreſentare. i. exhibere populo, & perſoluere pœnam. ſ. tranſgreſſionis, ne qua fraus fieret iuſtitiæ.

OLIVERIVS.

HVius imagine. tranſiturus ad capitulum ſequens. Val. ne hoc abrupte facere uideatur, quaſi præfatur, dicit enim iuſtitiam fidei dexteram porrigere, ut ſit i ſuccurrat, & recte. nam ut, inquit Tullius, fides eſt totius iuſtitiæ fundamentum. ℾ Humanæ ſalutis. Quia ſine fide, humana generis ſocietas ſtare non poſſet.

ASCENSIVS.

HVius imagine ante oculos poſita. præfatio eſt in exempla fidei publicæ. Ordo autem eſt. Imagine huius. ſcilicet iam dictæ uirtutis, utpote iuſtitiæ, poſita ante oculos, ſcilicet legentium, aut contemplantium, uenerabile numen fidei oſtentat dexteram ſuam. i. ſibi dicata, appoſito-

rie

rie certiſſimum pignus ſalutis humanæ. ideo autem oſtentat, quia ſecundum Cice. libro primo officio. fides eſt fundamentum iuſtitiæ, & ideo ubi iuſtitia, illic etiam fides eſt, quam ſ. fidem, & .i. ſimul omnes gentes ſenſerunt, & nos recognoſcamus .i. atteſtemur paucis exemplis, uiguiſſe, ideſt q̃ ipſa uiguerit ſemper in ciuitate noſtra, hoc eſt Roma.

Romanis pacem deſideraret, non audebat ſe conſulum fidei committere, ueritus ne qua Scip ante deceperant, eadem & ipſe caperetur. Sed Hanno alter eorum dux meliori de fide Ro. opinione ductus proceſſit audacius, & cum conſulibus de pace agere cepit. tunc unus ex Tri. mil. dixit, non aliam illi fidem eſſe ſeruandam, quam illi Cor. ſeruauerãt. cui conſules indicto ſilentio Hannonẽ ſecurum eẽ iuſſerunt. mira profecto fides, & ol laude prædicar da. Abbreuiator Li. de hoc Sci. ſic breuiter tradit. Cn. Cor, conſul à claſſe punica circũuentus, & p fraudem ueluti in colloquium euocatus, captus eſt. Corn Aſi. hic eſt, qui claſſe punica merſa, clariſſimum inde triumphũ egit. Cor Aſi. quare dictus ſit Cor. Aſina. Macro. ſat. li. i. facile declarat. dicit n. Aſinæ cognomẽtum Corneliis datum eſt, quia princeps Corne. gentis empto fundo, ſeu filia data marito, cũ ſponſores ab eo ſolẽniter poſcerentur, Aſinam cum pecuniæ onere produxit in forum, quaſi pro ſpõſoribus pñs pignus. ❡ Fractis u. ctis. ❡ Claros il. ac ſi diceret uictoria quidẽ eo. imperatores claros reddiderat, fides uero multo clariores.

❡ De Senatu. P. Q. R.

CVm Ptolemæus Rex, tutorem populum Ro. filio reliquiſſet: Senatus. M. Aemilium Lepidum Ponti. Maxi. bis COS. ad pueri tutelã gerendam Alexandriam miſit: ampliſſimiq;, & integerrimi viri ſanctitatem reip. vſibus, & ſacris comparatam, externæ procurationi vacare voluit: ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita exiſtimaretur. cuius beneficio regia incunabula conſeruata pariter, ac decorata, incertum Ptolemæũ reddiderunt patris ne fortuna magis, an tutoris maieſtate gloriari deberet.

❡ De Ciuitate Romana.

SPecioſa quoq; illa Romana fides, ingẽti pœnorum claſſe circa Siciliam deducta, duces eius fractis animis, cõſilia petendæ pacis agitabant. Quorum dux Amilcar ire ſe ad conſules negabat audere, ne eodem modo cathenæ ſibi iniicerentur, quo ab ipſis Cornelio Aſinæ cõſuli fuerant iniectæ. Hanno autem certior Romani animi æſtimator, nihil tale timendum ratus: maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit. apud quos cum de belli fine ageret, & Tribunus milit. ei dixiſſet, poſſe illi merito euenire, qđ Cornelio accidiſſet, vterq; COS. tribuno tacere iuſſo, iſto te, inquit, metu Hãno fides ciuitatis noſtræ liberat. claros illos fecerat tantum hoſtium ducẽ vicere potuiſſe, ſed multo clariores fecit noluiſſe.

❡ De eodem Senatu.

ADuerſus eoſdem hoſtes parem fidem in iure legationis tuendo Patres CON. exhibuere. M. enim Aemilio Lepido. L. Flaminio COSS. L. Minutiũ, & L. Manilium Carthaginiẽſium legatis, quia manus his intulerant, per feciales reddendos curauerũt. Sed tunc Senatus ſe, non eos, quibus hoc præſtabatur, aſpexit.

OLIVERIVS.

CVm Ptole. de fide pub. P. R. loquitur erga Ptolemæũ regem Aegypti, nam Aegypti reges oẽs Ptole. ſunt appellati. Ptole. moriẽs filium in tutela. P. R. reliquit, qđ poſtq̃ ad eorũ aures peruenit, ne fides aliqua ex parte deeſſet, Sena. miſit Alexãdriam Q. Aemilium Lepidum principẽ ciuitatis, & eundem optimum uirum, qui tunc Ponti. Maxi. qui bis antea conſul, qui princeps ſenatus quiquies fuerat; qui tutor Pu. eſſet. & maluit ſenatus, ut reſp. tãto uiro careret, q̃q̃ eo plurimum idigeret, q̃ pu. fides deeſſet, tãtum ualuit apud Po. ſanctiſſima fides, ut maluerit hoiem, in quo animo ſanctitatis exempla conſpici poſſent, alienam q̃ ſuæ reſp. curam, adminiſtrationemq; ſuſcipere. Iuſti. qui de hac tutela mentionẽ lib. xxx facit, non à rege tutorẽ relictũ Po. fuiſſe dicit, ſed poſt Regis mortem ab Alexandrinis Ro. miſſos fuiſſe lega. qui orarent P. R. ut tutelam pupilli ſuſciperent, regnumq; tuerentur

Roma norũ fides in Ptole.

Aegy. qđ iam Phi. & Anthio. facta inter ſe pactione, diuiſiſſe dicebantur. gratam legationem fuiſſe Ro. cãm belli quærentibus aduerſus Phi. qui inſidiatus tpibus pu. bel. fuerat. miſſos igitur fuiſſe legatos dicit, q̃ nunciarẽt Anthioco, atq; Phi. ut à regno Aegypti abſtinerẽt, miſſum & Mar. Aemi. le. in Aegyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli adminiſtraret, qui profectus, bello deinde qđ aduerſus Anthio. duce Scip geſtum eſt, magnum ad uictoriã momentum dediſſe fertur. ❡ Comparatam quia reip utilitatibus inſeruiebat. ❡ Et ſacris. quia Pont. Max. ſacra publica faciebat. ❡ Cuius beneficio. non minorem ſplendorem & gloriam ab hac tutela Ptole. accepit, q̃ à genere paterno.

ASCENSIVS.

CVm Ptol. ſ. rex Aegypti reliquiſſet Po. Ro. tutorem filio ſuo, ſenatus. ſ. Ro. miſit. M. Aemilium lep. Põt. Maxi. & bis conſulem, Alexandriam. i. in eam urbem Aegypti, ubi regia erat, ad gerendam tutelam pueri. & uoluit ſanctitatem uiri ampliſſimi, & integerrimi comparatam. i. acquiſitam uſibus reip. & ſacris, quia etiam Pontifex magnus erat, uacare. i. operam plenam dare, & intentũ eſſe procurationi externæ ne fides ciuitatis noſtræ hoc eſt Ro uideretur petita fruſtra. ſ. à Pto. patre. Cuius ſ. M. Aemilii beneficio cunabula regia. i. primordia uitæ regis, & filiũ regis, conſeruata pariter, ac decorata, reddiderũt Ptol ſ. filiũ incertũ ne. i. an deberet gloriari magis fortũa. i. regno pñs, an in maieſtate tutoris. ſ. Aemilii.

ASCENSIVS.

SPecioſa &c. illa. ſ. ſequens fides Ro. i. Romanæ ciuitatis eſt ſup. quoq; i. etiã ſpecioſa. Ingenti. i. ualde magna claſſe pœnorum. i. Carthaginen. deducta circa Siciliam, duces eius. ſ. claſſis animis fractis. i. habẽtes animos fractos, & deſperantes de uictoria, agitabant conſilia pacis petendæ. Quorum. ſ. pœnorũ Amilcar dux i. princeps. negabat ſe audere ire ad conſules. ſ. Ro ne cathenæ iniicerentur ſibi eodem modo, quo fuerãt iniectæ Corne. Aſi. conſuli. ſ. Romano, ab ipſis, ſ. pœnis Hãno autem certior æſtimator. i. cenſor animi Ro. ratus nihil tale timendum, tetendit ad colloquium eorum ſ. conſulum Ro. cum maxima fiducia. apud quos. ſ. conſules, cum ageret de fine belli i. de bello finiendo, & Trib. mili. dixiſſet ei. id ſup. quod accidiſſet Cornelio. ſ. Aſinæ, poſſe euenire merito illi. ſ. Hannoni, hoc eſt, ut in uincula coniiceretur, uterq; cõſul tribuno iuſſo tacere. i. poſt q̃ iuſſerat tribunum tacere, inquit, ò Hanno fides ciuitatis noſtræ liberat. i ſoluit te iſto metu. ſ. quo timebat in uincula coniici, ob dictum tribuni militum, nam prius non timere dictus eſt. Potuiſſe uincere, quia in pñte ſua habebant, tantum ducẽ hoſtium, uidelicet Hanonem, fecerat illos. ſ. cõſules claros, ſed noluiſſe uincere, aut uincire eum, fecit illos multo clariores.

OLIVERIVS.

Scipio fraude captus.

SPecioſa quoq;. cum primo pu. bel. Cor. Scip. Aſina præfectus claſſis, in Sicilia foret, ad colloquium à Cart. uocatus eſt, qui data fide confidenter proceſſit. illi uero ſimulato colloquio milites paratos habuere, qui deprehenſum Scip. in cathenis ducerent poſt aliquod tempus eodem bello, cum in anguſtias deductus eſſet Amilcar pœnorum dux, & cum

THEOPHILVS.

VIncere Ianus Parrhaſius arbitrabatur à Valerio ſcriptum uincire. Nam uoluiſſe uincere Ro. abſurdũ foret intelligere. legas igitur uincire. i. Cathenas iniicere.

OLIVERIVS.

ADuerſus eoſdem ho. pa. M. Aemilii lep. legati Cartha. Romam uenerant pacem à ſenatu, populoq; petentes. forte ita accidit, ut altercatio, orta eſſet inter legatos & L. Minutium, ac. C. Manlium, & eouſq; proceſſit eorum contentio, ut Minutius & Manlius legatos pulſarent. nam illi pacem petebant, hi dandam eſſe negabant: quippe fœdifragis. quod ubi cognouit Senatus eos legatis dandos eſſe cenſuit darique fecit. ❡ Iure legationis. ut legati tuti ſint, & inuiolati ſecundum ius gentium. ❡ Manus his attuler

Cartha. legati pulſati.

rant.pulſauerant. Non eos q.d ſenatus,nō reſpexit quid me rerentur Carthaginienſes, qui toties fœdera frangerent, ſed ius gentium eſſe ſeruandum,fidemq́ publicam.

ASCENSIVS.

ADuerſus &c. Patres conſcripti,exhibuere parem fidem in iure legationis tuendo.i.protegendo,aduerſus eoſdem hoſtes, uidelicet pœnos,aut Carthaginē.Enim, ideſt quia Marco Aemilio Lepido,& Lucio Flaminio conſulibus,ideſt quo tempore iieērāt conſules,ipſi patres conſcripti curauerūt Lucium Minutium, & Lucium Manilium reddendos,ideſt dandos, ut re uacet, aut potius legatur dedendos.i. in poteſtatem dādos,per feciales,ſcilicet ſacerdotes,qui fœderibus feriendis, & bellis legitime indicendis præerāt, legatis Carthaginienſium, quia ipſi intulerant his, ſcilicet legatis manus, ideſt eos uiolenter pulſauerant. Sed ſenatus aſpexit tūc ſe,ideſt quid ſe deceret, aut fidē ſuam,non eos, uidelicet fœdifragos pœnos,quib⁹ hoc præſtabatur,quia indigni erāt, quibus tanta fides ſeruaretur.

OLIVERIVS.

HVius exēplum. hoc fuit ſecundo bel. puni. cum ſuperior Africanus fatalis dux, utranq́ ſubegiſſet Hiſpaniam, cœpit Carthaginienſium nauem clariſſimorum hominum plenam.illi ne in captiuitatem uenirent,legatos publice miſſos ad imperatorem Roma.ſe eſſe ſimularunt, quam fidem illis Africanus præſtitit, ut omnes incolumes, & inuiolati redirēt ad ſuos.maluit imperator Ro.ſuam fidem fraude petitam,q̄ fruſtra implōratam.

ASCENSIVS.

HVius &cæ.ſic melius q̄ cuius,nam deeo, quod in manibus habent, loquitur fere per pronomen hic. Ordo autem eſt. Africanus.ſ.Scipio, ſuperior.i. maior ſecutus exemplum huius.ſ.dicti facti ſenatus, cum redigiſſet in ſuam poteſtatem,nauem onuſtam,ideſt honorifice onuſtam, multis & illuſtribus uiris Cartha.dimiſit ſup.eam iuiolatam,quia dicebant ſe miſſos legatos ad eum,tametſi manifeſtum erat,illos amplecti falſum nomen legationis gratia periculi præſentis,ſcilicet tunc uitandi,ut fides imperatoris Rom.iudicaretur potius decepta per fraudem punicam quam implorata fruſtra, ideſt in uanum.

OLIVERIVS.

RE præſentemus.hoc exemplum par eſt ſuperiori, nam hi Romani duo,q̄ legatos Apolloniatum,orta inter eos rixa pulſaſſent,dediti ſunt eis,& miſſus eſt quæſtor eum auxilio,ne cognati uim aliquam inferrent, Repræſen-
Apol- temus.in medium proferamus. Apollonia. facit ſuum gen-
lonia tile hic & hæc Apolloniaus,unde aduerbiator, cum legatos
Apol- Apolloniatum dixit ad ſenatum miſſos quidam iuuenes pul-
loniatis ſaſſent,dediti Apolloniatibus ſunt.ſed quidam dicunt, q̄ latine facit Apollonianus na.nū. A cognatis. ſi forte cognati eorum uoluiſſent è manibus legatorum eripere. Illam cu.ſi quis curiam diligentius conſideret,non potius fidei templum dicet,quàm mortalium refugium.

ASCENSIVS.

REpræſentemus,etiam illud opus, ſcilicet factum, aut exemplum ſenatus nullo modo prætermittēdum.Q.,

De Superiore Africano.

HVius exemplum Superior Africanus ſecutus,cum onuſtam multis, & illuſtrib⁹ Carthaginienſium viris nauem in ſuam poteſtatem redegiſſet, inuiolatam dimiſit:quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant. tam etſi manifeſtum erat,illos vitandi præſentis pericu li gratia falſum legationis nomen amplecti:ut Romani imperatoris potius decepta fides,quàm fruſtra implorata iudicaretur:

De Senatu Po.Q.Ro.

REpræſentemus etiam illud ſenatus nullo modo prætermittendum opus. legatos ab vrbe Apollonia Romam miſſos Q.Fabius.Cn. Apronius ædiles, orta contentione pulſauerunt.quod vbi comperit, cōtinuo eos per feciales legatis dedidit: quæſtorēq́ cum his Brunduſium ire iuſſit,ne quam in itinere à cognatis deditorum iniuriam acciperent. illam curiam mortalium quis concilium, an non tēplū fidei dixerit? quam ut ciuitas noſtra ſemper benignam præſtitit,ita etiam in ſociorum quoq́ animis conſtantem recognouit.

Externa.

POſt duorum in Hiſpania Scipionum, totidemq́ Romani ſanguinis exercituum miſerabilem ſtragem. Sanguntini uictricibus Hanibalis armis intra mœnia urbis ſuæ cōpulſi cum uim punicam ulterius nequirent arcere: collatis in forum, quæ unicuiq́ erant cariſſima:atq́ undiq́ circundatis,accenſiſq́ ignis nutrimentis,ne à ſocietate noſtra deficerent, publico, & cōmuni rogo ſemetipſos ſuperiecerunt. crediderim tunc ipſam fidem humana negocia ſpeculantem, mœſtum geſſiſſe uultum: perſeuerantiſſimum ſui cultum, Iniquæ fortunæ iudicio, tam accerbo exitu damnatum cernentem.

Fabius, & Cneus Opronius,ſeu ut alii textus habent Sempronius,ædiles,pulſauerunt legatos miſſos Romam ab urbe Apollonia,quæ eſt,aut in ponto,aut in Epiro,aut in Creta, aut in Syria,aut Thracia,in omnibus enim illis regionibus reperitur eo nomine urbs.ſed putem de pontica urbe loqui. contentione orta,ſcilicet inter ædiles & legatos.quod ſ. factum ædilium, ubi.ſ.Senatus comperit, dedidit,ideſt in poteſtatem dedit continuo eos legatos per feciales,ideſt fœderum,ut dixiſe riendorum,& bellorum legitime indicendorum officiales, & iuſſit quæſtorem.ſ.urbis Romæ,ire cum his.ſ. legatis Brunduſium, ideſt in illud uſq́ oppidum littorale, ne.ſ.legati acciperent, quam, ideſt aliquam iniuriam in itinere à cognatis deditorum. Dixerit, ideſt nunquid dixerit.ſ.merito:quis ideſt aliquis illam.ſ tam fidam curiam,ſ.Romanam,concilium.i. Cœtum mortalium,an nō dixerit ſupple potius templum fidei? q.d. multo iuſtius templū fidei. Quam ſup.fidem,ut ideſt quēadmodum ciuitas noſtra, ideſt Romana,præſtitit ſemper benignam, ita recognouit eā conſtantem quoq́, ideſt etiam in animis ſociorum, utpote Saguntinorum, & petilinorum, de quibus ſequentia ſunt exempla,atq́ hoc dicto paraſceuem fecit.

OLIVERIVS.

POſt duorum. Nunc ad externa tranſit exempla, & primo de Saguntinis, qui in fide Ro.pertinaciter conſtiterunt. Saguntum oppidum eſt opulētiſſimum in Hiſpaniæ finibus poſitum circa flumē Hiberum,quod fuit quōdam terminus imperii P.R.& Cartha. cauſaq́; ſecundi pu.bel. nam cū Hanni.oppidum illud circunſe-
diſſet,Saguntini Romam lega Sagūti-
tos auxilia petētes miſerūt. qui norū fi-
cum tardius remitterentur,nec des er-
ſe diutius defendere poſſent,ad eam pertinaciam uenerunt, ut ga p.R.
in foro conſtructo ingenti rogo,impoſitiſque rebus ſuis omnibus flammas. ſubiicerent, deinde ſeipſos in rogum conicerent, ne à fide deficerent. Duorum Scipionum. uidelicet Cn & P.Scipionum, quorum alter,ſcilicet P.Scipio eius Scipionis pater fuit,qui deinde Africanus dictus eſt.hi duo, ut ſupra diximus, Hiſpaniam in poteſtatem popu. Roma. diu tenuerant, ſed tandem per magonem quendam, celtiberi quorum pars maior erat in exercitu Roma. illecebris & pecunia corrupti defecerunt à Rom.Ro.uero exercitus externis auxiliis deſtituti ſe in tutiora loca receperunt, & clitellis, atque impedimentis uallo facto à pœnis, quibus erant longe uiribus inferiores diu obſeſſi, tandem capti,cæſique ſunt. L.uero Marci. Tribunus milit.collectis reliquiis, exercitus, & nocte ſequenti uocatis ad concionem militibus, hortatus eſt, ut impetu uiſo inuaderent hoſtes, nihil tale propter uictoriam metuentes, & inter concionandum ſubita flamma ex eius capitis apice emicuit. quo ſigno motos milites ea nocte duxit ad hoſtium caſtra, quibus ex improuiſo captis, cæſiſque hoſtibus maiorem intulit cladem quàm acceperant. Sed in hac hiſtoria Valerius diſſentit à Liuio. non enim poſt cæſos in Hiſpania Scipiones, Hannibal Saguntum expugnauit, Sed antequam bellum cum Romanis ſuſciperet, ut Liuius tradit. & Cicero in philippicis libro undecimo. Et hoc belli principium, & cauſam fuiſſe dicit quia cum iam animo

ag taret

agitaret Hanni. inuadere, nullam aliam uiolandi fœderis honeſtiorem rationem inuenit, q̃ ſi Saguntinos Ro. ſocietate coniunctos adoriretur. ¶ Vim punicam. Cum ui punica exercitus eſſet, nec iam commeatus uenire poſſet. ¶ Communi. Quia ipſis, & bonis ſuis communis fuit. ¶ Crediderim. Quaſi per deplorationem hoc dicit Valeri. non dubitauerim fidem tunc, humana facta, conſiderantem, Saguntinorum caſum fuiſſe miſer. tam, tam conſtantes ſui numinis cultores, in quo iuditio, fortuna ad necem adeo crudelem impulerit. ¶ Mœſtum. cum uideret res hominum adeo fidelium, male uerſari.

ASCENSIVS.

POſt miſerabilem ſtragē duorum Scipionum, ſ. Cn. & Publii i Hiſpania, & totidem .i. etiam duorum exercituum Ro. ſanguinis, Saguntini .i. ciues Sagunti urbis in Hiſpania, compulſi ſup. ab armis uictricibus Hannib. intra mœnia urbis ſuæ, cum nequirent arcere .i. amouere à ſe ulterius uim .i. uiolētiam punicam, collatis .i. comportatis, aut congeſtis in forum. ſ. rerum uenaliū, his ſupp. quæ erant chariſſima unicuiq;, atq; nutrimentis .i. fomentis ignis .i. cōbuſtibilibus circundatis undiq;, & accenſis ſuperiecerunt ipſi ſemet (ſic ſcriptum reperi, & puto uerā eſſe lectionem, cum ita ſere Cice loquatur, licet alii legant ſemetipſos). Publico & cōmuni rogo .i. Pyræ ardēti ne deſiſterent. ſ. facta deditione, à ſocietate noſtra .i. Romana Ego (inquit author in admirationē fidei eorum) crediderim .i. uelim credere. (ſed mire utit ea uoce, quaſi in ſignificatione futura, aut ſaltem præſenti, cum ſit præteriti temporis, ut dubitem, an legēdum ſit credideris, à futuro credidero, aut crediderim aut ſi fuiſſem crediſſem) ipſam fidem. ſ. deam ſpeculantem. ſ. deſuper negocia humana, geſſiſſe, tunc uultum mœſtum, cernentem .i. cernere perſeuerantiſſimum cultum ſui damnatum tam acerbo exitu, iudicio fortunæ inique.

¶ De Petilinis.

IDem præſtando, Petilini, eundem laudis honorem meruerunt. ab Hannibale, quia deſiſcere à noſtra amicitia noluerunt, obſeſſi: legatos ad ſenatum auxilium implorantes miſerunt: quibus propter recentem cladem Cānenſem ſuccurri non potuit. Cæterum permiſſum eſt eis, vt facerēt, quod vtiliſſimum incolumitati eorum videretur. Liberum ergo erat Carthaginiēſium gratiam amplecti. illi tamen fœminis: omni q; ætate imbelli vrbe egeſta, quo tutius armati famem traherent, pertinaciſſime in muris cōſtiterunt: expirauitq; prius eorum tota ciuitas, quàm ulla ex parte Romanæ ſocietatis reſpectum depoſuerit. Itaq; Hannibali non Petiliam, ſed fidum Petiliæ ſepulchrum capere contigit.

¶ De fide vxorum erga Viros. Cap. VII.

ATq;, vt vxoriam fidem attingamus, Tertia Aemilia Africani prioris vxor, mater Corneliæ, matris C. & T. Gracchorum tantæ fuit comitatis, & patientiæ, vt cum ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe, diſſimulauerit: ne domitorem orbis Africanum, fœmina magnum virum impatientiæ reum ageret: tantumq; mens eius à vindicta abfuit, vt poſt mortem Africani Manumiſſam Ancillulam in matrimonium Liberto ſuo daret.

OLIVERIVS.

IDem præſtādo. hoc ſimile eſt ſuperiori. quam enim fidem Saguntini Romanis præſtiterunt, eandem ſeruauerunt & Petilini, & dux Carthaginienſium utriuſq; cauſa fuit. Petilini primo quidem cum obſiderentur ab Hānibale, auxilium petierunt, à Romanis, Po. Ro. q; pauloante Cannenſem cladem accepiſſent, præſtare non poſſe reſponderunt, ſed illis permiſerunt, ut facerent quod ſibi maxime conduceret. illi à Romano præſidio deſtituti, omnem imbellem turbam, & inutilem ciuitate eiecerunt, quo difficilior eſſet per famen obſeſſio. quod illis conſilium, parum, uel nihil profuit. omnis enim uis alia magis quam fames illos expugnauit. abſumptis enim frugum alimentis, carniſq; omnis generis quadrupedum, poſtremo coriis, herbis, & radicibus, corticibuſq; teneris, & his quoq; ſtrictim ueſcebantur, maluerunt ergo fame conſumi q̃ à Romana fide deficere. Hannib. igitur non Petiliam, ſed fidū Petiliæ ſepulchrum expugnauit. ¶ Petilia. urbs Calabriæ. de qua meminit Ver. Paruo Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. in qua Philoctetes Melibeus regnauit. teſte. Se. at Strab. libr. vi dicit eſſe lucanorum metropoli. ¶ Egeſta. euacuata urbe. ¶ Traherent, producerent, dilatarent.

Petiliorū fidesi ro.

ACSENSIVS.

IDem &c. Petilini. ſ. ciues illi Petiliæ urbis Calabriæ meruerunt eūdem honorem laudis. ſ. ob ſeruatam fidem, præſtādo. ſ. Ro. idem .i. eandem fidem, aut eundem eaſum pro fide, quem Saguntini. Qui ſup. obſeſſi ab Hannibale, quia noluerunt deficere .i. per defectionem deſiſtere, & recedere ab amicitia noſtra .i. Romana, miſerunt legatos ad ſenatum, implorātes auxilium. ſ. ab eo contra Hannibalem. quibus non potuit ſuccurri. ſ. à ſenatu (& eſt ſuccurri impérſonale uerbum) propter cladem recentem Cannenſem .i. paulo ante à Romanis apud Cannas acceptam. cæterum .i. ſed, permiſſum eſt eis. ſ. Petilinis, ut facerent quod uideretur utiliſſimum incolumitati eorū. hoc eſt, ſi ita uideretur, ſeſe dederent Hannibali. Ergo liberū erat .i. in libera Petilinorum poteſtate amplecti gratiam Cartha. tum illi fœminis ſup. egeſtis .i. exportatis, & omni ætate imbelli egeſta .i. exportata urbe. ſ. ſua Petilia, quo .i. ideo ut ipſi armati .i. qui in armis erāt, & arma ferre poterāt, traherent .i. protraherent, & ſuſtinerent, famem. ſ. ex penuria commeatus, conſtiterunt pertinaciſſime in muris. & tota ciuitas eorum expirauit prius .i. ſpiritum emiſit, q̃ depoſuerit ex ulla parte reſpectum ſocietatis Romanæ. Itaq; .i. & ita cōtigit .i. cum difficultate datum eſt Hannibali capere nō Petiliam, quia extinctis ciuibus Petilia eſſe quodā modo deſierat, ſed ſepulchrū fidum .i. propter fidem extinctæ Petiliæ .i. ciuitatis Petilinæ.

OLIVERIVS.

ATq; ut uxoriam quoq;. Nunc tranſit ad ca. vii. in quo tractat exempla fidei quā uxores præſtitere maritis. Et primo de Tertia Aemilia, cuius tantam fidem fuiſſe dicit, ut cum eius uir Scipio ſuperior ancillæ ſuæ captus eēt amore cum licentia illa frui permiſerit, ac poſt mortē Scip. ne id metu feciſſe exiſtimaretur, manumiſſam illā liberto ſuo in mr̃imoniū cum magna dote dedit. ¶ Mr̃ Cor. eā nobilē facit, ut eam magis exaggeret, q̃uis uxor eſſet Africani, & auia tātorū uirorū, tñ hoc fecit. ſunt qui dicant hāc P. Aemilii, qui Perſen regē ſuperauit fuiſſe filiā, & Africani inferioris ſororē, ex qua nata fuit Sēpronia. Gracchorū igit, quæ & Cornelia dicta eſt. Plu. tñ dicit, P. Aemiliū duas tm̃ habuiſſe filias, & alterā Tuberōi Aelio. alterā Catoni, Portii Catonis filio in mr̃imoniū dediſſe. ¶ Diſſimulauit. finxit ſe nō cognoſcere. ¶ Impatiētiæ. Q̄d amoris impatiēs eſſet. ¶ Tātæ co. ſuauitatis. Comitas uirtus ē inter duo extrema, iter ſeueritatē, & remiſſionē. ¶ Domitorē q duas Hiſpanias, Sardiniā, ſiciliā, & Aphricā ſubegerat. ¶ Manumiſſam. in libertatē aſſertam.

Tertia Scipiōis uxor Pellicē patiens

ASCENSIVS.

ATq;. Trāſit ad fidē uxorū erga maritos, q̃ ſpēs q̄dā eſt & quaſi mēbrū ſuperioris tituli, ſeu capitis, licet hic nouum fere ſubſtituat, & iō breuiore ſolito utitur pfatione ſtatim ſubnectēs exēplū Tertiæ Aemiliæ dicēs. Atq; ut nos attingamus quoq; .i. et fidē uxoriā, Tertia Aemi. uxor Afri. ſ. Scip. prioris .i. ſupioris, & mr̃ Cor. mřis Ca. & Tyb. Grac. fuit tātæ comitatis .i. lenitatis, & pa̛tiētiæ. ſ. in tolerādis alienis amoribus, ut cū ſciret ancillulā. ſ. unā ex ſuis eſſe gratam uiro ſuo, hoc eſt uirum conſueuiſſe cū ancilla, diſſimulauit .i. ſignificauit ſe neſcire, ne ipſa fœmina .i. cū eſſet fœmina, ageret magnū uirū. ſ. Afri. ſuperiorē maritum ſuū, domitorē orbis .i. pro bona parte, quia Hiſpanias, Sardiniā, Siciliā, & Afri. domuerat, reum impatientiæ. ſ. amorū. quia qui orbē ſere uicerat, ab amoribus ancillulæ uictus erat, ita ut cum ea libentius, ac cum uxore rem haberet & mens eius. ſ. uxoris, utpote Tertiæ Aemiliæ, tantum abſuit à uindicta, ut daret Liberto ſuo ancillulā, ſ. ſcilicet illam manumiſſam poſt mortem Afri. In qua humanitate plus laudis meruit, quā in eriminis mariti ſui diſſimulatiōne, quia niſi diſſimulaſſet, uir forte errorem correxiſſet.

OLIVERIVS.

QVintum Lucretium. Nec Turia quidem prætermittenda eſt, quæ Q. Lucretium maritum ſuum à triumuiris proſcriptum, & inter ipſos penates latentem, nõ dubitauit cum ſuæ ſalutis diſcrimine, tutum & incolumen ſeruare. lex enim erat, quicunq; proſcriptum occultaret, eadem pœna damnaretur à triumuiris. ſ. Aug. Anto. & Lepido. Magno periculo. Quia, ut dixi, pœna capitis afficiebatur, qui proſcriptũ texiſſet, aut non indicaſſet. ¶ Camera. cubile arcuatum. ¶ Proſcripti. dicebantur quorum nomina in publico proſcribebantur, & quicunque ea uidiſſet, ius, faſq; eorum occidendorum habebat.

¶ De Turia vxore Quinti Lucretii.

QVintum Lucretium proſcriptum à triumuiris vxor Turia inter cameram, & tectum cubiculi abditũ, una conſcia ancillula, ab imminente exitio non ſine magno periculo ſuo tutum præſtitit, ſingulariq; fide id egit: vt cum cæteri proſcripti in alienis, & hoſtilibus regionibus per ſummos animi, & corporis cruciatus vix euaderent: ille in cubiculo, & in coniugis ſinu ſalutem retineret.

¶ De Sulpitia vxore Lentuli.

SVlpitia autem cum à matre Iulia diligentiſſime cuſtodiretur, ne Lentulum Cruſtelionẽ virum ſuum proſcriptum à triumuiris in Siciliam proſequeretur: nihilominus famulari veſte ſumpta, cum duabus ancillis, totidemq; ſeruis ad eum clandeſtina fuga peruenit, nec recuſauit ſeipſam proſcribere, vt ei fides ſua in coniuge proſcripto conſtaret.

¶ De fide Seruorum erga Dominos. Cap. VIII.

REſtat vt ſeruorum etiam erga dominos, quominus expectatam, hoc laudabiliorẽ fidem referamus.

¶ De quodam Seruo M. Antonii.

MArcus Antonius auorum noſtrorum temporibus clariſſimus Orator, inceſti reus agebatur: cuius in iudicio accuſatores ſeruum in quæſtione perſeuerantiſſime poſtulabant, quod ab eo cum ad ſtuprum iret, laternam prælatam contenderent: erat autẽ is etiã tum imberbis, & ſtabat coram, videbatq; rẽ ad ſuos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitauit. Ille uero, vt domum ventum eſt, Antonium hoc nomine vehementius confuſum, & ſollicitum vltro eſt hortatus, vt ſe iudicibus torquendũ traderet: affirmans nullum ore ſuo verbum exiturũ, quo cauſa eius læderetur: ac promiſſi fidem mira patientia præſtitit. plurimis etiam laceratus verberibus, eculeoq; impoſitus, cãdentibus etiam laminis vſtus, omnẽ vim accuſatoris, cuſtodita rei ſalute ſubuertit. Argui fortuna merito poteſt, quod tam pium, & tam fortem ſpiritum ſeruili nomine incluſit.

ASCENSIVS.

QVintum Lucretiũ &c. Affert alterum exemplum uxoriæ charitatis, magis laudabile, quia in re magis probanda. Ordo autem eſt Turia uxor. ſ. Q. Lucretii, præſtitit Q. Lucretiũ proſcriptum à Triũuiris. ſ. Augu. Anto. & Lep abditum. i. abſconſum, inter cameram, & teſtudinem. i. curuaturam ſuperiorem lecti uulgo cœlum uocãt, & tectum. ſ. ſummum cubiculi. i. loci in quo erat cubile, hoc ẽ inter tabulatum ſuperius, & lecti curuamen, quod cœlum uocant, una ancilla conſcia. præſtitit dico tutum ab exitio imminente, non ſine magno periculo ſuo (Valla diceret ſui) & egit id, fide ſingulari ut quum cæteri proſcripti uix euaderent per ſummos cruciatus animi, & corporis, in regionibus alienis, & hoſtilibus, ille. ſ. Q. Luc. retineret ſalutem in cubiculo. ſ. ſuo & in ſinu coniugis.

OLIVERIVS.

Proſcripti. SVlpitia. Lentulum Truſcellinorum uirum ſuum proſcriptum à triumuiris Anto. Lepido, & Oct. ubi in Siciliam exulare percepit, ſeruili ſumpta ueſte, & decepta matre, à qua diligenter ſeruabatur, conſcia quanto uiri amore flagraret, deceptiſq; cuſtodibus, cum duas tãtum ancillas, & paucos ſeruulos ſecum duxiſſet, e ueſtigio ſecuta eſt, magnum igitur fidei documentum in uirum Sulpitia dedit.

ASCENSIVS.

SVlpitia autem uxor Lentu. cum cuſtodiretur diligentiſſime à Iulia matre. ſ. ſua ne proſequeretur in Siciliam Len. Cruſtelionem proſcriptũ à triumui. ſ. iam dictis, nihilominus. i. quamuis obſeruata, peruenit ad eum fuga clandeſtina ueſte familiari. i. ut quidam dicunt quotidiana, qua domi in re familiari occupata uti ſolebat. cum duabus ancillis, & totidem ſeruis. nec recuſauit proſcribere ſeipſam, ut fides ſua conſtaret, ideſt euidens eſſe in coniuge proſcripto, ideſt in proſcriptione coniugis. alter diceret in, ideſt erga coniugem proſcriptum.

OLIVERIVS.

REſtat ut ſeruorum erga. Octauum ca. de fide ſeruorũ, q̃ erga dominos ſuos perſeueranter præſtiterunt. primum autem exemplum ſerui cuiuſdam M. Anto. oratoris ætate ſua præſtantiſſimi, quem Cic. in lib. de oratore mirum in modum laudat. eum igitur inceſti accuſatus eſſet, ut in ca. de fiducia diximus, qui cum in prouinciam quæſtor deſignatus proficiſceretur, iamq; Brunduſium uſq; perueniſſet, certior factus per literas, Romam rediit, & cauſam ſuam egit. Seruus eius, qui criminis illius conſcius erat (nã laternam illi dũ uirginem peteret noctu prætuliſſe conſtabat) nunquam cogi potuit ullo tormento, ut id fateretur adeo fidelis fuit. ¶ Quo. quanto. ¶ Hoc. tanto, nam ſerui ſolent eſſe infideles, ſi ergo in eorum numero aliquis fidelis inueniatur, laudabilior erit, q̃ non expectatur.

M. Ant. — orator I ceſti ce.

ASCENSIVS.

REſtat. Breuiſſima quoque præfatione, & paraſceue ad hũc titulum utitur, eo q̃ ſpecies, & membrũ eſt capitis de fide. Nam fides ſeruorum fides eſt. Ordo autẽ eſt Reſtat, ideſt reliquum eſt, ut referamus etiam fidem. i. fidelitatem ſeruorum erga dominos, quo. i. quanto minus expectatã, quia ſeruilis amor, coactus eſt, nullum autem uiolentum ꝑpetuũ, hoc. i. tãto laudabiliorẽ.

OLIVERIVS.

MArcus Anto. ¶ In quæſtione. i. tormẽto à præcedẽte. i. quod ſequitur, nam quæſtiones inquiſitiones dicuntur, quæ à iudicibus fiũt, & quia præcedunt quæſtiones. i. interrogatiões, deinde ſequũtur tormenta, ideo ponuntur pro tormentis. ¶ Laternam, à latẽdo dictã q̃ intus lateat ignis. ¶ Hoc nomine. hac cauſa. i. crimine. ẽ autem metalepſis cum primum ad ultimum. nomen enim ſignificat cauſam, cauſa uero crimen. ¶ Eculeo tormento. dicitur enim eculeus quaſi equi pullus, eſt autem ligneus, & accutiſſimi dorſi. ¶ Candentibus. ignitis. ¶ Laminis. ſ. ferreis. ¶ Argui for. me. po. Iure, inquit accuſari fortuna poſſe uidetur, quæ tam fortem, conſtantemq; animum in ſeruo concluſerit, merebatur enim ingenui corporis ſedem.

ASCENSIVS.

MArcus Anto. non triũuir, ſed orator clariſſimus, temporibus noſtrorum auorum agebatur reus inceſti. i. ſtupri commiſſi cũ ueſtali, cuius. ſ. criminis, aut hominis, accuſatores poſtulabãt perſeuerantiſſime in iudicio ſeruum ſ. Antonii, in quæſtione i. inquiſitione uiolenta per tormenta facienda, q̃ i. quia accuſatores prætenderent. i. aſſeuerarent. & conuincere cõtenderent, laternam prælatam ab eo, ſcilicet ſeruo, quum, ſcilicet dominus eius Marcus Antonius iret ad ſtuprum. Autem pro ſed, is. ſ. ſeruus erat tum. i. tunc etiam imberbis, & ſtabat coram. i. in conſpectu iudicum, & accuſatorum, & uidebat rem pertinere. i. ſpectare ad cruciatus ſuos. i. quos ſuſtinere deberet, nec tamen fugitauit eos. Ille uero, ut uẽtum eſt domum. ſ. à domino, & ſeruo, hortatus eſt ultro Antonium confuſum, & ſolicitum uehemẽtius hoc nomine. ideſt hac cauſa, q̃ audiuit ſeruum ad quæſtionem poſtulari, ut traderet iudicibus ſe. ſ. ſeruum torquendum, affirmans nullum

uerbum

uerbum exiturum ex ore ſuo, quo eſſ eius lederetur. ac p̄ſtitit mira patientia. i. tolerantia fidem. i. fidelem exhibitionem promiſſo laceratus etiam plurimis uerberibus & impoſitus eculeo i. tortorio illi inſtrumēto, in quod extendebantur, quaſi in aſperimum dorſum equi, qui torquebantur, & uſtus etiam laminis candentibus. i. igneis, ſubuerit omnem uim accuſatoris, ſalute rei. ſ. domini ſui cuſtodita. Fortunā poteſt argui. i. accuſari, & improbari merito, ꝙ incluſit. i. obfuſcauit nomine ſeruili, ſpiritum. i. animum tam piū & tam fortem.

¶ De quodam ſeruo Caii Marii.

Conſulem autem C. Marium prænestinæ obſidionis miſerabilem exitum ſortitū, cuniculi latebras fruſtra euadere conatū, leuiꝗ uulnere à Teleſino, cum quo mori deſtinauerat, perſtrictū, ſeruus ſuus ut ſyllanæ crudelitatis expertem faceret gladio traiectum interemit: cum magna prǽmia ſibi propoſita uideret, ſi eum uictoribus tradidiſſet. cuius dexteræ tam opportunum miniſterium nihil eorum pietati cedit, à quibus ſalus dominorum protecta eſt: quia eo tempore Mario non uita, ſed mors in beneficio repoſita erat.

¶ De Philocrate ſeu Euporo ſeruo Gracchi.

Aeque illuſtre quod ſequitur C. Gracchus, ne in poteſtatem inimicorum deueniret: Philocrati ſeruo ſuo ceruices incidendas p̄buit: quas cū celeri ictu abſcidiſſet: gladium cruore domini madentem per ſua egit præcordia. Euporum alii hunc uocitatū exiſtimant. ego de nomine nihil diſputo. familiaris autem tantummodo fidei robur admiror: cuius ſi præſtantiam animi generoſus iuuenis imitatus foret: ſuo, non ſerui beneficio imminentia ſupplicia uitaſſet. nunc commiſit ut Philocratis, quàm Gracchi cadauer ſpecioſius iaceret.

OLIVERIVS.

Conſulē autem. Hic Cn. Marius filius fuit eius Marii, qui bella ciuilia geſſit aduerſus ſyllā, qui ſeptimo conſulatu ſuo mortuus eſt, deinde in filiū bella migrāt, q uictus à ſylla ſe præneſtæ recepit, ubi cū obſideretur, tentauit per cuniculos egredi ꝙ cum non poſſet, quia cuſtodirentur à ſyllanis militibus à ſeruo ſuo ſe iuſſit occidi, ne in poteſtatem hoſtiū ueniret. Plu. uero in uita Marii, illū dicit ſibi mortem intuliſſe. ¶ Sortitum, quia obſeſſa diu fuiſſet à ſyllanis, tandē capta fuit crudeliterꝗ uexata, nam ut in cap. de crudelitate uidebimus, quinꝗ millia præneſtinorū crudeliter ſylla iuſſit occidi. ¶ Cuniculi ſubterranei meatus à ſimilitudine animalis q̄d cauernis ſubterraneis delectatur. ¶ Cum quo mo. ſic enim inter ſe conuenerant, ut quando effugere non poſſent, ſimul morerētur. ¶ Perſtrictum. leuiter uulneratum, ne in hoſtium manus deueniret. ¶ Cum ma ſi. q̃a occurrebat illud, quæ fides eſt occidere dominum, reſpondet, quia magna p̄mia propoſita fuerant ei, ſi Marium uiuum uictoribus tradidiſſet. ¶ Cedit. uincitur.

ASCENSIVS.

Conſulem autem C. Mariū ſortitū miſerabilem exitum, q̃a captiōem præneſtinæ obſidionis conatum euadere latebras cuniculi. i. ductus ſubterranei, quo ſub terra exire ſperabat, fruſtra, quia agnitus, & deprehēſus à ſyllanis eſt, & p̄ſtrictū. i. ſauciatum quaſi in ſuperficie corp̄is leui. i. modico & non profundo uulnere, à Teleſino. ſ. ſocio fugæ, & itidem proſcripto, cum quo deſtinauerat mori. ſ. mutuis uulneribus. quia Marius Teleſinū lætaliter uulnerauerat eo pacto, ut ille ſic uulneratus, Mariū quoꝗ ferret. ille aūt, uel ꝙ non ualuit iā deficientibus uiribus, aut ꝙ nephas putauit tantum uirum occidere, leuiter perſtrinxit pectus eius ferro. Seruus ſuus (propter hoc relatiuum antecedens obliqui caſus præpoſui in ordine) interemit traiectum gladio, ut faceret expertem. i. immunē crudelitatis Syllanæ, cū uideret magna præmia propoſita ſibi, q̃a libertatem & æs ingens, ſi tradidiſſet uictoribus eum. ſ. Mariū, quia cadauer non erat Ma. ſed Marii. Cuius. ſ. ſerui, miniſteriū dextræ tam opportunū. i. ſuo loco & tempore factum nihil cedit pietati eorum, à quibus ſalus dominorum eſt protecta, quia non uita, ſed mors erat Mario repoſita beneficio, i. habita pro beneficio eo tempore

OLIVERIVS.

AD inui. hic Polycra. Samius tyrã. fuit de quo Cic. li. de fini. bo. & mal. Plt. ẽt & diuerſi græci ſcriptores meminerũt, hic adeo fortunã hñit obſequioſam, ut oĩa optata cõſequeret, & quicquid aggrederetur, efficeret. fœdus forte fecerat cũ Amaſi ægyptiorũ rege, qui cũ audiſſet, nihil unquàm ſibi aduerſi cõtigiſſe, ad moderandã fortunæ inuidiã, Amaſi regis ſuæ Amaſis hortatu, an

Alcibiadis uita diſſimilia

Polycrates i omni uita fortunatus

nulum, quem chariſſimum habebat in maris profundum iecit, quem paulopoſt inopinate recuperauit, nam à piſcatoribus piſcis qui annulū deuorauerat, paucis poſt diebus captus eſt, & tyranno Donatus, in cuius uentre cōpertus annulus, illi ueluti à Neptuno reſtitutus traditur, qui ſane annulus, teſte Plini. libro. xxxvii. de natura. hiſto. Romam elatus, dono Au. in templo concordiæ cum aureis coronis eſt apenſus ſed hic Polycrates cum aduerſus Darium perſarum regem exercitum duceret, ab Oronte illius præfecto acie fuſus, uel ut alii dicunt, per fraudem interceptus ē. nam ad fœdus amicitiamꝗ iungēdam inuitatus, nihil doli aut inſidiarum ineſſe ſuſpicans, nec filiæ ſomnio deterritus, quæ nocte uiderat illum ſublatum, roreꝗ madentem, in die uero ſudantem, cum ad Orontem ueniſſet, captus in ſummo Mycalenſis montis uertice ſuſpendi, & cruci affigi iuſſus eſt, ac relictus auibus dilacerandus, ut qui ubiꝗ fœliciſſime in terra uixerat, aere miſerrime expiraret. de quo Strabo libro decimoquarto. ſed Polycrates, & Siloſon fratres eo tempore uixerunt, quorū alter, & fortuna & opibus clarus fuit adeo, ut etiam mari dominaretur: maximum fœlicitatis argumentum ducunt, ꝙ annulo de induſtria in pelagus proiecto gēma & ſculptura præcioſo, paulopoſt piſcator quidam piſcem eduxit qui eum deuorauerat, quo cæſo annulus inuentus eſt. quod cum Aegyptiorum rex intellexiſſet diuinitus locutum ferunt, quòd qui eius proſperitatis ureretur uita, clauderet fine non fortunato. quod & ita eſt factum. nam Perſarum Satrapæ dolo captus, ſuſpenſuſꝗ eſt huius autem annuli gemmam, ſardonicem fuiſſe dicit Plini. præfato lib. cuius gemmæ iactu ſe ab inuidia fortunæ redimi poſſe putabat, ſi hoc unum doluiſſet. ¶ Placido itinere. Secundo curſu, & fortunæ ſucceſſu. ¶ Velle & poſſe in æquo. ac ſi diceret, non minus poterat, quàm uolebat. ¶ Salebra. Aſperitate. Nam ſalebroſus locus aſperior, ſicut fragroſus aſperitate plenus. ¶ Plenis uelis. translatio ſumpta à nauigantibus. ¶ Tabido. Marceſcente, hoc eſt marcido.

ASCENSIVS.

AD inuidiam uſꝗ &c. Ordo eſt. Fulgor uitæ Polycratis tyranni Samiorum exceſſit conſpicuus, ideſt clarus bonis abundantiſſimis uſꝗ ad inuidiam, cum tātum alta petat liuor. Nec ſine cauſa ſupple inuidiam meruit, Enim pro quia, omnes conatus eius excipiebantur itinere placido, ideſt perueniebant ad proſperum eruntum aut effectum, ſpes ſupple eius, apprehendebat, certum fructum, ideſt utilitatem, aut utilem aſſecutionem rei cupitæ, ſcilicet ab eo. uota ſupple eius, nuncupabātur, ideſt nominatim, & expreſſa ubce diis fiebant, & ſoluebantur, ſcilicet ab eo ſimul, quia pro quibus uotum faciebat, ſtatim aſſequebatur, & ita uoti reus, ſtatim uota ſoluebat. uelle ac poſſe erat poſitum in æquo, ideſt æquali diſcrimine, fortuna ſupple mutauit duntaxat ſemel uultum ſupple ſuum, aut tyranni ſucceſſum ſalebra, ideſt aſperitate triſtitiæ breuis, ideſt non diu durantis, tunc ſcilicet mutauit uultum cum ipſe Polycrates abiecit in profundum, ſcilicet maris de induſtria, ideſt data opera, annulum gratum ſibi admodū, ideſt ualde, ne eſſet expers omnis incommodi, quem, ſcilicet annulum, tamen, ideſt nihilo minus ipſe recuperauit cōtinuo, ideſt illico poſt, piſce qui deuorauerat eum, ſcilicet ānulum capto. ſed Orontes præfectus Darii regis affixit cruci in excelſiſſimo uertice Mycalenſis montis, hunc, ſcilicet Polycratem, cuius felicitas tenuit ſemper proſperum curſum, plenis uelis, ideſt maximo progreſſu, ut nauis p̄ſpero uēto, ueliſꝗ adiuta. ex qua, ſcilicet cruce, Samos, ſcilicet inſula, ideſt populus eius, preſſa aliquandiu amara ſeruitute, ſcilicet Polycratis, aſpexit oculis liberis, ac lætis, artus eius putres, & membra manantia cruore tabido corrupta ſole, iuxta inſomnium filiæ eius, atꝗ aſpexit illam leuam, ſcilicet manum, in qua annuli geſtantur, cui, ſcilicet leuæ manui Neptunus, ideſt Deus maris, aut mare ipſum reſtituerat manu, ideſt per manum piſcatoris, qui piſcem ad tyrannum attulerat, marcidam, ideſt corruptam, & marceſcentem ſitu, ideſt immunda lanugine, & ſqualore ex imbre, & puluere contracto.

¶ De Dionyſio Tyranno.

DIonyſius autem cum hæreditatis nomine à patre Syracuſanorum, ac penè totius Siciliæ tyrannidem accepiſſet: maximarum opum dominus: exercituum dux, rector Claſſium, equitatu potens, propter inopiā literas puerulos Corinthi docuit: eodemꝗ tempore, tanta mutatione maiores natu, ne quis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex tyranno, monuit.

OLIVERIVS.

DIonyſius &c. Hic filius fuit Dionyſii tyranni, qui pro ridiculo habuit Deos contemnere, & ſacrilegia committere, ut in capi. de neg. relig. diximus. cum ergo flagitiis plenus eſſet, & crudelitate pluſquam credi poſſit, Syracuſani conſpiratione facta eum à ciuitate eiicere tētarunt. qui primo dubitarunt, an ſponte cederet, tandem creſcente tumultu inter ciues conuenit, ut legati mitterentur qui ſecum agerent, ut ſponte ciuitatem tyrannide liberaret, quos ille ſtatim in carcerem conijci iuſſit. quo facto irati Syracuſani in eum facto impetu urbe expulerunt, q regio apparatu locros confugit, locrēſium arcem occupat, ſolitamꝗ ſibi ſæuitiam exercet, coniuges principum ad ſtuprum rapit, aliaꝗ fœda committit. cum rheginorum tyranni Leofronis bello præmerentur Locrenſes, uouerunt, ſi uictores forent, ut die feſto Veneris uirgines ſuas proſtituerent. quo uoto intermiſſo, cum aduerſa bella cum Lucanis gererent, in concionem eos Dionyſi. uocat, hortatur, uxores, filiaſꝗ ſuas in templū Veneris quàm poſſint ornatiſſimas mittant, ex quibus centum ſorte ductæ uoto publico fungantur, religioniſꝗ gratia uno ſtent in lupanari menſe, omnibus ante iuratis, ne quis ullam contaminet. quæ res, ne uirginibus uoto ciuitate ſoluentibus fraudi eſſet, decretum facerent, ne qua uirgo nuberet, priuſquam illæ maritis traderentur. probato cōſilio, quo ſuperſtitionis, & pudicitiæ uirginū conſulebatur, certatim omnes fœminæ impenſius exornatæ in templum Veneris conueniunt, quas omnes immiſſis militibus Dionyſi ſpoliat, ornamentaꝗ matronarum in prædam ſuam uertit, quorūdam uiros ditiores interfecit, quaſdam ad prodendas uirorum pecunias torquet. cum his artibus per annos ſex regnaſſet, conſpiratione locrorum ciuitate pulſus, in Siciliam redit. ibi Syracuſas ſecutis omnibus, poſt longam intercapedinem pacis, per conditionem recepit. qui cum ab ingenio ſuo diſcedere non poſſet, cum grauior, crudeliorꝗ; ciuitati eſſet in dies, iterata cōſpiratione pellitur. qui demum corinthum ſe recepit, ibiꝗ teſte Cicero. libro tertio Tuſculano. quæſtionum aperto ludo pueros docuit, ſicꝗ imperio carere non potuit de quo Ouidius libro tertio de ponto, Ille Syracuſa modo formidatus in urbe, Vix humili duram reppulit arte famem. Cicero. quoꝗ ad Papyrium petum. Dionyſi. inquit, Tyrannus cum Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe. Iuſtin. tamen dicit. quod hic Corinthi humillima quæꝗ tutiſſima exiſtimās, in ſordidiſſimum uitæ genus deſcendit, non contentus in publico uagari, ſed potare. nec conſpici in popinis, lupanaribuſque, ſed totis diebus cum perditiſſimis quoque de minimis rebus diſceptare, pannoſuſꝗ, & ſqualidus incedere, riſum libentius præbere quàm captare, in macello perſtare, quæ emere non poterat, oculis deuorare, nouiſſime ſe ludi magiſtrum p̄feſſus: pueros in triuio docebat, ut aut à timentibus ſemper in publico uideretur, aut non à timentibus facilius contemneretur. Hæc quanquam in capite de neglecta religione dicta ſint, tamen quia ad eius fortunæ mutationem maxime pertinere uidebantur, eadem repetere non uiſum eſt incongruum neque ſuperfluum. ¶ Tanta mutatione Solon unus è ſeptem, nō ſunt diuitiis permutandæ uirtutes, ſtabiles enim ſunt, res autem hominum modo hic, modo ille poſſidet.

Dionyſii aſtus & crudelitas

Locrenſes

ASCENSIVS.

DIonyſius autem cum accepiſſet à patre, nomine, ideſt ſub titulo hæreditatis, Tyrannidem, ideſt dominationem Syracuſa ac ipſe totius Siciliæ exiſtens dominus opum maximarum, dux exercituum, rector Claſſium, potēs equitatu, ideſt habens in poteſtate equitatum magnum docuit, ſcilicet tandem exactus, Corinthi puerulos literas, quia factus eſt ludi magiſter, propter inopiam, ad quam redactus erat, & ipſe factus ludi magiſter, ex tyranno. ideſt rege monuit tanta mutatione, ſcilicet ſui, maiores natu, ideſt ſeniores, eodem tempore, ſcilicet quo puerulos literas docuit, ne quis crederet nimis fortunæ.

Sequitur

OLIVERIVS.

SEquitur &c. Scipio cum agitaret animo Carthaginē inuadere cū exercitu, intelligebat ad uictoriā in Syphace Numidarū rege plurimū momētū eſſe repoſitū. itaq; optimū ratus, hūc regem amicū facere po. Ro. cū aliter non poſſet, magno etiam periculo rem aggreſſus eſt. relictis enim caſtris, ipſe cum Lælio duabus quinqueremibus per hoſtilia loca ad regem profectus eſt ſorte ita accidit, ut eo ipſo tempore Haſdrubal à Scipione pauloante pulſus Hiſpania, ſeptem triremibus ad eundem regem ſuum faceret curſum, & eadē hora uterque imperator portum ingreditur, cum magno tamen Scipionis diſcrimine, nam parum abfuit, quin interciperetur ab hoſtibus. ſed quia prius quàm pœni anchoras molirentur, Ro. ſecundo uento portū tenuerunt, nō ſunt auſi hoſtes in regio portu tumultus aut pugnæ quicquam ciere. ad regem igitur omnes profecti ſunt. magnificū id Syphaci, nec erat aliter, uiſū, duorum potentiſſimorū in terris populorum duces, uno die ſuam pacem, amicitiamq; petētes ad ſe ueniſſe. & quoniā ſors eos ſub uno tecto eſſe. atq; ad eoſdem penates uoluiſſet, contrahere eos ad colloquium dirimendarum ſimultatum cauſa eſt conatus, Scipione abnuente, nam priuatum ſibi cum pœno odium non eſſe, quod colloquendo finiret. de rep. uero nihil cum hoſte, iniuſſu ſenatu, agere poſſe. illud magnopere tentante rege, ne alter hoſpitum excluſus mēſa uideretur, ad eaſdem epulas uenire cum Haſdrubale Scipio non recuſauit, cœnatumq; ſimul apud regem eſt, & eodem lecto Scipio atq; Haſdrubal, quia ita cordi erat accubuerunt. tunc Scipio regem eloquētia ſua traxit in amicitiā po. pu. Roma ſed paulopoſt ſollicitatus à Carthaginienſibus per nuptiarum occaſionem formoſiſſimæ fœminæ Haſdrubalis filiæ defecit à Romanis, & Carthaginēſium arma ſecutus, breui tempore à Lælio & Maſiniſſa captus, ad Scipionem cathenatus ductus eſt. quem Scipio deuictis Carthaginiēſibus poſtea duxit in triumphum unde Iuuena. in ſat. Credo pudicitiā dicit. Tolle tuum præco Hannibalem, uictumq; ſyphacem, In caſtris, & cum tota Carthagine migra. ¶ Caduca nimium. Hic Vale diſputat de inanitate rerum humanarum, quas fluxas & labiles dicit, nec uere noſtras appellari poſſe, quæ nobis auferri poſſunt, nam ſub fortunæ poteſtate poſitæ ſunt. ſola uero animi bona noſtra ſunt, quæ nobis nec eripi, nec ſubripi poſſunt, neq; naufragio, nec incendio amitti, nec ulla tempeſtatum, nec temporū perturbatione mutari. quibus qui præditi ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli enim poſſident res fructuoſas, & ſempiternas. ¶ Puerilibus conſentanea crepundiis. Sunt ludibria quædam, quæ pueris dono dari ſolent, tunc, cum nutriūtur ab alumnis. omnia enim nutrimenta, & munuſcula, quæ dantur pueris, blandimenti, & ludi cauſa dantur, quibus humanæ opes comparantur, quæ hominibus tanquam ad ludū dari uidentur. ¶ Crepidis. Crepidas dicit calceos pueriles, pictos, & ornatos, nam ſpecioſi ſunt, ſed paulopoſt euaneſcūt. ¶ Incertiſſimo flatu. Ac ſi diceret. uentis ſimilia. duplici ratione bona noſtra dici non debēt, quia ſi bona noſtra eſſent, perpetua, & ſtabilia eſſent, nec ulla ratione nobis eripi poſſent, nā quod noſtrum eſt, auferre nemo poteſt. præterea ſi bona eēnt, nunquam nocerent, nocent autem, non igitur bona. quod autem noceant manifeſtum eſt, nā multos legimus, & uidimus propter diuitias, & imperia crudeliter fuiſſe cæſos,

¶ De Syphace Rege.

SEquitur hunc Syphax Rex conſimilem fortunæ iniquitatem expertus: quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Haſdrubalem vltro petitum ad penates deos eius venerat. Cæterum eò claritatis euectus, vt validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor victoriæ exiſteret: parui temporis interiecta mora, cathenatus à Lælio Legato ad Scipionem imperatorem pertractus eſt: cuiuſque dexteram regio inſidens ſolio arroganti manu attigerat, eius genibus ſupplex procubuit. Caduca nimirum & fragilis, puerilibuſq; conſentanea crepundiis ſunt iſta: quæ vires atq; opes humanæ vocantur. affluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc, atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt. itaq; neq; debent exiſtimari, neq; dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem, deſyderio ſui duplicant.

ASCENSIVS.

SEquitur &c. Syphax rex, ſcilicet numidarū, expertus conſimilem iniquitatem, ideſt inæqualitatem fortunæ (non enim diceret fortunam iniquam, quæ aut tyrannum expulit, aut hoſtem. po. Ro. ſubiugandum dedit, alioqui populum Rom. iniuſtitiæ argueret, ut qui ipſum cepit, & in carcere mori coegit, Sed iniquum dicitur, quod non eſt æquum. æquū autem dicitur duplici de cauſa, aut quia planum eſt, hoc eſt æq; demiſſum, & æq; elatū, ut mare nō tumens & campus planus, unde utrunq; æquor dicitur, & ideo æqua quaſi aqua, ablato e dicta eſt. Altero modo dicitur æquum reſpectu iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ æquas, ideſt æq; magnas ac debet, partes facit, & per contrarium dicitur iniquum, quod ſic non eſt æquum aut quod eſt nimis anguſtum, ut ſpaciis excluſus iniquis &c.) ſequitur hunc, ideſt huius. ſ. iam dicti caſum. Quē. ſ. Syphacem Ro. uenerat ad deos penates, ideſt uſq; intima aulæ eius, petitum amicum, ideſt ut uelit eē amicus po. Ro hinc. i. ex una parte per Scipionem. & Carthago uenerat petitum ultro amicum ſ. ſibi, illinc, ideſt ex altera parte per Haſdrubalē. ſ. ducem ſuum. ad Deos penates, quia uno tempore duæ legationes dictæ in aula eius erāt. Cæterum, ideſt ſed ipſe euectus eo claritatis, ideſt ad eam uſq; claritatem, ut exiſteret non tantum arbiter ualidiſſimorum populorum, ſcilicet Roma. & Cartha. ſed, ideſt etiam uictor, quia ea pars cui ſuppetias tulit, uictrix ſaltem ad tempus erat. parua mora temporis interiecta, pertractus eſt cathenatus à Læli. legato ad Scipionem imperatorem, & procubuit ſupplex genibus, ideſt ad genua eius, ſcilicet Scipionis, cuius dexteram (Cuius enim duæ ſunt particulæ) ipſe inſidens ſolio regio, attigerat manu arroganti. Ex quibus concludit author prudenter dicens. Iſta quæ uocantur, uires atque opes humanæ, ſunt caduca nimium & frigida, & conſentanea, ideſt conſona crepundiis, ideſt crepitaculis in collo puerorum ſuſpendi ſolitis, quæ bullæ ſimillima nihil præter uentum, & quendam crepitum facientia includunt, pueris tamen iocundiſſima. Oli. legit crepidis, ideſt calceamentis pulchris, quibus infantes delectantur priuſquam uti norint, ſed quia crepidæ philoſophorum potius, ac ſenum ſunt calceamenta, malim crepundia legere. Affluunt, ideſt affluenter ueniunt ſubito, & dilabuntur repente, ideſt rapide, & nullo, ideſt nonullo, & ipſa non nixa, ideſt ſtabilita, aut firmata ullis radicibus ſtabilibus, & ſupple in nulla perſona conſiſtunt. hoc eſt neque nixa ſunt neque conſiſtunt, agit enim negatio in utrunque ſequens, ſed acta, ideſt impulſa incertiſſimo, quia inconſtantiſſi. flatu, ideſt afflatu. & fauore fortunæ, huc atq; illuc, ideſt modo ad hunc, modo ad illum poſſeſſorem, immergunt miſerabiliter in profundo cladium, ideſt calamitatum deſtitutos improuiſo recurſu. ideſt reflatu, & retractione fauoris, (Eſt autem methaphora à flatu uētorum ad nauem in mari) ſupple eos quos extulerant, ſcilicet prius in ſublime, ideſt in altum ſtatū proſperitatis. Itaq;, ideſt & ita ipſa, ſcilicet fortunæ bona dicta, neq; debent exiſtimari, neq; dici bona, quæ deſyderio ſui, ſcilicet cum aufugerint, duplicant amaritudinem malorum inflictorum.

THEOPHILVS.

CRepundiis. Ita qui uetuſti ſunt cod. habent, eaq; propriæ infantium ludicra ornamenta.

¶ EXPLICIT LIBER SEXTVS.

INCIPIT SEPTIMVS.

Metel/ lus ad morte uſq; ſel/ lix

OLIVERIVS.

VOlubilis fortunæ. Hic ſeptimus liber eſt, in cu ius principio utitur trã ſitione. Multa inquit exempla mutatæ fortunæ protulimus, Nunc uero ſtabilis, atq; propi tiæ pauca admodum dici poſ/ ſunt. ex quo facile apparet q̃ ꝓ diga ſit in præſtandis aduerſis, quãq; tenax, & auara in proſpe ris erogandis. attamen illa ſuæ nonnunquam oblita nequitiæ, nõ modo multa & magna, ſed etiam ſtabilia quibuſdam hoi/ bus bona largitur, ſed id facit admodum paucis. & ita duo tãtum narrat exempla, unum domeſticum, & alterum exter/ num. ⸿ Sibi imperauit. Seipſam uicit, & coegit.

ASCENSIVS.

VOlubilis. Optime pe/ de, quia ex conſimili fe re argumẽto, tranſit in principio huius. vii. libr. ad ca/ put ſeu titulum de feli. de qua ſic præfatur Nos retulimus. i. re citauimus & narrauimus com plura i. multa exempla fortunæ uolubilis. i. inſtabilis, ſed ſupp. pauca admodum. i. ualde ſup. exempla fortunæ propitiæ i. fa uentis, & miſericorditer agẽtis, conſtanter. i. ſine intermixtio/ ne aduerſorum, poſſunt narra/ ri. ſ. uere, quia pauciſſima ſunt. Quo. i. per quam diuerſitatem patet eam. ſ. fortunam infligе/ re. ſ. hominibus res aduerſas, a/ nimo cupido. i. affectanti noce re, & tribuere ſup. res, ſecundas . i. ꝓſperas, & lætas ſup. animo parco. i. tenaci. Eadem. ſ. fortu/ na, ubi. i. poſtquam aut in quo homine imperauit ſibi. i. firmi/ ter conſtituit, obliuiſci maligni tatis. ſ. ſibi innatæ, congerit. ſ. in eos, in quos uult, nõ ſolum plurima, ac maxima bona, ſed etiã perpetua. i. non interrupta.

OLIVERIVS.

VIdeam' ergo quot gra dibus beneficio. Q. Me tellum. Pli. libr. vii. nat. hiſto. contra Valerii ſentẽtiam, non ſolidam, neq; perfectam fuiſſe huius hominis felicitatẽ dicit, ſed omnino aliquo mœ/ rore contaminatam. Nam hu/ ius quoq; Q. Metelli inquit qui illa de patre dixerat filius, inter rara felicitatis humanæ exem/ pla numeratur. nam præter ho nores ampliſſimos, cognomẽ que Macedoniæ, à quatuor fi/ liis illatus eſt rogo, uno præto re tribus conſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio, quæ ſingula quoq; paucis con tigere. in ipſo tamen flore di/ gnitatis ſuæ, ab Catino Labeo/ ne, cui cognomen fuit Mace/ doni tribuno ple. quem è ſena tu cenſor eiecerat, reuertens è



⸿ Valerii Maximi. Liber VII.

⸿ De Fœlicitate. Cap. I.

VOLVBILIS FOR tunæ compiura ex empla retulimus: conſtantis, & propi tiæ admodum pau/ ca narrari poſſunt: quo patet eã aduer ſas res cupido ani/ mo infligere, ſecun das parco tribuere. eadem vbi maligni tatis obliuiſci ſibi imperauit, nõ ſolũ plurima, ac maxima, ſed ẽt ꝑpetua bona cõgerit.

⸿ De Q. Metello.

VIdeamus ergo quot gradibus beneficio/ rum Q. Metellum à primo originis die, ad vltimum vſq; fati tempus nũquam ceſ ſante indulgentia, ad ſummum beatæ vi tæ cumulum perduxerit. Naſci enim in vrbe terra rum principe uoluit. parentes ei nobiliſſimos de/ dit. adiecit animi rariſſimas dotes, & corporis vi/ res: ut ſufficere laboribus poſſet. vxorem pudici/ tia, & fœcunditate conſpicuam conciliauit. Con/ ſulatus decus, imperatoriam poteſtatẽ. ſpecio/ ſiſſimi triumphi prætextam largita eſt. fecit, vt eo dem tempore tres filios conſulares, vnum etiam cenſorium, duos triumphales, & quartum præto/ rium videret: vt tres filias nuptui daret, earumq; ſobolem ſinu ſuo exciperet. tot partus, tot incuna bula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis deniq; gratulatio/ nis ſumma abũdantia, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla cauſa triſtitiæ. Cœlum, con tẽplare, vix tñ ibi talem ſtatum reperies. qñ qui/ dem luctus, & dolores, deorũ quoq; pectoribus, à maximis vatibus aſſignari videmus. hunc autẽ vitæ actum eius conſentaneus finis excepit. nam Q. Metellum vltimæ ſenectutis ſpatio defunctũ, leniq; genere mortis inter oſcula, complexuſq; ca riſſimorum pignorũ, extinctum filii: & generi hu meris ſuis, per urbem latum rogo impoſuerunt.

campo meridiano tẽpore, ua/ cuo foro, & capitolio, ad Tar/ peium raptus, ut præcipitaretur conuolãte quidem tam nume roſa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat, ſed ut neceſſe erat, in ſubito tarda, & tanquã in exequias, dum reſiſtendi, ſa/ croq; ſanctum repellẽdi ius nõ eſſet, uirtutis ſuæ opera, & cen/ ſura apentura, ægre tribuno, q intercederet recepto, à limine ip ſo mortis reuocatus, alieno be neficio poſtea uixit. bonis in/ de etiam conſecratis à domina tu ſuo, tãquam parum eſſet ſau cium cette intortarum, expreſ/ ſiq; per aures ſanguinis pœnã exactam eſſe, quæ omnino ꝑ/ fecto magna ſunt infœlicitatis argumenta. Addit præterea ad hæc mala, Scipionis æmiliani inimicitiam, quæ non parua il li potuit infœlicitas eſſe, q; ſcele ratam Catini audaciam ſemper fecerit inultam. falſum igitur ẽ, q; dicit Vale à primo originis die ad ultimum uſq; fati tẽpus, nunquam ceſſante indulgẽtia, ad ſummum beatæ uitæ cumu lum perduxerit. fuit autem hic Metelius qui à deuicta Macedo nia dictus eſt Macedonicus, cu ius patrem fortunam magis in dulgentem, & propitiam ſenſiſ ſe dicit Pli. eodem libro, niſi q; orbam luminibus exegerit ſe/ nectam amiſſis incendio, cum palladiũ raperet ex æde ueſtæ, memorabili cauſa, ſed euentu miſero, quo fit ut infœlix qui/ dem dici non debeat. nam illi dicit decem res maximas, opti/ mas obtigiſſe, in quibus quæ/ rendis ſapiẽtis ætatem exigeret, fuiſſe primarium bellatorem, optimum oratorem, fortiſſimũ imperatorem, eius auſpicio ma ximas res geſtas maximo ho/ nore, uſum ſumma ſapientia, ſummum ſenatorem habitum fuiſſe, pecuniam magnam bo/ no modo inueniſſe, multos li/ beros reliquiſſe, & clariſſimum in ciuitate fuiſſe, ea deniq; con/ tigiſſe, quæ nulli alii poſt con/ ditam Romam: nam & popu. Ro. ei tribuit, q; nulli alii à con dito æuo, ut quotiens in ſena/ tum iret, curru ueheretur ad cu riã fœlicior igitur filio, niſi cæ/ citas obſtaret. ⸿ Naſci in urbe terrarum principe. Quod non eſt paruæ fœlicitatis argumen/ tum q; Seriphius obiecit The/ miſtocli clarum ſ. eſſe propter patriam. ⸿ Clariſſimas dotes. Quia ingenio plurimum uale/ bat, multis & maximis uirtuti/ bus præditus erat. ⸿ Vxorem. Ceciliam. ⸿ Conſulatus decus. cõſtat cum ſumma modeſtia, & gloria geſſiſſe conſulatum. ⸿ Imperatoriam po. Quo tem pore factus imperator aduerſus

Metell' in libe/ rorũ cõ plexib' expira/ uit

pſeudo

pſeudo Philippum ⁋ Tres filios. Quinque filios habuiſſe dicit Vale at Plini tantummodo quattuor. quorum tres conſulares, alium triumphantem uidit, quem intelligimus fuiſſe Metellum pium. Idem Cicero. ſer tii, ſcilicet quattuor tantum fuiſſe libr de finibus bonorum, & malorum, & ex tribus primis, unum fuiſſe nonſolum conſulem, ſed etiam cenſorem. Item libro Thuſculanarum quæſtionum. Metellus inquit ille honoratus quattuor filiis, & cætera, & Paulo infra, Metellū inquit multi filii, & filiæ, & nepotes in rogum poſuerunt. beatus Auguſtinus Valerii ſequitur opinionem in libro de ciuitate dei. ⁋ Tres liberos. Vnus balearicū bellum confecit, alter Dalmatiam ſubegit, tertius L. Metellus cum Cn. Domitio cēſor. xxxii. Roma. è ſenatu mouit. ⁋ Cœlum contemplare, ac ſi diceret. Nec dii quidem cœleſtes ſine aliqua triſtitia eſſe potuerunt, ſi poetis credendum eſt. qui plerunq; Deos triſtes. & flentes inducunt Aenei. primo Triſtior, & lachrymis &c. rurſus in decimo. Audiit Alcides iuuenem, magnūq; ſub imo Corde premit gemitum, lachrymaſq; effudit inanes. ⁋ Pectoribus dearum. ut Iunonis, primo Aenei. ⁋ A maximis uatibus. ut ab Home. & Marone quorum auctoritas maxima eſt apud omnes. ⁋ Hūc uitæ actum eius conſentaneus finis. Occurrit quæſtioni, poſſet aliquis dicere, tametſi uitæ curſum fœlicem habuit, tamen deformi læto conſumptus eſt, non ita eſt inquit Vale. quam enim habuerat in uita fortunæ indulgentiam, eandem expertus eſt in morte, Nam in familiarium ſuorum complexibus extinctus, humeris filiorum, & generorum elatus, in rogum quoque ab illis imponitur.

⁋ De Gyge.

Clara hæc fœlicitas, obſcurior illa: ſed diuino ſplendore præpoſita. cum enim Gyges regno Lydiæ, armis, & diuitiis abundātiſſimo, inflatus animo Apollinem Pythium ſciſcitatum veniſſet, an aliquis mortalium ſe eſſet fœlicior, Deus ex abdito ſacrarii ſpecu, voce miſſa Aglauum Pſophidium ei prętulit. Is erat Arcadum pauperrimus, ſed ætate iam ſenior, terminos agelli ſui nunquam exceſſerat, paruuli ruris fructibus, ac voluptatibus contentus. Verum profecto beatæ vitę finem Apollo non adumbratum, oraculi ſagacitate complexus eſt. Quocirca inſolenter fulgore fortunæ ſuæ glorianti reſpondit. magis ſe probare ſecuritate ridens tugurium, quàm triſtem curis, & ſolicitudinibus aulam: paucaſq; glebas pauoris expertes, quàm pinguiſſima Lidiæ arua metu referta: & vnum aut alterū iugum boum facilis tutelæ, quàm exercitus, & arma, & equitatum, voracibus impenſis oneroſum: & vſus neceſſarii horreolum nulli nimis appetendum, quàm theſauros omnium inſidiis, & cupiditatibus expoſitos. Ita Gyges dum adſtipulatorem vanę opinionis Deum habere concupiſcit: vbi nā ſolida, & ſyncera eſſet fœlicitas, didicit.

tum, ideſt tam felicem (quod Hyperbolicos dicit, nam aut ſtultis id dicit, aut fidem excedit ſententia, ſed tamen innititur argumento: meo quidem iudicio fragili, poetico uidelicet figmento. non quod poetis fidem detraham, ſed quia non ſic intelligendos cenſeam. nam in Deorum duloce, & dearum lachrymis, Homerus. Virgil. cæteriq; poetæ principum uirorum depingunt miſerias, aut naturales ſyderum influxus, aut certe rē talem eſſe, ut aut dolere, aut fluxus flere poſſent. ſi paſſionibus nō ſubiacerēt, quomodo in ſacris dictum ē, angeli pacis amare flebāt?) quoniā quidem nos uidemus luctus, & dolores aſſignari à maximis uatibus. i. poetis diuinis, ut Homero, & Virgi. pectoribus quoq;, ideſt etiam Deorum. autem pro ſed, hunc, ideſt huiuſmodi actum, ideſt ductum uitæ, excepit finis eius, ſcilicet uitæ, cōſentaneus, ideſt concors actui eius, ſcilicet uitæ aut ſi intelligatur eius Metel. ſit ordo, finis Metel. conſentaneus excepit hunc actum uitæ. Nam filii & generi, ideſt mariti filiarum, impoſuerunt rogo Quintum Metel defunctū, ſcilicet uita, ſupple in ſpacio ultimæ ſenectutis, & extinctum leni i. non aſpero genere mortis, utpote inter oſcula, & complexus pignorum, ideſt filiorum, & nepotum chariſſimorum, impoſuerunt inquam rogo latum, ideſt portatum per urbem humeris ſuis. quia à filiis elatus eſt.

ASCENSIVS.

Videamus ergo quot gradibus beneficiorū perduxerit Quintum Metellum à primo die originis ſupple lucis, uſq; ad ultimum tempus fati, ideſt mortis, ad ſummū cumulum uitæ beatæ, indulgentia, ſcilicet ſua, hoc eſt fortunæ in Metellum nūquam ceſſante. Probat aſſumptum, Enim pro quia: Fortuna uoluit eum, ſcilicet Metellum naſci in urbe, ſcilicet Roma, principe terrarum, dedit ei nobiliſſimos parentes, adiecit ei dotes animi rariſſimas, ideſt excellentiſſimas, utpote uiuacitatem, & acrimoniam ingenii (per quam, quas acumulauit uirtutes, fortunæ nō erant) & dedit uires corporis, ut poſſet ſufficere laboribus, & conciliauit, ideſt coniunxit illi per charitatem coniugalem, uxorem conſpicuam, ideſt clarā pudicitia, & fœcunditate, & largita eſt ei decus conſulatus, poteſtatem imperatoriam, prætextam, ideſt ornamenta, & inſignem ueſtem, triumphi ſpecioſiſſimi, fecit, ſcilicet fortuna, ut Metel. uideret, eodem tempore tres filios conſulares, ideſt qui conſulatum geſſerant, & unum, ſcilicet ex tribus illis (unde male intelligit Oliueri. qui quinque numerat, cum author quartum dicit) etiam cenſorium, ideſt qui etiam cenſuram geſſerat, & quartum prætorium, ideſt, qui prætor fuerat, & ſupple fecit, ut duceret nuptui, ideſt in matrimonium tres filias & exciperet, ideſt complecteretur ſinu ſuo, ideſt intra bracchia, ſobolem, ideſt prolem earum, ſcilicet filiarum. Tot partus ſupple fuerūt ei ex liberis (nam non poteſt conſtrui cum uerbo fecit, quia ſic eſſet accuſatiui caſus) tot incunabula ſupple fuerunt ei, togæ uiriles, ſcilicet nepotum qui eas acceperunt anno. xiiii tam multæ faces nuptiales, quibus neptes nuptui datæ ſunt, ſupple fuerunt, & abundātiam honorum, & imperiorum. demum, ideſt ut uno uerbo dicatur, omnis gratulationis, ideſt felicitatis ſūma qua illi gratulari poſſes ſupple fuit illi, cum interim nullū funus, nullus gemitus, & nulla cauſa triſtitiæ ſup. fuerit. ⁋ Contemplare, ideſt ſuſpice cœlum, uix reperies tum. ibi talem ſta-

OLIVERIVS.

Clara hæc fœlicitas. Res iſta uario modo trahitur, & ſecundum fabulam, & ſecundum hiſtoriam. Nam Cicero inducit hunc paſtorem fuiſſe libro tertio officiorum, dicit enim hic ille Gyges inducitur à Plato. qui cum terra deceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit, æneumq; equum, ut ferunt fabulæ, animaduertit, cuius in lateribus fores eſſent, quibus apertis, hominis mortui uidit corpus, magnitudine inuſitata, annulum aureum in digito habens. quem ut detraxit, ipſe induit. erat autem regius paſtor. tū in concilium paſtorum ſe recepit, ubi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur, ipſe autem omnia uidebat. idem ruſus uidebatur, cum in locum annulum inuerterat. itaq; hac opportunitate annuli uſus, reginæ ſtuprū intulit, eaq; adiutrice regem dominū interemit, ſubſtulitq; quos ſibi obſtare arbitrabatur. nec in his quiſquam eum facinoribus potuit uidere. ſic repente annuli beneficio rex eſt ortus Lidiæ. Hiſtoria uero hoc modo ſe habet. Candaules rex Lydiæ fuit, qui uxorem habuit eximiæ pulchritudinis quam omnibus prædicare ſolebat. non contentus, uoluptatum ſuarum tacita conſcientia, niſi etiā matrimonii reticēda publicaret, quaſi prorſus ſilentium eſſet damnum pulchritudinis. ad poſtremum, ut affirmationis ſuæ fidem faceret, nudam illam ſodali ſuo Gygi oſtēdit. quo facto, & amicum ad adulterium uxoris ſollicitauit, & hoſtem ſibi fecit uxorem quoque ueluti alteri tradito amore à ſe alienauit. nanque breui poſt tempore cædes Cādauli nuptiarum præmium fuit, & uxor mariti ſanguine dotata, regnum uiri, & ſe pariter adultero tradidit. Hic igitur per adulterium regnu poſitus, cum ſuperbia quadam, & gloria ductus, ad Apollinis oraculū ueniſſet, a Deo ſciſcitatus eſt, num quiſquam ſe fœlicior eſſet? qui Aglauum Sophidium acchadicum multo fœliciorem eſſe reſpondit. Solinus, quid inquit ad titulum fœlicitatis attinet? nec dum repertus eſt qui fœlix cenſeri iure debuerit. nam Corneli Sylla dictus potius fœlix quàm fuit. ſolum certe beatum Corthina Aglauum iudicauit, qui in anguſtiſſimo Archadiæ angulo pauperis ſoli diues, nunquam paterni ceſpitis terminos inuenitur exceſſiſſe. Plini. duos dicit oraculo Apolli. fœliciſſimos fuiſſe iudicatos lib. ſe-

Gyges opinione ſua fœlix

primo de natura.hiſto. alterum Phedium quendam, qui pro patria fortiter dimicans proxime occubuiſſet, alterum Aglauum hunc, de quo diximus. ⸿ Abdito. intimo ſpecu. ⸿ Verē profectò beatæ. dicit Apollinem hoc uno reſponſo diſenſiſſe à propoſito ſuo, quia perplexe loqui ſolebat. ⸿ Adumbratū. Non apparentem, inuolutum, cæcum. ⸿ Tugurium. Vilem caſam ex ceſpite factam. unde. Virgil. Pauperis, & tuguri congeſtum ceſpite culmen. ⸿ Curis, & ſollicitudinibus. unum ē expoſitio alterius, idest curis, quæ faciunt hominem eſſe ſollicitū. ⸿ Paucas glebas exigua prædia, & iugera. ⸿ Pauoris expertes. Securitate plenas. ⸿ Theſauros. ubi Theſaurus fuerit, illuc omnes animum intēdunt, ſi forte eum conſequi poſſent. ⸿ Adſtipulatorem. affirmatorem, aſſertorem.

⸿ Sapienter Dicta, aut Facta. Cap. II.

Nunc id genus fœlicitatis explicabo, quod totum in habitu animi ē: nec votis petitur, ſed in pectoribus ſapientia præditis natum, dictis, factisq́ prudentibus eniteſcit.

⸿ De Appio Claudio.

APpium Claudium crebro ſolitum dicere accepimus, negotium Populo Romano melius, quàm otium committi. non quod ignoraret, quàm iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quòd animaduerteret præpotētia imperia, agitatione rerum, ad virtutem capeſcendam excitari: nimia quiete in deſidiam reſolui. & ſanè negotium nomine horridum ciuitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit: blandç appellationis quies plurimis vitiis reſperſit.

ASCENSIVS.

CLara, ſupple eſt, hæc ſcilicet iam dicta Quinti Metelli fœlicitas, illa, ſcilicet quæ dicet utpote Aglaui Pſophidii obſcurior ſupple eſt, aut fuit, quia agricolæ, ſed præpoſita, ſcilicet fœlicitati Gygis, ſplendore diuino, idest claritate ex oraculo, & teſtimonio Apollinis. Enim pro quia, cū, idest quando Gyges inflatus animo, habens animum inflatum, regno, idest propter regnū Lydiæ, abundantiſſimo: idest quod maxime abundabat armis, & diuitiis, ueniſſet, ſcilicet Delphos, ſciſcitatum, idest interrogatum ſciendi gratia, Apollinem pythium, idest pythonis interemptorem, an aliquis mortalium eſſet fœlicior ſe, Deus prætulit ei Aglauum Pſophidium, uoce miſſa, idest oraculo emiſſo, ex abdito, idest ſecreto, & occulto ſpecu, idest antro ſacrarii, idest repoſitorii ſacrorum, aut loci ſacri. Is, ſcilicet Aglauus erat pauperrimus Arcadum, ſed iam ſenior ætate, nunquam exceſſerat terminos agelli ſui, idest nunquam illis quicquam adiecerat, & in illis colendis ſemper uerſatus fuerat (nō tamen putem, eum ſemper in illis fuiſſe, nam ſic, nec in domū quidem ſe recepiſſet, aut in ædem Deorum) contentus fructibus, ac uoluptatibus paruuli ruris. Profectò, idest certe Apollo complexus eſt ſagacitate oraculi, idest reſponſi dati Gygi, aut Gygæ, uerum finem, idest ueram diffinitionem uitæ beatæ non adumbratum, idest inuolutum erroris nebula. Quo circa Apollo reſpondit, ſcilicet Gygi glorianti inſolenter, fulgore ſuæ fortunæ, ſe probare, idest approbare magis, tugurium, idest caſam uilem ceſpite, aut ſimili re tectam, ridens, idest lætam & ad riſum inuitantem, ſecuritate, idest ob remotionem curarum, quàm aulam, idest regiam Gygis triſtem curis, & ſollicitudinibus, & paucas glebas, idest terræ globulos, aut terras ipſas proſciſſas, expertes, idest immunes pauoris, idest formidinis, quam pinguiſſima arua Lydiæ referta metu, & unum, aut alterum, idest ſecundum, iugum boum facilis tutelæ, idest quod facile tueri poſſit, quàm exercitus, & arma, & equitatū oneroſum impenſis uoracibus. & horreolum, idest paruum repoſitorium frugum, uſus neceſſarii, idest quantum ſatis ſit ad uſum neceſſarium, quam theſauros expoſitos inſidiis, & cupiditatibus omnium itaq;, idest & ita Gyges, dum cupit habere Deum, ſcilicet Apollinem adſtipulatorem, idest ſuffragatorem, opinionis, ſcilicet de beatitudine ſua oanæ, idest inanis & mendacis, didicit, ſcilicet ab eo, ubi nam fœlicitas ſolida & ſyncera, idest ex omni parte plena eſſet, quæ tñ in terris nō eſt.

THEOPHILVS.

SOphidium. Pſophidium à Pſophide oppido Arcadiæ de quo Pauſani. Stephanuſq;, & in Thebaide Papinius.

OLIVERIVS.

NVnc id genus fœlicitatis, quod totum in habitu animi. Omnis uirtus eſt habitus animi, in naturæ modū rationi cōſentaneus. ut iuſtitia eſt habitus animi ſuum unicuique tribuens pro dignitate cuiuſq;.

ASCENSIVS.

NVnc id genus fœlicitatis explicabo, idest deinceps, explicabo id genus fœlicitatis, quod eſt totum in habitu animi, nec, idest & non petitur uotis, ſcilicet externis, ſed natum in pectoribus præditis, idest præter cætera dotatis ſapientia, eniteſcit dictis & factis ſapientibus.

OLIVERIVS.

APpium Claudium crebro ſolitum dicere accepimus. Tranſiturus ad capitu de ſapienter dictis, & factis, ſapiētiam dicit eſſe ueram hominis fœlicitatem, quæ cæteris omnibus anteponi. quid enim fœlicius homini eſſe poteſt ſapientia? quæ cunctos humanos caſus fortiter ferendos, omnemque fortunam docet eſſe contemnendam? hæc autem ſapientia in homine per ſapienter facta, & dicta eniteſcit. primum autem exemplum eſt illius Appii Claudii, qui cæcus in Senatum ductus, cum de pace cum Pirrho facienda conſultaretur, in Senatu diſſuaſit non his eſſe conditionibus faciendam, quibus ille petebat. Hic igitur dictare ſolitus erat negocium Popu. Roma. magis conuenire quàm ocium. cuius rei, Valeri. rationem ſubiungit, neque enim ignorabat pacem, & ocium hominibus eſſe iocundum, ſed ſummis imperiis ocium eſſe pernicioſum, cum in deſidiam, luxumq; ſenſim labuntur homines, qui ea gloria carent, quam in armis negocium fortibus uiris præſtare conſueuit. ex ocio nanque opes, ex opibus luxus ex luxu auaritiam, uoluptates, libidines, & reliqua turpia proueniunt. id ita eſſe re ipſa compertum eſt, nam ocium uires popu. Romo. contudit, cuius mores in bene uiuendi diſciplina negocium continuerat. ⸿ Præpotentia. Valde potentia, & magna. ⸿ Et ſane negocium. & re ipſa probatum eſt, quòd negocium urbi noſtræ plurimum contulit. ⸿ In ſuo ſtatu. quia ſemper diſciplina beneuiuendi ſtabilis fuit, dum ſe negociis dedidere Roma. ⸿ Plurimis uitiis, nam euerſa Carthagine, deleta Numantia, domita Aſia, debellatis denique gentibus, quæ Romanos in armis, & negocio continebāt, urbs tota in luxum, & laſciuiam reſoluta eſt. quod teſtatur Iuuena. his uerſibus. Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis Luxuria incubuit, uictomque ulciſcitur orbem. Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo Paupertas Romana perit. ruſus in ſexta Satyra. Præbebat caſtas humilis fortuna latinas. Nego/ciū præ/ſtat ocio

ASCENSIVS.

APpium Claudium crebro ſolitum dicere accepimus. Nos accepimus, idest intelleximus, aut audiuimus. Appium Claudium ſolitum dicere crebro, negocium idest ſollicitam belli occupationem committi Populo Romano melius quàm ocium, idest carentiam negocii. non quòd ipſe ignoraret, quàm idest quantum iocundus eſſet ſtatus tranquillus, ſed quòd animaduerteret imperia præpotentia, idest præ cæteris potentia, excitari ad uirtutem capeſcendam, idest amplexandam, agitatione, idest commotione rerum, & ſupple reſolui in deſidiam nimia quiete, idest per nimiam quietem. Et ſanè, idest certe, negocium horridum nomine, idest quod omnes abhorrent, continuit mores ciuitatis noſtræ, in ſtatu ſuo, ſcilicet firmo & ſolido. & quies appellationis blandæ, idest quæ blanda eſt dum appellatur, & cuius nomē plauſibile eſt, reſperſit, ſcilicet mores ciuitatis noſtræ, plurimis uitiis ut Iuuenalis Saty. ſexta late exequitur.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

Scipionis non ignare dicta

SCipio uero Africanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere &c. ſapiens dictum q̃d crebro uſurpatur, ſolebat ſuperior Scipio dicere, turpe eſſe Imperatori dicere, nõ putaram. ſicut & Vegetius de re militari dicit, præliorum delicta emendationem non recipiunt, cum pœna ſtatim ſequatur errorem. ¶ Excuſſo. diffinito. ita Scipio innuebat his uerbis, nihil in re militari agi oportere, quod non prius certo cõſilio & diffinito excogitatum ſit. ¶ Inemendabilis. pro ſententia Vegetii, qui dicit, cum primum imperator errat, ſtatim errorem ſequitur pœna, & nullus datur emendãdi locus. ¶ Idem negabat. hoc quoq; Scipio dicere ſolebat, non eſſe cum hoſte conferẽdas manus, niſi urgente neceſſitate, aut offerente ſe occaſione, quod idẽ Vegetius affirmat, qui dicit occaſio plus ualet i prælio quàm uirtus. & in re militari, plus habet poteſtatis fortuna quam uirtus Horati. in epiſtolis. Tu quancunq; deus tibi fortunauerit horam, Grata ſume manu nec dulcia differ in annum. optime ergo præcipiebat Scipio, nam qui occaſionem gerendæ rei non expectauerit, demens eſſe comprobatur. arma etiam hoſtibus tradere neceſſitate cogente, ſolet aliquando peſtiferum eſſe.

ASCENSIVS.

SCipio uero Africanus, ſcilicet ſuperior. aiebat eſſe turpe in re militari, præcipue in imperatore, dicere, non putaram, uidelicet quia arbitrabatur oportere ea quæ agũtur ferro, adminiſtrari conſilio explorato. & excuſſo, ſcilicet prius, ideſt diligenter examinato. Nam (ut dicit Saluſtius.) Priuſquam incipias conſulto, & ubi conſuluerís mature opus eſt facto: arbitrabatur dicit ſumma ratione, ideſt iuſtiſſima de cauſa. enim pro quia, error qui cõmittitur, ideſt creditur, aut obiicitur uiolentiæ Martis, ideſt belli, eſt inemendabilis. quia amiſſa uita aut tua aut exercitus, fruſtra de incundo prælio cõſilium quæras. Idem, ſcilicet Scipio negabat æq; prudenter ſupple quempiam debere confligere cum hoſte aliter quàm ſi, aut occaſio, ſcilicet rei bene gerendæ obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet, ideſt mea quidem ſententia (nam aliter capit Oliueri.) non minore prudentia utẽdum eſſe in prælio per occaſionem committendo, quàm in neceſſario gerendo. Nam maxima dementia eſt omittere facultatem rei proſpere gerendæ, unde illud tritum. Fronte capillata poſt hæc occaſio calua eſt. Et ideo Lucanus, Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis. & compulſum utiq; in anguſtias, ideſt arctiſſimam neceſſitatem pugnandi, abſtinere ſe prælio, utpote. quãdo hoſtis caſtra, aut urbem oppugnat, aut quando commeatus penuria per medios hoſtes frumẽtatum ire coegit, aut obſidionem diſſoluere, aut ubi uictis nulla ſpes eſſet ueniæ. affert ignauiæ peſtiferæ, ideſt pernicioſiſſimæ exitium, ideſt exterminium. Et etiam, qui committunt iſta, ſcilicet uitia non prudenter pugnandi, alter, ſcilicet qui occaſionem rei bene gerendæ prætermittit, neſcit uti beneficio fortunæ, & alter, ſcilicet qui neceſſitate compulſus non pugnat, & reſiſtit fortiter, & prudenter, neſcit reſiſtere iniuriæ, ſcilicet fortunæ, aut hoſtis, ſed potius fortunæ, ne quid externi quæramus ubi plena eſt locutio.

¶ De Scipione Africano.

SCipio vero Africanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere, non putaram: videlicet quia explorato, & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma ratione. Inemendabilis enim eſt error, qui violentiæ Martis committitur. Idem negabat aliter cum hoſte confligi debere, quàm aut ſi occaſio obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet: æque prudenter. nam & proſperam gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia eſt: & in anguſtias utiq; pugnãdi compulſum abſtinere ſe prælio, peſtiferæ ignauiæ affert exitium: eorumq;, qui iſta committunt, alter beneficio fortunæ uti, alter iniuriæ neſcit reſiſtere.

¶ De Q. Metello.

QVinti quoque Metelli tum grauis, tum etiam alta in Senatu ſententia. qui deuicta Carthagine neſcire ſe illa victoria boni ne plus, an mali Reipubli. attuliſſet: aſſeuerauit. quoniam vt pacem reſtituendo profuiſſet: ita Hannibalem ſubmouendo, non nihil nocuiſſet. eius enim tranſitu in Italiam, dormientem Populi Romani virtutem excitatam, metuiq; debere, ne acri æmulo liberata, in eundem ſomnum reuolueretur. in æquo igitur malorum poſuit vri tecta, vaſtari agros, exhauriri ærarium, & priſci roboris hebetari neruos.

¶ De Licinio Fimbria Conſulari.

QVid illud factum Licinii Fimbriæ cõſularis, quàm ſapiens? A M. Luctatio Pinthia ſplendido equite Roma. iudex additus de ſponſione, quam is cum aduerſario, quod vir bonus eſſet: fecerat: nunquam id iudicium pronunciatione ſua finire voluit: ne aut probatum virum ſi contra eum iudicaſſet: fama ſpoliaret: aut iuraret eũ virum bonum eſſe, cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur. forenſibus hæc: illa militaribus ſtipendiis prudentia exhibita eſt.

OLIVERIVS.

Metelli grauis ſentẽtia

QVinti quoque Metelli Quint. Metellus poſt Hannibalem ex Italia pulſum, debellatamq; Carthaginem dicere ſolit[us] erat, neſcire ſe plus ne boni, an mali uictoria illa reipubli. attuliſſet. nam uirtus Romanorum, quã ſuo tranſitu in Italiam Hannibal prope dormientem excitauerat, rurſus nimia quiete ad priſtinum torporem redigeretur. exiſtimabat enim nihilominus mali prouenturum Popu. Roma. quòd i ocio uiueret, quàm ſi ferro, & flamma uaſtaretur Italia. ¶ Grauis. authoritate. ¶ Alta. ſapientiæ plena. ¶ In eũdem ſomnum. in priſtinũ torporem. ¶ In æquo igitur malorum. exiſtimat non minus detrimenti ex ocio naſciturum, ſi uirtus Romana langueſceret, quàm ſi flamma aut bello Italia uaſtaretur. ¶ In æquo. In æquitate, & in pari malo.

ASCENSIVS

QVinti quoque Metelli tum grauis &c, Sñia quoque Quin. Metelli in Senatu eſt ſupple, aut fuit, tũ ideſt pariter grauis, tũ, ideſt pariter, alta, ideſt altiſona. qui Carthagine deuicta, aſſeuerauit ſe neſcire, ne, ideſt an illa uictoria eſſet allatura reipublicæ ſcilicet Romanæ plus boni, ideſt commodi, an mali, ideſt incommodi, quoniam ut, ſcilicet uictoria illa profuiſſet reſtituẽdo pacem, ita nocuiſſet nonnihil ſubmouendo, ſcilicet ab Italia Hãnibalem. enim pro quia, Metellus ſupple dicebat, uirtutẽ Popu. Roma. excitatam tranſitu eius, ſcilicet Hannibalis ex Hiſpania per Alpes in Italiam dormientem, ideſt torpẽtem ocio, & dicebat debere metui ne, ſcilicet Italia liberata æmulo, ſcilicet eiuſdem rei, utpote gloriæ, aut ſummi imperii ſtudioſo acri, ideſt ſtrenuo, utpote Hannibale, reuolueretur in eũdem ſomnum, in quem, ſcilicet ante tranſitum eius inciderat. Igitur Metellus poſuit in æquo, ideſt æquali pondere, aut diſcrimine malorum, ideſt incommodum, tecta uri, ſcilicet ab hoſte. agros uaſtari, ideſt uacuos cultorib[us] & rebus, ac uillis, hoc eſt uaſtos fieri, ærarium, ideſt repoſitorium pecuniæ publi. exhauriri, ideſt euacuari, expromendo oẽm pecuniam ad uſum belli, hoc eſt pati omnia mala belli, & neruos roboris priſci, ideſt antiquæ uirtutis hebetari, ideſt obtundi.

OLIVERIVS.

QVid illud factum. M. Luctatius æques Romanus cũ aduerſario ſpoponderat, ſe uirum bonũ eſſe, tantaq; rei Licinium Fimbriam iudicem dederat. Fimbriano luit unquam de re tanta proferre ſententiam, ne aut probati uiri famam offenderet, aut falſo iuraret uirum bonũ eſſe, cui aliquid deeſt. cum ad hoc, ut aliquis ſit bonus uir, tñ mul

Fibriæ ſapiéter factum

ta requirantur, ut difficile ſit bonum uirum inuenire. Cicero. de hoc Fimbria libro tertio de officiis. Fimbriam, inquit conſularem audiebam à patre noſtro puer iudicem M. Luctatio fuiſſe equiti Romano ſane honeſto, cum ſponſionem feciſſet, ꝙ uir bonus eſſet. itaq; ei dixiſſe Fimbriam, ſe illam rem nunquã iudicaturum, ne aut ſpoliaret fama probatum hominem ſi contra iudicaſſet, aut ſtatuiſſe uideretur uirum bonum aliquem eſſe, cum ea res innumerabilibus officiis contineatur, & laudibus. ſi enim uirũ bonũ ſecundum ſtoicos diffiniamus eſſe ſapiétẽ, ſapientẽ autem, in quem nulla prorſus cadit ægritudo, nuſquã illum inueniemus. ℾ Innumerabilius laudibus. non parum eſt uirum bonum eſſe, neceſſe eſt cunctis illum uirtutum muneris præditum eſſe, in quo ſi una ſola uirtus defuerit, uir bonus non erit, nec dici poterit, uel certe debebit.

ASCENSIVS.

Quid illud factum. Id nii Fimbriæ conſularis ſupple uiri, quàm, d. ſt quantum ſapiens ſup. fuit quaſi dicat ſapientiſſimum. Nam ipſe additus iudex, ideſt ut eſſet iudex de ſpõſiune, idest depoſitione à M. Luctatio Pinthia equite Romano, ſplendido, ideſt clari nominis, quã, ſcilicet ſponſionem, ideſt depoſitionem, is, ſcilicet Luctatius fecerat cum aduerſario, ꝙ eſſet uir bonus, ideſt qui Luctatius depoſuerat, ꝙ iudicaretur uir bonus eẽ: & aduerſarius, quòd non, & de ea controuerſia ſponſionem uterque alteri fecerant, nunquam uoluit, ſcilicet Fimbria finire id iudicium, ſcilicet arbitrariã pronunciatione ſua, ideſt pronunciando, ꝙ aut uir bonus dicẽdus eſſet, aut quòd non eſſet. ne aut ſpoliaret fama uirum probatum, ideſt approbatum, & habitum uirum bonum, ſi iudicaſſet contra eum, aut ſupple ne iuraret eum, ſcilicet Luctatium eſſe uirum bonum, cũ ea res contineatur laudibus innumerabilibus. Quia multa illi conſtare debent, qui uir bonus merebitur dici. Faciens aũt paraſceuẽ ad ſequentia dicit, Hæc. ſ. ià dicta prudẽtia, aut ſapientia in dictis, & factis exhibita eſt ſtipẽdiis forẽſibus, ideſt uir[illegible] iudiciali uerſari ſolitis, & ibidem ſtipendia facere, illa. ſ. quæ ſequitur prudentia, eſt exhibita ſtipẽdus militaribus, ideſt in caſtris.

OLIVERIVS.

Papyrius. Papyrius bellũ cõtra Samnites gerebat, & cum acies inſtructæ ſtetiſſent, iuſſit auſpicia capi. pulli reſpuerunt eſcas. pullarius, ne imperatorẽ perturbaret, auſpicium ſoliſtimum .i. optimum eſſe reſpondit. cui Papyrius credens, prælium committi iuſſit. interea quidam monuit imperatorem, ut uideret quid ageret, quia ſoliſtimum nunciatum à pullario falſum fuerit. tum Papyrius pro bono inquit habeo, & pullarium in prima acie conſtituit, ubi cæſus mendacii pœnas dedit. nam quia prudens, & ſciens mentitus fuerat, cæſus eſt uel caſu uel diuina prouidentia, & ſic imperator potitus eſt uictoria. ℾ Tam cito animaduerterit. Laudat huius hominis prudentiam, atq; iudicium.

ASCENSIVS.

Papyrius curſor conſul. ſ. Ro. cum oppugnans Aquiloniam. ſ. urbem Sãnitum, uellet committere prælium, ideſt facere aſſaltum in urbem illam, & pullarius, ideſt auſpex obſeruator pullorum ad hoc nutritorum, renunclaſſet. i. perinde ac ſi à diis nunciatum per pullos. iterũ illi nunciaſſet, auſpicium optimum, promittens optimum exitum, auibus non proſperantibus. i. nihil proſperi promittentibus, unde falſus eſt renunciator, factus certior. ſ. per alios, qui aderant, de fallacia illius. ſ. pullarii, credidit bonum omen datum quidem .i. ſaltem ſibi, & exercitui, licet non pullario. ex eo enim quod oportuit petentem auſpicia credere pronũcianti ea, putauit ea quæ dixerat pullarius eſſe faciẽda, licet mentitus fuerit, & mendacium non exequenti, ſed inuenienti obfuturum, ac iniit pugnam Cæterum. i. ſed, ipſe cõſtituit mendacem. ſ. pullarium ante ipſam aciem, ut dii haberẽt ſup. aliquem, cuius capite. i. capitali punitione, expiarẽt. i. purgarent, & euacuarent ſup. iram ſuam, ſi conceperant quid. i. aliquid iræ. Autem pro ſed, primum telũ, quod miſſum erat è parte contraria. i. hoſtili directũ eſt in ipſum pectus pullarii, ſiue caſu, ſiue prouidentia numinis cœleſtis. Vt. i. poſtquam cõſul. ſ. Papyrius cognouit id, ſcilicet pullariũ luiſſe pœnas mendaci, & . i. ſimul inuaſit Aquiloniam. ſ. urbem hoſtilem, animo fidenti. i. fiduciæ pleno, & cepit ſup. eam. Et ita ſup. ipſe animaduertit. i. conſiderauit, tã cito, quo pacto iniuria imperatoris. i. cõmiſſa in ſe imperatorem ob falſam proſperi euentus renunciationem, quam niſi morte pullarii purgaſſet, in perniciem ſuam, exercitusq; ſui ('ut illorum tũ erat fides) ſenſiſſet, deberet uindicari, ideſt puniri. & quemadmodum religio uiolata per idem mendacium foret. i. eſſet expianda, & qua ratione .i. quo facto piaculo Deorum reconciliatione, uictoria poſſet apprehendi. i. pleſup. Papyrius egit uirum ſeuerum, quia mendaci non pepercit, egit conſulẽ religioſum, aut quia renunciatione licet falſam ſequi uoluit, aut quia. [illegible] am religioſe & ut diis placitum erat, expiauit. & egit imperatorem

De Papyrio Curſore Conſule.

Papyrius Curſor Conſul cum Aquiloniam oppugnãs prælium vellet committere, pullariusq; non proſperantibus auibus optimum ei auſpicium renũtiaſſet: de fallacia illius factus certior, ſibi quidem, & exercitui bonũ omen datum credidit, ac pugnam iniit. Cæterum mendacem ante ipſam aciem conſtituit, vt haberent dii, cuius capite, ſiquid iræ conceperant, expiarẽt. directum eſt autem ſiue caſu, ſiue cœleſtis numinis prouidentia, quod primum è contraria parte miſſum erat telum in ipſum Pullarii pectus, eumq; exanimem proſtrauit. id vt cognouit Conſul, fidente animo & inuaſit Aquiloniam, & cepit. Tam cito animaduertit, quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expiãda foret, qua ratione victoria apprehendi poſſet: egit virum ſeuerum, conſulem religioſum, imperatorem ſtrenuum, timoris modum, pœne genus, ſpei viam, vno mentis impetu rapiendo. Nunc ad ſenatus acta tranſgrediar.

De Senatu.

Cum aduerſus Hannibalem ſenatus Claudium Neronem, & L. Salinatorem Conſules mitteret: eoſq; vt virtutibus pares, ita inimicitiis acerrime inter ſe diſſidentes videret, ſummo ſtudio in gratiam reduxit. ne propter priuatas diſſenſiones, Remp. parum vtiliter adminiſtrarent. quia conſimili imperio vbi concordia non ineſt, maior aliena opera interpellandi, quàm ſua ædendi cupiditas naſcitur. vbi vero pertinax intercedit odium, alter alteri, quàm vterq; contrariis caſtris certior hoſtis proficiſcitur. Eoſdem Senatus, cum ob nimis aſpere actam cenſuram à Cn. Bebio Tribu. Pleb. pro roſtris agerentur rei, cauſæ dictione decreto ſuo liberauit: vacuum omnis iudicii metu eum honorem reddẽdo, qui exigere deberet rationem, non reddere. Par illa ſapientia Senatus Tiberum Gracchum Trib. pleb. agrariam legem promulgare auſum morte multauit. Idem vt ſecundum legem eius per triũuiros ager populo viritim diuideretur, egregie cenſuit. Siquidem grauiſſimæ ſeditionis eodem tempore & authorem, & cauſam ſuſtulit. Quàm deinde ſe prudenter in rege Maſiniſſa geſſit? nam cum promptiſſima, & fideliſſima eius opera aduerſus Carthaginienſes vſus eſſet, eumq; in dilatando regno auidiorem cerneret, legem ferri iuſſit: qua Maſiniſſæ ab imperio Populi Rom. ſolutam libertatem tribueret. quo facto, tum optime meriti beneuolentiam retinuit, tum Mauritaniæ, & Numidiæ, cæterarumq; illius tractus gentium, nunquam fida pace quieſcentem feritatem, à valuis ſuis repulit. Tempus deficiet domeſtica narrantem: quoniam imperium noſtrum non tam robore corporum, quàm animorum vigore, incrementum, ac tutelam ſui comprehẽdit. maiori itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur: alienigenisq; huius generis exẽplis detur aditus.

Imperatorem ſtrenuum, quia Aquiloniã cœpit, rapiẽdo, ideſt celeriter amplexando modum.i.moderationem timoria, quia ſimulit mendacem pullarium ſequi, donec eum puniendũ conſtitueret, & genus pœnæ, quia in Deorum arbitrio poſitũ, ut ſi innocentem cenſerent, ipſum à telis hoſtilibus defenderent, ſi nocentem, occidi permitterent. & uiam ſpei, quia cognito, ꝙ dii iram ſuam in pullarium conuertiſſent, ſpei plenus urbẽ expugnauit, uno impetu, ideſt impulſu mentis.i.rationis ea omnia decernentis. Facit autem breuem paraſceuem author ad dens. ego tranſgrediar nunc.i.deinceps ad acta Senatus.

THEOPHILVS.

Nero Claudius & Salinator ſimultates depoſuerunt.

AQuiloniam.oppidum Lucaniæ ex Ptolomæo, quod hodie quoq; paululum mutatis ut uulgo ſolet, ſyllabis, appellatur Lacydonia.

OLIVERIVS.

NVnc ad ſenatus. Hoc exemplum poſitum eſt ſupra in ca.de cenſura, & in ca.de recõciliatis, ubi graues inter Salinatorem & Neronem inimicitias fuiſſe diximus, ꝙ Liu. accuſante Nerone damnatus eſſet à populo. quos deinde ſenatus octauo poſt damnationem anno, tempore ſecundi punici belli, cum iiſdem comitiis conſul uterq; creatus eſſet, in gratiam ſummo ſtudio, & diligẽtia reduxit, ne illorum diſſenſione reſpu. detrimenti quicquam caperet. ſapiens profecto factum. niſi enim depoſitis ſimultatibus communi conſilio rẽpublicam adminiſtraſſent, nunquam ſecuta fuiſſet illa uictoria prope incredibilis, qua cæſo Hannibalis fratre cum. lvi. millibus hoſtium, non modo cannenſis clades, ſed etiam maior hoſtibus reddita fuit. Conſimili imperio. Optima ratio, cur diffidentes inter ſe ducca rem bene gerere nullo modo poſſent. nam qui inter ſe odio laborant, magis ſtudent alter alterius interpellare facta, quàm præclarum quicquam edere, & ſe inuicem magis inſectantur quàm hoſtes. ⸿ Eoſdem. & hoc quoq; ſenatus factum laude dignum, qui eoſdem à cauſæ dictione liberauit, cum à Tribu pleb. accuſati eſſent quòd cenſuram inter ſe rigidam nimis exercuiſſent, nam ſe inuicem cenſoria nota ſignarat, Nero Liuium, quod à populo fuiſſet aliquando damnatus, Liuius Neronem, quòd non uere in gratiam ſecũ rediiſſet. ſicut in capitulo de cenſoria nota diximus. hanc igitur accuſationem Senatus diſſoluit authoritate ſua. ⸿ Vacuum omnis iudicii metu. Nã Senatus decretũ factũ eſt, ne iudicio aliquo timerent ſe dãnari poſſe cenſores, quo minus aliorum delicta punirẽt. nam ſi damnati fuiſſent, cæteri quidem ſegniores facti eſſent, iudicium metuẽtes, ex quo illud ſecutum eſſet, ut maior in urbe peccandi licentia naſceretur. præterea iniquũ eſſe uidebatur, ut qui aliorum uitæ rationem exigerent, ſuæ ipſi uitæ rationẽ reddere cogerentur. ⸿ Par illa ſapientia. Quomodo Tiberius Gracchus à Scipione Naſica adhortante ſenatum, ut ſi rempublicam ſaluam eſſe uellet, ſecum iret in capitolium, ſubſelliorum fragmentis cæſus fuerit, uidimus in capitulo de ſomniis. poſt huius uero mortem, ut plebis dolor leniretur, quæ grauiter, & periniquo animo Tiberii mortem ferebat agrariam legem, per quam cæſus fuerat non impugnauit, ſed permiſit, ut loco Tiberii alium eligerent ad agros diuidendos. electus autem Pub. Craſſus Gracchorum affinis, filiã enim Craſſi, Cneus Gracchus uxorem habebat. quãquam tradit Cornelius nepos non Craſſi, ſed Bruti, qui de Luſitania triumphauit filiam Ca. Graccho nuptam fuiſſe, plures tamen ita tradunt: ut modo diximus, per hunc igitur plebi diuiſi ſunt agri. quanquam Valerius per triumuiros diuiſos fuiſſe dicat, ſed Plutarchus in uita Gracchorum ita refert. ⸿ Authorem. Gracchum occidendo. ⸿ Cauſam. Vt agri diuiderentur æqualiter cenſendo. ⸿ Quàm deinde ſe prudenter. Negari non poteſt, hanc Senatus prudentiam fuiſſe ſingularem. nam ut diximus ſupra in capitulo de gratitudine, tempore ſecundi punici belli Scipio Africanus opera Maſiniſſæ fuerat in eo bello maxime uſus, Cum igitur Senatus æquum eſſe iudicaret, ut tam benemerito regi beneficium aliquod præſtaret ſine incommodo: non ſolum ſocium Maſi. retinuit, ſed etiam maiorem ab eo gratiam iniuit. Cum enim ſenatus intelligeret, cupidum illum eſſe imperii dilatandi, decretum fecit, ut qui neq; ulli bellum inferre, nec cum ullo fœdus inire poterat iniuſſu ſenatus, is ab hoc iure fœderis abſolueretur, libereq; poſſet cum quibus uellet bellum gerere. quo facto gratiam benemerito regi nõ paruam retuliſſe uidetur. ⸿ Solutam. ut eſſet in poteſtate, & arbitrio Maſiniſſa quibus cum uellet belli, paciſue gerendæ.

Tiberii Gracchi interitus.

⸿ Tempus deſi. Si uoluero, inquit, cuncta ſenatus facta ſapienter enarrare, tempus non ſufficeret. cum igitur tantum imperium non uiribus ſolum, ſed conſilio, & ratione pepererit, partum auxerit, auctum conſeruauerit, ſatius eſt illius prudẽtiam tacita admiratione inuolui.

ASCENSIVS.

Socratis dictũ ſapienti plenum

CVm ſenatus mitteret, ideſt mittere uellet aduerſus Haſdrubalem in Italiam aduenientem, Claudium Neronem, & Liuium Salinatorẽ conſules, & uideret eos, ut pares ſup. maxime uirtutibus, ita diſſidentes inter ſe acerrime inimicitiis, reduxit ſupple eos in gatiam, ideſt mutuam beneuolentiam ſummo ſtudio, ideſt conatu, ne adminiſtrarent parum utiliter rempublicam propter priuatas diſſenſiones. Quia maior cupiditas interpellandi, ideſt impediendi, aliena opera, ſcilicet præclara, quàm ædendi, ideſt emittendi, & producendi in lucem, ſua, ſcilicet opera, naſcitur imperio conſimili, ideſt pari, ubi concordia non ineſt. uero, ideſt ſed, ubi odium pertinax, ideſt perpetuum in malitia perſeuerans illic ſupple, aut tũc alter (dixiſſet ut opinor uterque alteri, niſi additurus fuiſſet rurſus uterque) proficiſcitur, ſcilicet in militiam, certior hoſtis alteri, quàm uterq; ſupple proficiſcatur hoſtis caſtris contrariis, Quam rem graphice depinxit fabulator ille Phrygius Aeſopus in apologo de inuido, & auaro. ubi cum auarus petiiſſet ab Ioue duplum ſibi dari quicquid inuidus petierit, inuidus magis ut alteri incommodet quam ſibi proſit, alterum oculorum ſibi erui orauit. Addit ſecundum ſenatus prudens factum dicens. Senatus liberauit eoſdem, ſcilicet iam dictos conſules decreto ſuo, ideſt interponendo decretum, dictione cauſæ, ideſt defenſione ſui, cum agerentur rei, ideſt cum dies illis dicta eſſet à Cneo Bebio Tribuno pleb. pro roſtris, ideſt ante roſtra, hoc eſt ad populum ob cenſuram actam nimis aſpere, liberauit dico reddendo eum honorem, ſcilicet cenſorium, liberum metu omnis iudicii, qui deberet exigere rationem, ſcilicet geſtorum ab aliis, non reddere rationem geſtorum, ſcilicet à ſe. Par &c. Affert tertium exemplum eiuſdem dicens. Illa ſapiẽtia ſenatus par, ideſt æqualis illi, quæ ſuperiora fecit, mulctauit morte Tiberium Gracchum Tribunum pleb. auſum promulgare, ideſt executioni mandare, legem agrariam, ideſt de diuidendis agris militia partis, æquis portionibus. & idem, ſcilicet Senatus cenſuit egregie, ideſt excellenti prudentia, ut ager eius, ſcilicet Tib. Gracchi, diuideretur populo uiritim, ideſt æquis portionibus in ſingula capita, hoc eſt pretium eius, per triumuiros, ideſt rei iudicatæ executores, ſecundum legem quam Gracchus promulgare uoluit. probat quòd egregie id cenſuit. Siquidem, ideſt quoniam ipſe Senatus ſuſtulit, ideſt de medio tulit eodem tempore, authorem ſeditionis grauiſſimæ uidelicet Gracchum, & cauſam, quia ut agri portionem haberet, populus ſeditionem mouit, & eam habuit. Secundum Oliuerium tamen ordo erit, ut ager, ſcilicet bello quæſitus, diuideretur ſecundum legem eius, ſcilicet Gracchi. ſed id difficile fit creditu. Quàm deinde & cætera. Affert quartum eiuſdem prudentiæ facinus dicens. deinde quàm, ideſt quantum putas prudẽter, Senatus ſupple geſſit ſe in Maſiniſſa rege, ſcilicet Numidiæ! quaſi dicat prudentiſſime. nam cum Senatus uſus eſſet opera, ideſt auxilio eius, ſcilicet Maſiniſſæ, promptiſſima, & fideliſſima aduerſus Carthaginen. & cerneret eum, ſcilicet Maſiniſſam, auidiorem, ideſt nimis auidum in dilatando, ideſt extendendo regno, ſcilicet ſuo, iuſſit legem ferri, quæ tribueret, ſcilicet pro muneratione Maſiniſſæ libertatem ſolutam ab imperio Populi Romani. Quo facto ſenatus tum, ideſt ſimul retinuit beneuolentiam, ſcilicet Maſiniſſæ optime meriti, tum, ideſt ſimul repulit à ualuis ſuis, ideſt oſtiis, quæ quotidie, aut iudicium, aut opem poſtulantes pulſitare ſolebant, feritatem Mauritaniæ, & Numidiæ, & cæterarum gentium illius tractus nunquam quieſcentem pace fida. quia enim non amplius habuerunt prouocationem ad Senatum Populumq; Romanũ non amplius moleſtiam attulerunt. Tranſiturus autem ad externa utitur tali paraſceue, Tempus deficiet, ideſt non ſatis erit mihi narrãti domeſtica, ſcilicet exempla, quoniam imperium noſtrum, ideſt Roma. comprehendit incrementum, ac tutelam conſeruationem ſui, nõ tam robore corporum quàm uigore animorum. itaque prudentia Romana ponatur ex maiori parte in admiratione tacita, ideſt in pectore, non in ſcripto, aut uoce poſita, & additus detur exemplis alienigenis huius generis,

¶ Externa. De Socrate Philoſopho.

SOcrates humanæ ſapientiæ quaſi quoddam terreſtre oraculum, nihil vltra petendum à Diis immortalib⁹ arbitrabatur: quàm vt bona tribuerent: quia ii demum ſciret: quid vnicuiq; eſſet vtile. nos autem plerunq; id votis expetere: quod nõ impetraſſe melius foret. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quàm late patentem errorem cæcas precationes tuas ſpargis? diuitias appetis: quæ multis exitio fuerunt: honores concupiſcis: qui complures peſſundederunt: regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur: ſplendidis coniugiis iniicis manus: at hæc vt aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt. deſine igitur ſtulta futuris malorum tuorum cauſis, quaſi fœliciſſimis reb⁹ inhiare: teq; totum cœleſtium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili ſolẽt, etiam eligere aptiſſima poſſunt.

Idem expedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat: qui id agerent, vt quales videri vellent, tales etiam eſſent. qua quidem prędicatione aperte monebat, vt homines ipſam potius virtutem haurirent, quàm vmbram eius conſectarentur. Idem ab adoleſcentulo quodam conſultus vtrum vxorem duceret, an ſe omnino matrimonio abſtineret, Reſpondit, vtrum horum feciſſet acturum pœnitẽtiam. hinc te, inquit, ſolitudo, hinc orbitas, hinc generis interitus, hinc hęres alienus excipiet. illinc perpetua ſolicitudo, cõtextus querelarum, dotis exprobratio, affinium graue ſupercilium, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonii, incertus liberorum euentus. nõ paſſus eſt iuuenem in cõtextu rerum aſperarum, quaſi lętę materię facere delectum. Idem cum Athenienſium ſcelerata dementia triſtem de capite eius ſententiam tuliſſet: fortiq; animo, & conſtanti vultu potionem veneni ẽ manu carnificis accepiſſet: admoto iam labris poculo, vxori Xantippe inter fletum, & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi: quid ergo: inquit, nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti? O immenſam illam ſapientiam, quę ne ipſo quidem vitæ exceſſu obliuiſci ſui potuit.

OLIVERIVS.

SOcrates. Vale. Socratem quoddam quaſi terreſtre appellat oraculum, ad illud reſpiciens, q cum templum Apollinis ingreſſus eſſet, ſic exceptus eſt à ſacerdote, ut diceret, Salue ſapientiſſime omnium. Solinus in ca. de homine. perfectam ſapientiam ſoli Socrati Delphicum oraculum adiudicauit. Cicero quoq;, Socrates inquit, omniũ ſapientiſſimus oraculo Apollinis adiudicat⁹. hic igitur dicere ſolitus erat, non debere homines præcipuũ quicquam à Diis immortalibus petere, niſi quæ illi nobis expedire putant ſciunt enim ipſi quid nobis utile ſit. multis rationib⁹ pobat, homines plerunq; ea petere quæ noxia ſit, ut opes, honores, imperia, hæc omnia cum plerunq; poſſidentibus obſint, in bonorum numero non ſunt ponenda. bonum enim id ſolum dicitur, quod nemini nocet, quod q; nullo fortunæ impetu cõmouetur. ¶ Melius foret. cuius deinde pœniteat cum impetraueris. ¶ Etenim. probat ita eſſe. q. d. præcipites in multos errores tuæ preces incurrũt cum ea plerunq; petas, quæ tibi nocitura ſunt. ¶ Cæcas. temerarias, & inconſideratas ¶ Diuitias ap. quaſi bona. ex hoc probantur non eſſe bona, q multis exitio fuerint. ¶ Iniicis ma. appetis, & uendicas tibi. ¶ Illuſtrant. Si ſummo loco nataſuerint, & cum acceſſerint dotes, bona animi illuſtrant. ¶ Inhiare. auidiorem eſſe, & admirari à præcedente quod ſequitur. nã ſolent ea quæ admirantur, aperto ore, fixiſque oculis intueri. ¶ Teq; to. cœ. arbi. per. Sine, inquit deos, quid ſit utile, ſine uoto tribuere. hæc ſtulta, & certa uota Iuue. his uerſibus carpit. Si uis conſilium permittas expẽdere diuis Quid conueniat nobis, rebuſq; ſit utile noſtris, Nã pro iucundis aptiſſima quæq; dabunt Dii. Carior eſt illis homo, quam ſibi nos animorũ, Impulſu & cæca, magnaq; cupidine ducti, Coniugium petimus, partumq; uxoris, at illis Notum, qui pueri, qualiſq; futura ſit uxor. ¶ Idem expedita, & compendiaria. Breuiori. Cic. in officiis. Socra. inquit, præclare hanc uitam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſiquis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis eſſet. ¶ Idem ab adoleſcentulo. Socrates cum ex eo quæreret quidam adoleſcens, nũquid uxorem duceret, ita reſpondit, ut illum ambiguum relinqueret ſicut in littera patet. ſed aliter reſpondiſſe dicitur Diogenes uſus dilẽmate, ideſt complexione, quæ ex utraq; parte concludit, ſi inquit, pulchram communem, ſin autem turpem duxeris, pœnam. Theophraſtus quoq; idem ſenſiſſe uidetur, pulchra, inquit, cito adamatur, fœda facile contemnitur. difficile cuſtoditur, quod plures amant, moleſtum eſt poſſidere, quod nemo habere dignatur. minori tamẽ miſeria deformis habet, quàm formoſa ſeruatur. quia nihil tutum, in quod totius populi uota ſuſpirant. ¶ Orbitas. Sine filiis nullos hæredes relinquens. ¶ Perpetua ſolicitudo. parandi. ſ. ea, quæ uxori, & liberis neceſſaria ſunt, & teſte Theophraſto multa ſunt matronarum uſibus neceſſaria, quæ ab illis ſemper expetuntur, precioſæ ueſtes, aurum, gẽmæ, ſumptus, ancillæ, ſuppellex, uaria lauticia, Exedra deaurata, aliæq; ſunt ſolicitudines quæ ab uxoribus capiuntur, quas ille commemorat, ut per totam noctem garrulæ conqueſtiones, illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ab omnibus, ego in cõſpectu fœminarum miſella deſpicior. cur aſpiciebas uicinam? quid cum ancilla loquebaris? de foro adueniens, quid attuliſti? & mille alia eiuſmodi. Item pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum. unde ait Socrates, contextus querelarũ. ¶ Affinium graue ſupercilium. ſuperba uxor, ſuperbos dacet affines, ſuum q; nobile genus tibi ſemper exprobare ſolet. Iuuena. Tolle tuum precor Hannibalem uictumq; Syphacem In caſtris, & cum tota Carthagine migra. de matrona loquitur quæ ſuam marito generoſitatem iactare ſolet ¶ Dotis exprobatio. ut illud Iuue. Intolerabilius nil eſt quam femina diues. ¶ Garrula ſocrus, rara erit inter uirũ uxoremq; concordia uiuẽte ſocru, quæ filiam docet, quomodo uirum ſibi reddat obnoxium. Iuuena. Deſperanda tibi ſalua cõcordia ſocru. ¶ Subſeſſor. inſidiator, ut Virgi. Subſedit adulter. & deniq; illud euenit in ducenda uxore, q Theophraſtus dicit, q nulla ſcilicet eſt uxoria electio, ſed qualiſcunq; euenerit habenda eſt. ſi iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fetida, ſi impudica, quodcunque uitii eſt, poſt nuptias diſcimus. ¶ Incertus liberorum euentus. Quia, ut quidam ait, beatus eſt ille, qui fœlix fuerit in filios. incertum enim eſt, an filii tui probi, & uirtutis amantes pariter, & imitantes futuri ſint. ¶ Contextu. rerũ ordine rerum. ¶ Idẽ cum Athenienſium. Diximus ſupra quòd Socrates quòd alienos Deos introduceret, & quòd adoleſcentes corrumperet, in carcerem cõiectus. xl iudicum ſententiis, ut legitur in Phedone Platonis damnatus fuerit. & cum ei poculum uenenatum (nam illum Athenien. honoris gratia, eo mortis genere honeſtiori necari uoluerunt) poculũ inquam eſſet obiatum, & coniunx eius Xantippe uociferaret, ac diceret, innocens moriturus es mi uir. tum ille, ſatius ne putaſti me mori nocentem? Socrates in articulo mortis philoſophiæ memor, uxoris ſuæ dementiam notauit, quæ quaſi doloris augumentum rem, quæ ſibi conſolationem debebat afferre, lamentaretur. legitur in uita Socratis nõ Xantippem eius uxorem, ſed Appollodorum ea dixiſſe, quæ Valerius aſcribit uxori. De morte Socratis hæc habentur, Antyus quidam Athenis ſæpe deriſus à Socrate propter eius ineptias, contra Socratem cum multos alios, tum Ariſtophanem poetam concitauit, qui grãdi pecunia corruptus comœdiam ſcripſit in Socratem, in qua illum notabat quod nebulas coleret, & Athenien. religionibus detractaret, & quod præterea iuuenum mentes ſic imbueret, ut parentibus manus inferre pie, & officioſe poſſent. quæ cum ad uulgi aures peruenerunt (nam in ſcæna recitata eſt comœdia illa) ſic omnes in Socratem ira accenſi ſunt, ut poſtero die in iudicium tractus fuerit, & eum accuſauerunt tres, Antyus, Lycon, & Melytus, q ſcilicet iura uiolaret, quæ

Marginal notes: Vxor an ducenda ſit — Subſeſſor alieni matrimonii

ciuitas haberet, Deos eſſe non exiſtimans, & alienos Deos induceret, & ꝙ contra ius, & fas iuuenes corrumperet. pro quo Plato orationem habuiſſe dicitur ad præceptoris ſui defenſionem, qui non eſt auditus. quare Socrates non iudicio, ſed furore quodam damnatus, & in carcerem cõiectus, paulopoſt publico ueneno necatus eſt. ſed poſt paucos dies pœnitētia ductus populus, quãuis ſero, interfectum lugent, prædicãt omnes illum ſanctitate pium, ac clariſſimarum omnium uirtutum uenerabilem extitiſſe. inducitur publicus mœror, clauduntur officinæ, & gymnaſia, fit impetus i accuſatores, qui omnes ſupplicio affecti, & fugati fuerunt. Socrati uero ab Athen. ærea ſtatua, Lyſippi opus, in celeberrimo loco poſita fuit. ſtetit Socrates in carcere. xxx dies teſte Seneca epiſtola ad Lucilliũ. lxxi potuit inquit, Socra abſtinentia finire uitam, & inuidia potius quã ueneno mori. xxx. tamen dies in carcere, & expectatiõe mortis exegit. Celebrata impia ad eum, qui omnia de ſe pietatis documenta dederat. ☞ Immenſam. ſcilicet dixerim. ☞ Sui. ideſt ſuæ ſapientiæ, & fortitudinis.

Socratis ærea ſtatua erecta

❡ De Solone.

AGe quàm prudenter Solon neminem, dum adhuc viueret, beatum dici debere arbitrabatur: quòd ad vltimum vſq; fati diem ancipiti fortunæ ſubiecti eſſemus. fœlicitatis igitur humanæ appellationem rogus conſumat: qui ſe incurſu malorum obiicit. Idem, cum ex amicis quendam grauiter mœrentem videret in arcem perduxit: hortatusq́; eſt, vt per omnes ſubiectorum ædificiorum partes oculos circunferret: quod vt factum animaduertit. cogita nunc tecum, inquit, quàm multi luctus ſub his tectis & olim fuerint, hodieq́; verſentur, inſequentibusq́; ſæculis ſint habituri: ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. qua conſolatione demonſtrauit vrbes eſſe humanarum cladium conſepta miſeranda. Idem aiebat ſi in vnum locum cuncti mala ſua contuliſſent: futurum, vt propria deportare domum, quàm ex omni miſeriarum aceruo portionem ſuam ferre mallet. quo colligebat non oportere nos, quæ fortuito patiamur, præcipuæ, & intolerabilis amaritudinis iudicare.

ASCENSIVS.

SOcrates quaſi quoddam oraculum, ideſt prõptuarium prouidentiæ, & cognitionis diuinæ ad danda reſponſa de futuris, & rebus occultis, ac de uitæ rationæ terreſtre, ideſt in terra cõuerſatium (cum oraculum Apollinis cœleſte putet) ſapiẽtiæ humanæ i. quatenus homini contingere poteſt, arbitrabatur nihil petendum à Diis immortalibus ultra, ideſt ulterius quam ut tribuerent bona, ſcilicet uera, quia hi, ſcilicet dii demum, ideſt ſolummodo, (Tracta metaphora, ab us, qui aliquid quærunt, quod ſi uno duntaxat in loco inuenerint, dicunt, illic demum repertum, quod idem eſt, ac ſi dicant ſolummodo) ſcirent quid eſſet utile unicuiq; autem pro ſed dicebat, aut arbitrabatur nos expetere plerunq;, ideſt frequenter aut ferè uotis ſcilicet noſtris id, quod foret melius non impetraſſe. Etenim, ideſt nam certe ſupple dicebat, ò mens mortaliũ inuoluta dẽſiſſimis tenebris in quàm ideſt in quantum late patentem errorem, tu ſpargis præcationes tuas cæcas, ideſt improuidas tu appetis diuitias, quæ fuerunt multis exitio. Tu concupiſcis honores, qui peſſundederunt complures. Ipſa, ideſt tu uoluis tecum, ideſt meditaris & amplecteris regna, quorum exitus cernũtur ſæpenumero miſerabiles. Tu iniicis manus, ideſt affectanter inhias coniugiis ſplendidis, ideſt ſplendidarum fœminarum, at, ideſt ſed hæc, ſcilicet ſplendida coniugia, ut, ideſt quemadmodum illuſtrant aliquando, ita euertunt nonnũquam domos fundi tus. Igitur ò mens ſtulta deſine inhiare, ideſt hianter intendere cauſis futuris tuorum maiorum, quaſi, ideſt tãquam rebus fœliciſſimis, & permitte totum arbitrio cœleſtium, hoc eſt Dei, quia, ſcilicet dii, qui ſolent tribuere bona ex facili, ideſt ſine grauamine, aut ſine difficultate poſſunt etiam eligere aptiſſime ſupple ea quæ ſint tribuenda. ☞ Idem ſcilicet Socrates, dicebat eos peruenire uia expedita, ideſt à nullo impedita, ac ita facili, & compendiaria, ideſt breui, qui agerent id, ut quales uellent uideri, tales etiam eſſent, Qua quidem prædicatione monebat aperte, ut homines haurirent potius ipſam uirtutem, quàm conſectarentur umbram, ideſt apparentiam eius. Idem, ſcilicet Socrates conſultus, ideſt petitus conſilium (unde ſciẽdum etiam paſſiue ſignificare) ab adoleſcentulo, utrum duceret uxorem, an abſtineret ſe omni matrimonio, Reſpondit ſupple, Adoleſcentem illum acturum pœnitentiam utrumutrum, ideſt utrũcunque (Sunt qui legant utrum, ſed meo iudicio non recte, nam ſicut de tribus utpotè an unam uxorem tantum, an plures, an nullam duceret, non recte dixeris, quod horum feciſſet, ſed qđ cunq; & cætera, ita hoc loco nõ recte dicatur utrum horum, ſed utrumutrum, aut utrumcunque ſi ſit in uſu, horum, ſcilicet duorum) nam inquit ſolitudo accipiet te hinc ex cœlibatu. Et orbitas, ideſt priuatio prolis legitimæ excipiet te hinc, ideſt ex eodem, & interitus generis tui excipiet te hinc, ideſt ex eodẽ, & hæres alienus, qui tuis potietur, excipiet te hinc, ideſt ex eodem cœlibatu. Et ſupple ſolicitudo perpetua, ſcilicet pro uxore, liberis, & re domeſtica, contextus .i. cumulus congeſtus, hoc eſt continua materia querelarum, cũ ſemper aliquid ſit, quod diſpliceat in familia, exprobratio dotis, ſcilicet per uxorẽ, aut affines tuos, quæ & qui quicquid poſſederis doti acceptum ferent, graue ſupercilium affinium putantium te indignũ tali uxore, lingua ſocrus, ideſt matris uxoris tuæ garula, quia, ut dicit Iuuenalis. Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru: poteſt etiam dici ſocrus garula lingua, ideſt habens garulam linguã, ſubſeſſor alieni matrimonii, ideſt qui ſolicitet uxorẽ tuam de ſtupro, incertus euentus liberorum, quia neque ſcit, qui uxorem ducit, an habiturus ſit liberos, nec ſi habuerit, quales futuri ſint, hæc, inquit omnia excipient te hinc, ideſt ex matrimonio, ſi cõtraxeris ipſum. Metellus autem apud Gellium libro primo docet, ĩ matrimonio non poſſe iocunde, & ſine malo uiuere, ſed ſine matrimonio nequaquam. neceſſe eſt igitur pro honeſta cõſeruatione generis humani matrimonium contrahi. ſed nulli nunc ea lex ſingulariter præfixa eſt. Ideo autem Socrates utriuſq; ſtatus miſerias iuueni illi propoſuit, ut reuocaret à ſua opinione. Credebat enim, eo ꝙ eſſet liber, & diues, utrunq; læte à ſe fieri poſſe. unde addit author. Socrates ſupple non eſt paſſus, iuuenem facere delectum, ideſt electionem quaſi materiæ lætæ in contextu .i. ab utraq; parte propoſitione, rerũ aſperarũ, quia aſperũ eſt, & ducere & non ducere uxorẽ. ſed nõ eſt domus ſine malo. Tentatio enim eſt uita hominis ſuper terram. ☞ Idem, ſcilicet Socrates, cum demẽtia ſcelerata Athenien. tuliſſet triſtem ſententiam de capite eius, ideſt cum eum morti adiudicaſſet, & accepiſſet forti animo, & uultu conſtãti potionem ueneni è manu carnificis, poculo admotò iam labris, inquit Xantippe uxori uociferanti inter fletum, & lamentationem, cum, ſcilicet Socratem maritum ſuum perire innocentem, quid ergo, ideſt ſi ideo fles, ꝙ innocẽs pereo, duxiſti, ideſt exiſtimaſti ſatius, ideſt melius, & eligibilius eſſe mihi mori nocenti? O (inquit Valerius) immenſa ſapiẽtia quæ ne ipſo quidem exceſſu uitæ potuit obliuiſci ſui.

OLIVERIVS.

AGe quàm prudenter. Hoc in uita Solonis apud Plutar. legitur. cum in Lydiam ſardos Crœſi regis rogatu Solon ſe recepiſſet, illi aurum, & argentum, omniaq; precioſiſſima, quibus rex ille abundabat, cum ambitione quadã oſtentauit, ſperans eo modo apud Solonem felicitatis nomen conſecutum. Cum igitur per multos dies apud Crœſum moratus eſſet, eiuſq; diuitias, & precioſa quæq; luſtraſſet, ac fœlicitatem cognouiſſet, Crœſus interrogauit, num quempiam ſe fœliciorem unquam uidiſſet, cui Solon reſpondit. Talem ſiue Telum quendam Athen. qui cum filiis pro patria fortiter pugnans interierat. tum Crœſus ubi ſe opinione fruſtratum eſſe cognouit, quòd primum fœlicitatis locum non obtineret, rurſus quæſiuit ex eo, quis poſt Telum ſe beatior eſſet, Cleobim & Bitonem Solon eſſe dixit. qui cum graui peſtilentia omnia ferme iumenta periiſſent, & eorum mater ad ſacra facienda curru uehenda foret, quia pedibus ire omnino religione prohibebatur, matris pietate, & pariter religione moti, collum ſubiecere iugo, & matrem ad templum ceruice traxerunt. illa deinde peractis ſacrificiis Iunonem orauit, ut filiis daret, quod optimum iudicaſſet, & ita ſequenti die mortui in cubiculo inuen-

¶ De Bia Prienenſi.

BIas autem, cum patriam eius Prienen hoſtes inuaſiſſent: omnibus, quos modo ſæuitia belli incolumes abire paſſa fuerat: pretioſarum rerum pondere onuſtis fugientibus: interrogatus quid ita nihil ex bonis ſuis ſecum ferret, Ego (inquit) vero bona mea mecum porto. pectore enim illa geſtabat, non humeris, non oculis viſenda: ſed æſtimanda animo. quæ domicilio mentis incluſa, nec mortalium, nec Deorum manibus labefactari queunt: & Vt manentibus præſto ſunt: ita fugientes non deſerunt.

ei ſunt, ex quo iudicatum eſt, mortem optimum eſſe omniũ. tum Crœſus indignabundus, nonne beatus tibi uideor, inquit? cui reſpondit Solon. Immo fœlicem te iudico, beatum omnino negauerim. nam beatum dicimus, qui ad extremum diem in fœlicitate permanſerit. ita eſſe Crœſus ipſe documento maximo fuit, nam paulopoſt, hic bellum cum Cyro Perſarum rege forte gerens, prima pugna uictus, atq; fugatus in Sardorum ciuitatem confugit. Cyrus perſecutus, expugnata urbe, eũ uiuum cœpit, & ingenti rogo impoſitum cremari uolebat. qui cum palo ſtaret alligatus, ligna circumponerentur, magna uoce ter Solonem uocaſſe dicitur. quod cum Cyro delatum eſſet, ab eo percunctari iuſſit, quid ita Solonem inuocaret. qui cum rem omnem explicaſſet, Cyrus ad ſe rediens, humanamq; conditionem excogitans, intellexit tale quidam ſibi quoque accidere poſſe, quia ſub eiuſdem fortunæ poteſtate poſitus eſſet. & propter ea illũ liberare conſtituit. itaq; iuſſit inde quamprimum ammoueri, nec eum ſolum uita donauit, uerũ etiam ſummo honore quoad uixit apud ſe hsbuit. hoc modo Solon uiſus eſt hac ſapienti oratione alterum ſeruaſſe ex regibus, alterũ cautiorem, prudentioremq; reddidiſſe. ¶ Neminem beatum. multi quidem fœlices ſunt, ſed non beati. beatos dicimus, qui ad extremum uſque ſuæ uitæ diem in fœlicitate permsnſerint. ¶ Ad ultimum uſq; fati diem unde Ouidi. Sed ſcilicet ultima ſemper, Expectãda dies homini eſt diciq; beatus Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet. ¶ Rogus. mors. & reſpicit ad hiſtoriã ſupradictam. rogum dixit mortem, à præcedente quod ſequitur, nam rogis ſemper imponebãtur mortui apud maiores. ¶ Idẽ cum ex amicis quẽdam grauiter mœrentem. hoc idem in eius uita continetur. Adoleſcens quidam familiaris Solonis, triſtis admodum erat, ꝙ ei multa aduerſa contigiſſent. quod cum ſenſiſſet Solon conſolaturus adoleſcentem in eminentiorem urbis locum eduxit, iubetq; cũctas ſubiectas oculis domos percurrere, ſecumq; cogitare, quot malorum genera, quantiq; luctus ſub illis tectis eſſent, ac futura eſſent, nec exiſtimare uellet ſibi incommoda ſoli tanquam propria accidiſſe. ¶ Incommoda tanquam propris. Ouidi. neq; enim fortuna quærenda, ſola tua eſt, Similes aliorum reſpice caſus Mitius iſta feres. ¶ Incommoda. humanos caſus. ¶ Conſepta. quaſi quædam ouilia, & clauſtra. ¶ Idem aiebat ſi in unum locum. hoc cum ſuperiori coniungit Plutarc. ꝙ ſeparatim narrat Vale. cum enim ſolonis quidam familiaris admodum triſtis conſolationem nõ admitteret, Solon ne deſperatione grauius quicquam conſuleret amicus ille, hoc conſolationis genus attulit. finge, inquit, animo omnia omnium mala in unum cumulum eſſe congeſta, nunquid tuam potius quàm æquam illorum malorum partem in domum deportabis? & hæc uerba cum diligentius conſideraſſet adoleſcens, deſperatione depoſita, conſolationẽ admiſit. ſignificabat autem Solon, non quæ nobis accidunt propria iudicare, nec ea debere nos inconſolabiliter ferre. ¶ Cõtuliſſent. cõgeſſiſſent in cumulũ. ¶ Fortuito. ſæuiẽte fortuna.

ASCENSIVS.

AGe (adhortãdi uox, quaſi dicat diiudica mecũ) quàm, ideſt quantum prudenter Solon Athenie. legumlatoe, arbitrabatur, neminem debere dici beatũ, dum adhuc uiueret, ꝙ, ideſt quia, ſubiecti eſſemus fortunæ ancipiti uſque ad ultimum diem fati. ideſt mortis. Ergo rogus, ſcilicet quo mortuorum cadauera utebantur, aut ſepulchrum, conſumat, ideſt perficit appellationem fœlicitatis humanæ, qui, ſcilicet rogus, hoc eſt finis uitæ. ſiue per rogum, ſiue per ſepultuream ſignificandus, obiicit ſe incurſu pro incurſui, aut legas incurſui malorum, ideſt ne mala aliqua incurrant, quia mors ultima linea rerum eſt. Idem ſcilicet Solon, cum uideret quendam ex amicis mœrẽtem grauiter, perduxit ſupple eum in arcem, ideſt ut dicunt in turrim, aut ſummam domum urbis, & hortatus eſt ſupple eum, ut circunferret oculos per omnes partes ædificiorum ſubiectorum, ideſt uiſui. quod ut, ideſt poſtquam Solon animaduertit factum, ſcilicet sb smico ſuo, inquit cogita nunc tecum quàm multi luctus, & ideſt ſimul fuerint olim, & uerſentur hodie ſub his tectis, & habituri, ideſt manſuri ſint in ſæculis ſequentibus, ac mitte, ideſt omitte deflere incommoda mortalium, ideſt quæ omnibus communia ſunt, tanquam propria, ideſt tanquam eſſent tua unius, aut tibi ſoli. Qua conſolatione Solon ſupple demonſtrauit urbes eſſe conſepta, ideſt quaſi clauſtra quædam miſerãda cladium humanarum, ideſt in quibus cum hominibus clades humanæ includantur, ut oues noctu in ſeptis ſuis cum paſtoribus. Idem ſcilicet Solõ aiebat, ſi cuncti cõtuliſſent ſua mala, ideſt incommoda in unũ locum, futurum ſupple eſſe, ut ſinguli mallent deportare domum ꝓpria, ſcilicet mala. hoc eſt incommoda, & miſerias, quàm ferre domum ſupple ſuam portionem, ideſt quæ cuiq; contingeret, ſi æqualibus portionibus mala condiuiderentur ex omni aceruo miſeriarum. (Quod ut de multis uerum eſſet, ita de omnibus uerum fore difficile eſt intelligere. nam qui grauiſſimum pondus miſeriarum afferret, minus facta tali partitione referret, uerumtamen fortaſſe non multo tolerabilius. nam licet multum de miſeriis ſuis remitteret, & parum alienæ miſeriæ, reſpectu dimiſſæ aſſumeret, tamen quia iam nota mala mitius ferentur quam noua, & quibus nullam dedimus anſam, tolerabilius forte multas miſerias noſtras, quam paucas alienas nobis inditas feremus.) Quo, ſcilicet dicto Solon colligebat, ideſt concludebat, nos non oportere iudicare ea, quæ patiamur fortuito ſupple eſſe amaritudinis præcipuæ, & intolerabilis.

OLIVERIVS.

BIas autem. Hoc exemplum & Cicero ponit primis para. ubi arguit ab authoritate, diuitias appellari non debere nec eſſe bona, quòd cum aliorum, tum Biãtis maxime teſtimonio probat, cum dicit nec non ſæpe illum laudabo ſapientem Biantem, ut opinoe, hoc ideo dixit, quia ſunt nõnulli, qui dicunt non Biantem, ſed Pittacum fuiſſe, qui nominatur inter ſeptem ſapientes. cuius cum patriam Prienen cœpiſſet hoſtis, cæterique ita fugerent, ut multa de ſuis bonis aſportarent, cumq; eſſet admonitus à quodam, ut idem ipſe faceret, ego uero, inquit facio, nam omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortunæ, ne ſua quidem putauit, quæ & nos etiam appellamus bona. ¶ Onuſtis. preſſis, & oneratis, ſed inter oneratum, & honuſtum hoc intereſt, quòd oneratus pro qualicunque pondere preſſus, honuſtus, cui onus ipſum honori eſt. & alterum quidem aſpiratur, uidelicet honuſtus, alterum, ſcilicet oneratus ſine aſpiratione exaratur. ¶ Omnia mea. ſcilicet uirtutes, quæ ſola bona ſunt, & ſua cuiuſque uere dici poſſunt, quæ nulis ratione poſſunt amitti, ut ſæpe dictum eſt. ¶ Labefactari. conquaſſari, corrumpi, ſubduci. Biantis dictum

ASCENSIVS.

BIas autem cum hoſtes inuaſiſſent Prienẽ pstrism eius, omnibus, (quos modo ſæuitis belli paſſa fuerat abire, incolumes, ideſt ſaluos) fugientibus onuſtis pondere rerum precioſarum, interrogatus quid ita, ideſt cur nil ferret ſecum ex bonis ſuis, inquit, ego uero, ideſt pro certo, porto mecum bona mea. enim pro quia, ipſe geſtabat ſupple bona ſua pectore non humeris, & non uiſenda oculis, ſed æſtimanda, ideſt appreciãda animo, quæ incluſa domicilio mentis, nec queunt labefactari manibus mortalium, nec Deorum propter liberum arbitrium. (de potentia tamen abſoluta, Deus bona animi auferre poſſet, ſed nollet, quia natura ipſius eſt boni augmentatiua) & ut, ideſt quemadmodum bona animi, hoc eſt uirtutes præſto, ideſt præſentes, & paratæ ſunt, manentibus, ideſt perſiſtentibus in patria ſua: ita non deſerunt fugientes, ſcilicet iuſta de cauſa, quia aliogui uirtus cedere neſcit.

ℭ De Platone Philoſopho.

IAm Platonis verbis abſtricta, ſed ſenſu præualens ſententia, qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit: cum aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent.

OLIVERIVS.

IAm Pla. breue Platonis dictum, ſed ſapientia plenum qui tum res humanas ſtabiles fore dixit, mundumq; beatum, ſi aut ſapientes regerent, aut regentes ſaperent. qd Lactantius diui. inſtitu confirmat. dicit enim, Plato dixit beatas ciuitates fuiſſe futuras, ſi aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharentur. ℣ Abſtricta. breuis. & præciſa.

ASCENSIVS.

IAm (cõtinuatiua eſt, ut iam ſæpe monuimus particula) ſententia Plato. abſtricta. i. abbreuiata uerbis, ſed præualẽs ſenſu Qui. ſ. Plato prædicauit orbem terrarum. i. mundum hũc futurũ tum demum beatum, cũ aut ſapientes cœpiſſent regnare, aut reges ſapere.

ℭ De Quodam Rege.

REx etiam ille ſubtilis iudicii: quem ferunt traditum ſibi diadema prius quàm capiti imponeret, retentum diu cõſyderaſſe, ac dixiſſe. O nobilem magis, quàm fœlicem pannum: quem ſi quis penitus cognoſcat quàm multis ſolicitudinibus, & periculis & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet.

OLIVERIVS.

REx ẽt ille. De hu' regis noĩe nulla fit apd̃ pin. mentio, nec apud alios quos ipſe legerim. ℣ Diadema. honor, & redimiculũ capitis ẽ, à ligando dictum ℣ Nobilem. Quia reddit homines claros. ℣ Quã fœlicem. quia plus amaritudinis ſentiat, q̃ fœlicitatis. ℣ Humi tollere ne dum cum labore, & periculis.

ASCENSIVS.

REx &c. Ordo, ille etiam rex, cuius nomen ignoratus, ſup. fuit ſubtilis iudicii. quem ferunt conſideraſſe, diadema. i. inſigne capitis regii traditum ſibi inſigne uidelicet regiæ potentiæ retentum diu ſ. in manibus, priuſquam imponeret capiti. ſ. ſuo, ac dixiſſe. O pannum (Eſt. n. faſcia q̃dã, cui corona ſuperiponebatur apud Perſas) nobilem magis q̃ fœlicem i. facientem potius hominem nobilẽ q̃ fœlicem. quem ſi quis cognoſcat penitus, q̃ multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſeriis ſit refertus, ne quidẽ .i. non ſaltem, aut non etiam uellet tollere i. efferre cum iacentẽ humi i. ſuper terram.

ℭ De Xenocrate Philoſopho.

QVid Xenocratis Reſponſum, quàm laudabile? cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet: vno ex his quærente cur ſolus linguam ſuam cohiberet, quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquã.

OLIVERIVS.

QVid Xenocratis. huius philoſophi & alia, præter hoc reſponſum, dicta ſapienter, multa legũtur nam hoc in primis q̃ſi ſimile ſuperiori dictitare ſolebat, multa quidem audienda, pauca uero dicenda, quoniam hominibus os unum, & aures duas natura dediſſet. rurſus iniuriã illatã, infamẽ eſſe inferenti, non patienti. Item cum incidiſſet in obtrectatorem, & maledicentem ab eo q̃primum fugiens ait. tu linguæ tuæ ſeruus es, ego uero mearum aurium dominus ſum. pari ratione, cum uidiſſet duci furem ad ſupplicium dixit, fures maiores trahunt ad ſuppliciũ minores.

ASCENSIVS

QVid Xenocratis. &c. ad leuandum faſtidium legenti, uaria utitur ratione dicendi, nunc interrogatiue. nunc admiratiue, nunc continuatiue, nunc ex abrupto, nũc citra omnem figuram rem explicans. Hoc itaq; loco utitur modo interrogandi. Quid ſup. dices, aut cenſebis Reſponſum Xenocratis. ſ. philoſophi, q̃. i. quantum laudabile ſu. eſſe q. d. maxime laudabile eſſe. Cũ Xenocrates intereſſet ſupp. cum ſummo ſilentio ſermoni quorundam maledico .i. diffamatorio, aut detractorio, uno ex his. ſ. maledicis, quærente. i. cum unus quæreret, cur ſolus cohiberet linguam ſuam, inquit reſpondit, quia pœnituit aliquando me dixiſſe. i. locutum fuiſſe, & nunq̃ pœnituit tacuiſſe. Quod quidem recte dixiſſe potuit, ſi nunq̃ tacuerit, ubi loquendum fuit. Non enim aſſipulos illi uerſiculo hinc fortaſſis tracto. Nam nulli tacuiſſe nocet nocet eſſe locutum. cum canes muti tam acriter arguantur à propheta domini.

ℭ De Ariſtophane.

ARiſtophanis quoq; altioris eſt prudentię præceptum: qui in comœdia introduxit remiſſum ab inferis Athenienſem Periclem, vaticinantem non oportere in vrbe nutriri leonem, ſin autem ſit alitus, obſequi ei conuenire. monet enim ut præcipuæ nobilitatis, & concitati ingenii iuuenes refrenentur: nimio vero fauore, ac profuſa indulgentia paſti, quo minus potentiam obtineant ne impediantur: quod ſtultum, & inutile ſit eas obtrectare vires: quas ipſe foueris.

OLI.

ARiſtophãis. hic ſcriptor comœdiarum qui in comœdia quadam periclẽ Athe. ducem ex inferis excitatũ ita loquentem introducit, non oportere in urbe nutriri leonẽ. ſin aũt ſit alitus, obſequi ei conuẽire. hic ſapiẽter monuit Athe. in comœdia, coercendos. ſ. eſſe nobiliſſimos adoleſcentes, ne nimia indulgentia inſolentiores facti, poſtmodũ fiant intolerabiles, quia ſtultum & inutile ſit q̃s uires ipſe nutrieris, eas non uelle pati. ℣ Obtrectare. reſiſtere.

ASCENSIVS.

ARiſtophanis &c. Præceptum quoq; Ariſtophanis antiquæ comœdiæ ſcriptoris, eſt prudentiæ altioris. i. præ cæteris altæ. Qui introduxit in comœdia. ſ. ueteri, Periclem Athe. remiſſum ab inferis uaticinantẽ, non oportere leonem. i. uirum ferocis ingenii, & præpotentem nutriri in urbe. ſ. Athe. ſin aũt. i. ſed ſi ſup. leo ſit alitus. i. educatus, & nutritus cõuenire. i. conueniens, & utile eẽ obſequi. i. inſeruire ei. n. pro quia Ariſtophanes ſupp. monet hoc dicto allegorico, ut iuuenes præcipuæ nobilitatis, & ingenij cõcitati. i. acris & ardentis. refrenẽtur. ſ. ab ineunte ætate con uero. i. ſed ne iuuenes ſup. paſti. i. educati, & aliti, nimio fauore, ac indulgentia. i. facilitate, & permiſſione (ut dicunt) propriæ uoluntatis, profuſa. i. nimia, impediantur, quo minus. i. ut nõ obtineãt potentiã. q. i. qa ſit ſtultum, & inutile, imo pnicioſũ obtrectare eas uires, quas ipſe foueris.

ℭ De Thalete Philoſopho.

MIrifice etiam Thales, nã iterrogatus, an facta hominum deos fallerent: nec cogitata: inquit, vt non ſolum manus, ſed etiam mentes puras habere vellemus: cum ſecretis cogitationibus noſtris cœleſte numen adeſſe credidiſſemus.

OLIVERIVS.

MIrifice Thaletis ſñia nõ mõ ſapiẽs, ſed ẽt religioſa, & chriſtiana, q̃ hoĩes nõ facere, ſed ne cogitare qdem turpe q̃cq̃ debeãt nã iterrogat' an deũ fallerẽt facta mortaliũ ſed nec cogitata qdẽ rñdit, qa deus oĩa nouit, & humanæ mẽtis arcana, ubi uerſus extãt in hãc ſniam. Cum qd turpe facis ſi te pñte rubeſcis, Cur pñte deo, nõ magis ipſe rubes? Pacu. idẽ ſenſiſſe uĩ, q ait, Iouis oculus oĩa cernẽs, uidit & q̃ ciuitates in terris gerũt. ℣ Manus. q̃tũ ad facta. ℣ Mentes. q̃tũ ad cogitata. Deum nec hominũ facta nec cogitata fallũt.

ASCENSIVS.

MIrifice ẽt Thales. ſ. philoſophus mileſius unus ẽ ſeptẽ, ſup. rñdit. Nã iterrogatus, an facta hoium fallerẽt. i. laterẽt deos igi. rñdit, nec cogitata. i. ne cogitata qdẽ hoium fallũt deos, qa deus ſcrutator ẽ cordiũ. hoc aũt dixit, ut uellemus hẽre nõ ſolũ manus puras à turpi & iniquo facto, ſed ẽt mẽtes. ſ. puras à turpi, ac iniq̃ cogitatiõe, cũ. ſ. ita ſit, q credidiſſemus. i. pſuaſũ habuiſſemus, numẽ cœleſte. i. deũ adeſſe ſecretis cogitationibus nñis. Ac ne qdẽ. i. nõ ẽt, qd ſequtur ſu dem eſt minus ſapiẽs, cũ in hoc ſit reuera ſapiẽtiſſimũ, & qd magnã curã mentẽ mortalibus iniiciat. ñ ſolũ pure uiuẽdi, ſed ẽt caſte cogitãdi

OLIVERIVS.

VNicæ filiæ. Sapiēter hoc Themiſtoclis dictum fuit, qui eum à uiro quodam conſuleretur, nunquid filiam ſuā pauperi, ſed probato, an diuiti, ſed inornato uiro locaret, reſpondit ſe malle uirum pecunia, q̄ pecuniam uiro indigentem. uoluit hominis notare ſtultitiam, qui dubitaret uirtutem præferre diuitiis hoc idem Ci. li. ii. offi. teſtatur. dicit. n. ſi res in contentionem ueniet, nimirū Themiſtocles author adhibendus, qui cum conſuleretur, utrū bono uiro pauperi, an minime probato diuiti filiam collocaret ego, inquit malo uirum qui pecunia egeat, q̄ pecuniam, quæ uiro. ℱ Collocaret. nuptui daret. ℱ Legeret. pro eligeret.

ℭ De Themiſtocle.

ACne quod ſequitur quidem minus ſapiens. vnicæ filiæ pater Themiſtoclem conſulebat, vtrum eam pauperi, ſed ornato, an locupleti, ſed parum probato collocaret: cui is, malo, inquit, virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. quo dicto ſtultum monuit, ut generum potius, q̄ diuitias generi legeret.

ℭ De Rege Philippo patre Alexandri.

AGe Philippi, quàm probabilis epiſtola. in qua Alexandrum quorundam macedonum beneuolentiam largitione ad ſe attrahere conatū, ſic increpuit: quę te fili ratio in hanc tam uanam ſpē induxit, ut eos fideles tibi futuros exiſtimares quos pecunia ad amorem tui compuliſſes? à charitate iſtud præſtatur. at vero auus Philippus maiore ex parte mercator græciæ, q̄ victor.

ℭ De Ariſtotele Philoſopho.

ARiſtoteles autem Caliſthenem auditorē ſuum ad Alexandrum mittens monuit: ut cum eo aut q̄rariſſime, aut q̄iucundiſſime loqueretur: quo ſcilicet apud regias aures uel ſilentio tutior, uel ſermone eſſet acceptior. at ille dum Alexandrum macedonem perſica ſalutatione gaudentem obiurgat: et ad macedonicos mores inuitum reuocare beneuole perſeuerat: ſpiritu carere iuſſus, ſeram neglecti ſalubris conſilii pœnitentiam egit. Idem Ariſtoteles de ſemetipſo in neutram partem loqui, debere prædicabat: quoniam laudare ſe, uani, uituperare ſtulti eſſet. Eiuſdem eſt utiliſſimum præceptū: ut uoluptates abeuntes conſyderemus: quas quidem ſic oſtendendo minuit. feſſas enim pœnitentiaq; plenas animis noſtris ſubiecit: quo minus cupide repetantur.

ASCENSIVS.

VNicæ &c. Pater unicæ filiæ, conſulebat. i. petebat conſilium Themiſtoclis utrum collocaret. i. matrimonio coniungeret, eam. ſ. filiam unicam pauperi ſ. uiro, ſed ornato. ſ. prudētia, & cæteris uirtutibus, an locupleti, ſed parū ꝓbato. cui is. ſ. Themi. inquit. i. rñdit Ego malo. i. magis uolo uirū indigentē pecunia, q̄ pecuniā indigentē uiro. Quo dicto Themi. monuit ſtultū. i. īprudētē patrē, ut legeret. i. eligeret potius generū, q̄ diuitias generi. Cæterū q̄a hoc cōſilium ad mundanā pertinere putabitur ſapientiam, & ſuperius ad cœleſtē, uideatur hoc illo minus ſapiens, niſi hoc etiā ad cœleſtē faciat. Nam non paruum cōperit ad cœlos aditū q̄ uirtutē pfert diuitiis, quas qui contēnit, ſe deo dignū gerit. iuxta illud Maronis, quod magni æſtimat Seneca, Aude hoſpes contēnere opes, & te quoq; dignū finge deo. Atreuera, ſi liceat ſanctis ſtabuire, (ut certe licet) Saluator noſter inter p̄cipua ad cœlum cōpēdia, & re & uerbo paupertatē docuit amplexādā.

OLIVERIVS.

AGe Philip. hoc ēt in uita Alex. legitur, q̄ cū eſſet adoleſcens, liberalitate quadā ductus, ut popularē factionē acqreret, muneribus ad ſe trahere conabatur principes Maced. q̄d ubi intellexit pr̄, per literas admonuit filiū, amicos pecunia cōparatos, nō q̄ fideles eē conſueuiſſe. ponit aūt ipſius uerba, q̄bus uſus eſt ad filiū ſapienter q̄dē Phi. nam ſi amoris eā in pecunia faceret, deficiente pecunia, in qua bñuolentia cōſiſtit, amor eſſe deſiſteret. Ci. offi. li. ii. p̄clare, inq̄t in epl. quadā Alex. filiū Phi. accuſat, q̄ largitione bñuolentiā macedonū cōſectetur. Quæ te malū inq̄t, rō in iſtā ſpē induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? tu id agis, ut Mace. nō te regē ſuū, ſed miniſtrū, & p̄bitorē putent. q̄d ſordidū regi, melius ēt, q̄ largitionū corruptelā dixit eſſe. fit. n. deterior q̄ accipit, atq; ad idē ſemper expectandū paratior. & ita q̄uis Phi. ſentiret, Auus tñ Alex. & ipſe Phi. nō bello, ſed largitione magnam Græciæ partem obtinuit.

ASCENSIVS.

AGe (adhortādi uox) q̄. i. q̄tū ꝓbabilis. i. cōmendabilis ſup. eſt aut fuit, epi. Phi. ſ. regis Mace. patris Ale. magni in qua ſ. epi. Phi. ſup. increpuit. i. reprehendit Alexan. ſ. filiū ſuū conatū attrahere ad ſe largitione. i. larga munerū, & pecuniarū collatione, bñuolentiā quorundā Mace. ſic. i. his uerbis. O fili q̄ rō īduxit te in hāc tā uanā ſpē, ut exiſtimares eos futuros tibi fideles, quos cōpuliſſes pecunia ad amorē tui. i. ut te amarent. iſtud. i. amari, p̄ſtatur à charitate. i. beneuola dilectione. At uero. i. ſed certe. aui p̄o uero Phi. auus. ſ. A. e. & ita pater Philip. ſup. fuit ex maiore parte mercator græciæ q̄ uictor. q̄a plus acquiſiuit per largitionem q̄ per bella. Multi textus habet ante. ubi nos Oliuerium ſecuti auus legimus.

OLIVERIVS.

ALiquanto ſpecioſius ſententiis Saturnini vetulionis in eodem genere caſus, vltimæ ſortis auxilium. Qui cum à triũuiris inter proſcriptos nomen ſuum propoſitum audiſſet: continuo præturæ inſignia inuaſit: præcedentibusq́ in modum lictorum, & apparitorum publicorum ſeruis ſubornatis, vehicula comprehendit, hoſpitia occupauit, obuios ſũmouit: ac tam audaci vſurpatione imperii, in maxima luce denſiſſimas hoſtilibus oculis tenebras effudit. Idem ut puteolos venit, perinde ut publicum miniſterium agens, ſumma cum licentia correptis nauibus in Siciliam, certiſſimum tunc pſcriptorum profugium penetrauit. his vno adiecto leuioris notæ exemplo ad externa reuertar.

te fugit, inquit, q prǽter leges, & mores Romanos è caſtris noctu ſæpe diſceſſeris, ſed antea bonum te fuiſſe uirum haud oblitus ſum, errores igitur tui cum rebus à te bene geſtis recõpenſentur, poſt hac uero te in aliis rebus obſeruabo. educta deinde è tentorio muliercula hæc inquit te in caſtris retinebit, niſi propter aliam improbitatem diſceſſeris, nam te huius amore è caſtris diſcedere ferebatur, eã deinde iuueni tradidit, & illũ fortiſſimum ſibi retinuit, & reip utilẽ. ⁋ Cuius non di.uin. eſt, iſinitus ſæpe pro re uerbi ponitur ut hoc loco non dimicare eſt uincere. nulla dimicatio ẽ uictoria. Contra uero ẽt res uerbi ponitur pro infinito, ut conſulto pro conſulere facto pro facere. ⁋ Diſciplinam deſſe q̃a pp diſciplinã militiæ Romanæ permiſit hũc in caſtris ſcortũ habere ⁋ Paratiſſimũ ex. expeditiſſimum bellatorem, nã excurſores dicuntur, qui in expeditionem aduerſus hoſtes ducũtur.

ASCENSIVS.

FAbius aũt ma. cuius nõ di.i. abſtinere à pugna eſt uincere, ſic, n. hoc eſt cunctando Hãni. fregit, cũ haberet in caſtris. ſ. ſuis peditem i. militem pedeſtrem Nolanum, i. è Nola oppido fortitudinis præcipuæ. i. egregiæ ſuſpectum dubia fide, q̃a uidebatur ad Hãni. uelle tranſire, & equitem Lucanum. i. è Lucania operæ. i. operationis, militaris ſtrenuæ. i. acris & diligentis, deperditum amore ſcorti. i. meretricis uiæ, ut uteretur utroq́ potius bono milite, q̃ aiaduerteret in utrunq́. i. iuſte puniret utrunq́ diſſimulauit i. diſſimulando abſcondit alteri ſ. Nolano, ſuſpitionẽ ſuã de perfidia illius, & deflexit in alterum. i. ad cõplacendũ alteri, uidelicet Lucano diſciplin. m. ſ. militarem paululũ à recto tenore i. à rigore ſuo. Namq́ laudando illũ. ſ. Nolanum, ſuſpectæ fide plene. i. tanq̃ minime ſuſpectũ, pro tribunali. i. cathedra imperatoria. & proſequẽdo. i. afficiendo eum omni genere honoris coegit ſup eum reuocare animum ſuum à pœnis. i. Car. ad Ro. & paſſus hunc. ſ. equitem Lucanum redimere. ſ. à lenone, clam. i. in occulto meretricem reddidit ſup. eum excurſorẽ. ſ. in hoſtiles, terras aut caſtra paratiſſimum. i. promptiſſimum pro nobis.

THEOPHILVS

ATqui Liuius, Equitem non peditem Nolanum, nec à Fabio Maximo. ſed à Marcello reuocatum ſcribit ad ſanitatem.

OLIVERIVS.

VEniã nunc ad eos. De his q aſtutia ſibi ſalutẽ pauerant M. Voluſius à triumuiris proſcr ptus, uaſro cõſilio & calliditate, ingenii ſalutẽ ſuã protexit, nã ſumpto Iſiaci habitu mendicus factus incognitꝰ à ſe oĩbus ꝓbuit, quacunq́ iter fecit, donec in caſtra Brutiana peruenit ſaluus, & incolumis. ⁋ Aedilis, tri. ple. Hic locus corruptus eſſe ſolet, neq́ enim tribunus, & ædilis quiſq́ uno tempore eſſe poterat, ſed ita credendũ eſt, ut litera ſit ædilis plæbeius. erant. n. ædiles plæbei, & curules, q iter utroſq́ intereſſet. oñdit idẽ Val, i. li. de neglecta religione, ubi de Var. loquitur. ⁋ Aſſumpto Iſiaci habitu, ſumpto habitu ſacerdotis iſidis. erat aũt habitus mendicantis, nam Iſiaci ſacerdotes mendicantes per urbes, & uicos uagabantur, pollicentes ſe futura prædituros ſi daretur aſſis, & inde quæſtũ faciebãt. hi uulgo nũc dĩr. Cingani. ſunt aũt ægyptii. ergo habitu iſiaci. i. habitu pauperrimi ſacerdotis. ⁋ Stipem. pecuniam mendicans. ⁋ Quid illa neceſſitate. Hãc fortunã uel potius Vo- Iſiaci ſacerdotes

luſii neceſſitatẽ deplorat, q̃ nihil ferme triſtius inueniri poſſit, quæ uoluſiũ coegit depoſitis Romani magiſtratus iſignibus Iſiaci, hoc eſt pauperrimi ſacerdotis, & mendicantis ſumere habitum ⁋ Abiecto honoris prætextu. Depoſito magſ̃tatus inſigni. ⁋ Omnes aũt hi. dãnat uoluſiũ, & eos, q uitæ nimiũ cupidi, omnem indignitatem, & turpitudinem uitandæ mortis gratia, ſubire non dubitant, & eos q alienæ mortis auidi homines ad eam neceſſitatem impellunt ut ea ſuſtinere cogantur. ⁋ Suſtinuerunt. uitæ cupidi. ⁋ Perpeti coe. alienæ mortis auidi ASCE. apd Ro. apd nos Cingari

VEniã nũc ad eos q̃bus ſalus. i. cõſeruatio uitæ quæſita. i. inuenta eſt aſtutia. i. per aſtutiã. Mar. Voluſius ædilis plæbeius, & ita non curulis, proſcriptus, ſ. à triumuiris, petẽs ſtipem. i. elemoſynã habitu Iſiaci. i. ſacerdotis Iſidis per itinera, & uias, nõ eſt paſſus occurrentes dignoſcere reuera q̃ſnã eſſet, & tectus. i. ꝓtectus eo gñe fallaciæ ꝑuenit in caſtra M. Bruti. Quid miſerius ſup. fuit illa neceſſitate? q̃. ſ. neceſſitas, iuſſit. i. uoluit, aut impulit magſ̃tatum po. Ro. quia ædilem, prætextu honoris. i. inſigni magſ̃tatus abiecto, incedere obſcuratũ inſignibus religionis alienigenæ, q̃a ægyptiacæ q dn hil & ita tacite damnat Voluſiũ Brutianas partes ſecutũ Oẽs autẽ hi q ipſi. i. in ſe ſuſtinuerunt talia. i. tam miſerum ſubterfugium, cupidi ſup. fuerunt ſuæ uitæ. ſ. conſeruandæ plus q̃ honoris, aut illi, qui alios coegerunt perpeti talia, fuerũt cupidi mortis alienæ.

OLIVERIVS.

ALiquãto ſpe. Hic Saturninus uetulio honeſtiorẽ ratiõne, longeq́ à ſuperiori diuerſa ſuæ ſaluti conſuluit. ꝓſcriptus. n à triũuiris cum ſe quæri ab interfectoribus audiſſet, non mendici habitũ, ſed magſ̃tatus inſignia audacter ſuſcepit. ſubornauitq́ ſeruis eos tã q̃ apparitores, & lictores præcedere iuſſit, ex quo factũ eſt, ut ꝑ oẽs colonias, & municipia Romana publice ſuſceptus, uehicula publica. hoſpitia honorifica ubiq́ conſequeretur. Puteolos quoq́ delatus, nõ aliter ex romana claſſe, quæ tum ibi erat, ſibi neceſſarias naues delegit, q̃ ſi prætor, aut alius publicus magiſtratus extitiſſet. qua audacia in Siciliam tutus peruenit, quo cæteri proſcripti confugiebãt. ⁋ Vetulionis. ad differentiã Saturnini apulei, de quo ſupra dictum eſt ⁋ Perinde ut publicum miniſteriũ. tanq̃ publico uffõ fungens. ⁋ Certiſſimum profugium. nam ibi tuti eſſe poterant proſcripti. ⁋ Leuioris notæ. ignobilioris conditionis.

ASCENSIVS.

ALiquanto ſpe ſen. aut ut alii legũt ſenſeris. q̃d ſi eſt legẽdũ, Ordo eſt, Tu ſenſeris auxiliũ Saturnini aliq̃to ſpecioſius &c. Sin ſententiis ſic. Auxiliũ Saturnini Vetulionis in eodẽ gñe caſus extremæ ſortis i. mortis euitandæ ſu. fuit ſpecioſius aliquanto. i. aliqua ex parte ſup. q̃ Voluſii. ſententiis. i. ſecundũ ſententias, & iudicia hominum. Qui cũ audiſſet nomen ſuum propoſitũ inter ꝓſcriptos à triumuiris, inuaſit. i. uiolenter accepit continuo inſignia præturæ, & ſeruis ſubornatis in modũ lictorũ, et apparitorũ. i. ſatellitum publicorum ꝓcedentibus, comprehendit. ſ. ubicunq́ inuenerat, quaſi nomine publico uehicula, q̃bꝰ ſarcinas ſuas euexit, & ſortiſſe & ſuos. occupauit hoſpitia. ſ. publica, ſummouit. i. de uia cedere fecit obuios ac effudit iam audaci uſurpatione imperii oculis hoſtilibus, tenebras denſiſſimas, in maxima luce. i. cũ incederet maxime cõſpicuus, & tanq̃ prætor Romanus ab inimicis eũ quæ-

rentibus oon eſt agnitus. Idem .ſ. Saturninus. Vt uenit Puteolos perinde ac .i. tanq̄ agenspublicum miniſterium .i. ad remp. pertinens, nauibus correptis cum ſumma licentia .i. pro libidine, quas uellet inuitis dominis, penetrauit in Siciliā, certiſſimū tunc profugium proſcriptorum. Quia āt multa domeſtica ſubiecit exēpla, ne multitudo faſtidium pariat dicit. Vno exemplo notæ leuioris .i. minoris æſtimationis, ſicut æs minore nota percuſſum adiecto his .ſ. iam dictis reuertar, pro eo, quod eſt uertar me, ad externa.

aperuiſſet, nō tibi prior inquit occurri ò rex ſed Aſinus, qui aſſime actus præcedebat. quo callido reſponſo ſe ab imminenti morte liberauit. nam hoc dicto delectatus Alexander, Aſinū occidi, & hominem ſeruari iuſſit. Sorte monitus .i. oraculo. nā dupliciter dabantur reſponſa, aut uerbis cū phœbus loquebatur, & futura prædicebat, aut in ſoliis palmæ in quibus dicit Var. interdū notis, iterdum ſcribebāt ſermonibus. unde Virg. foliis ne tantum carmina mandes Ipſa canas oro finem dedit ore loquendi ¶ Adiiceret. aſtringeret, deſtinaret. Oraculi præceptum. reſpōſum Apollinis qui ſuæ ſalutis cauſa id facere iuſſiſſet. ¶ Sūma ī hoc. In hoc inquit exemplo calliditas, & māſuetudo apparuit, in ſequenti uero, ſola Agaſonis regis Darii calliditas cognoſcit. ¶ Equiſone. Agaſone, & equo cum miniſtro, ſiue ſtabulario.

¶ De Amore cuiuſdam Patris in filium

AMantiſſimus quidam filii cum eum inconceſſis, ac periculoſis facibus accenſum ab inſana cupiditate pater inhibere uellet: ſalubri conſilio patriam indulgētiam temperauit. petiit enim ut prius, quàm ad eā quam diligebat, iret: uulgari, ac permiſſa uenere uteretur. cuius p̄cibus obſecutus adoleſcens, infelicis animi impetum ſacietate licentis concubitus reſolutum, ad id, quod non licebat, tardiorem, pigrioremq̄ afferens paulatim depoſuit.

¶ De Quodam Aſinario.

CVm Alexander macedonum Rex forte monitus, ut eū, qui ſibi porta egreſſo primus occuriſſet: interfici iuberet: Aſinarium forte ſibi obuiam factum, ad mortē arripi imperauit. eoq̄ quærente quidnam ſe immerentem capitali ſupplicio, innocētemq̄ addiceret: eum ad excuſandum factum ſuum oraculi præceptum retuliſſet: aſinarius ſi ita eſt (inquit) rex alium ſors huic morti deſtinauit. nam Aſellus, quē ego ante me agebā: prior tibi occurit. delectatus Alexander & illius tam callido dicto, & quòd ab errore ipſe reuocatus erat: occaſionē in aliquāto uiliore animali expiandæ religionis rapuit. ſūma in hoc cum calliditate manſuetudo. ſumma quoq̄ in alterius Regis equiſone calliditas.

¶ De Dario Rege.

SOrdida Magorum dominatione Perſide oppreſſa, Darius Rex adiutoribus eiuſdem dignitatis aſſumptis, pactū cum præclaris operis conſortibus fecit: ut equis inſidētes Solis ortu, curſum in quendā locum dirigerent: iſq̄ regno potiretur: cuius equus i eo primus hinniſſet. cæterum maximæ mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus: ſolus acumine Equiſonis ſui Ebaris proſperū exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt. qui in equæ genitalem partē demiſſā manum, cum ad eum locum uentū eſſet: naribus equi admouit: quo odore irritatus, ante omnes hinnitū edidit: auditoq̄ eo, ſex reliqui ſummæ poteſtatis cōtinuo equis delapſi, cādidati (vt erat mos perſarum) humi proſtratis corporibus Darium regem ſalutauerūt. quantum imperium, quàm paruo interceptum eſt vaframento.

THEOPHILVS.

SEntentiis. Parrhaſius exiſtimabat incommode Sentētiis imperitia librarii ſcriptū pro Sentii. Nam ſentii prænomen in uſu ueterum fuiſſe ſatis indicat, Sentius Gallus, & Sentius Augurinos.

OLIVERIVS.

AMantiſſimus qdam. Pater qdam, cuius propter ignobilitatē nomen nō ponitur, cum ſenſiſſet filium inſano matronæ cuiuſdā amore detineri, uafro cōſilio ab eo q̄ſi furore reuocauit. nam quotiens ad motronam iturus erat, ab eo petebat ut prius uulgari, & publico ſcorto uteretur. qd̄ cū feciſſet adoleſcens, extincta eius libidine, non facile matronæ blādiciis poſtea intendebatur, & ita filium à periculoſo amore liberauit. ¶ Periculoſis facibus. Quia matronam amabat, ad quā nō ſine periculo accedere poterat. ¶ Inhibere. cohercere. ¶ Reſolutum. quaſi obtuſum, refrenatū.

ASCENSIVS.

AMantiſſimus &c. Ordo eſt. Quidā pater amantiſſimus filii .ſ. ſui, cū uellet inhibere .i. retrahere eum accenſum facibus .i. amorū inconceſſis, & periculoſis qā cuiuſdā matronæ, ab cupiditate inſana .i. temeraria, aut uehementi uſq̄ ad inſaniā, temperauit indulgētiam patriam conſilio ſalubri, quantū ad illius ſæculi errorem quo minorem fornicationem, capitalem non cenſuerunt culpam. enim pro qā pater petiit à filio ut priuſq̄ iret ad eam quam diligebat, uteretur uenere uulgari, ac p̄miſſa .i. coitu meretricio. cuius præcibus adoleſcens obſecutus, afferens impetum animi infelicis .i. īfeliciter amātis reſolutū .i. retuſū & laxatū ſatietate cōcubitus licentis .i. tunc p̄miſſi, & nunc quoq̄ ad euitandū maius malum à ſæculari iudice raro punitū, afferens dico tardiorem. & pigriorem ad id, qd̄ non licebat, depoſuit ſup. eum paulatim.

ASCENSIVS.

CVm Alexander rex Macedonum monitus forte .i. uaticinio ſortilegorū, ut iuberet interfici eum, qui occurriſſet prim⁹ ſibi egreſſo porta, imperaſſet Aſina .i. actorē aſini, ſcm̄ obuiā forte .i. à caſu aſſi oēs .i. hoīes arripi ad mortē, & eo q̄rēte qdnā adiiceret capitali ſupplicio .i. morti ſe immerentē & inocentem, Cumq̄ ſup. Alexander rettuliſſet præceptum oraculi ad excuſandum factum ſuum, Aſinarius inquit, ò rex ſi ita eſt, ſors deſtinauit aliū huic morti. Nam Aſellus, quem ego agebam, ante me occurrit tibi prior .ſ. quā ego. Alexander delectatus & illius dicto tam callido, & q̄ ipſe reuocatus erat ab errore .ſ. quo humanā hoſtiam immolare conſtituerat, rapuit occaſionem religionis expiandæ .i. placandæ, aut exoluendæ, in animali uiliori aliquanto (imo infinito, ſi precium animæ humanæ æſtimes Valeri) Summa māſuetudo .ſ. regis cum calliditate .ſ. aſinarii, fuit in hoc .ſ. exemplo. ſumma quoq̄ calliditas fuit in equiſone alterius regis .ſ. Darii.

OLIVERIVS.

SOrdida ma. Occiſis magis qui perſarum regnum per dolum occupauerāt, ut dictum eſt in ca. de forti. magna quidem gloria recuperati regni principum fuit, ſed multo maior in eo, q̄ cum de regno ambigerent, concordare potuerūt. erant enim uirtute, & nobilitate ita pares, ut difficilem populo electionem æqualitas faceret. ipſi igitur uiā inuenerunt, qua de ſe iudicium religioni, & fortunæ committerent. pactiq̄ inter ſe ſunt, ut die ſtatuto oēs equos ante regiam primo mane perducerent, & cuius equus inter ſolis ortum hinnitum primus ediditſſet, is rex eſſet. nā & ſolem p̄ſæ unum deum eſſe credunt, & equos eidem deo ſacratos eſſe ferunt. & erat inter coniuratos Darius hidaſpi filius, cui de regno ſollicito, equi cuſtos ait, Si ea res uictoriam moderetur nihil negocii ſupereſſe per noctem. deinde equum pridie conſtitutam diem, ad eūdem locum ducit, ibiq̄ equæ admouit. uel ut dicit Val. in equæ genitalem partem demiſſā manum, cū ad eum locum uentum eſſet, equi naribus admouit. quo odore, uel

OLIVERIVS.

CVm Alexander. Cum Alexander ducturus eſſet exercitum in perſas, conſuluit oraculum quem ſuſcepti belli euentū eſſet habiturus. felicem reſpondit Apollo, ſi eū, q̄ primus ſibi porta egreſſo occurriſſet occidi iuſſiſſet. forte ita accidit ut Aſinarius quidā occurreret. quem cū ad cædē rapi imperaſſet, admiratus Aſinarius, q̄ ſe innocentem ſciret, & rei cauſam non intelligeret, q̄ſiuit ex Alexandro. qua gratia, id faceret. cui cum Alexander apollinis reſſum, & fati neceſſitatem

¶ De Bia Prienenſi.

Bias autem, cuius ſapientia diuturnior inter homines eſt quàm patria Priene fuit: (Siquidem hic etiam nunc ſpirat: illius perinde atque extinctæ veſtigia tantummodo extant:) ita aiebat oportere homines in vſu amicitiæ uerſari: vt meminiſſent eam ad grauiſſimas inimicitias poſſe conuerti. q̃d quidem p̃ceptum prima ſpecie nimis fortaſſe callidum uideatur, inimicumq; ſimplicitati, qua p̃cipue familiaritas gaudet. ſed ſi altioribus animis cogitatio demiſſa fuerit: perquam utile reperietur.

¶ De Anaximene præceptore Alexandri.

Lampſacenæ vero vrbis ſalus vnius vaframenti beneficio conſtitit. nam cum ad excidium eius ſummo ſtudio Alexander ferretur: progreſſumq; extra mœnia Anaximenem præceptorem ſuum uidiſſet: quia manifeſtum erat futurum, ut preces ſuas iræ eius opponeret: non facturum ſe quod petiſſet iurauit. tunc Anaximenes peto (inquit) vt Lampſacum diruas. hæc uelocitas ſagacitatis oppidum uetuſta nobilitate inclytum, exitio cui deſtinatum erat: ſubtraxit.

re, uel uoluptate ueneris irritatus equus hinnitum ſtatim dedit & ſegnibus aliis. felix auſpicium domino primus emiſit. tanta moderatio cæteris fuit, ut audito auſpicio, confeſtim equis diſſiluerint, & Darium regem ſalutauerint. In expoſitione huius hiſtoriæ Iuſtinum ſolummodo ſum ſecutus. in. c uero de ſorti. aliorum quoq; ſententiam inſerui. ¶ Perſide op. Perſaꝝ regno occupato. ¶ Candidati. utpotè competitores eiuſdem magiſtratus, & imperii. ¶ Paruo uaframẽto. parua calliditate.

ASCENSIVS.

Sordida dominatione magorum. ſ. ignobiliũ quorundam qui regnum occupauerant, oppreſſa. ſ. à Dario, & quibuſdam aliis nobilibus ſup. in perſide. i. regione perſarum, aut dominatione perſidæ (à nominatiuo perſida qui factus ſit ab accuſatiuo perſida, à nominatiuo perſis perſidos deflexo) oppreſſa (non tamen dicam cũ Oliuerio. Perſide oppreſſa, ꝗa deliberata iã loquitur.) Darius rex. ſ. futurus aſſumptis adiutoribus eiuſdem dignitatis. i. aliis nobilibus, qui ſecũ magos oppreſſerant, fecit cũ conſortibus præclari operis. i. tyrannicidii, pactum. ſ. de regis noui creatione, ut ipſi inſidentes equis, ſup. in ortu ſolis dirigerent curſum in quendam. i. certum locũ, & is potiretur regno, cuius equus hinniſſet. i. hinnitũ emiſiſſet primus in eo. ſ. loco. Cæterum. i. ſed cõpetitoribus maximæ mercedis, hoc eſt tanti regni, expectantibus beneficiũ fortunæ, ut forte fortuna equus ſuus hinniret, nulla induſtria adhibita, ſolus. ſ. Darius aſſecutus eſt proſperum effectum rei optatæ. i. adoptionem regni propter hinnitũ equi acumine. i. ſolerti induſtria, Ebaris equiſonis ſui. i. actoris equorum ſuorum, qui admouit naribus equi. ſ. Darii, manum. ſ. ſuam, demiſſam. ſ. pauloante in partem genitalem. i. qua concipere ſolent equæ quo odore equus Darii irritatus. i. prouocatus ad Venerem, & ita exhilaratus, edidit hinnitũ ante omnes. ſ. alios. & eo. ſ. hinnitu audito, reliqui ſex candidati. i. competitores ſummæ poteſtatis delapſi. i. ibi celeriter deſcendentes. continuo equis, ſalutauerunt Darium regem corporibus proſtratis humi, ut eſt mos perſarũ. ſ. adorandi regem. Quantum. i. ò quantum imperium, q. i. quantum paruo uaframento. i. calliditate eſt interceptum. i. aliis præreptum. aut inceptum. i. initum primo à Dario? q. d. maximum minimo.

OLIVERIVS.

Bias pri enenſis Anaximenis uafre dictum

Bias aũt. q̃ Bianti Vale. attribuit, Chiloni Plut. aſcribit. Chilon. n. ut tradit Plu. dicere ſolebat, ames catenus q̃ſi aliquando, ſis odio forte habiturus. item hactenus oderis tanq̃ fortaſſe ſis amaturus. ac ſi diceret, non debemus eo uſq; amicum amare, ut ſi quid idignum & turpe fecerit, uel luſerit, odiſſe nequeamus. & econtra, nec tantopere odiſſe, ut eũ in amicitiam noſtram, ſi neceſſe fuerit, recipere non poſſimus. non mirum hoc à Biante dictum, nam, & Scipio, teſte Ci. lib. de amicitia dicere ſolebat. nihil difficilius eſſe quam amicitiam uſq; ad extremum uitæ diem permanere. Laertius quoq; hoc Biantis dictum, non Chilonis fuiſſe affirmat. ¶ Cuius ſapientia diu. q̃a euerſa, & extincta patria eius, ſapientiæ nomine & gloria ſtetit immortalis, qui ad noſtram uſq; ætatem peruenit quamuis ergo patria perierit, non tamen eius ſapientia potuit interripi, aut aliquo modo perire. ¶ Inimicumq; ſimplici. quia qui ſimpliciter amat, amat uſq; in finẽ. ¶ Qua præcipue fa. gaudet. Nã uera amicitia ſimplicitate lætatur, & nulla ſimulatiõe aut diſſimulatiõe eſt inuoluta, q̃les eẽ ſolẽt eorũ q amicitias, & inimicitias nõ ex re, ſed ex commodo ſuo metiuntur. ¶ Aliuos.

animis cog. ſi diligentius hoc dictum excogitare uoluerit quiſpiam ¶ Per q̃ utile. i. ualde utile. ne. ſ. tñ in amore ꝓgrediantur ut ſi neceſſe fuerit gradum reuocare nequeamus.

ASCENSIVS.

Bias aũt cuius ſapientia fuit diuturnior inter homines, q̃ Priene patria ſup. eius. (Siquidem, hic. ſ. Bias, aut hæc ſcilicet fama Biantis, aut Biæ utrunq; enim reperi, ſpirat, id eſt ſpiritum uitalem ducit, hoc eſt durat etiam nunc. i. adhuc, ueſtigia extant, tantummodo illius. ſ. patriæ eius, perinde atque extinctæ) aiebat homines oportere uerſari in uſu amicitiæ ita, ut meminiſſent. i. memores ſint eam poſſe conuerti ad grauiſſimas inimicitias. Quod quidem præceptum uidetur fortaſſe prima ſpecie, id eſt inſpectione nimis callidum, & inimicum ſimplicitati qua familiaritas gaudet præcipue, ſi cogitatio demiſſa fuerit animis altioribus, præceptum ſup. reperietur perquam id eſt ualde utile.

OLIVERIVS.

Lampſacenæ urbis. Hic quod Vale. Anaximeni attribuit nonnulli Ariſt. tradunt, utroq; enim præceptore Alexander eſt uſus. Anaximenes, ut inquit Vale. uel Ariſt. ut alii uolunt legatus Alexandro pro patria, quam euertere Alexander conſtituerat, cum ueniſſet ad eum, ſupplicaturus erat ꝓ patria, Sed Alex. ſcitus id quod erat, ſupplicatum eum ueniſſe ꝓ p̃ria, ne precibus à propoſito ſuo reuocari poſſet, iurauit illi ſe negaturum quicquid peteret. Anaximenes, ſiue Ariſtoteles petiit, ut patriam perderet, quo dicto grauiter doluit Alexãder q̃ animi ſui propoſitum exequi ſalua fide non poſſet. nam cũ illi iuraſſet, omnia ſe negaturum iuſiurandum uiolare, & dictum reuocare non poterat. ¶ Lampſacenæ, Lampſacum proprium nomen eſt urbis, quod uero in cum, deſinunt propria ita formant poſſeſſiua ut Lemacum lemacenus, Leonicum leonicenus, Lampſacum lampſacenus. ¶ Iræ eius opponeret, Precibus obſiſteret iræ ſuæ.

ASCENSIVS

Lampſacenæ, & cætera. Vero. i. ſed ſalus urbis Lãmpſacenæ. id eſt Lampſaci, (inueni tamen ſcriptum Lampſacenæ) conſtitit. id eſt conſeruata eſt beneficio unius uaframenti, id eſt callidi inuenti. nãm cum Alexander, ſcilicet magnus ferretur ſummo ſtudio, ad excidium, id eſt euerſionem eius, ſcilicet urbis, & uidiſſet Anaximenem præceptorem ſuum progreſſum extra mœnia, quia manifeſtum erat futurum, ut Anaximenes opponeret iræ eius, ſcilicet Alexandri preces ſuas, Alexand. iurauit, ſe non facturum, quod ſcilicet Anaximenes petiſſet. tunc Anaximenes inquit, peto ut diruas Lampſacum. Hæc uelocitas, id eſt ſolers inuentio ſagacitatis, id eſt ſagacis medii ſubtraxit oppidum inclytum uetuſta nobilitate exitio, cui erat deſtinatum. Si pro patria interceſſurum putauit Alexander non recte Ariſtoteli id attribuas cui patria, non Lampſacum, ſed Stagyra fuit.

THEOPHILVS.

Lampſacenæ. non dubium, quin Anaximenes is fuerit, non ut alii ſuſpicantur, Ariſtoteles. Alexander enim quum Lampſacum, quia Perſarum rebus ſtuderet, obſeſſam funditus excindere ſtatuiſſet, ab Anaximene hac arte, quam Valerius refert, eluſus eſt. ut Iliatorum ſecundo Pauſanias author eſt, & Ianus epiſtola quadam repetit.

OLIVERIVS.

Demoſthe. aſtuta defenſio.

DEmoſthenis hic orator inſignis iniuriæ cuiuſdam mulieris cum maxima calliditate ſuccurrit. cum enim hoſpites duo certam pecuniæ quantitatem apud eam certa lege depoſuiſſent, ut non alteri ſine altero redderet, & cum alter ſimulata alterius morte rediſſet omnemq́; pecuniam ſuſtuliſſet, ſuperuenit paulopoſt alter pecuniam repetens. mulier incerta quid ageret, cum non hēret, uñ redderet, eò deſperationis redigitur, ut de laqueo cogitaret. Demoſthenes hac eā calliditate liberauit, ut diceret paratā eſt mulier reddere depoſitum ea qua lege recepit ut utriſq; pariter reddat. niſi alter affuerit, ex lege reſtituere non poteſt. Squalore ob. immundus, & atra ueſte indutus, barba capilloq́; promiſſo, ℞ Hærebat. incerta erat, & fluctuabat Iuue. hæres &, Ciuonem dubitas alta deducere ſella. ℞ Affulſit. apparuit.

A SCENSIVS.

DEmoſthenis &c. Ordo eſt Succurſum ē quoq; mirifice cuidam ancillæ aſtutia .i. callido cōſilio Demoſthenis .ſ. oratoris clariſſimi in græcia, quæ acceperat pecuniā à duobus hoſpitibus nomine .i. ſub ratione depoſiti, ea conditiōe ut redderet illam .ſ. pecuniā ſimul utriſq;. quorum alter tempore interiecto, obſitus ſqualore tanq̃ ſocio mortuo, abſtulit .ſ. ancillæ deceptæ omnes nummos .ſ. depoſitos ab utriſq;. deinde alter ſuperuenit, & cœpit petere depoſitum. Miſera .ſ. ancilla, hærebat .i. perplexa, & ſuſpenſa erat in maxima penuria .i. carentia, pariter & pecuniæ, quia omnem, quam acceperat, alteri reddiderat, & propriam non habebat, & defenſoris, quia paupercula erat, & ancilla. & cogitabat iam de laqueo, & ſuſpēdio .i. de ſe ſuſpendenda, & ſtrangulanda laqueo. ſed Demoſthenes affuit oportune ei patronus .i. defenſor, qui ut .i. poſtq̃ uenit .i. ad aduocationem .i. defenſionem ancillæ, inquit, mulier eſt parata ſe ſoluere fidem .i. fidelē ꝓmiſſionem depoſiti (forte melius legatur fide, ut ſit ſoluere ſe fide depoſiti) ſed non poteſt facere id, niſi adduxeris ſocium, quoniā ut ipſe .i. ut uociferaris .i. clamitas, hæc lex eſt dicta .ſ. à uobis i deponēda pecunia, ne pecunia numeretur alteri ſine altero.

℃ De Demoſthene.

DEmoſthenis quoq; aſtutia mirifice cuidā ancillæ ſuccurſum eſt: quæ pecuniam depoſiti nomine à duobus hoſpitibus acceperat, ea conditione, ut illam ſimul utriſque redderet. quorum alter interiecto tempore tanquam mortuo ſocio ſqualore obſitus, deceptę omnes nummos abſtulit. ſuperuenit deinde alter & depoſitum petere cœpit. hærebat miſera in maxima pariter & pecuniæ, & defenſionis penuria. Iamq́; de laqueo, & ſuſpendio cogitabat. ſed opportune Demoſthenes ei patronus affuit: qui ut in aduocationem uenit, mulier (inquit) parata eſt depoſiti ſe fidem ſoluere: ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt. quoniam ut ipſe uociferaris, hæc dicta eſt lex: ne pecunia alteri ſine altero numeretur.

℃ De quodam viro Athenienſi.

AC ne illud quidem parum prudēter. quidam Athenis uniuerſo populo inuiſus, cauſam apud eum capitali crimine dicturus, maximum honorem ſubito petere cœpit: non quòd ſperaret ſe illum conſequi poſſe: ſed ut haberent homines, ubi procurſum iræ, qui acerrimus eſſe ſolet, effunderent. neq; eum tam callidi conſilii ratio fefellit. comitii enim clamore infeſto, & crebris totius concionis ſibilis uexatus, nota etiam denegati honoris perſtrictus, eiuſdem plebis paulopoſt in diſcrimine uitæ clementiſſima ſuffragia expertus eſt. Quòd ſi adhuc ei ultionem ſitienti, capitis ſui periculum obieciſſet: nullam partem defenſionis odio obſeratæ aures reciperent. huic uaframento conſimilis illa calliditas.

OLIVERIVS.

AC ne illud quidē. Vafra ignoti cuiuſdam hominis in diſcrimine uitæ cogitatio, ut accuſatus, cum in capitali crimine ſibi cauſa dicenda foret, magiſtratum peteret maximum, tanq̃ præmium non pœnam meruiſſet. hoc autem fecit, nō q̃a ſperaret ſe potiturum magiſtratum, ſed ut populus haberet, ubi concitatæ in ſe iracundiæ impetum effunderet, qđ etiam factum eſt. nam impudentiam eius omnes admirati conuitiis & clamoribus exibilarunt exploſeruntq; turpiter è foro. deinde cum ad dictionem cauſæ deſcendiſſet, populus quitā turpiter illum è foro eieciſſet, miſericordia commotus, à capitali crimine liberauit. ℞ Nota. etiā den. infamia, & repulſæ ignominia affectus. ℞ Ultionem ſitienti. Damnationem eius cupiēti in ultionem acceptæ iniuriæ.

ASCENSIVS.

AC ne illud quidem ſup. factum eſt parum prudēter. Quidam Athenis .ſ. uir, inuiſus uniuerſo populo, dicturus apud eum .ſ. populū, cauſam .i. defenſurus ſe, aut purgaturus ſupp. de crimine capitali, cœpit ſubito petere maximum honorem, non ſu. ideo q̃ ſperaret ſe poſſe conſequi illum .ſ. honorem. ſed ut homines haberēt ſup. materiam, ubi .i. in qua, effūderent .i. euacuarent procurſum .i. primum excurſum iræ, q̃ ſolet eſſe acerrimus, & ideo ſi illi de capite ſuo ſententiam primā obieciſſent, male de ſe actum ſenſiſſet. Neq; ratio tam callidi conſilii fefellit eum. Enim pro quia, ipſe uexatus infeſto .i. moleſto, & uim inferenti clamore comitii .i. qui fiebat in comitio, hoc eſt ut uulgo dicunt in conuocatione ad magiſtratus eligēdos, & crebris ſibilis .i. exibilationibus, & irriſionibus, quas plæræq; nationes ſibilando faciunt totius concionis .i. populi conuocati perſtrictus .i. contractus (nam hunore dilatamus animum, & inceſſum, contumelia perſtrigimus & coarctam⁹) nota honoris denegati, ut plebs in repulſa tali omnem iram ſuā effutiret, expertus eſt paulopoſt clemētiſſima ſuffragia eiuſdem plebis in diſcrimine .i. periculo uitæ .ſ. ſuæ, quia iam exaturata erat uindicta repulſæ. Quòd ſi obieciſſet ei .ſ. plæbi ſitienti adhuc ultionem, periculum capitis ſui, aures .ſ. plæbis, obſeratæ .i. clauſæ odio .i. propter odium, nullam .i. non ullam non reciperent ullam partem defenſionis .i. purgationis. Illa .ſ. quæ ſequitur, calliditas eſt ſimilis huic uaframento .i. callido facto iam dicto.

℃ De Hannibale.

HAnnibal à Duillio Conſule nauali prælio uictus: timēſq; claſſis amiſſæ pœnas dare: offenſam aſtutia mire auertit. nam ex illa infœlici pugna prius, quàm claſdis nuncius domum perueniret: quendam ex amicis compoſitum, & ornatum Carthaginem miſit. qui poſtquam ciuitatis eius curiam intrauit: conſulit, inquit, uos Hannibal, cum dux Romanorum magnas ſecum maritimas trahens copias aduenerit: an cum eo confligere debeat: acclamauit uniuerſus ſenatus non eſſe dubium quin oporteret. tum ille conflixit, iquit, & ſuperatus eſt. Ita liberum his non reliquit id factum damnare, qđ ipſi fieri debuiſſe iudicauerant.

OLIVERIVS.

SVperior Hānibal. Plin. de uiris illuſtri. diſſentit à Valer. & noie, & tpe. non enim Hannibalem, ſed Giſgonē, nec ſecundo, ſed primo pu. bel. fuiſſe dicit, hæc ſunt Plinii uerba. Duillius primo pu. bel. dux cōtra Carthaginien. miſſus, ubi uidit eos multū mari poſſe, claſſē magis ualidā q̃ decoram fabrefecit, & manus ferreas in uſu habuit, quibus hoſtium naues apprehendit. q̃ uicti, & capti ſunt. Himilico dux claſſis Carthaginem fugit, & à ſenatu quæſiuit, qđ faciendū cenſerent. Omnibus ut pugnaret clamantibus, feci inqt & uictus ſum, & ſic pœnā crucis effugit. nam apud pœnos dux re male geſta puniebatur. Duillio conceſſum eſt ut plucente funali, & pcinente tibicine à cœna publice rediret ℞ Superior. Hannibal. fuerunt ſecundū Valeriū ſuperior & inferior. Superior q̃ primo punico be à

Duillio

Duillio conſule nauali prælio ſuperatus eſt, inferior, qui ſecundo grauiſſimam Romanis & Italiæ cladem, ac pene ruinam rerum omnium intulit, ſed tandem à Scipione africano ſuperatus, & Italia pulſus, & a . ie, & Africa ſuperatus. ❡ Amiſſæ claſſis pœnas. Quia capitale erat apud pœnos, ſi quis iniuſſu ſenatus infœlici. er pugnaſſet. ❡ Quendam ex amicis compoſitum. uide quantum diſſentiat à Plinio nam Plinius non miſiſſe quempiam, ſed ipſum profugiſſe ducem, Carthaginemq; petiſſe, & à ſenatu quæſiſſe dicit, quid ſibi faciendum eſſet. ❡ Liberũ nõ reliqt, i. integrum illi damnare factum. quod faciendum iudicarant.

❡ De Eodem.

Itidem Hannibal Fabium Maximum inuictam armorũ ſuorum uim ſaluberrimis cunctationibus pugnæ ludificantem: ut aliqua ſuſpitione trahendi belli reſpergeret: totius Italiç agros ferro, atq; igni uaſtando: unius eius fũdum immunem ab hoc iniuriç genere reliquit. profeciſſet aliquid tanti beneficii inſidioſa adumbratio eius: niſi Romanæ urbi, & Fabii pietas, et Hannibalis uafri mores fuiſſent notiſſimi.

❡ De Thuſculanis.

Thuſculanis etiam acumine conſilii incolumitas parta eſt. cum enim crebris rebellationibus meruiſſent, ut eorum urbem funditus Romani euertere uellent: atq; ad id exequendum Furius Camillus Maximus dux, ualidiſſimo inſtructus exercituueniſſet: vniuerſi ei togati obuiam proceſſerunt: commeatusq;, & cætera pacis munia benigniſſime præſtiterunt. armatum etiam intrare mœnia paſſi ſunt, nec vultu, nec habitu mutato. qua conſtantia tranquillitatis, non ſolum ad amicitiæ noſtræ ius, ſed etiam ad communionem ciuitatis uſq; penetrauerunt. Sagaci hercule uſi ſimplicitate: quoniã apertius eſſe intellexerant, metũ officiis diſſimulare, quàm armis protegere.

ASCENSIVS.

Hannibal Carthaginien. dux uictus à Duillio cõſule. i. Romano, prælio nauali. i. in nauibus commiſſo, & timens dare. i. perſoluere populo Carthaginienſi pœnas claſſis amiſſæ. i. ob claſſem Carthaginien. amiſſam. auertit. i. amouit à ſe offenſam. i. indignationem, & iram Carthaginien. offenſorum, mire. i. miro artificio. Nam prius quam nuncius cladis perueniret domum ex illa infœlici pugna. i. poſt illam infelicẽ pugnã, miſit Carthaginem quendam ex amicis compoſitum, & ornatum. i. inſtructum tali cautella, qualem iam dicet. qui poſtquam intrauit curiam. i. cõgregationem ſenat', & conſiliariorum ciuitatis eius, hoc eſt Carthaginis inquit, Hannibal conſulit. i. conſilium petit uos cum. i. quando ita ſit, q; dux Romanorum, uidelicet Duillius aduenerit, trahens ſecum magnas copias maritimas, an deberet confligere cum eo. Vniuerſus ſenatus acclamauit, non eſſe dubiũ, quin oporteret. ſ. eum confligere cum Romanis. Tum ille. ſ. ſubornatus & inſtructus ad hoc, inquit, ipſe conflixit, & ſuperatus eſt. ita. i. & ſic Hannib. non reliquit iis. ſ. Carthaginen. ſenatoribus damnare id factum, qđ ipſi iudicarãt, debuiſſe fieri.

OLIVERIVS.

Itidem Hannibal Fabium. Liu. ſecundi pu. bel. li. ii. Acceſſerant inquit, duæ res ad augendam dictatoris inuidiam una fraude, ac dolo Hannibalis, qui cum à perfugis ei mõſtratus ager dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo equatis, ab eo uno, ferrum, ignemq; & uim omnem hoſtium abſtineri iuſſit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet. altera ipſius, facto primo forſitan dubio, quia non expectata in eo ſenatus authoritas eſt, ad extremum haud ambigue in maximam laudẽ uerſo, in permutandis captiuis q;, ſicut primo pu. bel. factum erat, cõuenerat inter duces Romanum, Pœnũq;, ut quæ pars plus reciperet q̃ daret, argenti pondo bina, & ſelibras in milite præſtaret. ccxlvii. cum plures Romanus q̃ pœnus recepiſſet, argentumq; pro eis debitum, ſæpe iactata in ſenatu re, quoniam non conſuluiſſet patres, tardius erogaretur, Inuiolatũ ab hoſte agrum miſſo Romam filio uendidit, fidemq; publicam impendio priuato exoluit. Frontinus uero Hannibal in Fabium, cui neq; uirtute nec arte bellandi par erat, ut infamia reſpergeret, agris eius abſtinuit, cæteros populatus. Contra ille, ne ſuſpecta ciuibus fides eſſet, magnitudine animi effecit, publicatis poſſeſſionibus ſuis. hoc idem feciſſe Periclem tradit Iuſtinus. ❡ Item Hannibal ſ. inferior, de quo ſupradictum eſt. ❡ Saluberrimis cunctationibus. ut Ennius, unus qui nobis cunctando reſtituit rem. ❡ Immunem. Intactum, & expertem. ❡ Inſidioſa adumbratio. bene adumbratio, non enim erat beneficium, ſed umbra quædam beneficii, in quo latebant inſidiæ, ut uidelicet dictatorem populo ſuſpectum redderet. ❡ Et Fabii pietas. Qua uius eſt in captiuos Romanos, ut agrum ſuum uenderet, illoſque redimeret.

Fab. cũ ctatione ſua rẽp. ſeruauit.

ASCENSIVS.

Itidem. i. conſimiliter, aut idem. i. Hannibal, ut reſpergeret aliqua ſuſpitione. i. mala occaſione (tanq̃ corruptus ſit ab hoſtibus) belli trahendi. i. protrahendi, & dilatandi, Fab. Maximum ludificantem. i. fruſtrantem ſaluberrimis cunctationibus. i. dilationibus, & immorationibus pugnæ, inuictam uim armorum ſuorum, uaſtando. i. dum uaſtaret ferro, atq; igni agros totius italiæ, reliquit fundũ eius unius. i. ſolius, uidelicet Fabii, immunem ab hoc genere iniuriæ. Inſidioſa adumbratio. i. ſimulatio tecta, tãti beneficii eius. ſ. Hannibalis in Fabium profeciſſet aliquid. ſ. ad adimẽdũ Fabio imperium, aut ad cogendũ eum committere prælium, niſi & pietas. i. charitas in patriam, & in captiuos redimendos, & uafri. i. aſtuti mores Hannibalis, fuiſſent notiſſimi, urbi hoc eſt Romæ,

OLI.

Thuſculanis etiam. Tuſculani ſæpe defecerãt à romanis, hãc iniuriã cum Romani ferre non poſſent, Camillũ cũ exercitu miſerũt, q̃ agros uaſtaret, urbẽ fũditus euerteret. Sed tuſculani calliditate cõſilii uim Romanã euerterũt. intrãtibus. n. eorũ fines Ro. nõ demigratũ eſt à ppinquis itineris locis, nõ cultus agrorũ intermiſſus patentibus urbis portis togati obuiã frequẽtes ipatoribus Romanis proceſſere, cõmeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe & ex agris deuehit. Tũ camil. caſtris ãt portas poſitis eadem ne forma pacis q̃ in agris oſtẽtaretur, ẽt intra mœnia eſſet ſcire cupiens, ingreſſus urbẽ, ubi patẽtes ianuas & tabernis apertis propoſita oĩa in medio uidit, intẽtoſq; opifices ſuo quẽq; opi & ludos literarũ ſtrepere diſcentiũ uocibus, & repletas ſemitas inter uulgus puerorũ, & mulierũ huc & illuc euntiũ, qua quẽq; ſuorũ uſum cã ferret, nihil uſq̃ nõ pauidis mõ, ſed mirantibus q̃dem ſimiles circũſpiciebat, oĩa lugrens oculis, ubi nã bellum fuiſſet, adeo, nec amore rei uſq̃, nec ablatæ ad tẽps ueſtigiũ ullũ erat, ſed ita oĩa cõſtãti tranqliaq; pace, ut eò uix fama belli plata uideri poſſet. Victus patientia hoſtiũ Camillus, ubi oĩa uidit eſſe pacata, & in agris, & in urbe Tuſculanos ad ſenatũ ire iubet, ſenatui deĩn ſcribit, q̃ uiderat. ſenatus Tuſculanos nõ ſolũ amicitia, & pace dignos iudicauit, ſed inſup ẽt ciuitate donauit. ❡ Tuſculanis. hoc oppidũ à tuſcis occupatũ nomẽ accepit, unde originem habuere Catones, ubi & Cicero pdia habuiſſe fertur. à q̃bus Tuſculanæ quæſtiones dictæ ſunt. ❡ Cõmeatus Cibaria, & alimenta. ❡ Munia. Officia.

Camillus l Tuſkula.

ASCENSIVS.

Thuſculanis. &c. Incolumitas. i. cõſeruatio uitæ, & p'ſtine eſt parta. i. acq̃ſita etiã Tuſculanis. i. Tuſculi incolis, ac ciuibus, acumine. i. ſubtilitate conſilii. cũ enim meruiſſent crebris rebellationibus, ut Romani uellent euertere funditus. i. à fundo uſq; urbẽ eorũ, atq; Furius Camil. max'. dux inſtructus exercitu ualidiſſimo ueniſſet ad id. i. ad euertendũ funditus eorũ urbẽ, ipſi Tuſculani proceſſerunt obuiam. ſ. Camil. & exercitui eius, togati, in ſignũ pacis & ocii uniuerſi. i. ſimul oẽs, & præſtiterunt ei commeatus. i. ut dicunt uictualia, & munia. i. officia, & obſequia pacis, & paſſi ſũt ẽt armatũ itrare mœnia ſup. ſua, nec uultu, nec habitu mutato. Qua conſtantia. i. cõſtanti præ ſe latione, & oſtentatione tranq̃llitatis, ipſi Tuſculani penetrauerunt, non ſolum ad ius amicitiæ noſtræ, ſed etiã uſq; ad communionem ciuitatis noſtræ, quia tandem ciuitate

donati ſunt. Hercule. Iſta me iudicante, uel quod dico ſentio, ipſi uſi ſup. ſunt, aut penetrauerunt uſi ſimpacilate. ſ. in facto, ſagaci. ſ. in conſilio ❡ Quoniam intel. eſſe sper. i. paratius, & facilius, aut legamus aptius. i. conuenientius diſſimulare metum. i. ſignificare, ſe nihil de Ro. metuere offi. .us. i. per officia obſequioſa, ꝙ protegere. ſ. ſe armis.

tione nunꝙ obtinuiſſet, arte & calliditate conſecutus eſt. ❡ Spectandorum ludorum gratia. Qui inſtaurabantur. cauſa uero renouandorum ludorum dicta eſt in. c. de ſomnus. ❡ Inſontes notaret. Innocentes uolſcos ignominia afficeret. ❡ Deceptis. ſ. Ro. qui à Tullo fuerant decepti. Ludi inſtaurati

THEOPHILVS.

Tuſculanis. Tuſculum Verrius autumat inditũ Tuſculo nomen ab aditu difficili, non à tuſcis.

OLIVERIVS.

At Volſcorũ ducis Martius Coriolanus urbe pulſus, ut dictũ eſt, exulatum in uolſcos abiit, hoſpitio utebatur Accii Tulli uolſcorũ principis, & Romanis ſp. infeſti. hi duo cõſilia conferũt de Ro. bello ſed qd haud facile credebãt plebẽ ſuã impel. i. poſſe, ut toties infeliciter tẽptata arma caperent multis ſæpe bellis, peſtilẽtia poſtremo amiſſa iuuẽtute, fractos ſpiritus eẽ, arte agendũ, in exoleto iã uetuſtate odio, ut recẽter aliꝗ ira exacerbarentur aĩ. ludi forte ex inſtauratione magni Romæ parabantur, ad eos authore Accio Tullo uis magna uolſcorũ uenit. priuſꝗ commiterẽtur Tullus, ut domi cõpoſitũ cum martio fuerat, ad cõſules uenit, dicit eſſe ꝗ ſecreto agere de rep. uelit, remotis arbitris, inuitus inqt, ꝙ iniquus ſit, de meis ciuibus loquor, nõ tñ admiſſum quicꝗ ab his criminatũ uenio, ſed cautũ, ne admittãt nimio pluſꝗ uelim noſtrorũ igenia ſunt mobilia, multis id cladibus ſenſimus, qppe q non nr̃o merito, ſed ueſtra pſtẽtia ſumus incolumes. magna hic uolſcorũ multitudo eſt, ludi ſunt, ſpectaculo intenta ciuitas erit, memini qd p eandẽ occaſionẽ à ſabinorũ iuuentute in hac urbe cõmiſſum ſit. horret alus ne qd incõſulte, aut temere fiat, hæc ueſtra, noſtraꝗ cã primũ dicẽda uobis conſulibus ratus ſum, qd ad me attinet extẽplo hinc domũ abire in alo eſt, ne cuius facti dictiꝗ contagione pſenſu uoler. hæc locutus abiit. Cõſules cũ ad pꝛes rẽ dubiam ſub authore certo detuliſſent, author magis ut fit ꝗ res ad præcauendũ. uel ex ſuperuacuo mouit. factoꝗ ſenatuſc. õn. ut urbe excederent uolſci pcones dimittuntur, q oẽs proficiſci ante noctem iuberent. ingens pauor primo diſcurrentes ad ſuas res tollendas in hoſpitia perculit, pficiſcentibus deinde indignatio abhorta, ut cõſceleratos, contaminatoſꝗ ab ludis feſtis diebus cetu quodammodo hominum deorumꝗ abactos cum ad propria continuato agmine irent, progreſſus Tullus ad caput ferentinũ, ut quiſꝗ ueniret, priores eorum excipiens querendo, indignandoꝗ, & eos ipſos ſedulo audientes ſecũ dare uerba, & per eos multitudinem aliam in ſubiectum uiæ campum deduxit, ibi in concionis modũ orationem exorſus, omnes ad bellũ, & arma concitauit, & ꝗ ratione nunꝙ obtinuiſſet …

Accius Tullus aſtu uolſcos ad arma cõcitauit.

❡ De Tullo Duce Volſcorum:

At volſcorum ducis Tulli execrabile cõſilium. qui ad bellum inferendum Romanis Maxima cupiditate accenſus, cũ aliquot aduerſis prælijs contuſos animos ſuorum, & ob id paci proniores animaduerteret: inſidioſa ratione quo volebat compulit. nã cum ſpectandorum ludorum gratia magna Volſcorum multitudo Romam conueniſſet: Conſulibus dixit, vehementer ſe timere nequid hoſtile ſubito molirentur: monuitꝗ, vt eſſent cautiores: & protinus ipſe urbe egreſſus eſt. Quam rem Conſules ad ſenatum retulerunt: qui tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, authoritate tamen Tulli commotus, ut ante noctem Volſci abirent, decreuit. qua contumelia irritati, facile impelli potuerunt ad rebellandum. ita mendacium verſuti ducis, ſimulatione beneuolentiæ inuolutum duos ſimul populos fefellit. Romanum ut inſontes notaret: volſcum vt deceptis iraſceretur.

ASCENSIVS.

At cõ. Tul. du. Vol. ſup. fuit execrabile. Quia accenſus maxima cupiditate ad iferendũ Ro. bellũ cũ aiaduerteret aios ſuorũ contuſos. i. hebetatos, & cõfractos. aliquot pliis aduerſis. i. infeliciter commiſſis, & ob id proniores. i. inclinatiores paci. i. ad pacẽ. ſup. ꝙ ad bellũ, cõpulit ſup. eos rõne inſidioſa eo, quo uolebat. i. ad bellũ gerendũ. Nã cũ magna multitudo uolſcorũ conueniſſet ro. gratia ludorũ ſ. pubicorũ ſpectandorũ, Tul. ſup. dixit cõſulibus, ſe timere uehementer ne. ſ. uolſci molirentur. i. cum molimine attentarent ſubito qd. i. aliqd hoſtile, & monuit. i. conſules, ut eſſent cautiores, & ipſe egreſſus ẽ ptinus. ſ. poſtꝗ id dixerat urbe. i. Ro. Quã rẽ conſules retulerũt. i. ut dicunt, reportauerunt ad ſenatum. i. in conſultationẽ ſenatus. q. ſ. ſenatus tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, tñ commutus authoritate Tulli, decreuit ut uolſci abirẽt añ noctem. Qua contumelia uolſci irritati, potuerũt ipelli facile, ad rebellandũ. Ita. i. & ſic mendaciũ ducis uerſuti inuolutũ ſimulatione bñuolentiæ fefellit ſimul duos Populos. ſ. Ro. ut notaret ſ. nota infidelitatis, & ignominiæ Inocentes. ſ. uolſcos, & uolſcũ. ſ. populum, ut iraſceretur deceptis. i. Ro. pleꝛ ti ſenatui, fraude Tulli decepto.

❡ De Strategematis Cap. IIII.

Illa vero calliditatis egregia & ab omni prorſus rephenſione procul remota. cuius opera, quia appellatione noſtra vix apte exprimi poſſunt græca pronunciatione Strategemata dicantur.

❡ De Tullo Hoſtilio.

Omnibus militaribus copiis Tullo Hoſtilio Fidenas aggreſſo: quæ ſur gentis imperii noſtri incunabula crebris rebellationibus torpere paſſæ non ſunt: finitimiſꝗ trophæis, ac triumphis alitam virtutẽ eius; ſpes ſuas promouere vlterius docuerunt: Metius Suffetius dux Albanorum, dubiam & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuæ fidem repente in ipſa acie detexit. detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle conſedit, pro adiutore ſpeculator pugnæ futurus: ut aut uictis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur. non erat dubium quin ea res militum noſtrorum animos debilitatura eſſet: cum eodem tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cerneret. Itaꝗ ne id fieret, Tullus prouidit. concitato enim equo, pugnantium Globos præcurrit. prædicans ſuo iuſſu receſſiſſe Metium: eumꝗ, cum ipſe ſignum dediſſet, inuaſurum Fidenatium terga. quo iperatoriæ artis conſilio, metum fiducia mutauit. proꝗ trepidatione, alacritate ſuorum pectora repleuit.

OLIVERIVS.

Illis ue. cal. dicturus de aſtutia militari, ꝙ à ſapietia pfecta oĩ prorſus reprehenſiõe uacat dicit, hoc nomen multo melius græco ꝗ latino ſermone exprimi poſſe, & ſtratagema appellari, ꝗſi conſilium militare, στρατος enim græce exercitus & αγω duco. ❡ Ab oĩ reprehenſione pcul remota. Hoc ideo dicit, qa in ſuperiori uaframéto & calliditate nõ nihil fraudis ineſſe uidetur. ❡ Stratagemata Conſilia uel aſtutiæ militares.

ASCENSIVS.

Illa ue. calli. ſ. ꝙ dicturus eſt, egregia ſup. eſt, & remota pcul ab oĩ reprehenſione. cuius opera, qa uix. i. cũ difficultate poſſunt exprimi apte. i. conuenienter appellatione noſtra. i. uocabulo R. dicãtur ſtratagemata. i. geſta, & cõſilia militaria. græce aũt ſcribitur στρατηγηματα ſed quia noſtri ſecundam corripiunt, proferunt … tes ſtratagemata. Alii uero ſtratogemata à στρατος, qd eſt exercitus στρατεια uero expeditio.

OLIVERIVS.

Omnibus co. mi. Liuius Fidenates inquit colonis Ro. uelentibus ſociis conſilia aſſumptis, pacto tranſitiuns albanorum

albanorū ad bellum, atq; arma cōcitantur, cum fidenæ aptæ deſciſſent. Tullus Metio exercitu q; eius ab alba accito, contra hoſtes ducit, ubi auienem tranſit ad confluentis collocat caſtra inter eū locum, & fidenas ueientium exercitus tyberim trāſierat, hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu in ſiniſtro fidenates propius montes conſiſtunt. Tullus aduerſus ueientem hoſtem dirigit ſuos. Albanos contra legionem fidenatum collocat. Albano non plus animi erat quàm fidei, neq; manere, neq; tranſire aperte auſus, ſenſim ad montes ſuccedit. Inde ubi ſatis ſubiiſſe ſeſe ratus eſt, erigi totā aciē fluctuanſq; alio ut terreret ipſe explicat ordines. Conſiliū erat, quo fortuna rem daret eò inclinare uires, miraculo primo eſſe Ro. q̄ proximi ſteterant, ut nudari latera ſua ſociorum digreſſu ſenſerūt, inde eq̄s citato equo nunciat regi abire albanos. Tul. re trepida xii. uouit Salios, fanaq; pallori, ac pauori, equitem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium iubet. nihil trepidatione opus eſſe, ſuo iuſſu circunduci Albanum exercitum, ut fidenatium nuda terga inuadant. idem imperat, ut haſtas eq̄tes erigere iubeat. id factū magnæ parti peditum Ro. conſpectum abeuntis Albani exercitus interſepſit, qui uiderāt id quod ab rege auditū erat, eo acri' pugnāt, terror ad hoſtes tranſit & audiuerant clara uoce dictū, & magna pars fidenatum, ut q̄ coloni additi Ro. eſſent, latine ſciebant itaq; ſolliciti ne ex collibus decurſis albanorum intercluderentur ab oppido, terga uertunt, Inſtat Tullus, fuſoq; fidenatium cornu, in ueientem alieno pauore percuſſum ferociter redit. nec illi tulere impetum, ſed ab ea flumen obiectum à tergo arcebat, quo poſtquam fuga inclinauit, alii arma fœde iactantes in aquam cæci ruebant, alii dum cunctantur in ripis inter fugæ pugnæq; conſilium oppreſſi, non alia ante Ro. pugna atrocior fuit. Tum Albanus exercitus ſpectator certaminis deductus in campos eſt. de Metio uero Suffetio eius duce crudele ſumptum eſt ſupplicium ut duabus quadrigis alligatus dilaceraretur. ¶ Torpere pigreſcere, & languere, nā crebro fidenates aduerſus Ro. rebellantes Romanam iuuentutem ocio torpeſcere non permittebant. ¶ Metius Suf. Qui tunc erat dictator albanorum, de quo ſumptum fuit, ut dixi, crudele ſupplicium, cuius meminit Vir. haud procul inde citæ metiū in diuerſa quadrigæ Diſtulerant. ¶ Detecto latere. Nā Albani relictis Romanorum lateribus ſe in collem recepere. ¶ Vt uictis inſultarent: Vt uictos Romanos per deriſionem inuaderēt. ¶ Concitato enim equo. Liuius dicit, eum prius uouiſſe duodecim ſalios, fanaq; pallori & pauori. ¶ Omnes Globos. Omnem multitudinem & ordinem pugnantium.

ASCENSIVS

OMnibus, &c. Tul. Ho. regello, Ro. aggreſſo. i. cum eſſet aggreſſus fidenas oppidum italiæ, omnibus copiis. ſ. militantibus, q̄ ſ. fidenæ, paſſæ non ſunt. i. impedierunt crebris rebellationibus incunabula. i. primordia imperii noſtri ſurgentis torpere. i. pigra eſſe & ocio frigere, & docuerūt uirtutem eius. ſ. imperii Roma. alitam trophæis, ac triumphis finitimis. i. ex proximo loco paratis, promouere. i. extendere ſpes ſua ulterius, Metius. ſuf. dux albanorū detexit. i. manifeſtauit repēte i ipſa acie fidem ſocietatis ſuæ cū Ro. imitæ, ſemper dubiam, & ſuſpectā. Enim p̄ q̄ a, latere exercitus Ro. detecto. i. nudato, conſedit. i. locū cæpit in colle proximo, futurus ſpectator. i. obſeruator, & ſpectator pugnæ, p̄ adiutore. i. ubi debebat eē adiutor, q̄ a ſocius, ut inſultaret uictis. ſ. Romanis ſi forte

¶ De Sexto Tarquinio:

AT nec continuo à noſtris regibus recedamus. Sextus Tarquinius Tarquinii filius indigne ferens quod patris viribus expugnari Gabii nequirent: valentiorē armis excogitauit rationem: qua interceptum id oppidum Romano imperio adiiceret. Subito nanque ſe ad Gabios contulit tanquam parentis ſæuitiam, & uerbera, quæ voluntate ſua perpeſſus erat: fugiens. ac paulatim vniuſcuiuſq; fictis, & compoſitis blanditiis alliciendo beneuolētiam: vt apud omnes plurimum poſſet, conſecutus: familiarem ſuum ad patrem miſit, indicaturum, quemadmodum cuncta in ſua manu haberet: & quæ ſiturum quidnam fieri uellet: iuuenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. Siquidē re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem nuntii parum credens, nihil reſpondit: ſed ducto eo in hortum, maxima & altiſſima papauerum capita baculo decuſſit. cognito adoleſcens ſilentio patris, ſimul ac facto: cauſam altius argumenti peruidit. nec ignorauit præcipi ſibi, ut excellentiſſimum quenq; Gabinorum, aut exilio ſummoueret. aut morte conſumeret. ergo ſpoliatam bonis propugnatoribus ciuitatem tantum non uinctis manibus ei tradidit.

Sed ut referā ſ. recitem, maximum crimē. i. erratum, aut peccatum comitiorū, ideſt eorum, qui i comitiis magiſtratus elegerāt: Marcus Porcius Cato adiecturus ſuæ præturæ plus decoris. i. honoris moribus ſuis. i. per mores ſuos. ꝙ ipſe laturus. i. aſportatur' ſup erat prætexta, eius ſplendoris i. prætoriæ dignitatis inſigni, 'nō potuit aliquando conſequi eam ſ. præturam à populo. Proxima (intelligit ò quōd ne excandeſcat ſupprimit, nam Ordo eſt) ò ſuffragia i. uota, aut uoces populi. proxima demētiæ, quæ. ſ. ſuffragia. quidem. i. certe, pepēderunt ſatis graues pœnas erroris ſui, qm. ſ. Romani coacti fūt dare Vatinio hoi ābitioſo ſup. eum honorem, quem negauerat Catoni. Ergo ſi uolum' æſtimare. i. cenſere rem uere, prætura non eſt negata Catoni, ſed Cato eſt negatus præturæ.

OLIVERIVS.

Abominādæ quoq;. Cū ſuperiore coniungitur, nō ſolum repulſa uiros præſtantes Romanos, ſed etiā neceſſitas tum Ro. tum cæteras gentes indigna multa, & fœda tā dictu ꝙ auditu ꝑpeti coegit. ¶ Tū ēt exte gē. ideo dixi, quia in repulſis domeſtica tm̄ exempla narrauit. ¶ Nā ali præ. Cū aſſiduis cladibus apud Trebiā, lacū Traſimenū, & cānas acceptis, cōſumpta eēt Ro. iuuētus, ad eam neceſſitatem redactus eſt ſenatus, Populuſq; Romanus, ut octo millia ſeruorum, ex ergaſtulis emerent, cum libera capita deeſſent. nam ut tradit Liui poſt cladem cannenſem M. Iunius dictator delectu edicto, iuniores ab annis decem & ſeptem & quoſdam prætextatos ſcribit, quatuor ex his le-

¶ De Ciuitate Romana.

CAnnenſis autem Clades adeo vrbem noſtram vehemẽter contudit: vt opera M. Iunii dictaturam Reipubli. adminiſtrantis ſpolia hoſtium affixa templis, Deorũ numini conſecrata, inſtrumenta militiæ futura cõuellerentur. ac prætextati pueri arma induerent. adiudicatorum etiam, & capitali crimine damnatorum ſex millia conſcriberentur. quæ ſi per ſe aſpiciantur, aliquid ruboris habeant. ſin autem admotis neceſſitatis viribus ponderentur, ſæuitiæ temporis conuenientia præſidia videantur.

¶ De Eadem Ciuitate.

PRopter eandem cladem, Senatus Octacilio, qui Siciliam: Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam proprætores obtinebant: querentibus quod neq́ ſtipendium, neque frumentum claſſibus eorum, & exercitibus ſocii præberent: affirmantibus etiam ne habere quidẽ eos, unde id præſtare poſſent: reſcripſit. ærarium longinquis expenſis non ſufficere. proinde, quo pacto tantæ inopiæ ſuccurrendum eſſet, ipſi viderent. his literis quid aliud, quàm imperii ſui gubernacula è manibus abiecit? Siciliamq́, & Sardiniã benigniſſimas vrbis noſtræ nutrices, gradus, & ſtabilimẽta bellorum, tam multo ſudore, & ſanguine in poteſtatem redactas, paucis verbis, ita ſcilicet neceſſitate iubente, dimiſit.

giones, & mille equites effecti. Item ad ſocios, latinumq́; nomen, ad milites ex formula accipiendos mittit. Arma, tela, alia parari iubet, & hoſtium ſpolia uetera detrahit templis porticibuſq́, & aliam formam noui delectus inopia liberorum capitum, ac neceſſitas dedit, octo millia ualidorum iuuenum ex ſeruitiis, prius ſciſcitantes ſingulos, uellent ne militare empta publice arma uere Romani. hi omnes, ut paulo infra dicit uolones ſunt appellati, eo quod uoluntate pugnarent, & non coacti. ¶ Quatuor & uigiti millia. Longe diſcrepat à Liuio in numero ſeruorum, nam tantũ octo millia fuiſſe tradit Liuius. cui aſſentitur Macrobius ſaturnalium libro primo, cum ait, ad cannas uictis Romanis octo millia ſeruorum empta, militauerunt. ¶ Adactos iureiurando. Sacramento militiæ aſtrictos, more iuſtæ legitimæq́; militiæ. ¶ Strenuam. promptã, & impigram operam. ¶ Quanta uiolentia eſt caſus acerbi? Deplorat quodammodo caſum, & neceſſitatem Populi Romani, q antea capite cẽſos milites habere faſtidierat, nũc ex ergaſtulis, & paſtoralibus caſis, ſeruos educere coactus fuerit. ¶ Quanta uiolentia caſus? Conqueritur, & deteſtatur tantam, neceſſitatem. ¶ Capite cenſos. Capite cenſi dicebantur, ut ſupra, qui in nullo cenſu habebãtur, ſed eorum capita ſolum cẽſebantur, quia parum, uel nihil poſſiderent. ¶ E cællis. In quibus ſerui à dominis ſeruabantur, hos deinde ſeruos Sempronius Gracchus, propter egregiam uictoriam ex auctoritate ſenatus libertate donauit. ¶ Cedit ergo. plerunq́ nos inquit coegit neceſſitas utilitatem dignitati anteponere, & fortunæ libidini, ac uiribus obtemperare nam niſi tutiora conſilia uir fortis elegerit, ſpecioſa ſequendo ſæpiſſime corruet. ¶ Concidendum. Cadendum & proruendum. nam aliquando urgente fortuna præmittenda eſt dignitas, & tutiora conſilia ſequenda, quod niſi uir fortis fecerit, funditus concidet.

ASCENSIVS.

ABominandæ, &cæ. Allaturus exempla de neceſſitate, præfatur ſic. Leges amariſſimæ, & imperia truculentiſſima, ideſt diriſſima, neceſſitatis abominãdæ, ideſt quaſi mali ominis execrandæ, coegerunt quoq́ tum urbem, ideſt Romam, tum etiam gentes exteras (quarum non meminit in capite de repulſis) perpeti multa grauia nõ tantum intellectu ſed etiam auditu, ideſt dum intelligantur, & audiantur. Nam (probat quod præmiſerat, leges uidelicet neceſſitatis coegiſſe aliquando Romanos) Roma exhauſta, ideſt euacuata iuuentute militari, aliquod præliis aduerſis, ideſt per aliquod prælia aduerſa, ſecundo punico bello, Senatus Tyberio graccho patre Caii & Tyberii graccorum conſule, authore, ideſt id approbante auctoritate ſua, cenſuit ideſt decreuit uti ideſt ut ſerui emerentur publice, ideſt ære publico aduerſus ideſt contra impetum hoſtium propulſandorum, ſcilicet pœnorum, & rogatione lata de ea per tribunos plæbis apud populum, tres uiri creati ſunt, qui comparauerunt, quatuor & uiginti millia, ſeruorum (cum alii octo duntaxat miſſa dicant) & armis datis, ideſt poſtquam dederant eis arma, miſerunt i caſtra, ſcilicet Romana aduerſus Hannibalem, ſupple eos ſeruos adactos, ideſt aſtrictos iureiurando ſe daturos operam ſtrenuam, ideſt acrem, & fortem, quoad ideſt donec pœni ſcilicet Carthaginien. eſſent in Italia. Septuaginta etiam & ducenti, hoc eſt ſupra ducentos (Secundum præceptum Laurẽtii uallen. poſt centum minor numerus eſſet poſtponendus, ut ſit ducenti & ſeptuagita) empti ſunt ex Appulia, & à ſidiculis urbe Italiæ ad ſupplementum equitatus. Quanta, ideſt ò quanta eſt uiolentia caſus acerbi, ideſt quàm indigna cogit neceſſitas? Eadem ciuitas quæ faſtidierat, ideſt ſuperbe contempſerat, ſupple uſq́ ad id tempus, habere milites, quoq́, ideſt etiam originis ingenuæ, ideſt nulla ſeruitute ſua, nec parentum ſuorum aſtrictæ, cenſos capite, ideſt dũmodo eſſent cenſi capite, ideſt præter caput nihil quod ad cẽſum aſcriberetur attulerunt, ut erãt pauperrimi, quiq́ licet ingenui (quia uerebantur eos qui nihil domi, pro quo dimicarẽt reliquerant, aut non tam ſtrenuam operam in bello nauatũros, aut etiam pretio corrumpi poſſe, ut ad hoſtes tranſirent) adiecit exercitui ſuo uelut præcipuum firmamentum mancipia extracta è cellis ſeruilibus, id eſt ex ergaſtulis, & collecta ex caſis paſtoralibus, ut ex Appulia, & ſidiculis empta. Ergo ſpiritus generoſus, cedit iterdum utilitati & ſuccumbit uiribus fortunæ uidelicet ubi ideſt quãdo, aut in quo ſtatu rerum, niſi legeris, ideſt elegeris, & ampleſus fueris conſilia tutiora, ſed minus honeſta, concidendum ideſt cum tuis pereundum ſit tibi, ſupple ſequenti ſpecioſa, ideſt honeſta.

OLIVERIVS.

CAnnenſis clades. magna neceſſitas, quæ nõ patitur ætatis, nec religionis haberi rationem, qualis fuit poſt cannenſem cladem, q ut diximus, Romanos coegit, & prætextatos puberes ſcribere, & hoſtium ſpolia diis conſecrata è templis, porticibuſq́ detrahere. quinetiam nexos complures, & capitali crimine damnatos, in uſum militiæ recipere. ¶ Et prætextati pueri. prætextati dicebantur, qui nondum ad .xvi. annum peruenerãt, in quo depoſita prætexta, uirilem togam ſumebant. ¶ Addictorum. nexorum. ¶ Ponderentur. examinentur, librentur.

ASCENSIVS.

CAnnenſis autem clades confudit urbem noſtram adeo uehementer, ut ſpolia hoſtium affixa templis deorum, & conſecrata numini ideſt diuinitati eorum conuellerẽtur ideſt abſtraherentur opera ideſt per operam, & factum Marci Iunii adminiſtrantis dictaturam, ideſt ſummum magiſtratum reipub. conuellerentur dico futura inſtrumenta militiæ, ac ut ſup. pueri prætextati ideſt nobiles, ſed qui nec dum quartumdecimum ætatis annum, quo uirilem togam acciperent, attigerant, & ſupple ut etiam ſex millia addictorum ſcilicet mortui ideſt addiudicatorum, & pro ideſt damnatorum crimine capitali, ideſt propter crimen capitale, que ſcilicet ſex millia damnatorum, ſi aſpiciantur, ideſt æſtimentur per ſe ideſt ſecluſo neceſſitatis reſpectu, habeant, ideſt habitura ſint, aliquid ruboris, ideſt uerecundiæ. ſin autem, ideſt ſed ſi ponderentur, ideſt æſtimentur uiribus neceſſitatis admotis, ipſa uideantur, præſidia conuenientia ſæuitiæ temporis.

OLIVERIVS.

PRopter ean. cla. Liui. decade ſecundi punici belli lib. iii. Per idem fere tempus litteræ è ſicilia Sardiniaq́ Romam allatæ priores è Sicilia Octacilii proprætoris in ſenatu recitatæ ſunt. L. Furium prætorem cum claſſe ex Africa lilibeum ueniſſe, ipſum grauiter ictum ſaucium in diſcrimine eſſe uitæ ultimo. militiæ naualibus ſociis neq́ ſtipendiũ, neq́ frumentũ ad diẽ dari neq́ unde detur eẽ magnope ſuadere ut quãprimũ ea mittantur, ſibiq́ ſi ita uideatur ex nouis præ-

toribus

toribus ſucceſſorem mittant. eademq; ferme de ſtipendio frumentoq; ab A. Cor. Mammula proprætore ex Sardinia ſcripta reſponſum utriſq; non eſſe unde mitteretur, iuſſiq; ipſi claſſibus, & exercitibus ſui conſulerent. Octacilius ad unicum ſubſidium P. R. Hieronem, legatos cum miſiſſet, in ſtipendium quantum argenti opus fuit, & ſex menſium frumentum accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates ſociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoq; propter penuriam argenti triūuiri menſarii, rogatione Minutii tri ple. facti ſunt. ¶ Socii præ. Diſſentit à Liui. Vale. nam à ſociis benigniſſime erogatum ſtipendium, & frumentum dicit Liui. ut ſupra oſtendimus, nec dimiſiſſet tūc prouincias, ſed obtinuiſſet.

ASCENSIVS.

PRopter &c. Senatus reſcripſit propter eandem cladem, ſcilicet Canē. pugnæ, Octacilio & Cor. Mammulæ, qui proprætores, ideſt ſocii prætoria poteſtate fungētes obtinebat, Octacilio inquam, qui prætor obtinebat Siciliam, & Mammulæ qui prætor obtinebat Sardiniam, querentibus .i. conquerentibus, quod ſocii .ſ. quibus præerant neq; præberēt ſtipendium neq; frumentū claſſibus & exercitibus eorum, affirmantibus etiam eos, ſcilicet ſocios ne quidem, ideſt nō etiā habere, unde poſſent præſtare id .ſ. ſtipendium & frumentum, reſcripſit inquam, ærarium, ſcilicet Romanum .i. pecuniā publicam, non ſufficere expenſis longinquis, ideſt tādiu durātibus, proinde .i. ideoq; ipſi .ſ. prætores uiderent .i. diſpicerent, quo pacto ſuccurrendum eēt tantæ inopiæ. Quid aliud ſupple fecit ſenatus his literis, quàm abiecit ex manibus gubernacula ſui imperii? q. d. nihil, & dimiſit Siciliam & Sardiniā benigniſſimas nutrices urbis noſtræ, hoc eſt Romæ, & gradus & ſtabilimenta .i. ſuſtentacula bellorum .i. à quibus Romani ad ſuſtentanda onera belli iuuabantur, redactas tam multo ſudore & ſanguine in poteſtatem, ſcilicet Romanam, dimiſit dicit, paucis uerbis, (unde Antitheſis eſt) In multo ſudore & paucis uerbis. ſcilicet, ideſt ſcire licet quā obrem id fecerit, quia neceſſitate iubente ita. Neq; tamen amiſſas uult Valerius tunc eas prouincias, ſed amitti potuiſſe, quia dimiſſas auxilii & conſilii expertes.

OLIVERIVS.

EAdem Caſilinates. Caſilinum eo tēpore præneſtini habebant, quos apud cannas in caſtra proficiſcentes nuncius acceptæ cladis Caſilinum conuertit, qui paulopoſt cæſis oppidanis urbem occuparunt, cum paucis Romanis, latiniq; nominis. additur & præneſtina cohors eodem nūcio. Caſilinen. compulſi penuria frumenti, nimium etiam hominū uideri faciebat. Ad hanc urbem, uel ſi fieri poſſet in deditionē accipiendam, uel uiribus expugnandam Hannibal partem exercitus miſit, qui omnes ab oppidanis eruptione facta turpiter fuſi, fugatiq; fuerunt ita primis repulſis, dux alter pœnorum Maharbal cum maiore robore uirorum miſſus, nec ipſe eruptionem cohortum Ro. ſuſtinuit. poſtremo Han. caſtris ante mœnia poſitis. paruam urbem paruūq; præſidium ſumma ui atq; omnibus copiis oppugnare parat, quod cum ſibi parum proceſſiſſet ad obſidionem conuerſus caſtra communiuit, firmiſſimisq; præſidiis impoſitis ibi. longa obſidio oppidanos, præſidiumq; ad ultimum inopiæ adduxerat, quam tamen cōſilio & calliditate Sempronii ducis Romani, qui haud procul inde aberat aliquandiu tollerarunt, miſſis per uulturnum amnem, qui locum illum præterfluebat, doliis frumento plenis. qua re paulopoſt ab hoſtibus cognita, intercepta ſunt dolia, & omnis ſpes erepta. nuces deinde fuſæ à Romanis caſtris cū medio amne ad Caſilinum defluerent, cratibus excipiebātur. poſtremo ad id uentum inopiæ eſt, ut lora detractaſq; ſcutis pelles, ubi feruida molliſſent aqua, mandere conarentur. nec muribus aliōue animali abſtinerent. & omne herbarum, radicūq; genus aggeribus muri eruerent. etiam cum hoſtes obaraſſent quicquid herbidi terreni extra murū erat, raparum ſemen iniecerunt, ut Hannibal eo ne uſque dum ea naſcantur, ad Caſilinum ſeſſurus ſum exclamaret? quiq; nullam antea pactionem auribus admiſerat, tum demum ſecum agi eſt paſſus de redemptione liberorum capitū, ſeptūcies auri in ſingulos precium conuenit, fide accepta ſeſe tradiderunt. Strabo. in fi. v. lib. huius meminit obſidionis. dicit enim Romam uerſus, Caſilinum ſitum eſt ad flumen Vulturnum, in quo præneſtini milites quadraginta & quingenti aduerſus Hannibalem uariis inſtructum copiis, tandiu obſidionem pertulere, ut inualeſcēte fame, mus dragmis ducentis uenundaretur, & uenditor quidem, mortē oppetierit, emptor autem incolumis euaſerit. cum autem Hannibal eos rapas prope murum ſeminaſſe conſpiceret, tantam animorum tolerantiam admiratione proſecutus ē, q̄ homines tādiu obſiſtere poſſe ſperarent, quo ad rapæ maturaſcerent. itaq; paucis exceptis immortales illi uictores extitere omnes, niſi quos aut fames confecit, aut prælia. ¶ Defecti. Deſtituti, & euacuati. ¶ Reſolutas aqua. Mollitas, atq; decoctas ¶ Delitiis ſuis. Conſtat campanorum delitiis, pœnorum exercitum ad id tempus inuictū ſic eneruatū eſſe, ut uix militiæ labores ſuſtineret. ductus .n. Capuā in hiberna, ſic ſe oībus uoluptatibus immerſit, ut quos nulla uis mali antea uicerat, poſtmodū nimia bona perdiderit .ſ. uoluptates imodicæ, ut ſomnus, uinū, epulæ, ſcorta, linea, cōſuetudines, ociū, q̄ oīa ſic eneruarūt corpora, & aīos, ut magis deinde uictoriæ, q̄ pñtes currētur uires. ¶ Mōra quaſi deſolatū, atque deſertū.

¶ De Caſilinatibus.

EAdem Caſilinates obſidione Hannibalis clauſos, alimētorumq́; facultate defectos, lora neceſſariis vinculorum uſibus ſubducta, eq́; ſcutis detractas pelles ferventi reſolutas aqua, mandere voluiſti. quid illis, ſi acerbitatem caſus intueare, miſerius? ſi conſtantiam reſpicias, fidelius? qui, ne à Romanis deſciſcerent, tali vti cibi genere ſuſtinuerunt: cum pinguiſſima arua ſua, fertiliſſimosq́; campos mœnibus ſuis ſubiectos intuerentur. Itaq; Campanæ vrbis, quæ punicam feritatem delitiis ſuis cupida fouit, i propinquo ſitum Caſilinum moderatum virtute, clarum perſeuerantis amicitiæ pignore, impios oculos verberauit.

¶ De Prænestinis.

IN illa obſidione, & fide, cum trecenti Prænestini permanerent, euenit: vt ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quàm ipſe leniendæ famis gratia conſumere mallet. Sed credo Deorum prouidentia effectum, vt & venditori & emptori quem vterque merebatur, exitum attribuerit. Auaro enim famę conſumpto, manubiis ſordium ſuarum frui non licuit. æqui animi vir, ad ſalutarem impenſam faciendam, care quidem, verum neceſſarie comparato cibo vixit.

ASCENSIVS.

EAdē &c. Apoſtrophē facit ad neceſſitatē dicens, O neceſſitas tu eadē quæ ſic Ro. coegiſti, ut iā dictū eſt, uoluiſti Caſilinates .i. incolas Caſilini oppidi in cāpania Italiæ, clauſos poſt cānenſem cladē obſidione Hāni. & defectos .i. deſtitutos facultate alimentorū, mādere lora .i. corrigias, ſubducta .i. ſubtracta neceſſariis uſibus uinculorū .i. quibus ſcuta uinciebant, & alligabant lateribus, ſuis ſiniſtris bellātiū, & pelles detractas è ſcutis reſolutas .i. mollificatas aqua feruēti. Si tu lector q̄cūq; ſis, intueare acerbitatē caſus, q̄d ſup. ſit miſerius illis? q. d. nihil, ſi recipias cōſtātiā .ſ. illorū q̄d ſup. ſit fidelius illis? q ne deſciſcerēt .i. deficerēt à Ro. ſubſtinuerūt uti tali gñe cibi, cū intuerētur pinguiſſima arua ſua, & fertiliſſimos cāpos ſubiectos mœnib⁹ ſuis. q̄ uidelicet Tātalica uī pœna. Itaq; .i. & ita Caſili. ſitū in propinquo cāpano urbis, moderatū .i. tēperatū ne delitiis cāpanis afflueret, uirtute .ſ. abſtinētiæ, ac fortitudinis in perferēda famæ (Oli. legit mō rarū ſed nō addidiſſet author uirtute, ſi ſic legēdū fuiſſet. uerū Oli. ſubinde laborat falſitate exēplariorū, q̄ interpretis curſum mirū imodū retardāt. ideoq; dāda ē uenia: ſi quā ſuenerint lectionē ſecuti iterdū dormitēt) & clarū pignore amicitiæ pſeuerātis, uerberauit .i. cōcuſſit dolore aut inuidiæ, aut feræ pœnitētiæ, impios oculos urbis Cāpaniæ .i. ipſius capuæ, q̄ cupida fouit delitiis ſuis feritatē punicā .i. pœnos feroces, qui tñ ab illis fracti ſunt.

OLIVERIVS.

IN illa obſidione. uis deteſtandæ auaritiæ, ita mentem omnem, & rationem homini plerūq; peruertit, ut pecuniā nō dignitati ſolū, ſed ipſi quoq; uitæ præferre nō dubitet, qualis hic pñeſtinus, qui in tanta rerū penuria, ac fame captū mu-

rem.cc.denariis uendere maluerit, ꝗ famem lænire, uitamque producere, imitatus illum, de quo Lucanus, Non deeſt prolato ieiunus uenditor auro. qua re factum eſt, ut utrunqꝫ pariter amitteret, uitam & pecuniam. ℱ Sordium ſuarum, ideſt auaritiæ. & recte quidem ſordes auaritiam appellat, quia nihil hominem ſordidiorem eſſe facit auaritia, quæ malis uenenis imbuta, corpus animumqꝫ uirilem effœminat.

℣ De Ciuitate Romana.

Caio autem Mario & Cn. Carbone Conſulibus bello ciuili cum L. Sylla diſſidentibus, quo tempore non reip. victoria quærebatur, ſed præmium victoriæ res erat publica: ſenatuſconſulto aurea, atqꝫ argentea templorū ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, conflata ſunt. digna enim cauſa erat, hinc, an illi crudelitatem ſuam proſcriptione ciuium ſatiarēt: vt Dii immortales ſpoliarentur. non ergo P. conſcriptorum volūtas, ſed teterrimæ neceſſitatis truculenta manus, illi conſulto ſtylum ſuū impreſſit.

℣ De Diuo Iulio.

Diui Iulii exercitus, ideſt inuicti ducis inuicta dextera, Cum armis Mundam clauſiſſet: aggeriqꝫ extruēdo materia deficeret: congerie hoſtilium cadauerum, quam deſiderauerat altitudinem, inſtruxit: eamqꝫ tragulis, & pilis quia roboreæ ſudes decrāt, magiſtra nouæ molitionis neceſſitate uſus uallauit.

℣ De Diuo Auguſto.

Atqꝫ ut diuinam filii mentionem, cœleſtis patris recordationi ſubnectam: cum effuſurus ſe i noſtras prouincias Parthorum rex Phraates uideretur, vicinæqꝫ imperio eius regiones ſubita inducti tumultus denunciatione quaterentur: tanta in Boſphorano tractu commeatus penuria inceſſit: vt ſex millib⁹ denariis, ſingula vaſa olei, frumentiqꝫ modiis toti dem mancipia permutarentur. ſed amariſſimam tempeſtatem Auguſti cura, tutelæ tunc terrarum vacans, diſpulit.

ASCENSIVS.

In illa &c. Cum trecēti prænestini, ideſt præneſtis oppidi ciues, qui poſt cladem Cānenſem ſe Caſilinum ut in proximum ſubterfugium receperant, permanerent in illa. ſ. iā dicta obſidione, & fide Caſilinatum euenit, ut quidam ex his .ſ. præneſtinis mallet poti⁹ (ubi alterum aduerbium uacat, aut mallet accipitur pro uellet) uendere ducentis denariis murem captum. ſ. à ſe, ꝗ ipſe conſumere ſup eum gratia famis lenien dæ. Sed credo effectum prouidentia Deorum, ut ſ. mus ille attribuerit utriqꝫ & uenditori. ſ. auariſſimo, & emptori minime parco pecuniæ in ſumma fame exitum, quē uterqꝫ merebatur. Enim pro quia non licuit auaro. ſ. uenditori, conſumpto fame frui manubiis. i. precio quaſi ex prædæ portione ad ſe pertinente ſuarum ſordium. i. auaritiæ, qua plus pecuniam ꝗ uitam amauerat, & ſup. uir animi æqui. i. iuſti, & parati ad faciendam impenſam ſalutarem uixit cibo ſ. murino, comparato quidē care, ſed neceſſarie. unde dānandi ſunt, qui ad exquiſitam uoluptatē res præmaturas, aut raras inuentu, hoc ſolo nomine cariſſime emunt ꝙ cariſſimæ ſunt. ut ille qui apud Iu. mullum ſex millibus emit.

OLIVERIVS.

Têplorum ornamêta côflata

Caio autem Mario Hoc legitur in uita Marii, ꝙ cum exhauſtum eſſet ærarium, nec eſſet unde ſtipendia darentur militibus, templorum ornamenta è ſenatuſconſulto fuerunt in pecuniam côflata. quam rem Vale. per ironiā quodammodo deteſtatur, cum dicat, dignam cauſam fuiſſe, ut tēpla Deorum ſpoliarentur, quo ſuam crudelitatem explerent. Marius atq; Sylla ℱ Conflata. in numiſma redacta, nam æs cōflatum dicitur in ſignatam pecuniam redactum. æs graue, qđ tantummodo penſatur. ℱ Digna enim cauſa erat. Ironia eſt ſine dubio. ℱ Non patrum conſcriptorum uoluntate. Oſtendit inuitum id feciſſe ſenatum metu uictoris, qui ita iubebat. ergo excuſat quādāmodo ſenatū, q neceſſitate cōpulſus ſit id facere.

ASCENSIVS.

Caio autem Mario, & Cn. Carbone conſulibus, bello ciuili diſſidentibus, cum L. Sylla, quo tēpore non quærebatur. ſ. à Sylla, ut iactitabat uictoria reip. (quam glorioſe obtinuit, ſed ea turpiter uſus eſt) .i. ut reſp. uinceret ſui oppreſſores, ſed reſp. erat præmium uictoriæ quia Sylla Tyrannide remp. occupauit, & perpetuam dictaturā inuaſit, ornamēta aurea & argentea templorum ſunt conflata i. fuſa, & ſignata in pecuniæ formam, ſenatuſconſulto. i. decreto ſuper ea re à ſenatu facto, ne ſtipendia deeſſent militibus. enim pro quia, cauſa erat digna (quod ironicos dicit) ut dii immortales ſpoliarētur. ſ. ornamentis ſuis, ut ſ. diſcerneretur ne. i. utrum aut an hi. ſ. Syllani, An illi. ſ. Mariani ſatiarent crudelitatem ſuā proſcriptione ciuium, quia is erat exitus belli ab utriſqꝫ prætentus, ad quē ſenatus non debebat tale ferre præſidium. Non ergo (uidetur quibuſdam in ironia perſtare, quia ſi neutris opitulandū erat in tam pernicioſa uoluntate, nulla erat reuera neceſſitas talis ſenatuſconſulti, quia potius debebant ſaluis ornamentis templorū in manibus Marianæ factionis dimittere, ꝗ in Syllanam Tyrannidem eo modo retrahere, ſed ſanum eum animus Syllæ, ſperatuſqꝫ oppreſſis Marianis remp. liberam fore, quo circa neceſſe uidebatur tunc quidem ſic Syllæ ſuppetias ferre, & ita in hac parte nulla eſt ironia, quæ ſi admitteretur, non eſſet huius loci exemplum, non enim reuerſa coactus eſſet ſenatus neceſſitate) uoluntas patrum conſcriptorum impreſſit illi conſulto, ideſt decreto ſtylum. i. graphiū ſuum, hoc eſt nō ſcripſit ipſum in tabellam ceratam, i qua olim ſcriptitabant, ſed manus truculenta, ideſt atrox neceſſitatis teterrimæ, quæ coegit futuro Tyranno ſuppetias ferre, impreſſit ſupple illi ſtylum ſuum:

OLIVERIVS.

Diui Iulii exercitus. hoc fuit bello. quod in Hiſpania geſſit Iu. Cæ, aduerſus Cn. & Sextum Pompe. ubi primum in ipſo oceani hoſtio Varus. Didiuſqꝫ legati conflixere, cum ſubito exorta tempeſtas claſſem utranqꝫ ſubmerſit, mox ad obſidiones utrinqꝫ diſcurritur omnium poſtrema circunſeditur in unda, ubi anceps diu, & triſte prælium, nouiſſime illud inuſitatū Cæ. oculis nefas, poſt. xiiii. annos probata ueteranorum manus retulit pedem. hic Cæ nihil reliquit inexpertum in qua perturbatione dicitur de extremis etiam cogitaſſe, cum cohortes quædā per tranſuerſam aciē actæ, quas periclitantibus caſtris præſidio Labienus mittebat ſpeciem fugæ præbuiſſent. hoc aut ipſe credidit, aut dux callidus attribuit in occaſionem, & quaſi in fugientes inuectus, ſimul, & ſuorum erexit animos, & hoſtes perculit. hoc prælio profugi cum ſe Mundam recepiſſent, & Cæſ. ſtatim uictor obſideri imperaſſet, ex congeſtis cadaueribus agger factus eſt, quæ pilis, iaculiſqꝫ confixa inter ſe tenebāt. ℱ Mūdam. oppidum Hiſpaniæ. ℱ Tragulis. telis gallicis. ℱ Pilis. Romanis telis. ℱ Sudes. pali acuti ex utraqꝫ parte, & in ſummitate exuſti. Virg. ſudibuſue præuſtis. ℱ Nouæ moli. Quaſi inuſitatæ munitionis.

ASCENSIVS.

Diui Iulii. Inhumanum facinus, ſed quia à Iulio Cæſa. commiſſum neceſſitate purgauit dicens. Exercitus diui Iulii. i. dextera. ſ. manus, aut fortitudo inuicti ducis inuicta, cum clauſiſſet Mūdam oppidum Hiſpaniæ, in quod ſe hoſtes receperant armis. ſ. armatis militibus, & materia deficeret aggere. i ſepimento alte extruendo, inſtruxit altitudinem .ſ. aggeris, quem deſiderauerat congerie. i. ſtrage congeſtorū cadauerum hoſtilium, & uallauit. i. quaſi uallis ſepſit, & corroborauit eam. ſ altitudinem tragulis. i. telis gallicanis, & pilis. i. telis Rom. quia ſudes roboreæ, ideſt pali, aut ualli querni deerant. uſus neceſſitate magiſtra, nouæ, ideſt inſolitæ molitionis, ideſt laborioſæ circūuallationis.

OLIVERIVS.

Atqꝫ ut diuinam. cum Phraates Parthorum rex prouincias Romanas bello petiturus eſſe uideretur, tunc Boſphoranam regionem ingens rerum penuria & fames inceſſit, quæ Romanis quoqꝫ inuaſit, quo tēpore Cæſar Auguſtus in ſterilitate magna, ac difficili remedio, cum Venalitias, & Laniſtarum familias, peregrinoſq; omnes, exceptis medicis, & præceptoribus, partemqꝫ ſeruitiorum urbe expuliſſet, ut tandem annona conualuit, impetum ſe cœpiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi, ꝙ earum fiducia agrorum

cia ægrotorum cultura ceſſaret. neq; tamen perſeueraſſe, quia certum haberet poſſe per ambitionem quandoq; reſtitui. atq; ita poſt hanc rem temperauit, ut non minorem oratorum, nego ciatorum quàm populi rationem duceret, hæc Sueto. ⸿ Diui nam filii mentionem. Non poteſt Vale. ab aſſentatione diſcedere. Aug. n. adhuc uiuens diuinos honores obtinuit ut diximus, uſi Hor. Præſenti q; tibi diuios largimur honores. meruit aras & flaminem, ut Iurandaſq; tuũ per nomen ponimus aras. Fuit Auguſtus Iul. Cæſaris adoptiuus. ⸿ In Boſphorano tractu. in regione helleſpontiaca. ſunt autem Boſphori duo, un' thracius iuxta Bizantium hoc eſt Conſtantinopolim, alter in introitu paludis Meotidos, q̃ chimerius dr̃, de quo Oui. lib. iii. triſtium Boſphorus & tanais ſuperant, ſcythiæq; paludes, Vix q; ſatis noui, nomina pauca loci. Boſphorus à ferẽda boue dictus, uel à tranſitu bouis, ſiue ab anguſtis meatibus bouum peruiis.

Boſphori duo

ASCENSIVS.

Atq; ut ſubnectam recordationi patris. ſ. adoptiui uidelicet Iulii Cæſaris cœleſtis. i. in cœlum ob Tyrannidẽ ut miſera mentis eſt adulatio trãſlati, mentionem filii. ſ. Auguſti cæſaris à Iulio adoptati, diuinam, quia & ipſe in deorum numerum relatus credebatur, Cũ Pharates rex Perſarum uideretur effuſurus ſe in prouincias noſtras. i. imperio Romano ſubiectas, & regiones uicinæ ĩperio eius quererentur, ideſt conquererentur, inducti ſubita denunciatione tumultus. i. tumultuarii belli, tãta penuria. i. difficultas aegrẽdi cõmeatus. i. uictualiũ inceſſit ſupp. homines in tractu boſphorano. i. circa boſphoron. i. mare Anguſtum, ita ut bouem tranantem ferat, ut ſingula uaſa olei permutarentur ſex millibus denarium prõ denariorum. ſunt qui denariis legunt, quæ ſi uera eſt lectio, toleranda erit etiam locutio illa, duodecĩ millia ſignati, & cæte. Sanè oportet intelligere uaſa olei tunc certæ fuiſſe menſuræ, nam tam magna poſſent dari, ut nõ ſit iniuſtum precium, & mancipia. i. ſerui permutarentur totidem modiis frumenti, quot. ſ. ipſa erant. i. ut pro modio frumenti daretur ſeruus. Sed cura. i. diligentia Auguſti uacans. i. dans operam tunc tutelæ terrarum, cum nunc ſit in cœlis, diſpulit. i. dimouit tempeſtatem, ideſt caritatem illam annonæ amariſſimam. Quia uero nõ dicit quid per famem illam paſſus ſit Auguſtus, aridum ſatis & impertinens eſt de neceſſitate ſaltem Auguſti exemplum.

⸿ Externa De Cretenſibus.

Cretenſibus nihil tale præſidii affulſit: qui obſidione Metelli ad ultimam uſque penuriam compulſi, ſua iumentorumq; ſuorum urina ſitim torſerunt: iuſtius dixerim, quàm ſuſtentauerunt. quia dum uinci timent, id paſſi ſunt, quod eos ne uictor quidem pati coegiſſet.

⸿ De Numantinis.

Numantini autẽ à Scipione uallo & aggere circundati: cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, cõſumpſiſſent: ad ultimum humanorum corporum dapibus uſi ſunt. quapropter capta iam urbe complures inuẽti ſunt artus, & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes. nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio. nam quibus mori licuit, ſic uiuere neceſſe non fuit.

OLIVERIVS.

Cretenſibus. Cretenſes fauiſſe mithridati uidebantur, itaque placuit iniuriam armis uindicare. prius inuaſit inſulã M. Ant. cum ingenti quidem uictoriæ ſpe, atq; fiducia adeo ut plures cathenas in nauibus quàm arma portaret. dedit itaq; pœnas uecordiæ ſuæ, nam plaraſq; naues interceperunt hoſtes, captiuaq; corpora religata uelis, ac funibus pependere, ac ſic uelicantes triumphantiũ in modum Cretenſes portibus ſuis remigauerunt. Metel. deinde totam inſulam igni, ferroq; populatus, intra caſtella, & urbes redegit, eoſq; longa obſidione compulit ad eam neceſſitatem, ut ſua, iumentorumq; ſuorum urina ſitim releuare coacti fuerint, & grauiora pati, quam uictor ſupplicia dediſſet. ⸿ Obſidione me. q. Metel. Mac. filius à deuicta Creta Creticus dictus eſt. ⸿ Torſerunt. quaſi cum ſupplicio ſedarunt.

ASCENSIVS.

Cretenſibus. & c. Nihil tale. i. talis præſidii affulſit Cretẽſibus qui compulſi obſidione. i. per obſidionem Metelli. ſ. Macedo. uſq; ad ultimam. i. extremam penuriam. ſ. cibi, & potus torſerunt. i. quodam cruciatu ſedauerunt. iuſtius dixerim. i. quod iuſtius dixerim quam ſuſtentauerunt ſitim urina ſua. i. lotio à ſe facto, & ſuorum iumẽtorum. ideo autem torſiſſe potius dicendi ſunt. quia dũ timent uinci, paſſi ſunt ſup. id, quod ne uictor quidem coegiſſet eos pati.

OLIVERIVS.

Numantini autem. Florus, Numantia, inquit quantum Carthaginis capuæ corinthi, opibus inferior, ita uirtutis nomine & honore par omnibus, ſummumq; ſi uires æſtimes, Hiſpaniæ decus, quippe quæ ſine muro, ſine turribus, modice edito in tumulo, apud flumen ſitara quatuor milibus celtiberorum & .xl. exercitum uim per annos .xiiii. ſola ſuſtinuit. nec ſuſtinuit modo, ſed ſæuius aliq̃to percuſſit, pudendiſq; fœderibus affecit. Nouiſſime cum inuictam eſſe cõſtaret, opus quoq; eo fuit, qui Carthaginem euerterat nec temere, ſi fateri licet, nam nullius belli cauſa iniuſtior fuit, Segidenſes ſocios & conſanguineos Romanorũ manibus elapſos exceperant, habita pro eis deprecatio nihil ualuit. cumq; ſe ab omni bello tum contagione remouerent, ſi legitimi fœderis pretiũ, iuſſi arma deponere, hoc ſic à barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaq; ſtatim Magna uicto fortiſſimo duce ad arma conuerſi Pompeium prælio aggreſſi, fœdus tamen maluerunt, cum debellare potuiſſẽt. hoſtilium deinde Mancinum, hunc quoq; aſſiduis cædibus ita ſubegerunt, ut ne oculos quidem aut uocem Numãtini uiri quiſquam ſuſtineret. tamen cum hoc quoq; fœdus maluerũt contenti armorum manibus, cum ad internitionem ſæuire potuiſſent. Sed non minus Numantini quam Gaudini illius fœderis flagrãtes ignominia, ac pudore, Po. R o. dedecus q̃dẽ præſentis flagitii, deditiõe Mancini expiauit. cæterum duce Scipione Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandẽ etiam in ultionem excanduit. qui redacto prius in diſciplinam milite, hoſtibus commiſit, aciem effecit, quod nemo uiſurum ſe unquam ſperauerat, ut fugientes Numantinos quiſquam uideret, dedere etiam ſeſe uolebant, ſi toleranda uiris imperarentur. Sed cum Scipio ueram uellet, & ſine exceptione uictoriam eò neceſſitatum compulſi ſunt, primum ut deſtinata morte in prælium ruerent. cum ſe prius epulis quaſi inferiis impleuiſſent carnis ſemicrudæ, & celiæ, ſic uocant indigenæ ex frumẽto potionem. Intellectum ab imperatore conſilium, non eſt permiſſa pugna morituris, cum foſſa, atq; lorica, quatuorq; caſtris circundatos fames premeret, ab duce orantes prælium, ut tanquam uiros occideret. ſed ubi non impetrarunt, placuit eruptio ſic conſerta manu plurimi occiſi. & cum urgeret fames aliquãtiſper inde, hoc eſt ex cadaueribus uixere. nouiſſime conſilium fugæ ſedit, ſed hoc quoq; ruptis equorum cingulis, uxores ademere ſummo ſcelere per amorem, itaq; exitu deplorato in ultimam rabiem, furoremq; conuerſi, poſtremo mori hoc genere deſtinarunt. duces ſuos, ſeq;, patriamq; ferro, & ueneno ſubiecto undiq; igne peremerunt. ⸿ Trãhere. Producere, prolõgare. ⸿ Artus, & membra. Aut Ephexegeſis eſt, ut unum ſit expoſitio alterius, aut artus intelligimus membrorum coniunctiones, unde articuli, membra uero corporis partes, ut humeri, brachia. Nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio. improbat hoc factum Valerius, q; dicat crudelitatem potius fuiſſe q̃ neceſſitatem. Neceſſitas autem duplex, aut ſine reſpectu, aut cum reſpectu, ut qui natus eſt neceſſe eſt, ut moriatur, hic nullum eſt medium at uero cum reſpectu, ut hoc loco, Numantinis neceſſe fuit humanis carnibus ueſci, niſi uoluerint in Scipionis uenire poteſtatem

Numantinæ excidium

Celia potio ex frumento.

Artus Mẽbra

ASCENSIVS.

Numantini autem qui populi ſunt in Hiſpania circundati à Scipione. ſ. Africano poſteriore, etiam Numantino à numantia deuicta uallo. i. ſepimẽto ex uallis dicto

Vale. Maxi. &

fudibus, & aggere.i.aggeſta, & circunducta terra, Et cum conſumpſiſſent omnia, quæ poterant trahere.i.protrahere, & extendere famem eorum, uſi ſunt ad ultimum dapibus corporum humanorum. Quapropter urbe ſcilicet eorum Numantia iam capta, complures ſunt inuenti geſtantes ſinu ſuo artus & membra corporum trucidatorum, id eſt atrociter occiſorum. Nulla excuſatio neceſſitatis eſt in his .ſ. inhumanis. Nam quibus licuit mori, ſupple illis, non fuit neceſſe ſic uiuere. Quod quidē ueriſſimum eſt. Nam ad conſeruandam uitam ne leue quidem peccatum eſt committendum. Et ideo ut mala patiamur, cogi poſſumus, ut culpam incurramus, non poſſumus. Nam in morte uiolenta nulla eſt culpa, & ſi ad opus malum peragendum compellamur, culpa ſit in compellente.

❡ De Caliguritanis.

HOrum trucem pertinaciam in conſimili facinore Caliguritanorum execrabilis impietas ſupergreſſa eſt. qui quo perſeuerantius interempti Sertorii cineribus obſidionem Cnei Pompeii fruſtrantes fidem præſtarent: quia nullum iam aliud in urbe eorum ſupererat animal: uxores ſuas natosq́ꝫ ad uſum nefariæ dapis uerterunt. Quoq́ꝫ diutius armata iuuentus viſcera ſua viſceribus ſuis aleret: infœlices cadauerum reliquias ſalire non dubitauit. En quam aliquis in acie hortaretur: vt pro ſalute coniugum, & liberorum fortiter dimicaret, ex hoc nimirum hoſte tanto duci pœna magis, quàm victoria petenda fuit: quia plus uindicatus libertatis, quàm uictus gloriæ afferre potuit: cùm omne ſerpentum, ac ferarum genus comparatione ſui titulo feritatis ſuperarit. nam quæ illis dulcia uitæ pignora proprio ſpiritu cariora ſunt: ea Caliguritanis prandia, atque cœnæ extiterunt.

OLIVERIVS.

HOrum trucem. Perpēna Sertorium, cui ſe coniurauerat coniuratione facta inter epulas per inuidiam interemit, ut in eius uita diximus. Pōpe. deinde facile ſuperato perpēna, Hiſpaniam totam armis ſubegit. in eo bello Caliguritanos Sertorii fideliſſimos ſocios, obſidione prǣmebat. qui ut cineri Sertorii fidem ſeruarent, ad eam impietatem deſcenderunt, ut conſumptis omnibus ferme animalibus, liberos, & uxores occideſent, eorumque carnibus ueſcerentur. quas etiam ut ſeruare diutius poſſent, ſale aſperſere. quod non ſolum impium, ſed deteſtandū quoq́ꝫ fuiſſe uidetur ❡ In conſimili facinore. Veſcendi humanis carnibus. ❡ Nefariæ dapis. Deteſtandæ. nefarius dicitur is, qui nec exitu dignus eſt, nec cui et far detur. ❡ Salire non dubitauit. Sale aſpergere. nā carni ne putreſcat, ſalem quaſi aīam datā dicit eē Chryſippus diutius enim ſeruat̃ caro ſalſa. ❡ En quā aliquis in acie hortaretur. Deteſtatur quodāmodo rem iſtam Val. cū dicat, Caliguritanos genus omne ferarū, atq́ꝫ ſerpentū feritate ſuperaſſe. q̄ ne in poteſtatem Pomp. deuenirent, liberis, & coniugibus ueſci maluerunt pro quoꝝ ſalute cæteri oēs populi, & nationes non ſolū fortiter dimicare, ſed extrema quæq́ꝫ pati nō dubitant. nec ulla uehementior ab imperatoribus adhortatio fieri ſolet, quam liberos, & coniuges dimicantiū oculis ſubiicere. ❡ Ex hoc hoſte. Caliguritano. ❡ Duci. Cn. Pom. qui ex hoſte. non uictoriam, ſed magis pœnam quærere debuit. nam ſi hoſtem illum ultus fuiſſet, plus libertatis, ex ultione, quā gloriæ ex uictoria cōſecutus eſſet. neq́ꝫ enim tale qc̄q̄ in obſidione facere quiſquam auſus fuiſſet, ſi de Caliguritanis ſuppliciū ſumptū fuiſſet. ❡ Cū omnem ferarū ac ſerpentum genus. uere inq̄ ſumendum fuerat ſupplicium magis q̄ quærenda uictoria de his hoſtibus, q̄ omnem ferarū, & ſerpentum immanitatem ſuperarunt, cum natos uentri mandarint, pro quibus tuendis, ſerpentes, & feræ ſpiritum effundere non dubitant. ❡ Comparatione Si quis ferarum & ſerpentum feritatem cum horum immanitate comparauerit ❡ Proprio ſpiritu cariora. Qui pro filiis mori non dubitant certo tempore.

ASCENSIVS.

HOrum &c. Impietas execrabilis.i.cum execratione deteſtanda Caliguritanorum populorū in Hiſpania ſupergreſſa eſt.i.ſuperauit in conſimili facinore, trucem.i.atrocem pertinaciam horum.ſ.iam dictorum Numantinorū. Qui .ſ. Caliguritani quo. ut p̄ſtarent perſeuerantius.i.cum maiore perſeuerantia, cineribus Sertorii interempti.ſ.à Perpenna fidem .i.fidelitatem fruſtrantes.i.fruſtrando, aut dum fruſtrarentur obſidione Cn. Pomp. uerterunt uxores ſuas, & natos i.ſ. ideo ad uſum nefariæ dapis, quia nullum animal ſupererat.i.manſerat aut relictum erat in urbe eorum. Quoq́ꝫ.i.& quo iuuentus armata aleret diutius uiſcera ſua uiſceribus ſuis.i.carnibus ex ſe genitis, ipſa non dubitauit ſalire.i. ſale reſpergere infœlices reliquias cadauerū. En.i. uide ſup. iuuentutem (& eſt figurata adhortatio uim negandi habens) quam aliquis hortaretur, id eſt hortari deberet in acie id eſt conſtaret in acie conflictura iamiam cum hoſte, ut dimicaret fortiter pro ſalute coniugum, & liberorum. q.d. id fruſtra facturum, cū ipſa eos aſſumpſerit. Nimirum .i. haud dubie pœna.ſ. impietatis admiſſæ in uxores, & liberos fuit magis petenda tanto duci .ſ. qui tantus erat Cn. Pom. ex hoc.i.tali hoſte, q̄ uictoria. hoc eſt ardētius debebat eos oppugnare, ut de impiis ultionem ſumeret, q̄ ut de uictis hīſe gloriā ullā obtineret. quia uindicatus .ſ. hoſtis.i. ſumpta de eo uindicta, potuit afferre.ſ. uictori, plus libertatis (cum tali populo tamq́ꝫ impio uiuente nunq̄ libertas tuta eſſe poſſit) q̄ ipſe uictus poſſit afferre gloriæ. uel quia non homies ſed monſtra hominum cenſeri debebant, uel quia non uirtute ſed nefanda fame domiti eſſent. cum ipſe hoſtis ſuperarit titulo feritatis omne genus ſerpentum ac ferarum comparatione ſui.i. ſi ad factum eorum compararentur. Nam pignora uitæ.i. proles ac propria generatio, quæ dulcia illis.i.ſerpentibus, & feris, ſūt illis cariora proprio ſpiritu.i.uita, ea extiterūt Caliguritanis prādia, atq́ꝫ cœnæ, id eſt aſſiduus cibus.

❡ De Teſtamentis, quæ reſciſſa ſunt. Cap. VII.

VAcemus nūc negotio, quod actorum hominis, & præcipuæ curæ, & ultimi eſt temporis, conſyderemusq́ꝫ, quæ teſtamenta, aut reſciſſa ſunt legitime facta: aut cum meritò reſcindi poſſent, rata manſerunt: quæ'ue ad alios, quàm qui expectabant, honorem hæreditatis tranſtulerunt.

OLIVERIVS.

VAcemus nunc negotio. agitur hoc capitulo de Teſtamentis, q̄ cum reſcindi poſſent, rata manſerunt, & contra, quæ rata uiderentur & legitime condita, reſciſſa fuerunt ❡ Quod actorum eſt hominis. Teſtamentis non ſolum uoluntates, ſed hominum quoq́ꝫ acta multa referuntur. Ergo actorum hominis, Actuum humanorum. Nam hoc negociū ad acta hominum ſpectat. ❡ Vltimi temporis. Quia in exitu uitæ, ut plurimum teſtamenta conduntur ❡ Quæ'ue aliud teſtamentorum genus. cum ſpe magna fruſtrati ſunt qui ſe hæredes conſtitutos ſæpe credidere, nam per octo dies teſtamenta occluſa ſeruabantur. ❡ Ordine quo propoſui. Vt teſtamentorum exempla ponat eorum primo, quæ legitime facta reſciſſa fuerunt.

Teſtamēta rata aut reſciſſa.

ASCENSIVS.

VAcemus nunc.i. deinceps in proxima narratione, negotio, qd̄ eſt &.i. ſimul præcipuæ curæ, & ultimi temporis actorum hominis i. quæ homo agit in hac uita hoc eſt teſtamento, ſeu ſupremæ uoluntati. Et conſyderemus, q̄ teſtamenta, aut reſciſſa ſunt.i. reuocata, & pro nihilo habita, lacta legitime.i. q̄uis eſſent legitime facta, aut quæ manſerunt rata.i. firma, & ſtabilia cū poſſent reſcindi i. diſſolui, & pro irritis haberi merito ue pro uel, quæ teſtamenta tranſtulerunt honorem hæreditatis ad alios quàm qui expectabant ſup. eā. atq́ꝫ ut exequar.i. enarrem ea.ſ. genera teſtamentorum, ſup. eo ordine, quo propoſui.

OLIVERIVS.

Militantis. In litera per ſe ſatis patet hiſtoria. non enim patris, neq; filii propter ignobilitatem nomē imponitur. ¶ Peractis ſtipendiis, Finita militia, hoc eſt confecto bello. ¶ Errore patris. Qui filiū in acie cecidiſſe credebat. ¶ Impudentia amicorū, Qui bona uſurpauerant, nec pudebat eos excluſiſſe filium. ¶ In aduerſo corpore. ſ. hoſti oppoſito ſignificat illum non aufugiſſe. ¶ Cicatrices. obductorum uulnerum ſigna. ¶ Ocioſa urbi onera. ſignificat eos ignauos, & inutiles, q patriæ ſuæ oneri magis q̄ honori eſſent. ¶ Togatam militiam. Diſceptationem cōtrouerſiā, ut in foro apud iudices de paternis bonis, & hæreditate diſceptaret. ¶ Apud centumuiros Erat centumuirale iudiciū nam ex. xxxv. tribubus, quot. ſ. erant in urbe Romæ terni deligebantur ex una quaq; iudices, & q̄uis plures eſſent centum, tamen centumuirorum nomen retinuerunt. hoiū unus haſtā tenebat præcipuum iudiciorum ſignum, unde centumuiralis haſta legitur in Suetonio. Dicit enim Auguſtus actor, & aliarum rerum fuit in q̄s, ne acta ſenatus publicarētur, ne magiſtratus depoſito honore, ſtatim in prouincias mitterentur ut proconſulibus ad mulos & tabernacula, q̄ publice locari ſolebāt, certa p̄mia cōſtituerētur, ut cura ærarii à quæſtoribus urbanis ad prætorios p̄toreſue tranſiret, ut centumuiralem haſtam, q̄ quæſtura functi ſolebant gerere decemuiri gererent. haſta enim ut ait feſtus Pompe. ſignum præcipuum eſt, unde & haſtæ ſubiiciebant, quæ publice uenundabant centumuiralia iudicia, idem dicit appellata eſſe à centūuiris, q ex tribubus. xxx. & quinq;, ut diximus, quæ & curiæ ſunt dictæ deligebātur ad iudicandum, qui centumuiri ſunt appellati.

Cicatrix

¶ De Quodam Milite.

Atq; ita, ut ea ordine, quo propoſui exequar: militantis cuiuſdam pater, cum de morte filii falſum è caſtris nuncium accepiſſet: aliis hæredibus ſcriptis deceſſit. peractis deinde ſtipendiis, adoleſcens domum petit. errore patris impudentia amicorum, domum ſibi clauſam reperit, Quid enim illis inuerecundius? florem iuuentæ pro Repu. abſumpſerat. maximos labores, & plurima picula tolerauerat. aduerſo corpore exceptas oſtendebat cicatrices, & poſtulabat: ne auitos eius lares otioſa ipſi urbi onera poſſiderent. Itaq; depoſitis armis, coactus eſt in foro, togatam ingredi militiam acerbe. cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit: omnibuſq; non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.

ASCENSIVS.

Militantis &c. Pater cuiuſdam militantis. i. in militia actu exiſtētis, cum accepiſſet ex caſtris falſum nunciū de morte filii deceſſit, deſ. mortuus eſt, aliis hæredibus ſcriptis. i. poſtq̄ alios ſcripſerat hæredes. Deinde ſtipendiis peractis. i. expleto tp̄e militiæ, unde ſtipendium acceperat, adoleſcens petit domum. & ſupp. reperit domū, quæ patris fuerat, clauſam ſibi errore p̄ris, q q eū mortuū putaret, alios hæredes ſcripſerat, & ſup impudentia amicorū. i. ſcilicet q ſe patris amicos geſſerant, & p̄pterea ab eo hæredes inſtituti erant, qui in hoc impudentes erant, q quæ pater per errorem fecerat, rata fore uolebāt, Quid enim inuerecundius illis. ſ. amicis falſum nomine? (Quia dicere poterat, Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterūt, & cæt.) Adoleſcens ſu. abſumpſerat. i. attriuerat florem iuuentæ (Dixi ergo. diſcernit, ut prius monui inter iuuentam, & adoleſcentiā) pro repu. & tolerauerat maximos labores, & plurima pericula, & oſtendebat cicatrices. i. ueſtigia uulnerum, exceptas ſup. in pectore aduerſo. i. hoſtibus obiecto non in tergo, & poſtulauit. i. equiſſime petiit, ne ipſi onera ocioſa urbi. i. qui homines ocioſi erant onera ipſi urbi (quia abſumebant & nihil lucrabantur. fruges, ut Flaccus dicit. conſumere nati) poſſiderent lares eius auitos. i. quos pater ab auo iure hæreditario, acceperat, & ita maior uis eſt poſtulationis, q auiti erant, q̄ ſi paterni mō fuiſſēt. qua. n. lege pater eos acceperat, à patre ſuo debebat eos derelinquere filio, cum maior ſit unicuiq; libertas legandi à ſe parti. Itaq; i. & ita, q̄a maxima illi fiebat iniuria, coactus eſt depoſitis armis, quibus accinctus è bello redierat, & nefas erat in iudiciū prodire armatum, ingredi militiam togatam. i. litem quæ eſt ſpecies militiæ, & concertatio quædam in foro. ſ. iudiciali, & contendit acerbe de bonis paternis apud centumuiros. i. iudices taliū cauſarū. acerbe dicit, enim pro q̄a, cū hæredibus improbiſſimis. & diſceſſit ſuperior. i. potior in cauſa, & uictor omnibus non ſolum cōſiliis (quia priuſquā ſniam ferrent monuerant centumuiri amicos illos paternos, ut ab iniqua uendicatione hæreditatis alienæ deſiſterent, ſed noluerunt conſiliis acquieſcere, unde addit) ſed etiam ſententiis. ſ. iudicum.

¶ De Filio M. Anci Carſeolani equitis Romani.

Item M. Anci Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Romani filius à Suffenate auunculo ſuo adoptatus, teſtamētum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centumuiros reſcidit. cum in eo Tullianus Pompeii magni familiaris, ipſo quidem Pompeio ſignatore, hæres ſcriptus eſſet. itaq; illi in iudicio plus cū excellentiſſimi uiri gratia, quàm cum parentis cineribus negocii fuit. Cæterum quamuis utraq; hæc aduerſus ſe nitebātur: tamen paterna bona obtinuit. nam L. quidē Sextilius, & P. Popilius, quos M. Ancus ſanguine ſibi coniunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæres fecerat, ſacramento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt: tametſi præcipuis eo tempore magni uiribus ad defendendas tabulas teſtamenti inuitari poterant: & ſi aliquātulum adiuuabat hæredes, quod M. Anci filius in Suffenatis familiam, ac ſacra tranſierat, ſed arctiſſimum inter homines procreationis uinculum, patris ſimul uoluntatem, & principis authoritatem ſuperauit.

OLIVERIVS.

Item M. Annæi. Reſciſſionē huius teſtamenti difficiliorē faciebat authoritas Pōpeii, q Tullianū ſibi familiaritate coniunctum, & hæredem teſtamento conſcriptum apud centumuiros, & gratia, & opibus atq; ēt oratione defendebat. plus ergo laboris fuit legitimo filio hæreditatem petenti, cū Pompe. authoritate certare, quàm cum patris, qui eum teſtamento præterierat uoluntate cōtendere. utrūq; tamen ſua uirtute, & audacia ſuperauit, Nā L. Sextiliū. & M. Popiliū cohæredes conſcriptos coegit, ut uel iurarēt uerum, uel ſe iuraturum falſum, idq; probaturum, qui ſacramento cum adoleſcente contendere non ſūt auſi. ¶ Quo præteri. p̄ eum teſtamento præterierat, quia in aliam familiam tranſierat. ¶ Ipſo Pompe. ſignatore. hoc magis mirum fuit teſtamentum fuiſſe reſciſſum, q eius ſignator fuerat Pōpeius. Teſtamenta ſeptē teſtibus præſentibus condebantur, & eorum quiſq; ſuum teſtamento ſignum imprimebat, aperiri autem non licebat niſi octaua poſt mortē teſtatoris die. ¶ Hæc utraq;. patria uoluntas, & Pompei gratia. ¶ Sacramento contendere non ſunt auſi. Quod iniuria exhæredatus eſſet, ſic enim aſſerebat adoleſcens. petebat ergo, ut uel illi iurarent uerum, uel ſe iuraturum falſum idq; p̄batum hoc eſt teſtamentū nō bene fuiſſe inſtitutū. ¶ Tranſierat in familiam. Per adoptionem. ¶ Et ſacra. Quia ſacris eius in quam familiam tranſibant initiabantur.

M. An. F. teſtō p̄terit

Signator teſtamēto p.

ACSENSIVS.

Itē filius M. Anci (alii Annæi ſcribunt) Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Romani adoptatus à Suffenate auunculo ſuo reſcidit i. irritum fecit apud centumuiros teſtamentum p̄ris naturalis, q ipſum genuerat (ſed quia fratri adoptandum dederat, ipſum in teſtamento præterierat) quo. ſ. teſtamento erat præteritus. i. prætermiſſus, & non inſcriptus ſaltem ex legitima portione hæres. Cum. Tullianus familiaris Pō. magni ſcriptus eſſet hæres in eo. ſ. teſtamento p̄ris, ipſo q̄dem Pōpe. ſignāte ut dicitur notario. Itaq; plus negotii fuit illi. ſ. filio Marci, in iudicio cum gr̄a uiri excellentiſſimi. ſ. Pomp. q apud iudices, & uniuerſum populum plurimum ualebat, q̄ cum cineribus pa-

rentis.i.plus illi obſtitit authoritas, & gratia Pompei pro Tulliano familiari ſuo aduocantis, quã uoluntas ultima patris, q ipſe prætermiſſo alium hæredem inſtituerat. Cæterum.i.ſed ipſe obtinuit.ſ.in iudicio bona paterna, quis utraq; hæc.ſ.duo iã dicta ſ.gratia Pompeii, & ultima uoluntas patris nitebantur .i.militabant contra ſe. (Si non eſſet contra ſe, ſed contra eum, inciperem ordinem ſic Cæterũ q̃q̃ hæc &c. tamen &c. Nũc uero cogimur. illud tamen prætermittere, quod Valla alias quoq; prætermittendũ docuit). Nã quidem L. Sextilius & publius Popilius(.q.d. ut taceã de Tulliano) quos Marcus Ancus(aut ut alii legunt Annæus) coniunctos ſibi ſanguine.i.eò q eſſent coniuncti ſibi ſanguine, fecerat hæredem, hoc eſt ex triente, nõ ſunt auſi contendere cum adoleſcẽtulo, ſacramento i. per ſacræ rei inuocationem iuramento, ſe uidelicet legitime inſtitutos, & filium merito, aut iuſte præteritũ tametſi ipſi poterant inuitari.i. allici, & incitari ad defendendas tabulas teſtamenti uiribus magni.ſ. Pompeii, præcipuis i.q̃ uires Magni erant præcipue eo tempore, & ſi.i.q̃q̃ etiam ſupp. illud adiuuabat aliquantulum hæredes. q filius M. Ancii tranſierat in familiam, & ſacra.ſ. familiaria Suffenatis, & ita per adoptionem uidebatur à patre alienatus, & ab eo merito præteritus. Sed uinculũ.i.neceſſitudo procreationis i. generationis, arctiſſimum inter homines (quia pater, & filius quodammodo unum ſunt uſq; adeo, ut poſſeſſio perfectionem iuris putetur in filio non addita, ſed cõtinuata, iuxta illud, Mortuus eſt pater, & non eſt mortuus, ſimilem enim ſui reliquit, & cætera) ſuperauit.i.uicit iudicio ſimul uolũtatem.ſ.ſupremam patris, & authoritatem principis.ſ.ciuitatis Romanæ, uidelicet Cnei Pom. ab aduerſariis eius ſtantis.

THEOPHILVS.

SAcra. Gentilicia. quæ ſuæ cuiuſq; gẽtis erant propria quemedmodum Fabiorũ, de quibus Liuius in obſidione Capitolii. ea ſequebantur hæredẽ, inde illud Plau. Hæreditate ſine ſacris.

natũ Petronia matre quã Tettius habuerat in m̃rimonio quoad uixit, non habiturus.ſ.cã, ſi adulterio pollutam putaſſet, iuſſit dico ire in bona paterna, uſus.ſ.in ea re animo.i.affectiõe patris patriæ, quoniam Tettius abrogauit, ideſt exuerat nomen paternum, cum ſumma iniquitate in proprio filio procreato iure.i.legitimo matrimonio.

De Tettio filii Tettii.

CAium autem Tettium infantem à patre exhæredatum Petronia matre, quam Tettius quoad uixit in matrimonio habuerat, natum: Diuus Auguſtus in bona paterna ire decreto ſuo iuſſit: patris patriæ animo vſus. quoniam Tettius in proprio iure procreato filio, ſumma cum iniquitate paternum nomen abrogauerat.

De Septicia.

SEpticia quoq; mater Trachalorum Ariminenſium filiis irata, in contumeliam eorum, cum iam parere non poſſet: Publio Seni admodum nupſit: teſtamento etiam vtroque præterito. à quibus aditus diuus Auguſtus, & nuptias mulieris, & ſuprema iudicia improbauit. nam hæreditatem maternam filios habere iuſſit. dotem, quia non creandorum liberorum cauſa coniugium interceſſerat, virum retinere vetuit. Si ipſa æquitas hac de re cognoſcere potuiſſet, iuſtius'ne, aut grauius pronunciaret? ſpernis quos genuiſti: nubis effœta: teſtamenti ordinem uiolento animo confundis: neque erubeſcis ei totum patrimonium addicere: cuius polluto iam corpori marcidam ſenectutem tuam ſubſtrauiſti. ergo dum ſic te egeris: inferos uſq; cœleſti fulmine afflata es.

De C. Calpurnio Piſone.

EGregia quoq; C. Calpurnii Piſonis præfecti urbis conſtitutio. cum enim ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adoleſcentiam perduxerat: ab uno in adoptionem dato exhæredatum ſe querelam detuliſſet: bonorum adoleſcentis poſſeſſionem ei dedit: hæredisq; lege agere paſſus non eſt. monuit profecto Piſonem patria maieſtas: donum uitæ: beneficium educationis. ſed aliquid etiam ipſum flexit: circunſtantium liberorum numerus: quod cum patre ſeptem fratres impie exhæredatos videbat.

OLIVERIVS.

SEpticia quoq; matre. Septicia duos genuerat filios, q bus irata duplici onerauit iniuria, altera q iã anus Publio ſeni admodũ nupſit, illoſq; deſtituit, altera q utrunq; teſtamẽto præteriit. Auguſtus re cognita, & nuptias improbauit, & teſtamentum reſcindit, filios matris hæredes eſſe uoluit quod æquiſſimũ fuit. Teſtamento præteriit Quantũ in ea fuit hẽditate priuauit. Extrema iudicia. Teſtamentum. in quo ultimũ hominis iudicium, & uoluntas cõtinetur. Improbauit. dãnauit, uituperauit. Non cã liberorũ. Sed ira in filios. Si ipſa eq̃tas. Laudat hoc iudiciũ Val. dicẽs, nec ipſam q̃dẽ iuſtitiã, ſi loqui poſſet rectius, fuiſſe iudicaturã. Spernis quos genuiſti. Verba ponit, q̃bus æq̃tas uteretur aduerſus hanc mulierem, ſi loqui poſſet uel ſunt Auguſti uerba mulierem iſtam damnãtis. Effœta partu exhauſta. Polluto corpori. Libidine inquinato, q alias uxores habuiſſet. Cœleſti ful. Si uero Auguſti iudicio, quod fulmen appellauit q a i terris. ut ſæpe diximus, p deo habitus & cultus eſt.

ASCENSIVS.

SEpticia quoq; mater Trachalorum Ariminenſium irata filiis iam dictis nupſit in contumeliam eorum.ſ. filiorum ſuorũ, cum iam non poſſet parere Publio admodum ſeni, utroq; ẽt prætirito teſtamento, à quibus.ſ. duobus filiis eius diuus Au. aditus.ſ. ad auxiliũ contra iniuriã maternã ferendũ improbauit &.i. ſimul nuptias mulieris, q a in fraudem filiorũ nupſerat & iudicia ſuprema.i. ultimam uoluntatem eius, quam improbauit, q a iniquã, & delyrantis Anus eſſe cenſuit Nam iuſſit filios habere hæreditatem maternam, & uetuit uirum retinere dotem (licet teſtamento id uoluerat mulier) q a coniugium non interceſſerat cauſa liberorũ creandorum. Si ipſa æquitas potuiſſet cognoſcere.i. habere cognitionem, & ius iudicandi de hac re, pronunciaret, ne iuſtius, aut gratius, uel ut alii legunt grauius, q̃ ſup. Auguſt. q̃ſi dicat minime. Nam dicere potuit Auguſt. aut æq̃tas ipſa. Tu ò mulier ſpernis quos genuiſti, & nubis effœta.i. exhauſta omni fœcunditate, & confundis animo uiolento, ideſt uehementer, in filios infeſto ordinem teſtamenti, in quo ſibi merito primi ſcriberentur à matre, neq; erubeſcis adiicere totum patrimonium.ſ. tuum ei, cuius corpori polluto.ſ. à ſitu, & obſcœnitate tuã, tu ſubſtrauiſti ſenectutem tuam.i. te anum marcidam.i. cariosam, & corruptam. Ergo dum.i. quãdoquidem tu egeris.i. geſſeris te ita, hoc eſt tam improbe, tu afflata es.i. proſtrata fulmine cœleſti, aut Auguſti, aut potius (q a Auguſti uerba ſunt) Iouis uſq; ad inferos.

OLIVERIVS.

CAium autem Tettium. Crudelis pater infantem filium legitime ſuſceptum hæreditate priuauerat, nulla intercedente exhæredandi honeſta cauſa, neq; enim puer infans patrem offendere potuit. Auguſtus hanc patris iniquitatem non tulit, nam Tettium filium, ſic enim appellabatur ex Petronia matre legitime procreatum, paternis bonis ſuccedere iuſſit, quia Tettius pater animum paternũ penitus exuiſſe uidebatur erga filiũ, quẽ ex ea uxore procreauerat, q̃ fuerat illi, quoad uixit ſemper matrimonio coniuncta. Caium autem Tettiũ. Antiqui filios ut plurimũ de noĩe patrum appellabant. Patris patriæ aĩo uſus. laudat hoc decretum Vale. animo inq̃t patre patriæ digno uſus eſt Auguſtus, qui ſe Tettio uerum patrẽ præſtitit, iniqui patris teſtamentum reſcindendo.

ASCENSIVS.

CAium. &c. Aditus.i.ſed diuus Aug.ſ. Octauius inter deos ẽt ciuẽs p adulationẽ deputatus iuſſit decreto ſuo C. Tet. exhæredatũ à p̃re.ſ.ſuo infantem.i.cũ adhuc eſſet infans

OLIVERIVS.

EGregia C. quoq; Calp. Calpurnius prætor impietatem

filii

filii cuiuſdam teſtamenti reſciſſione correxit. Cum enim pater nomine Terentius, q filios octo produxerat, ex his unum in adoptionem dediſſet, is patri uelut iratus, quod abdicaſſet eum moriens, adhuc ſuperſtite patre, nec ipſum, nec fratrum quenquam reliquit hæredem. Calpurnius prætor audita patris cauſa, qui de impietate filii grauiter conquerebatur, irritum iuſſit illud eſſe teſtamentum. nam uoluit Calpurnius hoc iudicio teſtari quantum parentibus debeant filii qui geniti, quiq; educati fuerint. ┌ Egregia conſtitutio. nobile iudicium. ┌ Produxerat. genuerat, & educauerat. ┌ Exhæredatum. hæreditate priuatum, quia moriens filius patrem non ſcripſerat hæredem. Lege agere hoc loco ſe legibus tueri, & hæreditatem ſecundum leges adire ┌ Patria maieſtas. q a filius patri omnia debet, ne igitur paterna uiolaretur maieſtas, patrem hæredē eſſe iuſſit. ┌ Donum uitæ. q à patre accepiſſet: quo nihil malus hominum eſſe poteſt, ni ſi bene eſſe. quod niſi naſceretur cōſequi non poſſet. ┌ Beneficiū educationis. q eū ad adoleſcentiam uſq; educaſſet.

ASCENSIVS.

Egregia quoq; ſup. fuit cōſtitutio C. Calp. Piſonis præfecti urbis hoc eſt Romæ, Cum enim Teren. detuliſſet ad eum querelam, qua. ſ. querebatur ſe exhæredatum ab uno ex octo filiis, quos produxerat in adoleſcentiam, dato in adoptionem. ſ. in alienam familiam quæ forte illi erat ratio, q patrē exhæredauerat. (Nam notum ē ſi filii ſine liberis decedant, bona eorum ad parentes peruenire, & ſi parentes non habeant, ad fratres aut alios hæredes proximos, idq; etiam ab inteſtato,) & ideo Piſo dedit ei. ſ. Terentio patri poſſeſſionem bonorum adoleſcentis, & non eſt paſſus hæredes agere lege, quæ uult ultimas uoluntates debere ratas haberi. profecto maieſtas patria .i. paterna, donum uitæ, quod filii ſecundum Deum à patre accipiunt, beneficium educationis monuit Piſonem ad iudicandum ſecundū patrem. Sed etiam aliud flexit. ſ. ipſum Piſonem in fauorem patris, uidelicet numerus liberorum circunſtantium, quos. ſ. pater ſecum in iudicium adduxerat, q uidebat ſeptem fratres exhæredatos impie cum patre.

THEOPHILVS.

Piſonis. Ianus Parrhaſius epiſtola quadam ſcriptum reliquit, hunc eſſe Piſonem, qui Tyberii principatu cuſtos præfectuſq; fuit urbis, de quo Suetonius in Tyberio. Cū Pomponio Flac. & L. Piſone noctem continuam, q biduum epulando, potandoq; conſumpſit. Fl. item Ioſeppus. Quoq; ad Piſonem duceretur, qui tum cuſtos erat urbis. Sene. epiſtolarum. xii. L. Piſo urbis cuſtos ebrius, ex quo ſemel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat &c. Plin. natu. hiſto. xiii. hunc ipſum Piſonem curatorem uocat urbis, unī ſatis conſtat urbis præfectum cuſtodemq;, & curatorem eundē fuiſſe magiſtratum, ut ipſe Parrhaſius affirmauit in Papinii Syluula ad Rutilium Gallicum. proinde pronomen. G. licet emendes, L.

OLIVERIVS.

Quid Mamerci. Genutius quidam cybeles ſacerdos à liberto Surdonii cuiuſdā fuerat hæres teſtō relictus Cn. Oreſtes prætor urbis teſtm̄ illud probauerat, & Genutium hǣdem adire iam iuſſerat, cū Surdinius indignitatem nonferens huius rei querelam ad Mamercum conſulem

De Genutio Quodam.

Quid Mamerci Aemilii Lepidi Conſulis, quàm graue decretum? Genutius quidam matris magnæ Gallus à Cn. Oreſte prætore urbis impetrauerat, ut reſtitui ſe in bona Neniani iuberet: quorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat. appellatus Mamercus à Surdinio, cuius libertus Genutium hæredem fecerat: prætoriam iuriſditionem abrogauit. quòd diceret Genutium amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus corporis partibus: neque virorum, neque mulierum numero haberi debere. conueniens Mamerco, conueniens principi ſenatus decretum. quo prouiſum eſt, ne obſcœna Genutii præſentia, inquinataq; uoce tribunalia magiſtratuum ſub ſpecie periti iuris polluerentur.

De Vetulio Lenone.

Multo Quint. Metellus prætorem vrbanum ſeueriorem egit, quàm Oreſtes geſſerat, qui Vetilio lenoni iuueni bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti non dedit. quia uir nobiliſſimus, & grauiſſimus fori, ac lupanaris ſeparandam conditionem exiſtimauit. Nec aut factum illius comprobare uoluit, qui fortunas ſuas in ſtabulum contaminatum proiecerat: aut huic tanq̄ integro ciui iura reddere: qui ſe ab omni honeſto uitæ genere obreperat.

detulit, q abrogata iuriſditione prētoria Surdiniū hæredem eſſe uoluit. indignum & iniquum eſſe exiſtimans hominem, qui neq; ſe uirū, neq; fœminā amputatis uirilibus præſtitiſſet, cuiuſpiam bonorum eſſe participem. quinetiam repulit illū à tribunali, ne fracta uoce, turpiq; p̄ſentia pollueretur. ┌ Magnæ ma. cybeles, quæ magna mater, hoc eſt deorum omnium mater dicebatur, cuius ſacerdotes Galli ſunt appellati, qui ſeipſos euirabant, Oui. faſt. lib. iiii. Cur igitur Gallos, q ſe excidere uocamus. huic etiā ludi erant conſtituti quæ megaleſia uocabantur Ouid in eo. lib. Inſtiteram quare primi megaleſia ludi Vrbe ſorent noſtra, tum dea ſēſit enim. ┌ Gallus. ſacerdos magnæ mris euiratus. ┌ Neq; uir. ne mu. Galli abſciſſis genitalibus, nec inter fœminas cōnumerari poſſunt. non igitur hominum hǣdes eſſe poſſunt, uel certe debent, cū inter homines cenſeri non poſſe uideantur. ┌ Conueniens. laudat Mamerci iudiciū. ┌ Inquinata uoce. eſt, q a Galli rauca uoce loquebantur. Iuue. & fracta uoce loquendi.

ASCENSIVS.

Quid ſup dicis q. i. q̄tū graue ſup. fuit decretū Mamerci Aemilii Lepidi conſuliſq; d. fuit nimirū grauiſſimū. Nam Genutius quidam Gallus .i. ſacerdos mris magnæ. ſ. cybeles, impetrauerat à Cn. Oreſte p̄tore urbis ut iuberet reſtitui in bona Neniani, quorum. ſ. bonorum poſſeſſionē acceperat ſecundum tabulas .i. inſtrumenta teſtamenti, ab ipſo. ſ. Neniano Mamercus appellatus. i. per appellationem, ut iudex aditus à Surdinio, cuius libertus fecerat Genutiū hæredem, abrogauit. i. reuocauit, & antiquauit, ac improbauit iuriſditionem prætoriam, q diceret Genutium amputatis ſponte partibus genitalibus. i. uirilibus corporis ſui ipſius, neq; debere haberi in numero uirorum, neq; in numero mulierum. Decretum ſup. illud fuit, conueniens Mamerco, & conueniens fuit principi ſenatus. ſ. eidē Mamerco. quo. ſ. decreto eſt prouiſum i. cautum, ne tribunalia magiſtratuum pollueretur ſub ſpecie periti iuris obſcœna. i. turpi præſentia, & inquinata uoce, quia effœminata, culpa ipſius Genutii, qui ſeſe caſtrauerat.

OLIVERIVS.

Multo Qu. Metel. Q. Metel. p̄tor urbanus grauiori ſeueritate uſus eſt in teſtamentorum iudiciis q̄ Oreſtes, nā ille Galliū hæredē comprobauit, hic Lenonem ab hæreditate deiecit. nā iuuenis quidā. Vetilium Lenonem hæredem conſtituerat, Metellus longe differre forū à lupanari exiſtimans, ut in foro teſtamentū probaretur, in quo leno ſcriptus eſſet hæres teſtatoris, factū improbauit, q bona ſua uoluiſſet lenoni relinquere à meretricibus deuoranda, aut per ſummū luxū, atq; libidinē dependenda. Itaq; noluit Metel. teſtatoris uoluntatem comprobare, q tā temere teſtatus eſſet, nec lenoni ius reddere, qui ſe ab oī dignitate, & honeſtate abdicaſſet. ┌ Prætorem ur. non eſt ſuperfluum, q dixit urbanū, quia erāt etiam prætores prouinciarum. ┌ Separandā fo. & lupa conditi. Cum. n. in foro à p̄toribus teſtameta probarentur, non illi dignū eſſe uidebatur, ut de lenone hærede conſcripto ageretur in foro, cuius nomen in lupanaribus tm̄mō celebraretur. ergo exiſtimauit longe forum lupanari differre. ┌ Qui fortunas ſuas in ſtabulum. q a lenonem reliquerat hǣdem, qui uiuebat in lupanari, q reuera ſtabulum dici poteſt, q a locaſœtida, & immur.

da ſemper ſunt lupanaria. ¶ Tanq̃ integro ciui. non plene ciuis eſſe uidetur leno, qui contempto morali, & honeſto uiuendi genere, ſe turpiſſimæ obſcœnitati, & q̃ſi ferinæ uitæ ſubiecerat.

ASCENSIVS.

MVlto &cæt. Et Q. Metellus egit. i. geſſit ſe prætorem urbanum multo ſeueriorem q̃ Oreſtes. ſ. Cn. iam dictus geſſerat, qui non dedit Vetillo Lenoni .i. meretricum inſtitori, & ex eo quæſtu uictitāti, poſſeſſionem bonorum iuuenis. ſ. cuiuſdam defuncti, ſecundum tabulas. i. inſtra legitime conſcripta, teſtamenti. ſ. ipſius iuuenis, qui Lenonem hæredē reliquerat. Quia uir nobiliſſim⁹ & grauiſſimus, uidelicet Metellus exiſtimauit, conditionem fori. ſ. iudicialis, & lupanaris. i. domus meretriciæ ac proſtibuli eſſe ſeparandam, ita ut non continuo, qui primas partes in lupanari habebat, eaſdem in iudicio haberet. nec uoluit, aut comprobare factū illius. ſ. iuuenis defuncti, qui proiecerat fortunas. i. diuitias ſuas in ſtabulū cōtaminatum. i. proſtibulo, hoc eſt legauerat eas Lenoni, aut reddere huic. ſ. Lenoni, qui abruperat ſe ab omni genere uitæ honeſto, iura. ſ. ciuitatis Ro. per quæ legitime hæredes conſtituti hæreditatem adibant, tanquam ciui integro. i. tanq̃ eſſet ciuis incorruptus, cui hæreditas haud dubie reddenda fuiſſet.

¶ De Teſtamentis, quæ rata manſerunt. Cap. VIII.

HIs reſciſſorum teſtamentorum exemplis contenti, attingamus ea, quæ rata manſerunt: cum cauſas haberent, propter quas reſcindi poſſent. Quàm certę, quàm etiam notæ inſaniæ Tuditanus, vtpotè qui Populo nummos ſparſerit: Togamq́ velut Tragicam ueſtem in foro trahens, maximo cum hominum riſu conſpectus fuerit: ac multa his conſentanea fecerit: teſtamento filium inſtituit hæredem. quod T. Longus, ſanguine ei proximus haſtæ iudicio ſubuertere fruſtra conatus eſt. magis enim centūuiri, quod ſcriptum eſſet in tabulis: quàm quis eas ſcripſiſſet conſyderandum exiſtimarunt.

¶ De Ebucia vxore Lu. Menenii Agrippæ.

VIta Tuditani demēs, Ebucię autem quę L. Menenii Agrippæ vxor fuerat: tabulæ teſtamenti plenæ furoris. nam cum haberēt duas ſimilimæ probitatis filias Pletoniam, & Aphroniam animi ſui potius inclinatiōe prouecta, quàm vllis alterius iniuriis, aut officiis commota: Pletoniam tantummodo hæredem inſtituit: filiis etiam Aphroniæ ex admodum amplo patrimonio vigiti nūmos legauit. Aphronia tamen cum ſorore ſacramento contendere noluit: teſtamentumq́ matris, patientia honorare, q̃ iudicio conuellere ſanctius eſſe duxit. eò ſeipſam indigniorem iniuria oſtendens, quò eam æquiore animo ſuſtinebat.

¶ De Quinto Metello.

MInus mirandum errorem muliebrem Qu. Metel. fecit. Is namq́ plurimis, & celeberrimis eiuſdem nominis viris in vrbe noſtra vigentibus: claudiorum etiam familia, quam arctiſſimo ſanguinis uinculo contigebat florente: Carinatem ſolum hæredē relinquit. nec hoc teſtamentum eius quiſquam attentauit.

OLIVERIVS.

HIs reſciſſorum. Narrat nunc Valerius De teſtamentis quæ rata manſerūt cū legitimas cauſas haberēt cur ſcindi poſſent. Quū certe ex lege cōſtat, furioſo, & inſano teſtari non licere. Ci. li. i. ad Herenniū, lex eſt, inquit, ſiqs furioſus & inſanus extiterit, agnatorum gētiliumq́ in eo pecuniaq́ eius ptās eſto. Tuditanus ciuis Ro. multa furoris, & iſaniæ teſtimonia dederat, qppe qui pecuniam populo diſſeminaſſet. qui togā uel ſyrma per forū traxiſſet, aliaq́ multa dementiæ ſigna feciſſet. eius tñ teſtm̄, quo filiū hæredem reliquit, cum iure reſcindi potuerit, ac. T. Longus eius agnatus reſcindere tentarit, ratū permanſit. Iudices enim non teſtatori, ſed teſtamenti rōnem hñdam cenſuerunt. q eēt filius hæres iure conſtitutus. ¶ Populo nūmos i. pueros congregabat, & illis nummos colligendos ſpargebat. ¶ Velut tragicā ueſtē. q̃ tragico cōueniret, nā lōgū ſyrma trahebat ab hūeris demiſſū. ¶ Haſtæ iudicio. Centūuirali iudicio. Ci. in orōne de lege agraria cōtra Rulliū dicit, primū cū Po. R o. hr̃ditaté dcceūuiri iudicēt, eū uos uolueritis de priuatis hr̃ditatibus cētumuiros iudicare. ergo haſtæ iudicio centūuirali iudicio. ¶ Qđ ſcriptum eſt. magis teſtamenti quam teſtatoris rationem habere uoluerūt.

ASCENSIVS.

HIs, &c. Præfatio eſt in alterā ſpeciē teſtamentorū, utpote q̃ cū reſcindi poſſent, rata māſerūt. Ordo eſt. Nos cōtenti his. ſ. pxime dictis exēplis teſtōrū reſciſſorū. i. improbatoꝝ, & p irritis iudicatorū, attingamus ea. ſ. teſtamenta, q̃ manſerūt rata, cū haberent cās pp q̃s poſſent reſcindi. i. ifringi, & irrita cēſeri. Quā. i. q̃tū. q. d. ò q̃tū, aut q̃tū putas certæ q̃ i. q̃tū ēt notæ. i. manifeſtæ inſaniæ. i. dementiæ, ens ſup. Tuditanus, utpotè, q ſparſerit populo nūmos, & q fuerit cōſpectus cū maximo riſu hoīum trahens i foro. ſ. rerū uenaliū togā. ſ. ſuā uelut ueſtē tragicā. i. ſyrma, ac fecerit multa. ſ. alia iſaniæ opa cōſentanea. i. cōformia, his. ſ. dictis, iſtituit teſtō filiū. ſ. ſuū hr̃dem. qđ. ſ. teſtm̄ T. Longus pximus ei. ſ. Tuditano ſanguine, conatus ē, fruſtra, q a nihil effecit, ſubuertere. i. irritum facere, iudicio haſtæ. i. centūuirali, q bonorum poſſeſſiones cognoſcebant, & ſub haſta hr̃dū uendētes pronūciabāt. Eñ p q a centūuiri exiſtimauerūt. i. cenſuerūt magis ſpiciendū qđ ſcriptū eēt in tabulis. ſ. teſtamētariis, q a iuſtū & æquū erat, ut filius pr̄i licet furioſo ſuccederet, q̃ qs ſcripſiſſet eas q a furioſus, cui teſtamenti faciendi ius nullū erat. Si ēt teſtm̄ reſciſſum fuiſſet, filiu uelut ab inteſtato duntaxat ad partem hæreditatis admiſſus fuiſſet, & ita Longus cohæres fuiſſet.

OLIVERIVS.

VIta Tuditani demens, Ebuciæ aūt. Aliud ponit teſtm̄ q reſcindi facile potuit, & tñ ratū pmanſit. Ebucia uxor Agrippæ duas filias ex eo matrimonio ſuſceperat, uirtute, & pbitate pares. hæc moriēs alterā ex teſtō defraudauit, cū alteri cūcta ferme bona reliquiſſet. hæc Pletonia dicebatur, illa Aphronia. cuius filiis nūmos uiginti ex amplo pr̄imonio tm̄mō legauit. nec uoluit Aphronia, cū iure poſſet mr̄is teſtm̄ reſcindere, neq́. n. matrē affecerat iniuria ulla, q̃ merito illā exhr̃dare debuerit, maluit ergo mr̄is iniuriā æquo aīo ferre, q̃ lege cū ſorore certare. ¶ Ebuciæ. q̃uis ebucia, dū uixit, nulla dementia dānata fuerit, eius tñ teſtm̄ uiſū eſt furore repletū cū nulla interueniente cā filiarū alteri ſuā hr̃ditatis partē teſtō negauerit. ¶ Vllis alterius iniuriis, aut bñficiis. q ab altera iniuriā, ab altera bñficia recepiſſet. q. d. q Aphronia illi adurſa, cōtumaxq́ fuiſſet, Pletonia uero ſp obſequentiſſima. ¶ Sacramēto contendere. nā potuit Aphronia apud cētūuiros iurare ſe iniuſte exhæredatā à matre. ASCē.

VIta Tuditani, ſup. iuit demēs (cui⁹ tñ teſtm̄ fuit laudabile) autem prō ſed tabulæ teſtamenti Ebuciæ, quæ fuerat uxor Lucii Menenii Agrippæ ſup. fuerūt plenæ furoris. Nā cū haberet duas filias ſimilimæ pbitatis. i. in q bus erat maxia pbitas, nec minor in una q̃ i reliqua, uidelicet Pleto. & Aphro. ipſa puecta potius iclinatiōe. i. ppēſiōe, ac affectiōe ai, q̃ commota ullis iniuriis alterius. ſ. Aphro. aut officiis alterius. ſ. Ple. iſtituit tm̄mō Pleto. hr̃dē, & legauit filiis Aphro. uiginti nummos. ſ. tm̄mō, ex pr̄imonio admodū. i. ualde amplo. Aphro. ſ. pt̄ermiſſa, noluit tūc, aut tñ cōtēdere cū ſorore ſacramēto. ſ. exigēdo, & dādo apđ centūuiros, apud quos ſi pt̄ermiſſus iurauerit, ſe nulla culpa ſua pt̄ermiſſū, & ſubſtitutus nō auſus ſit cōtrariū iurare, teſtm̄ reſcindebat. Et duxit eē ſanctius, aut ſantius honorare teſtm̄ mr̄is patiētia, q̃ cōuellere. i. ifringere iudicio, oñdēs ſeipſā eò. i. tāto idigniorē iniuria. ſ. à mr̄e illata, quò. i. q̃to æqore aīo ſuſtinebat eam. OLI.

MInus mirādū errorē muliebrē Qu. Metel. fecit. In quo

uir clarus errauit in eo peccare mulierem non eſt mirū, error igitur Qu.Me.facit errorem Ebuciæ multo leuiorem, nam cū multos uiros præſtantes, atq; clariſſimos tā metellorū q̄ claudiorū familia propinquos hr̄et, Metellus, quos iure, & merito ſibi hr̄des ſubſtituere debuiſſet, omnibus prætermiſſis, ſolum Carinatem ſibi ſamiliaritate coniunctū ſcripſit hæredem, nec quiſq̄ cognatorū, & affinium teſtm̄ illud reſcindere temptauit. ⸢ Claudiorum. nā genus maternū ducebat à gente claudia. Metellus.n.ſuperior claudiam duxit uxorē, ex qua natus eſt Q. Met.

cerentur, teſtamēta ſua ſani & incolumes faciebāt, & ſæpe innouabant) inciſas in comitio.i. populi congregatione habita, maxima frequentia utriuſq; ordinis.ſ. patricii & plebei. in quibus .ſ. tabulis, frater.ſ. eius, à quo ꝑteritus erat, erat ſcriptus hr̄s ex magna pte, & ſextertiū cēties, & q̄dragies ꝑlegabatur.i. añ cæteros ei legabatur hoc eſt anteq̄ alii hr̄des qcq̄ acciperēt, fratri cēties, & quadragies ſextertium hr̄dum legarat. (Eſt aūt ſextertiū ſingularis numeri, & acti caſus. Eaq; forma loquendi, iō utitur author, ꝙ alia uti in eo uocabulo difficile ſit. Nā centū & q̄draginta ſextertia minus latine, licet ſatis grāmatice diceret, & centū q̄draginta ſextertiū, ut ſit genitiui caſus, minus grāmatice dixiſſet, ꝙ neutra ſyncopen non admittāt) queſtus.i. cōqueſtus multum, ac diu inter amicos aſſentientes indignationi ſuæ.i. aſſerentes ipſum iuſtam hr̄e idignationē in fratris ingratitudinem qd.i. q̄tū attinuit ad iudiciū haſtæ i. centūuirale, paſſus eſt cineres fratris eē quietos.i. noluit oppugnare uoluntatē ſupremā iā defuncti &.i. & tn̄ (unde eleganter utitur particula) hæredes erāt ab eo.ſ. fratre eius inſtituti, neq; pares ſanguini Rhegino.i. multo minus generoſi q̄ Rhegini ipſi eēnt (unde n̄ aſſentior Oliuerio legenti pagano.i. ruſticano) neq; ꝓximi ſup. eius, ſed &.i. ſimul alieni, & humiles.i. abiecti uiri, ut non ſolū ſilentiū ſu. eius q̄ fratrē ſilētio ꝑterierat, poſſet uideri flagitioſum.i. increpatione dignū ſed ēt ꝑlatio.ſ. alienoꝝ, & humiliū poſſet uideri cōtumelioſa. ⸢ Aeque. Paucis aditum munit ad narrationem de teſtamentis, q̄ aliis, q̄, q ea ſperauerant & meruerant obuenerūt. q̄ præfatio ideo perq̄ breuis eſt, ꝙ fere non diſtinctus titulus ſed eiuſdem tituli tertium ſit membrum. Ordo eſt· Hæc.ſ. q̄ ꝓxime dicam (cū alibi hæc demonſtrare ſolebat ꝑterita, aut ſaltem in manibus habita) ſupp. ſunt, aut fuerunt impunitatis.i. immunitatis à reſciſſione æque fœlicis, ut.ſ. ꝑdicta, q̄a reſciſſa nō ſunt, ſed neſcio an ſup. fuerint delicti tetriores.i. fœdioris, cū maior fuerit impudentia in ſequentiū teſtamentorum conditiōibus.

De Pompeio Rhegino.

ITem Pompeius Rheginus vir tranſalpinæ regionis, cum teſtamento fratris præteritus eſſet: & ad coarguendam iniquitatem eius binas tabulas teſtamētorum ſuoꝝ in comitio inciſas, habita vtriuſq; ordinis maxima frequentia recitaſſet: in quibus magna ex parte hæres frater erat ſcriptus: prælegabaturq; ei centies, & quinquagies ſeſtertium: multum ac diu inter aſſentientes indignationi ſuæ amicos queſtus, quod ad haſtæ iudicium attinuit: cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt. & erant ab eo inſtituti hæredes, neque ſanguine Rhegino pares, neq; proximi: ſed & alieni, & humiles: vt non ſolum flagitioſum ſilentiū, ſed ēt prælatio contumelioſa uideri poſſet. æque fœlicis impunitatis, ſed neſcio an tetrioris hæc delicti teſtamenta.

Qui Aduerſus opiniones hominum hæredes habuerunt. Cap. IX.

De Q. Cæcilio, & L. Lucullo.

QVintus Cæcilius Lu. Luculli promptiſſimo ſtudio, maximaq; liberalitate & honeſtum dignitatis gradum, & ampliſſimum patrimonium conſecutus: cum præ ſe ſemper tuliſſet vnum illum ſibi eſſe hæredem: moriēs etiā annulos ei ſuos tradidiſſet: Pomponium Atticum teſtamento adoptauit: omniumq; bonorum reliquit hæredem. ſed fallacis, & inſidioſi cadauer Popu. Rom. ceruicibus reſte circundatum per viam traxit. Itaq; nefarius homo filium quidem, & hæredem habuit: quem voluit: funus autem, & exequias quales meruit.

ASCENSIVS.

MInus &c. Q. M. fecit errorem mulierem qui fuit in Ebucia minus mirandū. Nāq; ꝓ ga, is.ſ. Q. M. reliquit ſolū Carinatē hr̄dē ſ. bonorū ſuoꝝ & hoc plurimis, & celeberrimis uiris eiuſdē nois, hoc eſt Met. uigentibus in urbe nr̄a, familia ēt claudiorū, quam contingebat arctiſſimo uinculo ſanguinis, quia maternum genus ex ea traxerat, florente .ſ. in urbe Ro. nec quiſq̄ attentauit.ſ. reſcindere, aut oppugnare hoc teſtamentum eius.

THEOPHILVS.

EIuſdē nois Gētilibus & Metellis. Nā gentiles ſunt (ut Verrius ait) qui ſimili noie appellantur. Cincius. Gentiles, inq̄t mihi ſunt, q meo nomine appellantur.

OLIVERIVS.

ITem Pomp. rhegi. Hic ſatis habuit fratris iniquitatē oſtendiſſe iudicibus. cū.n. frater infimæ conditionis holes ſe ꝑteritο, ſcripſiſſet hr̄des, ipſe uero fratri maximam ſuoꝝ bonoꝝ portionem contra teſtō legaſſet, in cōcionē ꝓdit, fratris iniuriā expoſtulat, duas teſtamētorū ſuoꝝ tabulas recitat, q̄bus fratrē ſcripſiſſet hæredē, centūuiralis haſtæ opē implorat, ne tanta à fratre afficiatur iniuria. cūq; iā centūuiri ad reſcindendū teſtm̄ parati eſſe uiderentur, cōtentus fratris impietatē deſtrinxiſſe, teſtm̄ ratū eſſe ꝑmiſit. ⸢ Seſtertiū. teſte Var. duas libras continet & mediā. n. ā ita diffinit ii. de ligua la. dipundiū & ſemis antiquū eſt ſeſtertiū, & ueteris cōſuetudis, ut retro eradicarent, ita ut ſemiſquiſtus, ſemiſquartus, ſemiſtertius pronunciaret. à ſemiſtertius ſeſtertius dictus, hæc ille. ſed dr̄ ſeſtertius & ſeſtertiū, ſicut dipondius & dipondiū ⸢ Ad haſtæ iudiciū. Ad centūuirale iudiciū, ſicut ſupradiximus, noluit fratris teſtm̄ infringi. ⸢ Neq; ſanguine pagano pares. Iuſtam oſidit conqueſtionē fratris, ꝙ nō ſolū alienos, ſed nec ruſtico q̄dē ſanguini comparandos homines fratrū inſtituiſſet hr̄des. ⸢ Flagitioſum ſilentiū. ꝙ frater eū ſilentio prætеriеrit in teſtō nō mediocre flagitium cōmiſiſſe uidetur, ſed multo grauior fuiſſe contumelia, ꝙ illi ſordidos homines prætulerit. ⸢ Aeque fœlicis.i. æque rata manſerunt teſtamenta q̄ ſequuntur, q̄uis delictum in his grauius commiſſum fuiſſe uideretur.

ASCENSIVS.

ITem Pom. Rhe. uir. regionis trāſalpinæ.i. trāſalpes ortus cū ꝑteritus eēt teſtō fratris, & recitaſſet ad coarguendā.i. reꝑhendēdā, & deteſtandā iniq̄tatē eius.ſ. fratris ſui binas tabulas teſtamentoꝝ ſuoꝝ.i. q̄ ipſe Pomp. fecerat (nā uiri ꝑlerūq; alienæ nationis, ne ſi inteſtati morerentur eorū bona fiſco addi

3

OLIVERIVS.

QVintus Cæ. I. Luculli. Q. Cæcilii teſtm̄ fuit reſciſſione digniſſimū, ꝙ uir ingratiſſimus duplici Lucullū affeciſſet iniuria. & qd̄ eū teſtō ꝑteriſſet, cui meritorū multitudine hæreditatē debuerat, & ꝙ ludibrio quodāmodo habuiſſet illū ſibi futurū hæredem oibus ꝓdicando, ſuōs inſuper annulos tanq̄ futuræ hæreditatis ſignū offerendo, at illū P. R. qua potuit pœna ingratitudinis afflixit, nā eius cadauer unco gutturi infixo ad gemonias ſcalas per ora uulgi protrahi iuſſit, ut qualis meruerat exequias haberet. nā cum opes & dignitates omnes Luculli opera & liberalitate fuiſſet conſecutus moriens deinde tanta ingratitudine uſus ut illius oblitus aliū ſibi filiū teſtō adoptaſſet, q̄ non fuit pœna digniſſimus? ⸢ Præ ſe tuliſſet oſidiſſet. eſt uero themeſis, nā interpoſita eſt ſemper. Cæ. I Lu culiū p a eū meor

ASCENSIVS.

QVintus Cæcilius cōſecutus promptiſſimo ſtudio & maxima liberalitate Luc. Luculli, &.i. ſimul, ho

neſtum gradum dignitatis, & ampliſſimum patrimonium.i. peculium, & poſſeſſionem rerum, cum ſemper tuliſſet præ ſe .i. geſtu, & uultu, & uerbis, ac moribus ſignificaſſet, illũ.ſ. Lucullum, unum.i. ſolum eſſe ſibi hæredem, & moriens tradidiſſet etiam ei.ſ. Lucullo annulos ſuos quibus ſignare cõtractus ſuos ſolebat, adoptauit teſtõ.i. in filium, & hæredem aſſumpſit Pompo. Atticũ, & reliquit ſup. eum hæredem omnium bonorum .ſ. ſuorum. Sed Po. Ro. traxit cadauer ſup. hominis fallacis, & inſidioſi, circumdatum ceruicibus.ſ. eius reſte.i. fune, quo uiliſſima cadauera trahi ſolent, per uiam.ſ. pub. uolens ſignificare occultum fuiſſe furem. Itaq.i. & ita homo neſarius habuit quidem filium.ſ. per adoptionem, & hæredem quem uoluit, quia Pompo. Atticum, aũt.i. ſed habuit funus & exequias q̃les meruit hoc eſt ignominioſiſſimas.

OLIVERIVS.

NEq; aliis dignus. Qui pari crimine tenetur, dign' pari pœnæ cenſetur.. T. igitur Marius Vrinas cum nõ alia ſit ingratitudine uſus erga diuum Auguſtum q̃ Cæcilius erga Lucullum, eaſdem exeqas meruiſſe uť, quas Cæcilius habuit. locupletat' enim & ad militiæ ſummos honores Auguſti bñficio prouectus, Auguſtũ tanq̃ alterum parentem ſibi futurum hæredẽ p̃dicabat. morbo quoq; implicitus pridie q̃ expiraret, illud idem affirmauit Auguſto. moriens tñ nullá Auguſti mentionem fecit in teſtamento. ⁋ Vrinas. patrium nomen, ut arpinas, Suffenas aliaque multa.

ASCENSIVS.

NEq; Tit. Marius Vrinas fuit dignus aliis. ſup. exequiis, q̃uis alias forte habuerit, qui perductus beneficiis diui Auguſti imperatoris ab infimo loco militiæ.i. militis gregarii ad ſummos honores caſtrenſes.i. quæ in caſtris contingere poterat, & factus locuples .i. diues uberrimis q̃ſtibus.i. lucris eorũ.ſ. bonorum caſtrenſiũ non ſolum prædicauit cæteris t p̃ibus uitæ ſuæ, ſe reliquere fortunas ſuas ſup. ei uidelicet Auguſto, à quo acceperat, ſed etiam dixit illud idem ipſi Auguſto pridie, q̃ expiraret. Cum interim .i. nihilominus, ne quidem.i. non ſaltem adiecit tabulis teſtamẽti nomen eius.ſ. Auguſti.

OLIVERIVS.

LVcius autem Vale. Hic ſine dubio ui morbi ad inſaniã proxime acceſſerat, qui mentis conſternatione agitatus Cornelium Balbum hoſtem ſibi perpetuum, à quo fuerat ſæpius indignitate oppugnatus. in uitæ diſcrimẽ adductus moriens ſibi ſolum reliquit hæredem, amicis, cognatis, patronis, & aduocatis omnibus prætermiſſis. quid aliud de hoc homine iudicandum eſt, niſi ſumma inſania, & furore fuiſſe agitatũ, quo tempore teſtamentum condidit, qui amaſſe inimicũ, odiſſe ſuos uſus eſt. ⁋ Heptachordo. græcum eſt, habens in facie ſeptem porros. ⁋ Togatum. ac ſi diceret forẽſem. ⁋ Suas ſordes. infamiã, ignominiã, & crimina ſua. ⁋ Damnationẽ uotis expetiuit. uſus eſt optaſſe damnationẽ, quã ope amicorũ ſubterfugerat. ⁋ Propulſatorem. defenſorem & patronum.

ASCENSIVS.

⁋ De Tito Mario Vrinate.

NEq; aliis dignus .fuit T. Marius Vrinas. qui ab infimo militiæ loco beneficiis diui Auguſti imperatoris, ad ſummos caſtrenſes honores perductus, eorumq; vberrimis quæſtibus locuples factus: non ſolum cæteris uitæ temporibus ei ſe fortunas ſuas relinquere, à quo acceperat: prædicauit: ſed etiã pridie quàm expiraret idem illud ipſi Auguſto dixit. Cum interim ne nomen quidem eius tabulis teſtamenti adiecerit.

⁋ De Lucio Valerio & Cornelio Balbo.

LVcius autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, togatum hoſtem Cornelium Balbum expertus, vtpote opera eius, & conſilio, compluribus priuatis vexatus litibus, ad vltimumq; ſubiecto accuſatore capitali crimine accuſatus: præteritis aduocatis, & patronis ſuis, ſolum hæredem reliquit. nimirum cõſternatio, animum eius tranſuerſum egit: amauit enim ſordes ſuas, & dilexit pericula: & damnationem votis expetiuit, authorem harum rerum beneuolentia, propulſatorem odio inſecutus.

⁋ De T. Barrulo, & Lentulo.

TItus Barrulus Lentulo Spintheri, cuius amantiſſimum animum, liberaliſſimamq; ſenſerat amicitiam, decedens ſuos annulos perinde, atq; vnico hæredi tradidit: quem nulla ex parte hæredem relinquebat. quantum illo momento temporis conſcientia, ſi modo uires quas habere creditur, poſſidet: à teterrimo homine ſupplicium exegit. inter ipſam enim fallaciæ, & ingratæ culpæ cogitationem, ſpiritum poſuit: quaſi tortore aliquo mentem eius interius cruciante: quod animaduertebat è uita ad mortem tranſitum ſuum, & ſuperis Diis inuiſum eſſe, & inferis deteſtabilem futurum.

LVcius autem Valerius cui Heptachordo.i. ſeptem chordarum cognomen fuit, expertus Cornelium Balbũ hoſtem togatum.i. in toga, hoc eſt urbe uerſatum, utpotè uexatus opera, & conſilio eius compluribus litibus priuatis, & accuſatus ad ultimum, i. tandem crimine capitali, & hoc accuſatore ſubiecto.i. clanculum immiſſo, reliquit ſup. eum ſolũ hæredẽ, & hoc aduocatis, & patronis ſuis præteritis. Nimirum .i. haud dubie id ita egit, q̃ a cõſternatio.i. iudicii, & rationis p̃turbatio egit.i. impulit animum eius tranſuerſum.i. extra rectam uiam æquitatis & honeſti Enim pro quia, ipſe Lu. amauit ſordes ſuas.i. turpitudinẽ uitæ, ac auaritiam, & dilexit p̃icula, (Sed qui amat periculũ, peribit in illo) & expetiuit uotis damnationem. hæc autem ad increpationem dicit author ſi q; ita eẽ ſignificare uelit, nã ſi ita fuiſſet, fruſtra aduocatos, & patronos ſibi quæſiuiſſet, ſed q; uериſimile ſit, ex effectu eius eum expetiuiſſe condemnationem utpotè inſecutus authorẽ harum rerũ, uidelicet Bal. beneuolentia, & propulſatores ut aduocatos, & patronos odio, quia eos præterit in teſtamento ſuo.

OLIVERIVS.

TItus Barrulus Lentulo. eadem ſpei deluſiõe fruſtratus eſt Lentulus Spinther, q cũ Barrulũ ſumma beneuolentia, & præcipua liberalitate, dum uixit p̃petuo fuiſſet cõplexus, merito ſperauit illius futurũ hrẽdem. cui Barrulus inſup annulos ſuos decedens, peride ac unico hæredi tradiderat, & in teſtamento nulla eius mẽtio facta, eiuſmodi homines ueluti iocabundi uita excedere uidebãtur. ⁋ Spintheri. cognomen eſt. ⁋ Quantum illo momento. inuehitur in hunc teſtatorẽ ingratum Vale. cum dicat ſuæ ingratitudinis conſcientia, graues dediſſe pœnas in ipſo mortis articulo, cum ante oculos fallaciã ſuam, & ingratitudinem ſibi poſitam uideat, quæ nec à ſuperis probari nec ab inferis laudari ullo modo poſſit, eius igitur ſpiritus fallax & ingratus ſupplicio afficiatur neceſſe eſt. ⁋ Conſcientia. nullũ homini tormẽtum q̃ conſcientia maius. Ci. te tuorum ſcelerum conſcientia torquet. Item alibi in para. quid cum cupiditas dominatus exceſſit, & alius eſt dominus exortus peccatorum conſcientia timor q̃ eſt illa miſeria, q̃ dura ſeruitus. Iuuenalis. Et tacita ſudant præcordia culpa. Item alibi. Neq; enim conſiſtere mentem, crimina ſæua ſinunt. Perſius, & intus palleat infœlix. magnas uires habet conſcientia ⁋ Superis diis cœleſtibus quos relinquebat. ⁋ Inferis. quos accedebat.

Cõſciẽtiæ graue tormẽtũ

ASCENSIVS.

TItus Barrulus decedens.i. moriẽs tradidit Lẽtulo Spintheri (cuius ſenſerat animum amantiſſimũ.ſ. ſui, & amicitiã liberaliſſimã) annulos ſuos, perinde atq;.i. tanq̃ unico hæredi, quem ex nulla parte relinquebat hæredem. Quantum.i. ò quantum ſupplicium conſcientia exegit à teterrimo homine .i. Barrulo illo momento tp̃is .ſ. quo deceſſit ſi modo, id eſt dummodo uerum ſit, q; conſcientia poſſidet uires quas creditur habere. (Certum eſt autem nobis, eam

uires

uires ſuas poſſidere, quia uermis damnatorum non extingue tur) Enim pro quia, ipſe poſuit, ideſt depoſuit ſpiritum, ſcilicet uitalem, aut animam ipſam, inter cogitationem culpæ fallacis & ingratæ, ideſt commiſſæ per fallaciam, & ingratitudinẽ, quaſi aliquo tortore, ideſt carnifice cruciante mentem eius interius, & ideſt quia animaduertebat tranſitum ſuum ex uita ad mortem, & ideſt ſimul, eſſe inuiſum diis ſuperis, in quorum tutela erat, dum uiueret, & futurum deteſtabilem inferis. ſ. Diis.

❡ De M. Popilio.

MArcus vero Popilius ſenatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte ętate familiariſſimum ſibi, moriẽs pro vetuſto iure amicitię, & vultu benigno reſpexit: & verbis magnũ præ ſe amorem ferentibus proſecutus eſt. vnum etiam de multis, qui aſſidebãt: vltimo complexu, & oſculo dignum iudicauit: ſemperq́ annulos quoq; ſuos ei tradidit. videlicet ne quid ex ea hęreditate, quam non erat aditurus: amitteret. Quos Oppius vir diligens, ſed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locellum repoſitos, & à præſentibus aſſignatos, diligẽtiſſime hæredibus illius, exhæres ipſe reddidit. Quid hoc loco inhoneſtius? aut quid intempeſtiuius? ſenator populi Ro. curia egreſſus, homo vitæ fructibus continuo cariturus, ſanctiſſima iura familiaritatis morte preſſis oculis, & ſpiritu ſupremos anhelitus reddente, ſcurrili luſu ſugillanda ſibi deſumpſit.

❡ Explicit Liber Septimus.

OLIVERIVS.

MArcus uero Popilius. Non alio profecto ludibrio deluſus eſt Oppius Gallus à Marco Popilio, quàm omnes quorũ ſupra meminimus. nam Popilius ex omnibus, qui ſibi morienti aſſidebant, hunc unum hilari uultu ſemper aſpexit, benigniſſimis uerbis appellauit, arte complexus, & oſculatus, annulos quaſi futuræ hæreditatis teſtes ei tradidit, & poſtmodum illum teſtamento præteriuit. Oppi. uero ubi ſe factum exhæredem eẽ cognouit, annulos non hæreditatis, ſed contumeliæ, ſummiq; ludibrii teſtes ueris hæredibus diligentiſſime reſtituit. ❡ Neq; quid ex ea hæreditate. iocatur Vale. cum dicat ut omnia conſequeretur ex ea hæreditate quam non erat habiturus. ❡ In locellum in loculum. ac ſi diceret in crumenam, diminutiuum à loco loculus, inde locellus. Iuuena. Neque enim loculis comitantibus itur Ad caſum tabulæ, depoſita luditur arca. ❡ Plenum contumeliæ ludibrium. nihil aliud fuit illi annulos tradere, niſi eum ludificare, & afficere cõtumelia. ❡ Exhæres. hæreditatis expers. ❡ Quid hoc loco inhoneſtius. Damnat more ſuo Valerius huius hominis ludificationem, cum dicat Popilius, qui pauloante curiã reliquerat, in ſupremo ſuæ uitæ die iura amicitiæ ſcurrili obſcœnitate polluere non dubitauit, cum intelligeret, ſe paulopoſt uitæ fructibus cariturum. ❡ Inhoneſtius. turpius propter ingratitudinem, quã planè moriens declarauit. ❡ Intempeſtiuius. magis præter tẽpus, nam tempus illud, quo mortis inſtantis terrore perturbari debuerat, luſus nõ appetebat. ❡ Scurrili luſu. ioculario luſu, obſcœna ludificatione, turpi ioco, à ſcurra dictus. nam ſcurra dicitur quaſi ſequens curiam, uidelicet meretricem.

ASCENSIVS.

MArcus uero Popilius ſupple uir ordinis Senat. moriens, & ideſt ſimul reſpexit uultu benigno, & proſecutus eſt, ideſt affatus uerbis præ ſe ferentibus, ideſt indicantibus magnum amorem, Oppium Gallum familiariſſimũ ſibi ab ineunte ætate, ideſt à primordiis uitæ, reſpexit dico ſic, pro uetuſto iure amicitiæ, etiã iudicauit unum, ideſt ſolũ Oppium dignum ultimo complexu, & oſculo de multis, qui aſſidebant, ſcilicet moriẽti. Semperq;, ideſt inſuper tradidit quoq; ei annulos ſuos, uidelicet, ne amitteret quid, ideſt aliquid ex ea hæreditate quam non erat aditurus, quia in annulis erant ſignata ut dicũt, & ita omnia obſignabãt illis quibus traditi eſſent. Quos ſcilicet annulos Oppius uir diligẽs, ſed ludibrium amici morientis plenum contumeliæ, reddit hæredibus illius, ideſt quos ille hæredes inſtituerat, exiſtens ipſe exhæres, ideſt expers hæreditatis. (Quo loco non uere dicatur exhæredatus, cum nũquam fuerit hæres, niſi ſola ſpe) reddidit dico depoſitos in locellum, ideſt ſacculum, galli burſam uocant, & aſſignatos diligẽtiſſime à præſentibus, ſcilicet teſtibus ne arguatur, nõ reddidiſſe. Quid inhoneſtius, aut quid intempeſtiuius, ideſt minus ſuo tempore factum hoc loco, ideſt exẽplo huius loci? quaſi dicat nihil. Quia Sena. Popu. Roma. ſcilicet Popilius egreſſus, ſcilicet pauloante curia, & homo cariturus, ideſt talis, qui carere debebat, continuo, fructibus, ideſt dulcedine, & uſu uitæ, (Sunt qui legant fluctibus, & reſpiciant ad incertitudinem præſentis uitæ, ſed, quia uerbum careo de re amata fere dicitur, & plus facit ad ſententiam, q̃ iam cariturus erat fructibus, ideſt uſu uitæ, & ita debebat ea bene uti, cum amplius non ſit illi tempus futurum, quocirca etiam recte nihil intempeſtiuius dixit quàm in articulo mortis ſcurrili luſui uacare, legam libentius, neq; tamen ſolus, fructibus) oculis ſupple eius preſſis, ideſt oppreſſis, & grauatis morte, & ſpiritu, ideſt anima reddente ſupremos anhelitus, deſumpſit, ideſt ex propria petulantia, & malitia animi ſumpſit ſibi ſanctiſſima iura familiaritatis ſuggillanda, ideſt ad irriſionem deformanda, luſu ſcurrili, ideſt ſcurra non ſenatore digno.

❡ EXPLICIT LIBER SEPTIMVS.

❡ INCIPIT OCTAVVS.

OLIVERIVS.

NVnc quoq;, ut equiore animo. Incipit octauus Liber, qui multarum, & uariarum rerum exempla continet memoratu digna. primum autem eorum eſt qui infames, uel abſoluti uel damnati fuerunt, & quibus cauſis id factũ ſit, præter omniũ opinionem. hoc autem ideo facit, ut inuidia laborãtes, ſi damnati fuerint, memores id aliis quoq; cõtigiſſe, dãnationem ſuã æquiori animo ferant. ⸿ Ancipites mo. Dubios euẽtus. nam ſemper incertus, & dubius eſt euẽtᵘ litis, & belli. ⸿ Inuidia labo. qui aliis inuiſi ſũt, & odio habẽtur. ⸿ Marcus Hor. Hæc hiſto. in. c. de ſeueritate dicta ẽ. cõſtat autem Hora. à duumuiris lege perduellionis dãnatũ, & auctore Tullo rege benigno legis interprete, facta ꝓuocatiõe ad populum, ab eo fuiſſe abſolutum, ſed eſt hiſto. tota repetenda. ⸿ Ad po. prouo. iu. Quia lex erat, horrẽdi carminis, duumuiri perduellionem iudicent ſi à duumuiris prouocarit prouocatione certato, ſi uincent, caput obnubito, infœlici arbori reſte ſuſpẽdito, uerberato uel itra pomeriũ, uel extra pomeriũ. hac igitur lege dãnatus Hora. prouocauit ad populum, moti homines i eo iudicio maxime P. Hor. patre proclamante, ſe filiã iure cæſam iudicare, atq; ipſo filio parem aium in omni periculo gerẽte abſoluerunt, & miſericordia patris commoti, ſed magis admiratione uirtutis, q̃ iure cauſæ. ⸿ Forti pu. quã meruerat ex cæde ſororis. ⸿ Tm c. Non minus gloriæ ex cæde ſororis, q̃ ex curatiorum uictoria conſequi potuit. ⸿ Acrẽ ſe tunc pu. cu. In abſoluẽdo, inquit Hora. populus q̃tu facienda eſſet pudicitia declarauit. ſed in galbæ iudicio qđ ſequitur, mitem ſe iudicem plus æquo præbuiſſe uidetur. ⸿ Pudicitiæ cu. quia iure cæſam horatiam iudicauit, q̃ impudica uideri poterat, cũ immaturum ſponſi amorem tantopere lugeret, ut fratrũ, & patriæ obliuiſceretur. ⸿ Plᵘ iuſto. in iudicio Galbæ.



⸿ Valerii Maximi. Liber Octauus.

⸿ Infames rei quibus ex cauſis abſoluti, aut damnati ſunt. Cap. I.

⸿ De M. Horatio.

NVNC QVOq;, vt æquiore animo ancipites iudiciorũ motus tolerẽtur: recordemur i inuidia laborantes, quibus de cauſis, aut abſoluti ſunt, aut damnati. M. Horatius interfectæ ſororis crimine à Tullo rege damnatus, ad populum prouocato iudicio abſolutus eſt. quorum alterum atrocitas necis mouit: alterum cauſa flexit. quia immaturum virginis amorem ſeuere magis, quàm impie punitum exiſtimabat. Itaq; forti punitione liberata fratris dextera, tantum conſanguineo quantum hoſtili cruore gloriæ haurire potuit. acrem ſe tunc pudicitiæ cuſtodem Populus Romanus, poſtea plus iuſto placidum iudicem præſtitit.

⸿ De Sergio Galba.

CVm à Libone Trib. Ple. Sergius Galba pro roſtris vehementer increparet: quòd Luſitanorum magnam manum, interpoſita fide prætor in Hiſpania interemiſſet. actioniq; tribunitiæ M. Cato vltimæ ſenectutis,

ASCENSIVS.

NVnc quoq; &c. Quaſi cõtinuato orationis filo à damnatis, & excuſſis præter ſpẽ ab hereditate, trãſit ad abſolutos, ac damnatos præter ſpem, concilians in præfatione ſibi beneuolentiam auditoris ex lectionis commoditate, ac dicens. Nunc quoq; recordemur, quibus de cauſis laborantes in inuidia ſunt, aut abſoluti aut damnati, ut motus ancipites. i. dubii euentus iudiciorum tollerentur. ſ. à nobis, aut à lectoribus ſic admonitis, animo æquiore q̃ ſi non ſint aliorum exemplis quodammodo confirmati. Marcus Hor. qui Curiatios interemerat dãnatus à Tullio rege crimine ſororis interfectæ, eo q; caſum ſponſi ſui iniquius ferrẽt, abſolutus eſt. ſ. interceſſione paterna, & hoc iudicio prouocato ad populũ Quorũ alterũ ſ. regẽ atrocitas necis. ſ. ſororis, mouit. ſ. ad dãnandũ eũ, & cã flexit alterũ. i. populũ abſoluentẽ eũ, quia populus exiſtimabat amorẽ uirginis immaturũ, quia in ſpõſum nõdũ maritũ punitũ magis ſeuere q̃ impie. Itaq;. i. & ita, dextera fratris liberata. i. fratre ipſo liberato forti punitione, hoc eſt tali, quã meruerat, potuit haurire tm̃ gloriæ, ſup. ex cruore conſanguineo, q̃tum ex cruore hoſtili, q̃a nõ minus glorioſum fuit ob uirtutẽ à tali crimine abſolutũ euaſiſſe q̃ hoſtes proſtrauiſſe. Faciens aũt paraſceuẽ ad ſequẽs exẽplũ addit, P. R. præſtitit. i. exhibuit tunc ſe cuſtodẽ pudicitiæ acrẽ, quia uirginẽ iuſte cæſam cenſuit, eõ q; immature ſponſum impatientius amaſſet, & ſup. præſtitit ſe poſtea iudicẽ placidũ plus iuſto. i. quàm iuſtum fuit.

OLIVERIVS.

CVm à Li. &c. Ser. Gal. ꝓtor i Hiſpania, ſũma perfidia uſus eſt in Luſitanos, nã trũ ciuitatũ, quas oppugnabat, cõuocato populo, tanq̃ de cõmodis eiᵘ acturus, octo milia i quibus flos iuuẽtutis cõſiſtebat electa, & armis exuta partim trucidauit, partim uẽdidit, cũ illis pub. fidẽ dediſſet, qua freti uenerãt in eiᵘ ptãtẽ. nã Luſitani Sertorianas partes ſecuti fuerant, aduerſus quos miſſus fuit hic Sergi. Galba, qui uiolata pub. fide maximã barbarorũ cladẽ magnitudine criminis ſuperauit. reus igitur factus à Libone trib. ple. die dicta uenit in iudiciũ. ubi cũ à tribuno ꝑfidia dãnaretur, eiuſq; dãnationẽ Cato, cũ nõagenarius eſſet, uehementi oratiõe iuuaret, ſe reũ manifeſte confeſſus eſt. nihil. n. ꝑſe recuſans, q̃ ꝑ eſupplicio dignũ ſe iudicans, omiſſa ſui cã, paruulos eius filios & nepotem multis cũ lachrymis populo cõmendabat. q̃ res adeo cõmouit oẽs, ut ꝑter opinionẽ abſolueretur, q̃ oĩum cõſenſu periturus eſſe uidebatur. ⸿ De hoc Gal. Quintilia. de inſti. orato. lib. ii. Seruiũ nq̃t galbã miſeratiõe ſola qua nõ ſuos mõ liberos paruulos in cõcione ꝓduxerat, ſed Galli ẽt Sulpitii filiũ ſuis ipſe manibus circũtulerat elapſum eſſe, aliorũ monumentis, tũ Catonis oratiõe teſtatum. Ci. lib. i. de ora. Idem Qu. Seruium Galbam, quem hominem probe meminiſſe ſe aiebat, pergrauiter reprehendere ſolebat, q; is Lu. Scribonio q̃õnem in eum ferentem populi miſericordiam concitaſſet, cum M. Cato Galbæ grauiſſimus, atque acerbus inimicus, aſpere apud Pop. Ro. uehementer eſſet locutus, quam orationem in originibus ſuis ipſe expoſuit. Reꝑhendebat igitur Galbam Rutilius, quòd is Ca. Sulpi Galli propinqui ſui Q. Pupilium filiũ ipſe pene in humeros ſuos extuliſſet, qui patris clariſſimi, &

Galba ꝑfidus in Luſitanos.

Cato Galbã accuſauit

ſimi, & recordatione, & memoria fletum populo moueret, & duos filios ſuos paruos tutelæ & populi cōmendaſſet, ac ſe iā quā in prōptum teſtī faceret ſine libera, atq̧ tabulis P.R. tutorē inſtituere dixiſſet illorū orbitati, itaq̧ cū inuidia, & odio populi tū Galba præmeret, hiſq̧ cum tragœdiis liberatum ferebat. Qd' item apud Catonē ſcriptū eſſe uideo, niſi pueris, & lachrymis uſus eſſet, pœnas eū daturū fuiſſe. Hæc Rutilius ualde uituberabat, & huic humilitati dicebat, uel exiliū fuiſſe, uel mortē anteponendā. ☞ Luſitanorū. Luſitania pars eſt Hiſpaniæ, quæ nūc, ut quidā uolūt, portugallia dr̄. ☞ In ori. retu. In libro, qui inſeribitur de originibus. ☞ Mitigata con. Mitigato populo. nā tria ſignificat, populū, ōronē, & locū. ☞ Illā qōnē. Inquiſitionem & cauſam, texit miſericordia, non æquitas.

ASCENSIVS.

CVm Sergi. Gal. increparetur uehementer à Libo, tri. ple. pro roſtris. i. ante roſtra, unde ad populū ſermo fieri ſolebat, q̄ ipſe Galba prætor cū eſſet prætor in Hiſpania interemiſſet magnam manū. i. multitudinē bellicā Luſitanorū, fide interpoſita. i. quos in deditionē receperat, data fide de ſalute eorū, & M. Cato ultimæ ſenectutis ſubſcriberet. i. aſtipulatur, & aſſenſum præberet actioni tribunitiæ. i. ipſius tribuni in Galbā, oratione ſua quā retulit. i. ſcriptā reliquit in origine. i. in opere, qd' ſcribit de origine rerum Italicarū, reus. ſ. Galba iā nihil. i. nullū genus ſupplicii recuſans ꝑ ſe flens cœpit cōmendare. ſ. populo paruulos ſuos, & filium galli. ſ. Sulpitii coniunctum. ſ. ſibi ſanguine, quia nepotem ſuum, & concione mitigatā eo facto. i. tanta humiliatione Galbæ, is. ſ. Galba, qui periturus erat conſenſu oīum, nullum. i. non ullum, non habuit ullum ſuffragiū. i. uotum populi, triſte. i. faciens contra ſe. Ergo miſericordia non æquitas texit illam qōnem. i. actionem per ſquiſitionē, qm̄ abſolutio, quæ nequiuerat tribui innocentiæ data eſt reſpectui piorum puerorum. Iniq̧ tñ data uidetur, Nā miſericorditer agendo cū pueris, imple actum eſt cum Luſitanis tam impie trucidatis, præſertim cum liberos eius alia uia iuuare poterant.

OLIVERIVS.

COnſentaneum qd' ſequitur. A. Gabinius in maximo ardore infamiæ fuit, corrupto uidelicet exercitu, uel uerius uendito Ariobarzani, quo Ptolemæum reduxerat in regnum, ut ſupradictum eſt, ſed potius pecuniarum repetūdarum hoc loco, nam de maieſtate, cuius eum Lētulus flaminis filius poſtulauerat, abſolutus eſt, ut ait Cic. ad Atti. & paulo poſt, eſt oīno grauiſama hoc iudiciū, ut uideatur reliquis iudiciis periturus. reliquis iudiciis dixit uidelicet de ambitu, cuius eum Publium Syllam reum fecit in petitione conſulatus & repetundarum, de quibus nondum poſtulatus erat. hoc in præturа ſyriæ factum intelligamus. Nā de ſyriis eſt ſenatus datus frequens ut idem Cic. aut frequentes quaſi ſyriaci publicani uehementer uexatus Gabinus exagitaret, tñ à domitio publicani, q̄ eum eſſent eum equis profecuti. De Gabinio idem Cl. ita ſenſit, in ſenatu, cum de prouinciis cōſu. diceret ſyriam ipſe cōſu. ut Piſo macedoniā occuparat, in quā eius interfuit hmōi, ut rex Ariobarzanes ipſum ad cædem faciendā cōduceret, ad ueniēs in ſyriā equitatū admitteret, cohortes poſtea conductæ ſunt, publicanos prope in ſeruitutē iudæis, & ſyriis traderet, nā ius publicanis non dixit, pactiones ſine iniuria factas reſcidit, cuſtodias ſuſtulit, uectigales multos, ac ſtipēdiarios liberauit, quo in oppido ipſe eſſet, aut quo ueniret publicanū, aut publi

orationе ſua, quam i origine retulit: ſubſcriberet: reus pro ſe iam nihil recuſans, paruulos liberos ſuos, & galli ſanguine coniūctum filium, flens cōmendare cœpit. eoq̧ facto mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat: penè nullum triſte ſuffragium habuit. miſericordia ergo illā quæſtionem: non equitas texit. quoniam, quæ innocētiæ tribui nequierat: abſolutio reſpectui puerorū data eſt. conſentaneum, quod ſequitur.

¶ De. A. Gabinio.

AV. Gabinius in maximo infamiæ ſuæ ardore ſuffragiis populi Memmio accuſatore ſubiectus, abruptæ eſſe ſpei videbatur: quoniam & accuſatio partes ſuas plene exhibebat: & defenſionis præſidia, inualida fide nitebantur: & qui iudicabant, ira perciti pœnā hominis cupide expectabant. Igitur lictor, & carcer ante oculos obuerſabantur. cum interim omnia iſta propitiæ fortunæ interuētu depulſa ſunt. filius nāq̧ Gabinii Siſenna, conſternationis impulſu, ad pedes ſe Memmii ſupplex proſtrauit: inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus impetus tempeſtatis eruperat. quem truci vultu à ſe victor inſolens repulſum, excuſſo è manu annulo humi iacere aliquādin paſſus eſt. Quod ſpectaculum fecit, vt Lælius trib. pleb. approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet: ac documentū daretur: neq̧ ſecundarum rerum prouentu inſolēter abuti: neq̧ aduerſis propere debilitari oportere. idq̧ proximo exemplo æque patet.

cani ſeruum eſſe uetuit. Ga. in ſyria diutius eſt, Semiramis illa retinenda inquit, cuius iter prouinciā eiuſmodi, ut rex Ariobarzanes conſulē noſtrū ad cædē faciendā, tanq̄ aliquē thracē cōduceret. deinde auectus in ſyriā, primū equitatus habuit interitū, poſtea cōciſæ ſunt optimæ cohortes. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud uidelicet actū eſt, niſi pactiones pecuniarū, cū tyrannis deciſiones, direptiones, latrocinia, cædes, cum palā P.R. imperator inſtructo exercitu dexterā tendēs, nō ad laudē milites hortaret, ſed oīa ſibi empta, & emēda eſſe clamaret infamiæ ardore. ☞ Magna illi infa. or. eſt q̄ prouinciā Syriā expillaſſet ut Ci. an in Syria, inquit diutius eſt Semiramis illa retinēda? ☞ Abruptæ ſpei. fractæ & debilitatæ ſpei, neq̧. n. ſpes ulla ſibi ſubeſſe uidebatur ☞ Inualida fi. Infirma fide, q̄a nulla fides eius defenſoribus dabat. Iudices ꝓterea uehemētet irati, cupiebāt eius dānationē. ☞ Cōſternationis impul. Quia ubi uidit patrē dānatū iri, ſic mēte cōſternatus eſt, ut amens ꝓpemodū uideretur. ☞ Aliqd' fo. ꝓcel. Translatio ſumpta à tēpeſtate. unū totus impetus, q̄a ipſe actionē iſtā ſuſceperat, Gabinii ultā in diſcrimē adduxerat ☞ Eruperat. quaſi cū impetu exierat. ☞ Et docu. da. Exēplū inquit ſtatuit Lelius, ne q̄s ſe nimiū ſcdis extollat, ne ue aduerſis deprimat. nam ut inquit Sene. nemo confidat nimium ſecundis, nemo deſperet meliora lapſis.

Mēmi' accuſator Gabinii.

ASCENSIVS.

COnſentaneū i. conforme ſuperiori eſt, qd' ſequit. A. Gabi. ſubiectus ſuffragiis. i. uocibus ad libitū dādis, Po. ſ. Ro. in maximo ardore infamiæ ſuæ. i. eum ad infamiam eius ardentiſſime procederetur, Caio Memmio accuſatore, uidebatur eſſe ſpei abruptæ. i. deſtitutæ, quoniam & accuſatio exhibebat plene partes ſuas. i. debitum ſuum, & præſidia defenſionis nitebantur. i. fulciebantur fide inualida, & ſupple ii, qui iudicabant, expectabant cupide pœnam, ideſt punitionem hominis. ſ. de quo loquimur, hoc eſt Gabinii, ira præcipiti, ideſt uehementi, & ſubito agenti. Igitur lictor. i. miniſter publicus, & carcer, & ſupplicium obuerſabantur, ideſt occurrebant ante oculos. ſ. Gabinii, cum interim omnia iſta. ſ. lictor, carcer, ſupplicium (quod quidam non habent, ſed quia de tribus dicimus omne, habēdum puto) depulſa ſint interuentu fortunæ propitiæ. Filius nāq̧ Gabinii Siſenna. ſ. nomine, impulſu conſternationis. i. ex impetu mentis cōſternatæ de patris periculo, proſtrauit ſe ad pedes Memmii. ſ. accuſatoris ſupplex. i. ſe ad genua eius plicans, petens aliquid ad ſomentum, ideſt ſuſtentamentum procellæ, ideſt contra turbationem illam. (Cum fomentum ſit quo res fouetur, & non uidetur uelle ꝓcellā fouere, obſcura cēſetur locutio. nā aptius quadraret ſopimentum, aut refocillamentū, aut ſedamentum procellæ. niſi ſit fomentum. i. ſuſtentamentum ſalutis paternæ, procellæ. i. contra procellam) petens dico inde. i. ab eo, uidelicet Memmio, unde totus impetus tempeſtatis. i. uexationis paternæ eruperat. quem. ſ. filium, uictor inſolens. i. imoderate uictoriam ſuam ferens Memmius, paſſus eſt repulſum à ſe uultu truci. i. truculento iacere humi aliquādiu, & hoc annulo excuſſo ex manu. dubium eſt, an ex manu uictoris dum ſic filium repelleret, an ex manu filii, ſed quia addidit ſtatim poſt repulſū, uidetur de filii annulo loqui, cum tamen uero ſimilius ſit accuſatorem q̄ ſupplicem annulis ornatum, unde Iuue. oſtendit ēt conductis annulis ut pluris agerent, ſua tempeſtate egiſſe dicens, Conducta paulus agebat, Sardonicæ, &c. quo circa malim de accuſatoris annulo intelligere. Quod ſpectaculū, ſcilicet

tam miſerabile, fecit, ut Lælii tri. plc. iuberet, Gabi. dimitti .i. abſolui, cunctis .ſ. Rom. qui aderant approbantibus .ſ. iuſſa Læl. ac ſup fecit, ut ſup. exemplum daretur, neq; oportere i. decere .ſ. quenquam abuti inſolenter .i. ſuperbe prouentu rerum ſecundarum, neq; debilitari propere .i. feſtinãter aduerſis ſup. rebus. Idq;, & id, patet æq;, ideſt æqualiter exemplo proximo.

ſtaret, quod & factum eſt. Nam ut inquit Vicẽtinus poeta Tucia caſta fuit, ſed non eſt credita. nãq;, Simul atq; ſenſit palmas ad ſydera tollens Dire diua iam tibi caſta negor. Si rea ſum populo me nunc ſpectante miniſtra, Signa quibus noſcar ſi tibi caſta fui. Dixit & arrepto Tyberis in litore cribro, Ipſa manus puram fluminis hauſit aquam. Quam ſimul immotam nullo ue foramine lapſam Pertulit ad ſanctos uirginitate focos, &c. quæ ſequuntur. ¶ Temere. ſine rõne, quia nulla erat ratio uel cauſa, cur aqua per rimas cribri non flueret. ¶ Ipſa re. na. aquæ natura liquida eſt, & per tenuiſſimas rimas defluens, quod in uoto tuciæ minime factum eſt.

¶ De Appio Claudio.

APpius Claudius neſcio religionis maior, an patriæ iniuria: ſiquidem illiꝰ vetuſtiſſimum morem neglexit, huius pulcherrimam claſſem amiſit: infeſto populo obiectus, cum effugere debitam pœnam nullo modo poſſe crederetur: ſubito coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione. diſcuſſa enim quęſtione, aliã velut Diis interpellantibus, de integro inſtaurari non placuit. Itaq; cui maritima tempeſtas cauſæ dictionem contraxerat: cœleſtis ſalutẽ attulit.

¶ De Tucia Virgine Deæ Veſtæ.

EOdem auxilii genere Tuciæ virginis Veſtalis inceſti criminis reæ caſtitas: infamiæ nube obſcurata emerſit: quæ conſcia certæ ſynceritatis ſuæ, ſpem ſalutis ancipiti argumẽto petere auſa eſt. arrepto enim cribro, Veſta, inquit, ſi ſacris tuis caſtas ſemper admoui manus, effice: vt hoc hauriam ex Tyberi aquam: & in ædem tuam perferã. auda ẽter, & temere iactis votis ſacerdotis, rerum ipſa natura ceſſit.

¶ De Lucio Piſone.

ITtem Lu. Piſo à Lu. Claudio Pulchro accuſatus, quòd graues, & intolerabiles iniurias ſociis intuliſſet: haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitauit. namq; per id ipſum tempus, quo triſtes de eo ſententię ferebantur: repentina vis nimbi incidit. cumq; proſtratus humi pedes iudicum oſcularetur, os ſuum cœno repleuit. quod conſpectum totam quæſtionem à ſeueritate ad clementiam, & manſuetudinem tranſtulit. quia ſatis iam graues eum pœnas ſociis dediſſe arbitrati ſunt: huc deductum neceſſitatis: vt abiicere ſe tã ſuppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur. ſubnectam duos accuſatorum ſuorum culpa abſolutos.

OLIVERIVS.

Appius Claudiꝰ auſpiciũ cõtẽpſit

APpius Claudi. Li. Clau. pulcher conſu. inquit, q contra auſpicia ꝓfectus iuſſit immergi pullos qui cibari nolebãt, infœliciter aduerſus Carthaginiẽ. Claſſe pugnauit. & reuocatus à ſenatu, iuſſuſq; dictatorem dicere C. Glaudiam dixit ſordis ultimæ hoiem, qui coactus abdicare ſe magr̃atu, poſtea ludos prætextatꝰ ſpectauit. Sue. in uita Tyberii Claudii Clau. inquit pulcher apud Siciliam non paſcentibus, non auſpicato pullis, ac per cõtemptũ religionis mari demerſis, quaſi ut biberent, quando eſſe nolunt, prælium nauale iniit, ſuperatuſq; cum dictatorem dicere à ſenatu iuberetur, uelut iterũ illudẽs diſcrimini publico, Glauciam uiatorem ſuum dixit. Vale. aliter ſentire uĩ, non ab hoſte ſuperatam fuiſſe claſſem Clau. imperatoris, ſed ꝑ contemptã religionẽ ſpretis .ſ. auſpiciis, tempeſtate amiſſam. itaq; cum ei dies dicta eſſet ad populum, qui religionem cum maxima P. R. clade ſpreuiſſet, & in eo eſſet, ut damnaretur, Subita cœlo demiſſa tempeſtas, damnationẽ illam excuſſit, & Appium liberauit. ¶ Maior an iniu re. q̃ contra omina nauigauit. ¶ Vetuſtiſſimũ mo. Maiores. n. ut ſupra dictũ eſt, nihil gerebant, niſi prius captatis auſpiciis. ¶ Obiectꝰ. ordo eſt, Ap. Clau. infeſto populo obiectus, neſcio maiore iniuria religionis, an pñæ. ¶ Tutus fuit. imber enim diuerſum egit populum ita, ut à damnatione illa amoueretur. ¶ Diis interpellantibus. Diis prohibentibus.

ASCENSIVS.

APpius Clau. neſcio, an ſup. exiſtẽs maior iniuria religionis, an pñæ ſiquidem ipſe neglexit uetuſtiſſimum morem, illius .ſ. religionis (quæ erat in auſpiciis captandis, & ominibus obſeruandis, & id genus miſeris ſuperſtitionibus implicata, ipſe aũt cõtra omina nauigauerat) & amiſit pulcherrimam claſſem huius .ſ. reipu. obiectus .ſ. ab accuſatore populo infeſto, cum crederetur nullo mõ effugere pœnam debitã, Fuit tutus .i. protectus à dãnatione, beneficio imbris coorti ſubito .i. ex improuiſo. Enim pro quia. q̃õne .i. diſceptatione de cauſa eius diſcuſſa .i. interrupta ſemel, nõ placuit .ſ. populo, aliã ſup. q̃õnem inſtaurari .i. inſtar prioris fieri de integro, uelut diis interpellantibus .i. perindeac ſi dii interpellaſſent & impediuiſſent eius cauſæ peroronem. Itaq; cui .ſ. Appio tempeſtas maritima .i. in mari orta, contraxerat dictionem cãæ .i. neceſſitatem purgandi ſe in iudicio, Ei ſup. tempeſtas cœleſtis .i. aerea, hoc eſt imber de cœlo ortus attulit, ſalutem .i. euaſionẽ dãnationis.

OLIVERIVS.

EOdem auxilii gñe. Tucia ueſtalis uirgo ſalſo crimine inceſti ſuſpecta, eodem auxilii genere emerſit, quo ſuperiꝰ Appius. Nam cum ſuæ ſynceritatis conſcia foret, nouo auxilii genere ſalutem ſuam tutata eſt. ſumpto enim cribro deã ueſtam propalam precata eſt, ut ſibi liceret haurire ex Tyberi aquam, & eadem ad ſacros ignes perferre, ſi ſibi pudicitia cõ

ASCENSIVS.

EOdem &c. caſtitas Tuciæ uirginis ueſtalis reæ .i. accuſatæ criminis iceſti obſcurata nube infamiæ, emerſit .ſ. de profundo malorum eodẽ gñe auxilii .i. cœleſtis, non tñ ꝑ pluuiam, ſed per aquam Tyberinam. Quæ .ſ. Tucia conſcia certæ ſynceritatis .i. integritatis ſuæ, aut ſynceritatis .i. puritatis (unde notum eſt conſ. ium & de bono dici, ut, & mens ſibi conſcia recti) auſa eſt petere ſpẽ ſalutis argumento .i. approbatione ancipiti .i. dubii euentus, ſed mirabi is fidei, ut merito erubeſcamus, qui tam modicæ fidei ſæpe inuenimur. (Verum quæſtio oriri poſſet, qua ui ſequens miraculum cõtigerit an diuina, quæ caſtitatis amatrix etiam gentili mercedem caſtæ uitæ rependere uoluerit, an diabolica id ob alia aut aliorũ peccata potente, ut in ſolita ſuperſtitione diutius detineret. Nã potuit uis illa occulta aquam intra cribrum immotam continere, quæ nouit ſemẽ uirile ad generationem transferre.) Enim pro quia, cribro .i. inſtrumento illo crebris foraminibus, arrepto .ſ. in manus, inquit, ò ueſta, ſi ego admoui ſemper ſacris tuis manus caſtas, effice, ut hauriam hoc .ſ. cribro aquam ex Tyberi, qui Roma præterlabitur fluuius, & perferam in ædem, ideſt fanum tuum. Votis iactatis, ideſt iactanter emiſſis audacter & temere, ipſa natura rerũ, quæ fecit aquam liquidam, ceſſit ſacerdoti, quia ad uota illius aqua in cribro manſit.

OLIVERIVS.

Piſo à claudio pulchro accuſatꝰ

ITem Lucius Piſo. Lucius Piſo accuſatus iniuriarum contra ſocios. Macedoniam Piſo conſul occupauerat, in qua ita ſe geſſit ut exercitum amitteret, Barbaris infeſta omnia redderent, Acheos ſibi ingentem pecuniam pendere cõgeret, Vectigal, ac portorium dyrrachinorum in quæſtũ ſuum uerteret, bizantinorum urbem hoſtilem in modum uexaret, nobiliſſimas & uirgines fama erat ſe i puteos abieciſſe, & morte uoluntaria neceſſariam turpitudinem depuliſſe. ¶ Dubiæ rui. me. Timebat enim quorſum tenderet populi iudicium. ¶ Nimbi. nimbus dicitur uentus cum pluuia. ¶ Totam quæ .i. inquiſitionem. Alii legunt contionem. ¶ Huc dedu. neceſſitatis .i. ad neceſſitatem coactum, Abiicere ſe tam ſuppliciter. Vt humi proſtratus iudicum pedes oſcularetur.

ASCENSIVS.

ITtem Lu Piſo accuſatus à Lu. Claudio Pulchro, q̃ intuliſſet ſociis .ſ. Romani Imperii intolerabiles iniurias, uitauit auxilio fortuito, ideſt a caſu orto, metum ruinæ haud dubiæ .i. certæ. Nãq; repentina uis nimbi .i. imbris incidit, ſcilicet in populum ſtantem pro roſtris per ipſum tempus, quo triſtes ſententiæ ferebantur de eo. cumq; ipſe proſtratus humi oſcularetur

ſaretur pedes iudicum, ipſe repleuit os ſuum cœno. quod, ſcilicet factum eius, aut cœnum in ore conſpectum, ſcilicet à populo, tranſtulit, ideſt tranſmutauit totam quæſtionem, ideſt inquiſitionem eius à ſeueritate ad clementiam, & manſuetudinem, quia arbitrati ſunt, ſcilicet qui id uiderant, cum dediſſe iam ſocijs ſatis graues pœnas, deductum huc neceſſitatis .i. ad hác neceſſitatem, ut cõgeretur abijcere ſe tam ſuppliciter ſ. ad pedes iudicum, aut attollere tam deformiter .ſ. deformata facie cœno. Subnectam. ſ. ſuperioribus caſu abſolutis, duos abſolutos culpa accuſatorum ſuorum.

deductus mos, ut prætexta in uſum puerorum nobilium uſurparetur. eſt autẽ prætexta toga cui purpura prætexitur. ⸿ Poetico ioco. More poetarum uerſibus ludentium. ⸿ De ſe dare. quia etiam aduerſarium flagitiis ſuperabat. ⸿ In ſua cauſa. Nam nunquam abſolutus fuiſſet Coſconius, niſi obſcœnitas accuſatoris iudices perturbaſſet.

❡ De Q. Flauio.

QVintus Flauius à C. Valerio ædile apud populum reus actus, cum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet, proclamauit ſe innocentẽ opprimi. cui Valerius æque clara uoce reſpondit. nihil ſua intereſſe, nocens ne, an innoxius periret, dummodo periret. qua uiolẽtia dicti reliquas tribus aduerſario donauit. abiecerat inimicum: eundem, dum pro certo peſſundatũ credidit, erexit: victoriamq́ in ipſa victoria perdidit.

❡ De Caio Coſconio.

CAium etiam Coſconium Seruilia lege reum, propter plurima, & euidentiſſima facinora, ſine vlla dubitatione nocentem: Valerii Valentini accuſatoris eius recitatum in iudicio carmẽ, quo puerum prætextatum, & ingenuam virginem à ſe corruptam poetico ioco ſignificauerat, contexit. Siquidem iudices iniquum rati ſunt eum victorem dimittere: qui palmam non ex alio ferre, ſed de ſe dare merebatur. Magis ergo Valerius in Coſconii abſolutione dãnatus: quàm Coſconius in cauſa ſua liberatus eſt.

❡ De A. Attilio Calatino.

ATtingam eos quoq;, quorum ſalus propriis obruta criminibus, proximorum claritati donata eſt. A. Attilium Calatinum Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem, imminentis damnationis periculo Qu. Maximi ſoceri pauca verba ſubtraxerunt. quibus affirmauit ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet, direpturum ſe fuiſſe affinitatem. continuo enim populus pene iam exploratam ſententiam ſuam, unius iudicio conceſſit. indignum ratus eius teſtimonio non credere, cui difficilis Reipublicæ tẽporibus, bene ſe exercitus credidiſſe meminerat.

OLIVERIVS.

QVintus Flauius reus actus. hunc fimbriam fuiſſe coniicimus, quẽ ſeuiſſimum legimus, quippe Cinnæ ſatellitẽ, qui poſtea Valerio Flacco conſule, legatus in Aſiam profectus per ſimulationem dimiſſus, corrupto exercitu ducem interficiẽdum curauit, Ipſe correptis faſcibus prouinciam ingreſſus, Mithridatem pergamo expulit. Ilion, ubi tardius portæ aperiebantur incendi iuſſit, & populi uiſceratio à Mar. Flauio data in funere matris, erant qui per ſpeciem honorandæ parentis meritam mercedem populo ſolutam interpretarent, q cum die dicta ab ædilib⁹ crimine ſtupratæ matrisfamillas abſoluiſſet. ⸿ Tam nocens, quàm innocẽs dicitur, cuius res agitur. ⸿ Abiecerat. Dicit quomodo abſolutus eſt Flauius accuſatoris culpa. ⸿ Reliquas tribus. quæ una ex uiginti ſtabant. ⸿ Perdidit. Qua tanta dicti uiolentia, reliquas tribus in ſuum odium attraxit.

ASCENSIVS.

QVintus Flauius actus reus, ideſt accuſatus à C. Valerio ædile apũ populum, cum eſſet damnatus ſuffragiis .xiiii. tribuum ex trigintaquinq;, proclamauit ſe opprimi innocentem. Cui Vale. reſpondit uoce æque clara, nihil intereſſe ſua, ne pro an periret nocens, an innoxius dummodo periret. qua uiolentia dicti, ipſe donauit aduerſario, ideſt ad defenſionem eius, reliquas ſcilicet .xxi. tribus. Vale. ſupple abiecerat, ideſt uicerat iam inimicum, & erexit eundẽ dum credidit pro certo peſſundatum. & perdidit uictoriam in ipſa uictoria .i. inſolenter loquendo ob iam fere partã uictoriã.

OLIVERIVS.

Coſconius lege ſeruilia reus

CAium etiam Coſconium lege ſeruilia reum repetundarum Nam apud Aſconium pedianum ſic legimus Q. Seruilius Cæpio cum iudicia penes equeſtrem ordinẽ eſſent, & Pu. Rutilio damnato, nemo tam innocens eſſet, ut non illam timeret, Quin. Seruilius Cæpio, Scaurum ob Aſiaticæ legationis inuidiam, & eduerſus legem pecuniarum, reſ fecit repetundarum, lege quam tulit Seruilius, ne quis; ſcilicet legatus pecuniam acciperet, ſicut Scaurus acceperat, & hunc Coſconium accepiſſe intelligimus. ⸿ Puerũ prætextatum. puerum nobilem, nam prætexta nobiles utebãtur quam teſte Macrobi primus T. Hoſtilius rex Roma. tertius debellatis hetruſcis, ut Ro. haberetur, inſtituit. ſed prætextam illo ſæculo puerilis non uſurpabat ætas. At poſtea Tar. Demarati exulis filius Priſcus, rex, Quintus à Romulo de Sabinis triumphans, filiũ ſuum annos quatuordecim natum, q in bello hoſtem manu percuſſerat, pro concione laudauit, & prætexta donauit. hinc

ASCENSIVS.

CAium &c. Ordo incipiẽdus eſt ab obliquo propter relatiuum eius ſic: Caium etiam Coſconium reũ lege ſeruilia, ideſt repetundarũ nocẽtem propter facinora, ideſt facta iniqua, plurima, & euidẽtiſſima, ſine ulla dubitatione, carmen, ſcilicet lubricum Valerii Valentini accuſatoris eius recitatum in iudicio, quo, ſcilicet carmine Valentinus ſignificauerat ioco poetico (quia poetæ ſæpe laſciue ludunt dum caſte uiuũt, unde Catullus. Nam caſtum eſſe decet poetam, ipſum, Verſiculos nihil neceſſe, & cætera.) Puerum prætextatũ, ideſt ingenuum, & nobilem, & uirginem ingenuam corruptam à ſe, contexit, ideſt protexit. Si non eſſet is ordo, eſſet carmen Valerii, & cætera. contexit Caium Coſconi. &c. Siquidem iudices rati ſunt, iniquum ſupple eſſe dimittere eum, ſcilicet Valerium Valentem uictorem, ſcilicet in lite, qui merebatur non ferre palmam, ideſt uictoriam ex alio, ſed dare ſupp. alio de ſe. Ergo Valerius, ſcilicet accuſator eſt magis damnatus in abſolutione Coſconii quàm Coſconius liberatus ẽ in cauſa ſua. Non enim propter innocentiã ſuam, ſed propter accuſatoris turpitudinis ſuæ confeſſionem abſolutus eſt.

OLIVERIVS.

ATtingam eos quoque. Dicturus Vale. de his, qui cum nocentes eẽnt maiorum ſuorum claritate ſeruati ab Au. Attilio Calatino ſũpſit exordium, qui cum Soræ oppido præeſſet bello punico, quo tempore Hannibal Italiam uaſtauit, & illius oppidi ciues ad Hannibalem defeciſſent, ſuſpitio fuit id Calatini conſilio factum. in iudicium itaq; Calatinus rapitur, nec dubium erat, quin ab infeſto populo damnaretur, niſi pauca Quin. Fabij Maximi uerba iudicialem illum impetum propulſaſſent. De hoc autem Attilio ſuperius diximus in capitu. de iure triumphandi. ⸿ Direpturum. abrupturum affinitatem per diuortium enim filiam ſuam ei dempſiſſet. ⸿ Exploratam ſentẽtiam. quia propter euidens crimen fuit pene certa ſententia. ⸿ Difficillimis reipublicæ temporibus. propter ingentes Roma. clades. ⸿ Bene ſe crediſſe. optime ſe commiſiſſe. hic enim Fabius eſt, de quo Ennius, unus homo nobis cunctando reſtituit rem. qui trahendo bellum, & exercitum Roma. ſeruauit, & uires Hannibalis debilitauit.

ASCENSIVS.

ATtingam (Nouam ſpeciem abſolutorum aggreditur, unde paucis continuationem præmittit) quoq;, ideſt etiam eos quorum ſalus obruta, ideſt immerſa propriis criminibus, eſt donata .i. remiſſa claritati, ideſt ob claritatem proximorum. ſ. ſanguine, aut affinitate pauca uerba Quinti Maximi ſoceri, ideſt patris uxoris Attilii Calatilini, ſubtraxerunt periculo damnationis imminentis Aulum Attilium Calati-

num reum proditione oppidi Soranorum infamem admodum, ideſt ualde, aut uſque admodum, ideſt menſuram, quæ ſatis ſit ad eius condemnationem. Quibus ſupp. uerbis Quintus Maximus affirmauit, ſi ipſe inueniſſet illum. ſ. Calatinum ſontem. i. culpabilem eo crimine, ſcilicet proditionis, ſe fuiſſe direpturum, ideſt diſſipaturum, aut direpturum, ideſt ſeparaturum affinitatem, ſcilicet contra etiam eum reo. Enim pro quia, populus conceſſit cõtinuo ſententiam ſuam iam penè exploratam, ideſt certam, & compertam iudicio unius, ſcilicet uiri, ratus indignum ſupple eſſe nõ credere teſtimonio eius, cui exercitus meminerat cecidiſſe. i. protegendum commiſiſſe ſe bene, ideſt tute temporibus ceipubli. difficillimis.

De M. Aemilio Scauro.

MArcus quoq; Aemilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditam, & comploratam defenſionem in iudicium attulit: Vt cum accuſator diceret lege ſibi centum, atq; viginti hominibus denunciare teſtimonium licere: ſeq; non recuſare, quo minus abſolueretur: ſi totidẽ nominaſſet quibus in prouincia nihil abſtuliſſet: tam bona conditione vti non potuerit. tamẽ propter vetuſtiſſimam nobilitiatẽ, & recentem memoriam patris abſolutus eſt.

De Cotta.

SEd quemadmodum ſplendor ampliſſimorũ virorum in protegendis reis plurimum valuit: ita in opprimendis non ſanè multum potuit. quin etiam euidenter noxiis: dum eos acrius impugnauit: profuit. L. Scipio Aemilianus Cottam apud populum accuſauit. cuiꝰ cauſa quã uis grauiſſimis criminibus erat confoſſa: ſepties ampliata, & ad vltimum octauo iudicio abſoluta eſt, quia homines verebantur: ne præcipue accuſatoris amplitudini damnatio eius donata exiſtimaretur. Quos hæc ſecũ locutos crediderim: nolumus caput alterius petentem in iudicium, triumphos, & trophæa, ſpoliaq;, ac deuictarum nauiũ roſtra deferre. terribilis ſit is aduerſus hoſtem. ciuis vero ſalutem tãto fulgore gloriæ ſubnixus ne inſequatur. tam vehementes iudices aduerſus excellentiſſimum accuſatorem: quàm mites in longe inferioris fortunæ reo.

OLIVERIVS.

Scaurus repetundarum reus.

MArcus quoque Aemilius Scaurus, repetundarum reus. Mar. Sca. M. Scau. filius, qui princeps ſenatus fuit, amicum habuit Syllá, quo uictore, & munifico in ſocios uictoriæ, ita abſtinẽs fuit, ut nihil donari ſibi uoluerit, neque ſub haſta emerit. ædilitatẽ ſumma magnificentia geſſit adeo ut in eius impẽſas opes ſuas abſumpſerit, magnumq; æs alienum contraxerit. ex prætura prouinciam Sardiniam obtinuit, in qua, nec ſatis continenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & ualde arroganter, quod genus morum in eo paternum uidebatur, Cum cætera induſtria nequaquam eſſet par. erat tamen aliquando inter paternas cauſas. hic cum ad conſulatum ad. iii. Kalendas quintiles Rom. ueniſſet, querentibus de eo Sardis à Pu. Va. Triario adoleſcente parato ad dicendum, & notæ induſtriæ filio eius, qui in Sardinia contra M. Catonem repetundarum, ut in actis ſcriptum eſt, pridie nonas quintiles defenderunt Scaurum ſex patroni, cum ad tempus raro quiſquam pluribus uteretur q̃ quatuor. fuerũt autem hi ſex Clodi. pulcher. M. Marcel. M. Claud. M. Cicer. M. Meſſalla niger. Qu. Hortenſius, ipſe quoque Scau. dixit pro ſe, ac magno opere iudices mouit ſqualore & lachrymis, & ædilitatis effuſa memoria ac fauore populari, & præcipue paternæ authoritatis recordatione. ⸿ Repetundarum. Dicimus enim repetundarum, & de repetundis. Comploratam, translatio ſumpta ab his, qui mortuos lugent, qui cum actum de eis uident, dicunt poſt conclamationem, comploratum eſt.

ASCENSIVS.

MArcus quoque Aemilius Scaurus, reus repetundarũ, ideſt pecuniarum à ſociis in prouincia ablatarum, & ab ipſis repetitarum, attulit in iudicium defenſionem adeo perditam, & comploratam, ideſt deſperatam de euaſione, (ſicut complorati homines nullam ſpem uitæ habẽt, cum manifeſte ſint mortui) adeo dico, Vt cum accuſator diceret, licere ſibi lege, ideſt per legem denunciare teſtimonium centũ atque uiginti hominibus, & ſe, ſcilicet accuſatorem non recuſare, quo minus, ideſt ut non hoc eſt, ut reus non abſolueretur, ſi nominaſſet totidem quibus nihil abſtuliſſet in prouincia, nõ potuerit uti tam bona conditione, ideſt oblata, ut ſcilicet centum & uiginti ſe nullam inlueiam paſſos nominare poſſet, tamen abſolutus eſt, propter uetuſtiſſimam nobilitatem, ſcilicet maiorum ſuorum, & propter recentem memoriam patris.

OLIVERIVS.

Cotta à Scipiõe Naſica accuſatus

SEd quemadmodum. ⸿ Ampliſſimorum uirorum, ut Fabii, & Scauri ſuperius commemorati. ⸿ Non ſane multum potuit. Narrat Valer. quomodo accuſatorum amplitudo peccantium cauſis aliquando profuerint. Cum enim uideret Popu. Roma. multos in dies accuſatores inſurgere potentia ſua fretos, non eſt paſſus imbecilliores à maioribus opprimi. ⸿ Lu. Scipio. Cottam accuſauit. hunc Cottam Gracchanæ ſeditionis fautorem intelligimus, cui Scipio acerrime reſtitit, ut apud Plutarc. in T. & C. Gracchorum uita manifeſtiſſime patet. Nam Aurelius Cotta aliquot poſt ãnos prætor, iudicia ad equites Romanos tranſtulit. hunc igitur Cottam, cum Lu. Scipio infamatum in iudicium pertraxiſſet, & multis grauiſſimis criminibus afflictum eò perduxiſſet, ut damnaretur, octauo iudicio illum populus liberauit, ne eius damnatio accuſatoris amplitudini donata exiſtimaretur. ⸿ Confoſſa. afflicta, conuicta. translatio à gladiatoribus ſumpta, qui ſibi inuicem uulnera inferunt. ⸿ Ampliata. inter comperendinationem, & ampliatam cauſam hoc intereſt. Comperendinatio eſt cum altera tantum partium petit, ut in alium diem iudicium differatur, eò quòd dicat iudices cauſam non probe tenere. Ampliata uero cauſa eſt, cum cauſa intellecta, ſi iuſta eſt, reus cõfeſtim abſoluitur, ſi mala eſt, nõ ſtatim damnatur, ſed in aliud tempus defertur, & in tabulis, ſi ſcriptum erat A. Abſolutionem factam eſſe ſignificabatur. Si uero D. damnatum reum eſſe intelligebant. ſed ſi differebatur, i tabulis imprimebantur N. & L. id autem ſignificat nõ liquere. ⸿ Triumphos. & Trophæa. triumphus plenæ uictoriæ decernebatur, utpote debellatis hoſtibus, Trophæum uero ſemiplenæ, ut fuſis, atque fugatis.

ASCENSIVS.

SEd quemadmodum (paraſceue eſt ad aliud membrum eiuſdem tituli) ſplendor ampliſſimorum uirorum ualuit plurimum in protegendis reis, ita non ſane multũ, ideſt parum potuit in opprimendis, ſcilicet reis, quinetiam, ideſt inſuper profuit noxiis, ideſt ſontibus euidenter, dum impugnauit eos acrius, ideſt ardentius quã deceret. Lu. Scipio. Aemilianus accuſauit Cottam apud populum, cuius, ſcilicet Cottæ cauſa quamuis erat confoſſa, ideſt afflicta grauiſſimis criminibus, ampliata ſepties, ideſt dilata in aliud tempus ad damnationem eius magis opportunum, abſolutum eſt ad ultimum iudicio octauo, ideſt poſt ſeptem ampliationes, quibus tacite damnata fuerat, quia homines uerebantur, ne damnatio eius, ſcilicet Cottæ, exiſtimaretur donata præcipue amplitudini accuſatoris, ſcilicet Lucii Scipio. hoc eſt, ne diceretur, quòd eum potius damnaſſet ob gratiã accuſatoris quàm ob crimen damnati. Quos, ſcilicet homines ego crediderim, ideſt facile putauerim locutos ſupple fuiſſe ſecum hæc. Nolumus petentem caput alterius deferre ſecum in iudicium triumphos, & trophæa, & ſpolia, & roſtra, ideſt ferramenta acuta è proris nauium deuictarum. & is, ideſt talis ſit terribilis aduerſus hoſtes. uero pro ſed ne inſequatur, ideſt nolumus, ut inſequatur ſalutem ciuis, ſcilicet Rom. ſubnixus, ideſt ſuffultus tanto ſplẽdore gloriæ, ſcilicet ſuæ. Locutos, inquit ſic crediderim eos tã uehementes iudices, aduerſus excellentiſſimum accuſatorem, quàm, ideſt quantum mites reo, ideſt in reum fortunæ longe inferioris.

¶ De Callidio Bononienſi.

CAllidius Bononienſis in cubiculo mariti nocte deprehenſus: cum ob id cauſam adulterii diceret: inter maximos, & grauiſſimos infamiæ fluctus, emerſit tanquam fragmentum naufragii. leue admodum gerus defenſionis amplexus. affirmauit enim ſe ob amorē pueri ſui eò eſſe perductum. Suſpect⁹ erat locus: ſuſpectum tempus: ſuſpecta matrisfamilia: perſona: ſuſpecta etiam adoleſcentia ipſius: Sed crimen libidinis, confeſſio intemperantiæ liberauit.

¶ De Cœliis fratribus, & filiis Titi Cœlii.

REmiſſioris hæc, illud aliquanto grauioris materiæ exemplum: Cum paricidii cauſam duo frates Cœlii dicerent, ſplēdido Terracinæ loco nati: quorum pater Titus Cœlius in cubiculo quieſcens filiis altero cubantibus lecto, erat interemptus: neque aut ſeruus quiſquam, aut liber inueniretur: ad quem ſuſpitio cædis pertineret: hoc vno nomine abſoluti ſunt: quia iudicibus planum factum eſt illos aperto oſtio inuentos eſſe dormientes. ſomnus innoxiæ ſecuritatis certiſſimus index miſeris opem tulit. Iudicatum eſt enim rerum naturam non recipere, vt occiſo patre, ſupra vulnera, & cruorem ei⁹, quietem capere potuerint.

¶ De Lucio Scipione.

PErcurremus nunc eos: quibus in cauſæ dictione magis quæ extra quæſtionem erāt: nocuerunt: quàm ſua innocētia opem tulit. Lu. Scipio poſt ſpecioſiſſimum triumphum de rege Antiocho ductum parinde, ac ſi pecuniā ab eo accepiſſet, damnatus eſt. nō puto quòd pretio corruptus fuerat: vt illum totius Aſiæ dominum, & iam Europæ victrices manus inīciētem, vltra Taurum montem ſummoueret: ſed alioqui vir ſynceriſſimæ vitæ, & ab hac ſuſpitione procul remotus, inuidiæ, quæ tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat, reſiſtere non potuit.

OLIVERIVS.

CAllidius Bononienſis. hic eſt Callidius ille, qui calliditate ſua grauiſſimum iudicium effugit. Cum enim manifeſti, propemodum adulterii accuſatus eſſet, hoc leui adminiculo aduerſus ualidiſſima accuſatoris argumenta ſuſtentatus iudicium ſubterfugit. q̄ affirmaret ſe impatientia libidinis pueri ſerui cuiuſdam illic dormientis, in mariti cubiculū eſſe pertractum. ¶ Mariti. quem honoris gratia non noīat. ¶ Cauſam adulterii. neq; etiam negare poterat, utpote qui deprehenſus fuerat. ¶ Leue fragmentum. Ita euaſit, uel emerſit, quemadmodum nōnunquam naufragus euadit paruo nauis fragmēto, hoc eſt tabula. ¶ Suſpectus locus. mariti cubiculum. ¶ Tēpus. nocturnum. ¶ Matrisfamilias. quæ non ſatis pudica foret. ex quo deprehendi poterat, eū adulterii cauſa iuiſſe. ¶ Adoleſcentia. quæ procliuior in libidinem eſſe conſueuit. ¶ Cōfeſſio intemperantiæ. quia confeſſus eſſet propter puerum ſeruum iuiſſe. nam ſi propter ingenuū iuiſſet, damnatus eſſet.

ASCENSIVS.

CAllidius Bononienſis. deprehenſus nocte in cubiculo mariti, ſcilicet cuiuſdam matronæ, cum diceret ob id, idest ob eam ſuſpitiōem cauſam adulterii, idest purgaret ſe de adulterio, emerſit, idest euaſit incolumis, inter maximos & grauiſſimos fluctus infamiæ, amplexus leue admodum genus defenſionis tanquam fragmentum naufragii, idest nauis fractæ, ad quam alludit author. enim pro quia (interrogatus, ſcilicet quid in cubiculo alieno quæreret) affirmauit ſe eſſe perductum eò ob amorem pueri, idest puſionis, qui in cubiculo illi⁹ dormitabat. quaſi uero honeſtior eſſet turpitudinis nefandæ quàm adulteri culpa. certe illius temporibus, quia minor fiebat ciuibus iniuria, leuior eſt iudicata, cum tamē grauior ſuerit, quando quidem naturalem ſubuerterit ordinem. (Sunt qui habeant pueri ſui. quod ſi eſt, dicemus puerum adulteri in idē cubiculum callide immiſſum, ut ſi depræhenſus forte fuerit, eò excuſationis confugeret. Non enim reciprocatio patitur, ut intelligamus ſui, ſcilicet mariti.) Locus erat ſuſpectus, quia cubiculum uiri tempus erat ſuſpectum, quia nocturnum. perſona matrisfamiliæ, quæ ſola ſolum admiſerat ī cubiculum, & quæ forte leuibus erat moribus. & adoleſcentia ipſius, ſcilicet uiri, aut forte mulieris erat ſuſpecta. ſed confeſſio intemperantiæ .i. ardentioris amoris in puerum, liberauit crimen libidinis, ſcilicet adulterinæ.

OLIVERIVS.

CVm paricidii cauſam. An hic fuerit Cœlius ille Ruffus, ad quem M. Cice. ex Cicilia ſcripſit, non affirmauerim. quum igitur T. Cœlius cælii terracinenſis filius, noctu in cubiculo uulneribus confoſſus inuētus fuiſſet. in altero cubili eiuſdem cubiculi cubantibus filiis, neq; quiſpiam alius in ſuſpitionem cædis ueniret, illi una tantum cauſa abſoluti fuerunt, quòd aperto oſtio dormientes inuenti ſunt. neque enim Terracina oppidum uериſimile fiebat, ſi patrem necaſſent, oculos filiorum potuiſſe in ſomnum reſolui. ¶ Quorum pater. quia ut diximus, de nomine patris, filii apud maiores denominabantur. ¶ Terracinæ. oppidum eſt in uolſcis, quod olim Trachina dicebatur, poſtea Anxur dictum, quòd ibi Iupiter coleretur imberbis. ¶ Altero cubiculo. proximo lecto patris. nam cubiculum continet cubile. In eodem enim cubiculo duo erant lecti, in altero pater, in altero filii cubabant. ¶ Vno nomine, hac una cauſa quia cubiculum eorum inuentū eſt ipſis dormientibus apertum, non enim exiſtimabant adoleſcentes in tanto diſcrimine potuiſſe ſecuram quietem capere. ¶ Planum factum eſt. alia enim ratione iuuenes cædis abſolui non poterant. ¶ Somnus innoxiæ. Somnus inquit effecit, ut innoxii iudicarent, quod haud quāquam natura paſſa fuiſſet, filios ſomnū capere potuiſſe poſt uulnera patris.

ASCENSIVS.

HAec ſcilicet iā dicta, ſūt materiæ remiſſioris, idest leuioris, & facilioris, quaſi ſi Diis placet, non grauiſſima ſint id gen⁹ flagitia, illud ſcilicet quod ſequitur exemplū eſt, ſupple materiæ grauioris aliquanto. Cum duo fratres Cœlii ſcilicet nomine, nati Terracinæ loco ſplendido, dicerēt cauſam paricidii, idest defenderent ſe ab accuſatione paricidii. (Nā dicere cauſam, eſt ſe defendere. dicere ſententiam eſt iudicare) quorum pater Titus Cœlius interemptus erat quieſcens in cubiculo, filiis ſupple eius cubantibus in altero lecto, ſcilicet eiuſdem cubiculi, Neque aut ſeruus quiſquam, aut liber inueniretur, ad quem ſuſpitio cædis pertineret, abſoluti ſunt hoc uno, idest ſolo nomine, idest hac ſola ratione, quia planum factum eſt iudicibus, inuentos eē dormientes oſtio aperto. Somnus certiſſimus index ſecuritatis innoxiæ (quia tanti criminis conſcii non poſſunt ſecure dormire) tulit miſeris opem, ſcilicet defenſionis. Iudicatum eſt enim naturam rerum non recipere, idest non pati, ut patre uceciſo, potuerint capere quietem ſupra, idest poſt (aut ſuper) uulnera, & cruorem, ſcilicet patris. Hoc autem dicto tranſiens ad aliud membrum per paraſceuem dicit.

OLIVERIVS.

PErcurremus &c. Tranſit ad eos qui, uel inuidia accuſatorum, uel iniquitate iudicum damnationem euitare nō potuerunt, nec ſua iſtorum innocentia ſibi opem tulit. ¶ Lutius Scipio. Is frater Africani fuit, qui ad Sipilum montem legato fratre, Antiochum regem ſyriæ uicit, & regni parte priuauit, unde Aſiaticus dictus eſt. poſt reus pecuniæ interceptæ, ne in carcerem duceretur, Gracchus pater Tribu. plebis prohibuit auctor eſt Plini. orator. ¶ Lucius Scipio. Qui Aſiaticus dictus eſt. ¶ Et iam Europæ. Antiochus non contentus Aſia, Europam quoque inuadere properabat. ¶ Vltra montem Taurum. hoc idem libro quarto dicit, capitulo primo exemplo ultimo. Antiochus inquit à Lucio Scipione ultra Taurum montem imperii finibus ſummotus, cum Aſiam prouinciā, uicinaſq; ei gentes amiſiſſet, gratias agere Po. Roma non diſſimulanter tulit. ¶ Inclytis cognominibus. Nam alter Africanus, alter Aſiaticus dictus eſt.

L. Scipi. Aſiaticus damnatus

¶ De Publio Furio.

AC Scipioni quidem maximꝰ fortunæ fulgor. Cn. autem Deciano ſpectatæ integritatis viro vox ſua exitium attulit. Nā cum P. Furium inquinatiſſimæ vitæ pro roſtris accuſaret, quia quadam ī parte actionis de morte Lucii Saturnini queri auſus fuerat, nec reum dānauit, & īſuper ei pœnas addictas pepēdit.

¶ De Titio Sexto.

SExtum quoq; Titium ſimilis caſus proſtrauit. erat innocēs, agraria lege lata gratioſus apud populum, tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragiis eum tota concio oppreſſit.

¶ De Claudia.

ADiciatur his Claudia, quam inſontē crimine, quo accuſabatur, votum impium ſubuertit. quia cum à ludis domum rediens turba elideretur, optauerat, ut frater ſuꝰ maritimarum virium noſtrarum præcipua iactura reuiuiſceret, ſæpiuſq; conſul factus infelici ductu nimis magnā vrbis frequētiā minueret.

¶ De M. Militio Cn. Lolio, & Lucio Sextilio.

POſſumus & ad illos breui diuerticulo trāſgredi, quos leues ob cauſas damnationis incurſus abripuit M. Militius, Cn. Lolius L. Sextilius triumuiri, quod ad incendium in ſacra via ortum extinguendum tardius venerant à Trib. pleb. die dicta ad populum damnati ſunt.

ASCENSIVS.

PErcurremus nūc eos, quibus in dictione cauſæ, ideſt in defenſione ſua, ea quæ erant extra quæſtionem, ideſt de quibus, non fiebat quæſtio. nocuerunt magis quam innocentia ſua tulit opem, ideſt opitulata eſt. Lucius Scip. damnatus eſt poſt ſpecioſiſſimum triūphum ductum de rege Antiocho, perinde, ac ſi accepiſſet pecuniam ab eo, ſcilicet Antiocho. Non puto ꝙ pretio corruptus fuerat, ut ſubmoueret illū, ſcilicet Antiochū dominum totius Aſiæ, & iniicientem iam.i. paulo ante etiam Europæ manus uictrices, ſubmoueret dico, ideſt depelleret ultra Taurū montem, ſed uir uitæ ſynceriſſimæ, ideſt itegerrimæ, alioqui, ideſt alio quouis modo & remotus procul ab hac ſuſpitione, non potuit reſiſtere inuidiæ. quæ habitabat tunc in inclytis cognominibus duorum fratrum, ſcilicet Scipionum.

OLIVERIVS.

AC Scipioni quidem. Scipio non commiſſa culpa, ſed flagrante inuidia damnatus, Cn. uero Decianus nulla inuidia ſed errore linguæ factus eſt noxius. ¶ Publiū Furium, Hic ſine dubio eſt, quem legimꝰ furoris Catilinæ ſociū. Nam Cicero conuocato ſenatu de his primum, qui in cuſtodiis traditi eſſent. Item de Lucio Caſſio. P. Vmbreno. P. Furio Qu. An. quod legati nominauerant, Rettulit quid de his, ſi deprehēſi forent, fieri placeret. Morte Lucii Saturnini ſeditioſiſſimi uiri qui Gracchanas leges aſſerere non deſtitit, fauente Mario, qui poſtmodum mutata ſententia illum ex authoritate ſenatus, qui conſpirauerat in eū tandem oppreſſit. ¶ Pœnas. non modo fecit, ut non dānaretur reus, quē accuſauerat, ſed inſuper ipſe damnatus eſt.

Saturni ninomē inuiſum

ASCENSIVS.

AC maximus fulgor fortunæ attulit quidem Scipi.ſ. Lucio exitium, ideſt damnationem, autem pro ſed, Cn. Deciano uiro ſpectatæ integritatis, uox ſua.i. propria, attulit exitium .i. etiam damnationem. Nam cū accuſaret pro roſtris.i. ante roſtra, hoc eſt in conſpectu populi, Publiū Furium ſup. hominem uitæ inquinatiſſimæ, quia auſus fuerat queri.i. conqueri de morte L. Saturnini uiri ſediciosiſſimi, & gracchos imitati à Mario autem interfecti, in quadam parte actionis.ſ. contra Furium, nec damnauit.i. non perduxit ad condēnationem uſq; reum, & inſuper pependit.i. perſoluit pœnas adiectas, aut additas, aut addictas ei.ſ. reo, quaſi inique accuſato.

OLIVERIVS.

SExtum quoq;. Titius quoq; Saturninus exitii cauſa fuit, non ꝙ eum nominaſſet, ut Decianus, ſed ꝙ in eiuſdem domo imago Saturnini eſſet inuenta.

ASCENSIVS.

SExtum quoq; Titium & cætera. Similis quoq; caſus proſtrauit Sextum Titium, qui ſupple Titius erat innocens, & erat gratioſus apud populum Agraria lege lata. tamen quia habuerat domi imaginem Saturnini hominis plebi inuiſi, & ob ſeditionem occiſi, tota concio oppreſſit, ideſt damnauit eum ſuffragiis, ideſt ſententia lata ex pluralitate uocū, quæ plures longe erant in eius condemnationem quàm in abſolutionem.

OLIVERIVS.

ADiciatur hic Claudia, Hannibale Italiam uaſtante ex reſponſo librorum ſibyllinorum mater Deum à Peſſinunte accerſita, cum aduerſo Tyberi ueheretur, repente nauis in alto ſtetit, cum moueri nullis uiribus poſſet, & libris cognitum, caſtiſſimæ demum fœminæ manu moueri poſſe. Tum Claudia uirgo ueſtalis falſo crimine inceſti ſuſpecta deam, orauit, ut ſi ſe pudicam ſciret ſequeretur, zonaq; impoſita nauem mouit, ſimulachrum matris Deum aduexit. Sueto. de duodecim Cæſaribus ait, extant & fœminarum exempla diuerſa, & ſiquidem eiuſdem familiæ Claudia fuit, quæ nauem cum ſacris matris Deum idææ adhærentem Tyberino uado extraxit, precata propalam, ut ita demum ſe proſequeretur, ſi ſibi pudicitia cōſtaret. & quæ nouo more iudicium maieſtatis apud populum mulier ſubit, ꝙ in cōferta multitudine ægre procedente carpento palam optauerat, ut frater ſuus Pulcher reuiuiſceret, atq; iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Sunt & alii auctores huius hiſtoriæ. Liui. matronæ priores ciuitatis, inter quas unius Claudiæ inſigne nomen eſt Deam accepiſſe. Cui dubia, ut traditur, antea fama clarior eſt ad poſteros, iam religio miniſterio pudicitiam fecit. & Ouid. lib. faſt. iiii. Supplicis alma tuæ genetrix fœcunda deorum, Accipe ſub certa cōditione preces. Caſta negor, ſi tu damnas meruiſſe fatebor, Morte luam pœnas iudice uicta Dea. Sed ſi crimen abeſt, noſtræ tu pignora uitæ Reddes, & caſtas caſta ſequetur manus. Dixit & exiguo funē conamine traxit, Mira ſed & ſcæna teſtificata loquar. Mota Dea eſt, ſequiturq; ducē, laudatq; ſequendo, Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus. Item Paulo inferius dicit, Claudia præcedit læto celeberrima uultu, Credita uix tandem teſte pudica Dea. ¶ Claudia. uirgo ueſtalis, cuius ſtatua in tēplo matris Deum repoſita bis incendio æde conſumpta, remanſit integra, & inuiolata, ut in ca. de miraculis diximus. ¶ Crimine. inceſti. ¶ Elideret. excuteret, offenderet. ¶ Infœlici du. Aduerſa fortūa.

ASCENSIVS.

ADiciatur his Claudia, ſcilicet uirgo ueſtalis, quam inſontem crimine, ſcilicet inceſti, quo accuſabatur (purgata autem fuit per attractionem matris Deum ut Oliuer. late docet) uotum, ideſt deſyderium impium (uidelicet de imminuendo Popu. Roma. per cladem, ut facilius per mediū tranſiret) ſubuertit, ideſt damnandam curauit. quia cum ipſa rediens domum à ludis, eliderctur, ideſt preſſa læderetur, turba .i. multitudine populari, optauerat, ut frater ſuus, ſcilicet Cla. pulcher, appoſitiorie præcipua iactura, hoc eſt per quem facta eſt præcipuæ iactura uirium noſtrarū, ideſt Romanarum maritimarum, ideſt in mari uerſantium (quia enim contra omina mare ingreſſus eſt, claſſem amiſit) reuiuiſceret, & factus conſul ſæpius minueret, infelici ductu nimis magnā frequentiā urbis.

OLIVERIVS.

POſſumus ad illos. non erit inquit abſurdum, de his quoque dicere, qui leui crimine damnati ſunt, ut triumuiri, quos nominat, qui nullam aliam ob cauſam damnati ſunt, niſi ꝙ tardius ad extinguendum ortū incendiū ueniſſent, populus eorū ſocordiā mulctandam eſſe cenſuit. Pari rōne alter triūuir, ꝙ urbis uigilias negligentius ſeruaſſet dānatus eſt.

ASCENSIVS.

POſſumus tranſgredi breui diuerticulo, & .i. etiā ad illos, quos incurſus.i. impetus dānationis abripuit, ob leues cās dānationis (his aūt uerbis tranſit ad alterā ſpēm iudiciorū) M. Militius Cn. Lolius. L. Sextilius triumuiri damnati ſunt die dicta illis ad populum à tri. ple. ꝙ.i. quia, uenerat tardius, ideſt nimis tarde, aut tardius ꝗ decebat, ad extinguendum incendium ortum in uia ſacra, quæ in urbe erat.

ue domito.ſ.ad agriculturā, occiſo.ſ.iuſſu eius, & . afflictus eſt.i. affectus dānatione eo noīe .i.ea rōne, qōne.i.in q̄ſtione publica.innocens.ſ.inueniendus, aut futurus, niſi natus eſſet ſæculo tam priſco, & ita tā ſeuero, q̄a tpe, quo Vale.hæc ſcripſerat, nō erat flagitioſum rebus ſuis abuti, cū tamen interſit reipub.ut unuſquiſq; rebus ſuis bene utatur, neq; forſan amoribus puerorum indulgere, quo nihil turpius, aut peruerſius, ſi modo turpes ſint.

¶ De Publio Bilio Triumuiro.

ITem Pub. Bilius triumuir nocturnus à Pu. Aquilio Tribu.Pleb. accuſatus, populi iudicio concidit: quia vigilias negligentius circumierat.

¶ De M. Aemilio Porcina.

ADmodum ſeueræ notæ & illud populi iudicium. cum M. Aemilium Porcinam à L. Caſſio accuſatum crimine nimis ſublime extructæ uillæ in Allienſi agro, graui multa affecit.

¶ De Quodam.

NOn ſupprimēda illius quoq; damnatio, q puerulı ſui nimio amore corruptus: rogatus ab eo ruri, ut omaſum in cœnam fieri iuberet: cum bubulæ carnis in propinquo emendæ nulla facultas eſſet: domito boue occiſo, deſyderium eius expleuit: eoq; nomine publica quæſtione afflictus eſt, innocens niſi tam priſco ſæculo natus eſſet.

¶ De quadam muliere, quæ matrem interfecit.

ATq; ut eos quoq; referamus, qui i diſcrimen capitis adducti, neq; damnati, neq; abſoluti ſunt: apud M. Popilium Lemnatem prætorem, quædam, ꝙ matrem percuſſam fuſte interemerat: cauſam dixit. de qua neutram in partem latæ ſententiæ ſunt: quia abūde conſtabat eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam: quos auia filiæ infenſa ſuſtulerat, paricidium Vltam paricidio eſſe: quorū alterum Vltione, alterum abſolutione nō dignum iudicatum eſt

¶ De Quadam muliere, quæ uirum. & filium interemit.

EAdem hæſitatione Publii quoq; Dolobellæ proconſulari imperio Aſiam obtinentis animus fluctuatus eſt. materfamilias Smyrnæa virum, & filium interemit: cum ab iis optimæ idolis iuuenem, quem ex priore ui

OLIVERIVS.

ITem P. Bilius Triumuir, nocturnus, hic magiſtratus hodie ſeruatur etiam Venetiis. Nam apud Romanos triumuiri nocturni inſtituti ſunt, qui coercendis incendiis præeſſent.

ASCENSIVS.

ITem P. Bilius triumuir nocturnus.i.ad hoc creatus, ut curreret cum collegis, ne incendia fierent nocte. aut ut facta q̄ociſſime extinguantur. concidit.ſ.damnatus iudicio populi, quia circumiuerat uigilias negligentius.ſ.q̄ par erat, aut ualde aut nimis negligenter, hoc eſt non ſatis diligenter circumeundo urbes uiſitauerat uigilias.

OLIVERIVS.

ADmodum. hoc ſine dubio iudicium ſeuerum nimium, & aſperū fuit, & p̄ter omnem opinionem factum ꝙ M. Aemilius damnaretur q̄a uillam altā extruxiſſet in aruis. ¶ Seueræ notæ. Rigidæ damnationis. ¶ Extructæ uillæ, Hic manifeſtiſſime patet, uillam eē domum, quæ ædificatur in agris. in urbe uero domum appellari. uel ædes.

ASCENSIVS.

ADmodū, &c. Et.i.etiam illud iudiciū populi.ſ. Romani ſup.fuit, notæ ſeueræ .i. damnationis rigidæ, admodum i.ualde cum affecit graui multa.i.pœna M. Aemiliū Porcinam accuſatum à Lu. Caſ.crimine uillæ i. domus ruſticæ extructæ nimis ſublime.i. alte in agro Allienſi, ſic à proximo oppido dicto.

THEOPHILVS.

ALlienſi. uetuſti codices habent allienſi.

OLIVERIVS.

NOn ſupprimenda . non fuit hoc leue crimen ut Valerio fortaſſe uidetur. nā proxime ad amentiam, accedit, domitum bouem occidere pueri explendæ libidinis gr̄a. id fortaſſe cuiuſpiam ſacrificii gr̄a nō feciſſet, dignus profecto dānatione, quam ſenſit, ¶ Rure, ut omaſum in cœna. & ruri dicimus & rure . ¶ Omaſum. pīgue

Omaſū bubul° Bouem occidiſſe frau di fuit. bouis inteſtinū. ¶ Bubulæ. à boue dicimus bubulus non bouinus. ¶ Publica quæſtione. publica inquiſitiōe & iudicio. ¶ Innocēs niſi tam priſco ſæculo. inſons iudicatus fuiſſet ob id factum, niſi priſcis tēporibus natus eſſet, q̄bus parſimoniæ, & frugalitati honos habebatur,

ASCENSIVS.

NOn &c. Dānatio quoq; illius (non nominat in re turpi & abiecta authorem, q̄d humane, & antiquo more facit. Sicut & euangelium diuitem epulonē nō nominat nec iuuenē, q dimiſſa ſyndone aufugit, Nec mulierē peccatricē, nec alios multos) q corruptus nimio amorē pueruli.i. delicati pueri ſui, forte quo abutebatur, rogatus ab eo ruri.i.cum eſſet in agro (Bene aūt ruri dicit, quia pro aduerbio in loco à tertia declinatione utimur uoce ini) ut iuberet omaſum.i. ferculum ex inteſtinis bubulis fieri in cœnam.i.ad uſum cœnæ, cū nulla facultas carnis bubulæ.i. bouis emendæ.i. quæ emi poſſent in propinquo eſſet, expleuit deſyderiū eius.ſ. pueruli ſui, bo

OLIVERIVS.

ATque ut eos. de cauſis, q̄ poſſent in iuridiciali cōſtitutione poni, q̄uis in neutram partē iudicatæ ſunt n. inabſumptiua, q̄ cōſtat ex trāſlatione criminis, cū feciſſe nos nō negamus, ſed aliorum peccatis coactos feciſſe dicimus. ut apud Pōpiliū Lemnatem filia q̄ fuſte matrem occiderat, & apud Dolobellā q̄dam materfamilias, q̄ uirū, & filiū interemerat, nam utræq; defendi poſſe uidebantur, ꝙ iure feciſſent trāſferendo culpā in alios, illa i matrē, hæc in maritū, atq; filiū .qō.n. eſſet aduerſus filiam occidiſſe matrē occidi, ſed iure, nā illa liberos meos ueneno necauerat, orbitatis ergo dolore id facere ſum coacta p̄ri rōne dicendum ē de matrefamilias, cuius filiū ex priore marito ſuſceptum, uir alter occiderat. ¶ Quædam ꝙ matrē. nomē pp̄ ignobilitatem nō ponit ¶ In neutrā ptē nec in dānationē, nec in abſolutionem. ¶ Veneno necato. Mr̄ infenſa filiæ liberos eius ueneno ſuſtulerat, quo dolore percita matrem iteremit. ¶ Infenſa irata, quaſi pluſq̄ inimica. ¶ Suſtulerat, occiderat. ¶ Quorū alterū ulti. p̄tor exiſtimauit matrē fuiſſe morte dignā q̄ nepotes ueneno necaſſet, ſed idignā q̄ à filia necaret alterū igit̄ p̄cidiū ultiōe dignū alterū abſolutione uidebatur. & pp̄ea utrunq; indiſcuſſū reliqt, ut nec dānarit filiā, nec abſolueret. Gel. li. xx. ad Cn. Dolobellā proconſulari imperio p̄unciā Aſiā obtinentem, deducta mulier Smyrnæa eſt.

ASCEN.

ATq; ut referamus quoq; eos q adducti i diſcrimine.i. periculo capitis neq; dānati, neq; abſoluti ſunt. Quædā.ſ. mulier dixit cāu.i. defendit ſe, apud M Popl. lemnatē p̄torē, ꝙ interemerat mr̄em percuſſam fuſte.i. bacculo forti, & lōgo, de qua.ſ. muliere, ſniæ ininneutrā partē.i. neq; abſolutionis, neq; dānationis latæ ſunt, q̄a cōſtabat.i. manifeſtum erat abūde eandē.ſ. mulierē, q̄ matrē occiderat, cōmotā dolore liberorū necatorū ueneno, quos auia.ſ. liberorū, & mr̄ eius, q̄ eā interfecerat ſuſtulerat.i. de medio uiuentiū abſtulerat, infenſa.i. multū irata filiæ, ultā eē paricidiū paricidio.ſ. filiorū hic manifeſte patet paricidiū de oī neceſſariorū cæde dici, ut hoc loco de cæde nepotū & mr̄is, quorū.ſ. paricidiorū, alterū.ſ. cōmiſſum ab auia i nepotes iudicatū eſt.ſ. à p̄tore, dignū ultione, q̄a auia meruerat occidi, ſed nō à filia. & alterū.ſ. cōmiſſum à filia in matrē iudicatū eſt nō dignū abſolutione, q̄ alicet filia, iuſtiſſimam habuerat cāuſ irarū, nō tñ iudicari debuit matrē fuſte īteremiſſe, Eū ſi pp̄ paricidiū matris nō eſt dānata, & pp̄ paricidiū ſuū non eſt abſoluta.

OLIVERIVS.

EAdem &cæ. mulier uirū, & filiū eodē tempore uenenis

eam datis irata interfecerat, atq; feciſſe ſe confitebatur, dicebat q; habuiſſe ſe faciẽdi cauſam, quoniam idem maritus, & filius alterum filium mulieris ex uiro priore genitum adoleſcentem optimum, & innocentiſſimum exceptum inſidiis occidiſſent. Id q; ita eſſe factum controuerſia non erat. Dolobella retulit ad conſilium, nemo quiſquam ex conſilio ſententiam ferre in cauſa tam ancipiti audebat, q; & cõfeſſum ueneficium, & quòd maritus & filius necati forent, Non dimittendum impunitum uidebatur, & digna ata tamen pœna in homines ſceleratos uindicatum fuiſſe. Dolobella eam rem athenas ad Areopagi, & ad iudices grauiores, exercitatioreſq; reiecit. Areopagitæ, cognita cauſa accuſatorem mulieris, & ipſam quam accuſabat centeſimo anno adeſſe iuſſerunt. ſic neq; abſolutũ mulieris ueneficium eſt, quod per leges nõ licebat, neq; nocens damnata, punitaq; eſt, quæ digna uenia fuit. ¶ Animus fluctuatus. incertitudine animi detentus. ignorabat enim utrum damnanda an abſoluenda eſſet rea ¶ Smyrnæa à loco. nã Smyrna urbs minoris Aſiæ quã Fluuius meles circunfluit, Homeri patria, ſecundum quoſdã. ¶ Ad Areopagi. Ariopagus uicus erat Athenis à templo martis ſic cognominatus, uel q; ibi habitum eſſet iudicium Martis parricidio accuſati. Nam ibi primũ iudicium capitis actum fuiſſe dixit Plinius, & inde Ariopagitæ dicebantur, qui Athenis in templo Martis iudicabant, quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur. ¶ Ille transferendo. Idẽ affectus mouit utroſq;. Et quãuis alia ratione Dolobella cauſam tranſtulerit, alia Ariopagitæ diſtulerint, tamen eundẽ exitum habuit controuerſia.

Ariopagus ariopagitæ

ASCENSIVS.

EAdem. animus quoq; publii Dolobellæ obtinẽtis, Aſiam proconſulari, hoc eſt æquiualenti conſulari, ſed in prouincia tantum fluctuatus. i. agitatus eſt, eadem. i. conſimili hæſitatione, quam Popilius, q̃a eam neſciebat damnare ne an abſoluere deberet, matremfamilias ſmyrnæa, ideſt habitatrix ſmyrnæ oppidi in Aſia, & patriæ, ut multi uolunt Homeri interemit uirum, ideſt maritum, & filium, cum comperiſſet iuuenem optimæ indolis, quem enixa fuerat ex priore uiro occiſũ ab iis, ſcilicet marito & filio. Quam rem Dolobella delatam ad ſe, ideſt cum eſſet delata ad ſe, relegauit Athenas ad cognitionem Areopagi, ideſt iudicum in Areopago, ubi ſummi ſedebant uiri, quia ipſe, neq; ſuſtinebat, ideſt ualebat animo refragante, liberare, ſupple eam contaminatam duabus cædibus, neq; punire eam impulſam iuſto dolore. Magiſtratus, uidelicet proconſul populi Romani egit ſupple conſideranter, ideſt prudenter, & manſuete, ſed Areopagitæ, ideſt iudices in Areopago, ſupple egerunt non minus ſapienter, qui inſpecta cauſa, iuſſerunt, & accuſatorem, & ream, ideſt accuſatum reuerti ad ſe poſt centum annos. moti eodem affectu, quo Dolobella. ſedille, ſcilicet, Dolobella transferendo quæſtionem ad alterius fori cognitionem, hi, ſcilicet Areopagitæ differendum, ſcilicet in cetum annos. quo tempore ne utram partẽ futurã nouerunt, mutabant (ſic in omnibus exemplaribus legi) ſed legendum putem mutuabant, ideſt quaſi mutuo accipiebant, & uſurpabant cunctationem, ideſt moram & dilationem damnandi, atq; abſoluendi inexplicabilem, hoc eſt, cuius nullus uiuentium uiſurus eſſet finem, nemo enim explicare poteſt quicquam, quod ſecum deſierit eſſe.

ro enixa fuerat: occiſum comperiſſet: quam rem Dolobella ad ſe delatam Athenas ad Areopagi cognitionem relegauit: quia ipſe neq; liberare cædibus duabus, contaminatã, neq; punire eam iuſto dolore impulſam, ſuſtinebat. conſyderanter, & manſuete Populi R. magiſtratus. ſed Areopagitæ quoq; non minus ſapienter. qui inſpecta cauſa & accuſatorem, & ream poſt centum annos ad ſe reuerti iuſſerunt. eodem affectu moti quo Dolobella. ſed ille transferendo quæſtionem, hi differendo damnandi, atq; abſoluendi, inexplicabilem cunctationem mutabant.

¶ De Priuatis iudiciis. Cap. II.

PVblicis iudiciis adiiciam, quorum magis æquitas quæſtionum delectare, quàm immoderata turba lectorem offendere poterit. Claudius centũmalus ab auguribus iuſſus altitudinem domus ſuæ, quam in Cœlio monte habebat: ſũmittere: quia his ex arte augurĩ capientibus officiebat: uendidit eam Calpurnio Lanario: nec indicauit, quod imperatum à collegio augurum erat. à quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonem inclyti Catonis patrem arbitrum eum Claudio adduxit, ut formulam daret quid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona. Cato ut eſt doctus, de induſtria Claudium edictũ ſacerdotum ſuppreſſiſſe: continuo illum Calpurnio damnauit, ſumma quidem cum ęquitate: quia bonæ fidei uenditorem, nec commodorum ſpem augere nec incõmodorum cognitionem obſcurare oportet. Notum ſuis temporibus iudicium commemoraui: ſed nec quod relaturus quidem ſum, obliteratum eſt ſilentio.

OLIVERIVS.

PVblicis iudiciis adiiciam. ¶ Claudius centũmalus. Cic. lib. offic. iii. cum in arce augures capturi eſſent augurium, iuſſiſſentq; Centũmalum qui ædes in cœlio monte habebat, demoliri eas quarum altitudo officeret auſpiciis, Claudius proſcripſit eas, inſulam uendidit, emit Pu. Calpurnius Lanarius. huic ab auguribꝰ illud idẽ denunciatũ. Itaq; Calpurnius cum demolitus eſſet, cognouiſſetq; Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quàm eſſet ab auguribus demoliri iuſſus, arbitrum illum adegit, qui quicquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona. M. Cato ſententiam dixit, huius noſtri Catonis pater. ut enim cæteri ex patribus, ſic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominandus. Is igitur iudex ita pronunciauit, cum in uenundando rem eam ſciſſet, & ſi pronunciaſſet emptori damnũ præſtari oporterere. Igitur ad fidem bonam ſtatuit pertinere, notum eſſe emptori uitium, quod noſſet uenditor. ¶ Claudius centũmalus. cognomẽ eſt ab euentu. ¶ Cœlio mõte. unus erat è ſeptem collibus, quos Roma circundat. ¶ Officiebat. Nocebat. ¶ Augurium. augur enim cum capturus erat auſpicia, in ſaxo tarpeio ſedebat, & ut ſupradiximus, quatuor in aere ſpacia deſignabat, in oriente, quod anticam appellabat, in occidente poſticam, in meridie, dextrã in ſeptentrione uero ſiniſtram. Et cum hæc deſignaſſet, concipiebat aĩo, quæ ſigna mitti uellet, uel uultures, uel aquilas, uel columbas, inde expectabat, nũquid appareret. q; ſi appa ruiſſet exiſtimabat placere diis, ſi minus ñ placere. ¶ M. Cato arbitrũ. Illius ſtoici Cato. & declarat Val. quam ob rẽ patrẽ ex filio intelligi uoluerit, quemadmodum ex claris patribus dignoſcuntur filii, ita ex claris filiis dignoſcuntur p̃res. ¶ Vt formulã daret. formula ꝓprie regula iuris appellatur. ¶ Quicq̃d de ea re facere oporteret ex fide bona uidelicet ex fide bona iudicaret q̃cq̃d oporteret ipſum Clau. de ea re facere, atq; p̃ſtare ipſi Calpur. his uerbis utebantur iuriſconſulti, unde habetur in libris digeſtorum de uerborum ſignificatiõne, quod facere oportere hanc ſignificationem, ut abſtineat quis ab eo facto, quo cõtra contentionem fieret. & Iuſtinianus lib. iiii. inſtitutionum de hoc multa dicit, q̃ nunc prætermitto.

ASCENSIVS.

PVblicis &c. Ego adiiciam iudiciis publicis. i. à publica perſona, aut toto populo datis ſupp iudicia arbitraria, & priuata, hoc eſt ea iudicia, quorum æquitas quæſtionũ. i. ſeruata in quæſtionibus, aut in inquirendo, aut ipſa plenitudo, ſiue non uehementia quæſtionum poterit magis delectare lectorem quam turba. i. turbatio immoderata poteſt offendere. i. lædere & moleſtia afficere lectorem. Et hæc pro præfatione. deinde ſubdens primum exemplum dicit, Claudius centummalus

tummalus (prōfertur autem centummalus) iuſſus ab auguribus ſummittere, ideſt deponere, & humiliare, hoc eſt demoliri altitudinem domus ſuæ, quam habebat in cœlio monte, q̄a ſcilicet altitudo domus eius, officiebat, ideſt nocebat, his. ſ. auguribus, capientibus augurium. i. indicium rerum futurarum ex auium conſpectarum garritu, geſtu, & aduolatu, ex arce. ſ. tarpeia, hoc eſt ex capitolio, uendidit eam. ſ. domum Calpurnio lanario, nec indicauit emptori id, quod imperatum erat à collegio augurum. à quibus Calpurnius coactus demoliri domū, adduxit eū Claudio. ſ. uenditore. M Porcium Catonem patrem Catonis inclyti. i. gloria clari arbitrum. i. ut ex arbitrio litem dirimat, hoc ē, ut daret formulā. i. regulā iuris, q̄a ſciret, quid oporteret, ideſt utile eſſet ſibi. (Notandū uerbo oporteret, datiuum additū) facere de ea re ex fide bona. i. ex mera æq̄tate ſine ulla cauillatione. Cato ut eſt doctus, ideſt poſtq̄ didicit Claudium ſuppreſſiſſe. i. tacuiſſe de induſtria, ideſt ex cōpoſito, & ad fraudem emptoris edictum. i. imperium illud ſacerdotum. ſ. augurum, damnauit illum cōtinuo Calpurnio. i. ad utilitatem Calpurnii, & quidem. i. certe (inquit author) cum ſumma æquitate, quia nec oportet uenditorē bona fide, nec augere ſpem cōmodorū, ideſt. diceret rem meliorem eſſe quam ſit, aut plura cōmoda allaturā q̄ allatura ſit, nec obſcurare. i. occultare, aut celare cognomen incommodorū. Ego (inquit author faciens trāſitum ad ſequens exemplum) commemoraui iudicium notū temporibus ſuis. ideſt quibus datum eſt, ſed nec quidem, ideſt ſi etiam id, quod ſum relaturus, ideſt narraturus eſt obliteratum ideſt deletum è memoria hominum ſilentio, hoc eſt adhuc in memoria hominum uiget.

tur qui mulctaretur, quippe qui dum inconceſſæ libidini indulget, & ſe & hæredes fraudare non dubitauit. ſ Quæſtioni. inquiſitioni. unde & quæſtores, rerum capitalium iudices dicuntur.

¶ De C. Viſellio.

CAius Viſellius Varro graui morbo correptus trecenta millia nūmum ab Octacilia laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat: expenſa ferri ſibi paſſus eſt: eo cōſilio ut ſi deceſſiſſet: ab hæredibus eam ſummam peteret: quam legati genus eſſe noluit. libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. euaſit deinde ex illa tempeſtate aduerſus uota Octaciliæ, quæ offenſa, quòd ſpem prædæ ſuæ morte non maturaſſet: ex amica obſequenti ſubito diſtricta fœneratricem agere cœpit nummos petendo: quos ut fronte inuerecunda, ita, inani ſtipulatione captauerat. de qua re Caius Aquilius uir magnæ authoritatis, & ſcientia iuris ciuilis excellens iudex adductus: adhibitis in conſilium principibus ciuitatis, prudentia, & religione ſua mulierem repulit. Quòd ſi eadem formula & Varro damnari, & aduerſaria abſolui potuiſſet: eius quoq; non dubito quin turpem, & inconceſſum errorem libenter caſtigaturus fuerit. nūc priuatę actionis calumniam ipſe compeſcuit: adulterii crimen publicæ quæſtioni iudicandum reliquit.

¶ De Caio Mario.

MVlto animoſius, & ut militari ſpiritu dignum erat, ſe i conſimili gn̄e iudicii C. Marius geſſit: nam cum Caius Titinius Minturnenſis Fanniam uxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, eo criminerepudiatam, dote ſpoliare conaretur: ſumptus inter eos iudex, in conſpectu habita quæſtione,

ASCENSIVS.

CAius Viſellius Var. correptus graui morbo ita, ut mori timeret. paſſus ē trecenta millia nummum ferri ſibi expenſa. i. afferri, & computari tāq̄ expēſa à ſe hoc ē ſe cōmodato accepiſſe ab Octacilia laterenſis cum qua habuerat commercium libidinis, ideſt ueterem cōſuetudinem rei ueneree, eo cōſilio. ſ. id paſſus eſt, ut ſi deceſſiſſet ipſā peteret eā ſummā ab hæredibus, quam uoluit eſſe genus legati, i deſt cauti in teſtamento, ut illi ſatiſfaciāt hæredes antequam hæreditatem condiuidant colorando liberalitatem libidioſā noīe debiti utmulti cōcubinarii faciūt etiam hodie. Viſellius ſupple euaſit deinde ex illa tempeſtate, ideſt periculo mortis aduerſus., ideſt contra uota Octaciliæ quæ offēſa, ideſt irata, q̄ Viſellius nō maturaſſet, ideſt non acceleraſſet morte. ſ. ſua, ſpem prædæ. i. trecentum millia nummorū, quos occulto quodā furto hæredibus ſurripuiſſet quia non licebat nomine conſuetudinis tm̄ nummorum legare, cœpit agere. i. gerere ſupp. ſe, ſubito fœneratricem diſtrictam. i. acrē & immitem ex amica obſequēti. i. q̄ prius uiſa erat amica morigera, & obſequens, petēs. ſ. in iudicio nummos. ſ. trecenties mille quos captauerat. i. habere affectauerat, ut ideſt ueluti fronte inuerecunda. i. impudente, ita ſtipulatiōe inani, imo uana & fraudolenta, q̄a nihil commodato uiſellio dederat. De qua re C. Aquilius uir magnæ authoritatis, & excellens ſcientia iuris ciuilis, adductus. ſ. ab utriſq; litigantium iudex. ſ. arbitrarius & principibus ciuitatis adhibitis in conſilium. i. conſultationē repulit mulierē tāq̄ iniuſte petentē, & prudēia & religione ſua. i. q̄ religioſe q̄d æquū erat, iudicauit. Quod ſi, & . i. ſimul Varro. ſ. Viſellius potuiſſet damnari, & aduerſaria abſolui eadem formula. i. ratione iudicii, aut p̄nunciatione ſn̄iæ, hoc eſt ſi uiſum fuiſſet æquum. ut mulier famoſa eam pecuniam habuiſſet quam Varro amiſiſſe meruerat, nō dubito (inquit author) q̄n caſtigaturus fuerit quoq;. i. etiam libenter turpem, & inconceſſum errorem eius. ſ. Varronis Viſelli, qui in fraudem hæredū meretriculæ tantum addixerat. nunc. i. quoniam ita fuit, q̄ non potuit utrunq; ſimul damnare, ipſe compeſcuit calumniam priuatæ actionis, qua mœcha agebat nomie debiti, quod nullum erat, & reliquit crimen adulterii iudicandum quæſtioni, i. inquiſitioni publicæ. i. ab inquiſitione publica.

OLIVERIVS.

CAius Viſellius Var. hiſtoria hæc ita à Va. copioſe, & apte narratur, ut nec mea, nec cuiuſq̄ explicatiōe indigeat. ſ Octa. hæc pellex erat Viſel. ſ Cōmerciū. cōſuetudinē. ſ Expēſa ferri. expēſum eſt fateri ſibi ab illo expenſū eē referre uero expēſū, eſt rationes de īpēſis cōficere, uel exhibere, dicimus etiam refero tibi acceptum, pro eo quod eſt fateor me abs te accepiſſe. ſ Legati. teſtamenti. ſ Debiti nomine. Sub uelamento enim hæredes decipiebantur, nam uidetur tranſlatio ſumpta à pictore. ſ Ex il. tem. Tempeſtatem appellat grauiorem morbum. ſ Aduerſus uota Nihil erat, quod minus uellet Octacilia, q̄ ut Viſellius euaderet incolumis. ſ Ex ami. ob. Nam Octacilia ſpe omni deſtituta, quem prius ſimulauerat amare, odiſſe cœpit, & agere reum. ſ Diſtrictam. apertam, nō diſſimulatam. ſ Inani ſtipulatione. i. uana promiſſione, neq; enim conſecuta eſt quod optabat. Nam ſtipulari eſt interrogare. ſtipulatio aut teſte Pomponio eſt uerborum conceptio, quibus is, q̄ interrogatur, daturum facturum ue id, quod interrogatus eſt reſpondit. & Vulpianus aquilianæ ſtipulationis meminit, nam aquilius iuriſconſultus periti ſſimus fuit, qui prius de dolo malo legem tulit, ut Cicero refert officiorum libro. hic igitur ſententiam contra hanc Octaciliam tulit. ſ Quod ſi eadem. commendat Vale. æquitatem aquilii. ſ Formula. Hoc eſt ſententia atq; eodem libello, formulæ autem dicebātur, apud antiquos, quos nūc libellos appellamus, unde formularii formularum compoſitores dicuntur. ſ Eius quoq;. Viſellius enim merebatur

OLIVERIVS.

MVlto animoſius. Hoc loco Valerius non. minori cum laude C. Marii ducis p̄ſtantiſſimi, q̄ Aquilii iuriſconſulti peritiſſimi iudicium proſequitur, qui Fanniam mulierem ob impudicitiam ſextertio nummo, Ticinium uero ad ſummam totius dotis IIII reſtituendum damnauit. de hoc autem Mario diximus abunde ſatis in. c. de omnibus, & in c. de iure triumphandi, & etiam dicturi ſumus in ca. de his, q̄ in aliis iudicarunt, ipſi commiſerunt. Laudat inſuper Fanniam, q̄ cum

à Mario ſextertio nūmo dānata fuiſſet, & ob eā damnationē ipſum poſtea cū Syllani milites ex minturnēſi palude extractū in domū ſuā cuſtodiendū dediſſent, nō ſolū ipſum carcere liberauit, ſed ope quantacunq; potuit illū adiuuit. ¶ In cōſimili genere. quia meretrice agebatur. ¶ Dote ſpoliare. Per legem, quæ impudicas repudiatas dote priuabat. ¶ Hoſtemà ſenatu iudicatū. Cogente Syl. qui armatus urbem oppreſſerat. ¶ Extractus. ſ. à Syllanis militibus.

iuſmodi exceſſus non puniebantur.

ASCENSIVS.

Multus ſermo manauit. i. diffuſus eſt etiā ſup. de eo iudicio, in quo q̄dam damnatus eſt furti. ſ. crimine aut pœna, q uectus eſt equo, cuius uſus fuerat cōmodatus illi uſq; Ariciam oppidum illud, nō longe ab urbe euntibus Brūduſiū, ut innuit Flaccus in ſatyra, Egreſſum magna cœpit Aricia Roma. uectus dico c. iuo ulteriore. i. per cliuum ulteriorem eius mūicipii. ſ. Ariciæ. q d laudemus hoc loci. i. in hoc loco aliud q̄ uerecundiam illius ſæculi. ſ. priſci, in quo exceſſus tā muniti. i. protecti à pudore. i. rubore turpis facti (Nā pudor eſt interdū uerecundia. interdū effectus eius) puniebātur: q. d nihil aliud. Quia multum uerecundi ſunt dicendi q puniebāt exceſſus excuſabiles, & minime turpes.

ASCENSIVS.

Multo, &c. C. M. geſſit ſe in conſimili gn̄e iudicii multo grauius, & ut dignū erat ſpiritu militari. Nā cū C. Ticinius. Minturnenſis conaretur ſpoliare dote Fanniā uxorē, quā duxerat ipudicā de induſtria. i. certa ſciētia, & data opera repudiatā. ſ. à ſe eo crimine. ſ. adulterii, Marius ſumptus iudex inter eos. ſ. maritū, & uxorē qōne habita in cōſpectu. ſ. utriuſq;. aut ēt populi, monuit Ticiniū ſubductū. i. ſubtractū, à multitudie, aut conſpectu uxoris, ut deſiſteret incœpto, ac redderet mulieri. ſ. repudiatæ merito dotem. Quod, i. q̄ monitione cū Marius feciſſet ſæpius fruſtra, coactus ab eo. ſ. uiro, q urgebat eū pronūciare ſniam dānauit mulierē ipudicitiæ. ſ. noie. i. pp ipudicitiam, nūmo ſextertio. i. pendente duabus libris & ſemis, & dānauit Ticiniū ſumma totius dotis. i. ut totā dotē reſtitueret. p̄fatus ſe ſecutū ſup. eē hunc. i. talē modū iudicādi, gō q liq̄ret i. liq̄ de cōſtaret, Ticiniū ſtruentē iſidias pſimonio Fāniæ, q̄d nole dotis ad maritū allatura erat, expetiſſe cōiugiū ipudicæ. (Ergo expetimus ēt inhoneſta) Fannia aūt hæc eſt ſup. ea q̄ adiuuit poſtea ope. i. auxilio, q̄tacūq; potuit, Mariū iudicatū hoſtē à ſenatu, & oblitū (ab obliuor media breui) inuolutū cœno paludis. ſ. minturnen q̄ extractus erat ēt deductū in domum ſuā. ſ. Fanniæ Minturnis. i. quā habebat Minturnis, cuſtodiendū. i. ea grā, ut cuſtodiret, donec q̄d de eo fieret, exploratū eēt. Adiuuit dicit ens, aut exiſtēs memor q eſſet iudicata. ſ. à Mario ipudica, debet ferri acceptū. i. iputari, ſuis moribus. ſ. laſciuis, & q ſeruaſſet dotem religioni. i. integritati iuſtitiæ ob metum deorum illius. ſ. Marii.

OLIVERIVS.

Multus ſermo. Hoc exemplum pertinet, eo ut faciie oſtendat quāta cōtinentia uixerint priſcis temporibus uel minimos. ¶ Multus ſermo. q ubiq; auditū ē quēpiā quem pp ignobilitatem Vale. non nominat, fuiſſe damnatum furti, q equo ſibi cōmodato ultra conſtitutū locū aliquo ſpatio prouectus fuiſſet. cæterum priſci quoq; noſtri conſulti, hoc idem de his ſentiunt, q ultra q̄ dictū eſt, e q s cōmodatis uehuntur. ¶ Ariciam. Vrbs. diſtabat ab urbe. x. millibus paſſuum, dicta ab Aricia puella. ¶ Quid aliud. Laudantur priſcorum mores à Val. quia tempore ſuo huiuſmodi exceſſus non puniebantur.

Aricia urbs

ſeductum Ticinium monuit vt incœpto deſiſteret ac mulieri dotem redderet. Quod cum ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiam pronunciare: mulierem impudicitiæ ſextertio nummo, Ticinium ſumma totius dotis damnauit. p̄fatus, ideo ſe hunc iudicandi modum ſecutum: q liqueret ſibi Ticinium patrimonio Fanniæ inſidias inſtruentem impudicæ coniugiū expetiſſe. Fannia aūt hæc eſt, quæ poſtea Marium hoſtem à ſenatu iudicatū cœnoq; paludis, qua extract⁹ erat, oblitum: etiam in domū ſuam cuſtodiendum Minturnis deductum: ope quantacunq; potuit, adiuuit. memor quod impudica ſuis moribus: quod dotē ſeruaſſet, illius religioni acceptum ferri debere.

¶ De Quodam damnato furti,

Multus ſermo eo etiam iudicio manauit: in quo quidam damnatus eſt: quod equo, cuius vſus illi vſq; Ariciam commodatus fuerat: ulteriore eius municipii cliuo nectus eſſet. Quid aliud hoc loci, q̄ vere cūdiam illius ſæculi laudemus: in quo tā muniti à pudore exceſſus puniebantur?

¶ Quæ mulieres apud magiſtratus pro ſe, aut aliis cauſas egerunt. Cap. III.

NE de his quidem fœminis tacendum eſt: quas cōditio naturæ, & verecūdiæ ſtola, ut in foro, & iudiciis tacerent, cohibere nō valuit. Ameſia prætoris ſententia rea, cauſam ſuam Lucio Titio prætore iudicium cogente populi maximo concurſu egit: motuſq; omnes, ad neruos defenſionis, non ſolum diligenter, ſed etiam fortiter executa, & prima actione, & fere cunctis ſententiis liberata eſt. quam quia ſub ſpecie fœminæ virilem animum gerebat: Androgyne appellabant.

¶ De affrania Vxore Licinii bructionis.

CAia Affrania vero Licinii Bructionis vxor prompta, ad lites contrahendas: p ſe ſemper apud prætorem uerba fecit: nō quod aduocatis deficeret, ſed quód impudentia abundabat. Itaq; inſinuatis foro latratibus aſſidue tribunalia exercendo, ad mulieris calumniæ notiſſimum exemplum euaſit: adeo vt pro crimine improbis fœminarum moribus C. Affraniæ nomen obiiciatur. prorogauit autem ſpiritum ſuum ad C. Cæſarem itemq; Mar. Ser. Conſulem. tale enim monſtrum magis, quo tempore extinctum, quám quo ſit ortum memoriæ tradendum eſt.

OLIVERIVS.

NE de his q̄dem fœminis Cōuenienter annectit his iudiciis mulieres, q̄ apud magſtatus p ſe, & p aliis cās egerūt. & primū de Ameſia loq̄tur, q̄ adulterii criminis accuſata, ita cām ſuā apud p̄torem egit ſine ullo patronoq;, aut cauſidicoq; p̄trocinio, ut nullū prætermiſerit in ea defenſiōe actionis modū. ex quo oīum ſerm. iudicio atq; ſuffragiis icolumis euaſit, & inſup cognomen Androgynes eſt aſſecuta. ¶ In foro & iudiciis tacerent. ſicut Lautonia à Iuuenale introducta. Nunquid nos agimus cās, ciuilia iura Nouim⁹, aut ullo ſtrepitu fora nr̄a mouemus ¶ Motus omnes. ut mō ad irā, mō ad miſericordia flecteret auditores ¶ Neruos defenſiōis. Ad cōfutādam aduerſarioq; cām, & nr̄am corroborādā. ¶ Androgynem græce, latine uirginem, ανηρ n. dicitur uir, γυνη mulier.

ASCENSIVS.

NE q̄dem. i. Nō etiam, cū tū maxīe uideat, tacendū eſt de fœminis, q̄s cōditio naturæ. i. ſex⁹, & ſtola. i. ueſtis mtonalis, uerecūdiæ. ſ. cuſtos aut admōitrix, n ualuit cohibere ut tacerent i foro. ſ. iudiciali, & iudiciis. Afferēs āt cōtinuo exemplū dicit. Ameſia rea ſnia p̄toris. i. à p̄to ſtata egit cām ſuā maxio cōcurſu populi, & hoc L. Ti. p̄tore cogēte. i. cōgregāte iudiciū. i. collegiū iudicū, & ipa executa nō ſolū diligēter, ſed ēt fortiter oēs motus. ſ. affectionū ad neruos. i. uires defenſiōis. ſ. ſuæ facientes. Liberata eſt & . i. ſimul pria actione, ut lis non fuerit ampliata, & fere cunctis ſniis. quā q a gerebat aium uirilē ſub ſpē fœminæ, ſup. homines appellabat androgynem. i. uirilem fœminā, aut uirū & fœminā. uirū animo fœminam corpore.

OLIVERIVS.

CAia Affra. Lici. ipudentiam ſimul, & audaciam C. Affraniæ potius hoc loco ſugillat, q̄ facundiam laudet, q̄ cās agebat, & p̄ter ſexū, & p̄ter mariti dignitatem p omnē fere uitam,

Affra.

tam, aſſidue tribunalia iudicũ exercuerit, ueluti tabula quædã impudentiſſima. ¶ Lites. i. actiones cauſarum. ¶ Non φ aduocatis quippe q̃ uxor uiri ſenatorii foret. ¶ C. Affraniæ nomen: quia fœminas inſolẽtes C. Affraniæ noie appellabãt. ¶ Prorogauit ſpiritum ſuũ. quia id potius inter mõſtra numerari debuit, q̃ inter exempla u'tutũ ait iõ ſe noluiſſe tradere memoriæ quo ipſe nata ſit Affrania, ſed tm̃ quibus conſulibus uitam finierit.

liæ quia poſt eam non apparuit.

ASCENSIVS.

CAia uero. Affra. uxor Li. ci. Bru. prompta ad lites contrahendas, fecit ſe per uerba. i. locuta eſt apud prætorem pro ſe non φ deficeret. i. careret aduocatis, ſed φ. i. quia abundabat ĩpudentia. itaφ ipſa euaſit, exercẽdo aſſidue tribunalia latratibus. i. rixis q̃ſi caninis inuſitatis foro. i. iudiciali, i quo uiriles uoces non muliebres audiri ſolebãt, ad notiſſimũ. i. uulgatiſſimum exemplum calumniæ muliebris. i. q̃ mulieri obiici ſolet, adeo. i. in tm̃, ut nomen C. Affraniæ obiiciatur ĩprobis moribus fœminarũ pro crimine. i. criminatione. Autem pro ſed ipſa prorogauit. i. extendit ſpm̃ ſuũ. i. uitã, ſup. uſφ ad C. Cæſarem Cõſulẽ tertiũ. i. in tertio eius conſulatu eius, & ad Seruilium cõſulem iterũ. i. in ſecundo conſulatu eius. Et ſi quis quærat q̃re nõ dicat author, quo ipſe incœpit uiuere, addit, iõ enim. i. quia tale monſtrũ. i. fœmina monſtruoſa contra ſexum ſuum faciens, eſt tradendum memoriæ magis, quo tempore eſt extinctum q̃ quo tẽpore eſt ortũ. quia plus gaudii ex morte q̃ ex ortu uult ſumendum.

OLIVERIVS.

HOrtenſia uero. Hæc Hortẽſia modeſtior fuit quã Affrania, nã triumuiris iniquũ matronis tributũ imperantibus, olum ipſa patrocinium ſuſcepit, & ſuſceptam facũde ſimul, & fœliciter executa eſt, & obtinuit, ut iniuſtæ pecuniæ pars longe amplior reliqua demereretur. ¶ Hortẽſia. Oratoris eximii filia. ¶ A triumuiris. Lepido M. Antonio, & Auguſto. ¶ Nec quiſq̃ uirorum. propter proſcriptionem in. q̃ triumuiri profuſiores erãt. ¶ Aſpirauit. fauit quoniam non aliter illa cauſam egit q̃ ſi patris pater ſibi omnia dictaſſet. ¶ Hæreditas, φ filia patris eloquentiam iure hæreditario conſecuta uideretur.

ASCENSIVS.

HOrtenſia ue filia Q. Hortenſii cũ ordo matronarũ eſſet oneratus à triumuiris forte ad hoc creatis ut tributa exigerent, graui tributo, nec quiſq̃ uirorum auderet accommodare eis. ſ. matronis patrociniũ. i. officiũ defenſoris egit apud triumuiros cauſam matronarum &. i. pariter conſtanter, & fœliciter, eñ. i. quia facundia patris repræſentata. i. iterum præſentata ab ea impetrauit, ut maior pars pecuniæ imperatæ remitteretur his. ſ. matronis. Q. Hortenſius orator præclarus, reuixit. i. iterum uiuere cœpit cũ muliebri ſtirpe. i. in filia ſua, eius facundiam repræſentante, & aſpirauit. i. uim oratoriam afflauit uerbis filiæ, cuius uiri, ſi poſteri. i. poſtea nati ſexus uirilis uoluiſſent ſeq., tanta hæreditas eloquentiæ Hortenſianæ non eſſet abſciſſa. i. finita, & extincta, ut membrum à corpore ſuo abſciſſum uiuum, actione ſu

¶ De Hortenſia Filia Quinti Hortenſii.

HOrtenſia uero Q. Hortenſii filia, cum ordo matronarum graui tributo à triumuiris eſſet oneratus: nec quiſquam uirorũ patrocinium eis accommodare auderet: cauſam fœminarum apud triumuiros & conſtanter, & fœliciter egit. repræſentata enim patris facundia, impetrauit, vt maior pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Reuixit cum muliebri ſtirpe Q. Hortenſius: verbisφ filiæ aſpirauit. cuius ſi virilis ſexus poſteri uim ſequi voluiſſent: Hortenſianæ eloquentiæ tanta hæreditas vna fœminæ actione abſciſſa non eſſet.

¶ De quæſtionibus Cap. IIII.

ATque vt omnes iudiciorum numeros exequamur: quæſtiones, quibus aut creditum non eſt: aut temere habita fides eſt referamus. Mar. Agrii Argentarii ſeruus, Alexandrum Titi Fannii ſeruum occidiſſe inſimulatus eſt: eoφ nomine tortus à domino, admiſiſſe id facinus conſtantiſſime aſſeuerauit. Itaφ Fannio deditus, ſupplicio affectus eſt. paruulo deinde tẽpore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat domum rediit.

¶ De Alexandro Seruo Fannii.

COntra Fannij Seruus Alexander, cum in hanc ſuſpitionem C. Fl. equitis Romani occiſi veniſſet: ſepties tortus pernegauit ei ſe culpæ affinem fuiſſe. ſed perinde, atφ confeſſus, & à iudicibus damnatus, & à L. Calpurnio triumuiro in crucem actus eſt.

¶ De Fuluio Flacco.

ITem Fuluio Flacco cauſam dicente, Philippus ſeruus eius, in quo tota quæſtio nitebatur: octies tortus, nullum omnino uerbum, quo dominus perſtringeretur: emiſit. & tamẽ reus damnatus eſt: cum certius argumentum innocẽtiæ unus octies tortus exhiberet: quàm octo ſemel torti præbuiſſent.

OLIVERIVS.

ATque, ut omnes iudi. Satis concinne à ſuperioribus trãſit ad quæſtiões. Neφ enim à foro, uel à iudicus digreditur, nam qõnes, ut ait Vulpianus, intelligere debemus, tormenta & corporis dolores ad eruendã ueritatẽ, Marcellus uero accepit quæſtionẽ, non tormenta tm̃. ſed oẽm inquiſitionem, & defenſionẽ mortis. ¶ Numeros. quia qõ pars eſt iudiciorum. ¶ Quibus aut creditum. Vtriuſφ partis ſubiicit exempla. ¶ Ma. Agrii argentarii. Cũ ſeruus cuiuſdam argẽtarii falſo eſſet accuſatus, φ ſeruum T. Fannii cuiuſdã occidiſſet, ſeruus argentarii deditus eſt ſupplicio afficiendus Fannio, quod habitus in tormentis à domino ſe cædis auctorem indubitãter affirmaſſet. Lege. n. cautũ erat, ut ſerui noxæ dederentur. erat autem hæc pœna ſeruorum quos domini malebant ad pœnã tradere, quam præſtare maleficium quod illi admiſiſſent. ¶ Eo noie. ea cauſa. ¶ Aſſeuerauit. Aſſeuerare eſt uim animi motum per, inter ipſas probationes admiſcere. ¶ Ille. ſeruus Fannii.

ASCEN.

ATque ut exequamur omnes numeros. i. partes, aut ſpecies iudiciorum, referamus qõnes. i. inquiſitiones per torturas, aut teſtes quibus, ui nõ eſt creditũ aut fides eſt habita temere. i. in cõſideratè non habita rõne. Marci &c. Seruus Mar. Agrii Argen. inſimulatus. i. accuſatus per delationẽ, occidiſſe ſeruum T. Fannii, Alexan. ſ. noie, & tortus eo noie. i. ea ratione à dño neſcio, an occ ſi. an à ſuo; credam potius à dño occiſi aſſeuerauit conſtãtiſſime, quia ei poſtea q̃ ſolutus eſſet uinculis ſupplicii ſe admiſiſſe id facinus. i. occidiſſe ſeruũ Fannii, itaφ. i. & ipſe deditus. i. in poteſtatem datus Fannio, affectus eſt ſupplicio. deinde paruulo tpe interiecto ille de cuius nece erat creditũ, uidelicet Alex. ſeruus Fannii, rediit domum.

OLIVERIVS.

COntra Fan. ſer. Vide q̃ta ſit diſſimilitudo morum ille impatientia doloris, extra noxam poſitus, confeſſus eſt delictũ, quod à ſe non erat admiſſum, hic aũt Alexan. ſeruus s. qui uenerat in ſuſpitionem occiſum eſſe à ſeruo argentarii, nullo ſupplicio peruinci potuit, ut fateretur delictum, quãuis obſtinatione iudicis mortẽ non effugerit. ¶ Perinde atφ. tanq̃. ¶ Affinem. id eſt uicinum.

ASCENSIVS.

COntra. i. econtrario Alex ſeruus Fannii cum ueniſſet in ſuſpitionem C. Flacci equitis Romani occiſi. i. quod ab eo occiſus eſſet, tortus ſepties pernegauit. i. conſtanter ad finẽ uſφ negauit, ſe fuiſſe affinem. i. uicinũ, aut attinentem ei culpæ, ſed perinde atφ. i. tanq̃ eſſet confeſſus, & id eſt ſimul damnatus eſt à iudicibus, & actus eſt in crucem à Lucio Calpurnio triumuiro.

OLIVERIVS.

ITem Fuluio Flacco. Lælius accuſauit L. Flaccũ, Cic. defendit, capita accuſationis hæc fuerunt Primo, φ claſſis nomine pecuniã ciuitatibus iperaſſet. Secundo φ dragmas. ccyl.

æmōnenſes dediſſent, id qđ aſclepiades legatus dixerat. Tertio ꝙ dragmas.xyi. accepiſſet, quas Philippus, & Hermolaus ſe dediſſe dicebant. Quarto, ꝙ ab heracienſibus pecuniam, quæ apud ſe Flacci patris ſui noſe erat abſtuliſſet. Quinto. ꝙ aurum Iudeoꝝ noīe quotannis ex Italia, & ex oībus ꝓuinciis Hyeroſolimā exportari ſolitum, ipſe edicto ſanxiſſet, ne ex Aſia exportari liceret. Sexto, ꝙ falcidius talenta qūquaginta ſe Flacco dediſſe dicebat.

ASCENSIVS.

ITem Ful. Fl. eām dicente. i. ſe de crimine purgante, Phi. ſeruus eius, in quo tota cōnitebatur, tortus. i. torturæ adhibitus octies, nullū oīno uerbū emiſit quo dn̄us. ſ. eius perſtringeretur. i. cōulceretur, & tn̄ reus. ſ. dn̄us damnātus eſt, cū unus tortus octies exhiberet certius argumentū innocentiæ, quā octo ſimul torti ꝓbuiſſent. q̄a uero ſimilius eſt octo ſemel torq̄ri ſine cōfeſſione, quàm unum octies.

OLIVERIVS.

MArcus & Aemil. Scau. Memiū & Flauiū repetundarū reos ex Aſiæ, ut conicitur, diuerſis temporibus poſtulauit ſcaurus. fuit āt, ut Pli. orator tradidit nobilis pauper, patricius q̄de, ſed q patrē habuerit carbonariā exercentē, poſtea tn̄ ad ſummū dignitatis faſtigiū euaſit. ¶ Diſtricto. i. uehementi, & armato. Tranſlatio eſt ſumpta à gladiatore, q ad uerſariū nudato gladio inuadit. ¶ Eadē lege. repetūdaꝝ. ¶ Nam C. Norbanū Maieſtatis reū hic miſſos à Sylla legatos, q de pace agerent, cōſul uiolauerat, idē poſtea proſcriptus in urbe Rhodo, cū cōprehēderetur ſe ipſum occidit.

Scau. teſtis cō traſlauit

¶ De Teſtibus. Cap. V.

¶ De C. & Q. Seruilio.

SEquitur vt ad teſtes pertinentia exempla commemorem. C. & Quint. Seruiliis Cœpionibus iiſdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad ſummam amplitudinem prouectis: itē fratribus Metelli Quint. & Lucio conſularibus, & cenſoriis, altero etiam triumphali in Quintum Pompeium Aufidium repetundarum reum acerrime dicentibus teſtimonium: non abrogata fides abſoluto Pompeio, ſed ne potentia inimicum oppreſſiſſe uiderentur: occurſum eſt.

¶ De M. Aemilio Scauro.

MArcus etiam Aemilius Scaurus princeps ſenatus C. Memium repetundarum reum diſtricto teſtimonio inſecutus eſt. Item Caium Flauium eadem lege accuſatum teſtis proſcidit. Nam C. Norbanum maieſtatis crimine publicæ ſubiectum quæſtioni, ex profeſſo opprimere conatus eſt. nec tamen aut authoritate, qua plurimum pollebat: aut religione de qua nemo dubitabat: queną̄ illorum affligere potuit.

¶ De L. Craſſo.

LVcius quoq; Craſſus tantus apud iudices, quantus apud P. C. Aemilius Scaurus: namq; eorum ſuffragia robuſtiſſimis, & feliciſſimis eloquentiæ ſtipendiis regebat: eratq; ſic fori, vt ille curiæ princeps: cum vehementiſſimum teſtimonii fulmen in Marcum Marcellum reum iniecisſet: impetu grauis, exitu vanus apparuit.

¶ De Q. Metello Pio, L. Marco, Q. Hortenſio, & M. Lepido.

AGe Quint. Metellus pius, Lu. Marcus Lucullus, Quint. Horrenſius, Mar. Lepidus, Cn. Cornelium maieſtatis reum, non modo teſtes onerarunt: ſed etiam ſalutem, negantes illo incolumi ſtare Rempubli. poſſe, depopoſcerunt. quæ decora ciuitatis (pudet referre) umbone iudiciali repulſa ſunt.

OLIVERIVS.

SEqtur ut ad teſtes. à q̄ ꝑnibus reorū tranſit ad teſtes, ſubiiciens exēpla eorū, q teſtimoniū dixere. eſt āt ordo uſq; ad eū locū, ſi abrogata fides &c. Hoc aūt exēpiū pertinet ad moderationē iudicū, q abſoluerunt Q. Pōp repetūdaꝝ reū oīmis, & ꝓſtātiſſimis uiris aduerſus illū teſtimoniū dicentib' idq; fecerūt ne in gr̄am inimicoꝝ. Pō. dānatus uideretur. ¶ Iiſdē parentibus natis, & per oēs gradus. oſēdit q̄tæ auctoritatis fuerūt teſtes. ¶ Item fratrib' Metellis. Pli. li. vi. nat. hiſt. pulcherrima ſcribit de Metellis, ubi de fælicitate loqtur. ¶ Abrogata. abrogantur, q cū ſui iuris ſūt in alienā parcē ſe ſe tradūt, eiuſque cei ipſi auctores ſūt. eſt quoq; abrogare īfirmare, teſte ſeſto. ¶ Abſoluto. nō ꝙ mereretur abſolutionē, ſed ne potētia inimicoꝝ, & teſtiū, dānatus uideret. ¶ Occurſū eſt. Raro impſonale uerbū paſſiuæ uocis reperit cū ablatiuo caſu añ ſe. ꝓterea maluit dicere, occurſū eſt q̄ obuiatū eſt, nā uix apud idoneos iuenio, obuio uerbū cū aliàs dicatur, eo obuius obuiāq; q̄q̄ La. Val. afferit obulo quoq; uerbū in uſu eſſe.

Pōp. ab ſolutus

Abroga te

ASCENSIVS.

SEqtur, ut eōme. exem. pertī ad te. Et hæc ꝑ ꝓfatione, mox ſubdens ait exēpiū, repetēdus eſt aūt ordo ab ultimo uerbo. Fides nō eſt abrogata, ſed occurſum eſt. i. reſtitutū C. & Q. Seruiliis Cæpionibus natis iiſdē parentibus, ꝓuectis ꝑ oēs gradus honoꝝ ad ſummā amplitudinē. Item. i. ſimiliter occurſum eſt fratribus Metellis uidelicet Q. & Lucio cōſularibus, & cenſoriis. i. q cōſulatū, & cenſurā geſſerāt, alterū ſup. fratrū, uidelicet Q. triūphali. i. q triūpharat, dicētibus acerrime teſtimoniū, in. i. cōtra Q. Pō. Auſi. reū repetūdaꝝ. i. de repetendis. ſ. pecuniis ꝓuincialibus ablatis, nō inq̄ fides eſt abrogata, Pom. ſup. exiſtente abſoluto, q a nō eſt abſolutus Pom. tāq̄ illorum fides eſſet inualida, ſed occurſum eſt ipſis, ne ipſi uiderentur oppſſiſſe inimicū. ſ. Pō. potētia. ſ. ſua, aut ne potentia eoꝝ uiderentur oppſſiſſe inimicum, &c.

ASCENSIVS.

MArcus aūt Aemi. Scau. princeps ſenatus, iſecutus eſt diſtricto. i. q̄ſi nudato gladio uibrato C. Memiū reū. i. accuſatū. ſup. crimine repetūdaꝝ. ſ. pecuniaꝝ ꝓuincialibus ablatarū, Itē, aut idē teſtis ꝓſcidit. i. q̄tum in ipſo fuit, è uiuentiū cœtu abſcidit, C. Flauiū accuſatū eadē lege. ſ. repetundarum. Nā conatus eſt opprimere ex ꝓfeſſo C. Norbanū ſubiectū publicæ q̄ōni. i. inq̄ſitioni crimine. i. ob crimē, aut de crimine maieſtatis. ſ. affectatæ, nec tn̄ potuit affigere. i. ad cōdemnationē ꝑducere, quēq̄ illorū, aut authoritate, qua pollebat. i. poterat plurimū, aut religione. i. integritate conſcientiæ ob metū deorum de qua nemo dubitabat. Quid ergo inquies obſtitit? qđ & aliis, nimia uidelicet potentia.

OLIVERIVS.

LVcius quoq; Craſſus. nō minoris erat L. Craſſus æſtimationis apud iudices q̄ apud ſenatores Aemilius Sca. ſed eorū poſtulationes parū ualuere. in M. enim Marcellū repetundarū reū ex græcia uidelicet Achaia, ut cōiicitur, Lu. Craſſus teſtimoniū iniecerat, & nihil tamen illi nocere potuit, nā à iudicibus dimiſſus eſt.

ASCENSIVS.

LVcius quoq; Craſ. eras ſu. tantus apud iudices. i. in foro iudiciali, q̄tus ſup. erat C. Aemi. Scau. apud patres. i. in curia ſenatoria (nāq; ipſe regebat ſuffragia. i. uoces, aut uota eorū. i. iudicū in foro, robuſtiſſimis, & feliciſſimis ſtipendiis. i. mercede, aut militia, & exercitio eloquentiæ. ſ. ſuæ, eratq; ſic princeps fori, ut ille. ſ. Scaurus erat princeps curiæ. i. Senatus) cū iniecisſet uehementiſſimum fulmē teſtimonii in M. Marcellum reum. ſ. repetundarum, more ſuperiorum, apparuit grauis impetu. i. in primo aſſaltu, ſed ſup. uanus, id eſt futilis, aut inanis, & mendax exitu, quia ipſo repulſo abſolutus eſt reus.

OLIVERIVS.

AGe Qu. Meellus pius. hic homo non improbus uita habitus eſt. fuerat quæſtor C. Pompeii. deinde tri. ple. Cn. Piſone, & publio C. Conſulibus in eo magiſtratu ita ſe geſſit, ut iuſto pertinatior uideretur. Alienatus aūt à Senatu multis ex cauſis, quas nunc referre non attinet, ſed inter cæteras promulgauerat legē, qua auctoritate ſenatus minuebat, ne

quis

quis niſi per populum legibus ſolueretur, quod antiquo quoque more erat cautum. Itaque in omnibus, ſenatuſconſultis, quibus aliquem ſolui placebat adiecerat, ſolitū ut ea ad populum ferretur, ſed paulatim ferri erat deſitum. indigne ergo eam. Cornelii rogationem tulerant potentiſſimi. Itaque P. Seruilius globulus tri. ple. inuentus erat, qui Luc. Cornelio obſiſteret. is ubi legis ferēdæ dies uenit, & preconi ſubiicenti ſcribæ legem recitare populo cœpit, & ſcribam ſubiicere, & preconem pronūciare paſſus non eſt. tunc Cor. ipſe codicem recitauit. qđ cū improbe fieri Lucius piſo uehementer quereretur, contra tribuni etiam interceſſionem graui concitio à populo exceptus eſt. Et cū illū conſul, q̄ ſibi intercedebat, manus prahendi à lictore iuſſiſſet, fracti eius faſces cuncti lapideſque ēt & ultima cōcione in conſulem iacti, quo tumultu Cor. perturbatus, concilium dimiſit. hanc deinde legem tam & ſi temperauit, tū inuitis optimatibus eam tulit. tulit aūt alias leges, quas cōmemorare neceſſe non ē ſequenti deiñ āno M. Lepido & Lucio uolcatio cōſulibus, reū Corneliū duo fratres Cominii lege Cornelia de maieſtate fecerunt, apud P. Caſſium p̄torē. q cū decimo die, ut mos eſt, n̄ affuiſſet, accuſatores, aū tribunal pene confecti ſunt Renouata deinde actio eſt dicentibus in eum teſtimonia infeſtis principibus ciuitatis, qui ſe uidiſſe dicerent, cum Cornelius codicem in tribunatu pro roſtris recitaret nemo ante Cornelium feciſſe æſtimaret, uolebāt uideri ſe iudicare eā rē magnope ad crimē minutæ maieſtatis tribuniciæ pertinere cum prope tolleretur interceſſio, ſi id tribunis permitteretur. iudicium id exercuit, Q. Gallus p̄tor. Cice. quatriduū defēdit, ut ipſe ſignificat. ¶ Maieſtatis rei quod legem tuliſſent intercedente tribuno, ex quo tribunitia p̄tās læſa uidebatur. ¶ Quæ dedecora ciuitatis quod tantis uiris creditum non ſit. ¶ Vmbone iudi. impetu & uiolentia iudicii, & eſt tranſlatio ſumpta à militibus, qui pugnantes alius alium umbone propulſant. eſt aūt umbo media pars ſcuti, quaſi vmbilicus.

eductū, reū eſſe inſigni infamia, qđ te moleſte ferre certo ſcio. Itaque ſacrilegii poſtulatus uno ſe argumento tuebatur. eo die Ro. nō fuiſſe, quo ſacra celebrata fuerant &c. Ci. aduerſus hūc teſtis adductus iureiurando affirmauit, eo die Clodiū & Ro. & apud ſe fuiſſe. tanti uiri teſtimoniū facile reū opprimere poterat, & debebat, niſi iudices pecunia corrupti maluiſſent Ci. infamia, q̄ clodiū ſacrilegio dānare. De hoc iudices pecunia corruptos fuiſſe, idque multis in locis, ſed ibi in primis. nā & illud nobis nō obeſt, uideri noſtrum teſtimoniū nō ualuiſſe, miſſus eſt ſanguinis inuidiæ ſine dolore, atque ēt hoc magis, quod oēs illi fautores illius flagitii, rē manifeſtā illā adēptā eſſe à iudicibus confitentur. aliq̄to ſuperius dixerat Ci. Nemo erat q illū reū, ac nō milies cōdēnatū arbitraretur, me uero teſte p̄ducto; credo te exclamationē clodii aduocatorū audiſſe. rurſus paulo inferius in eadē epi. xxv. Iudices ita fortes tū fuerunt in ſummo p̄poſito p̄iculo, ut perire maluerint, q̄ p̄dere omnia xxxi. fuerūt quos fames magis q̄ fama commouerit. hic plane, corruptos oſīdit. ¶ Forenſi militia exercitatione forenſi. ¶ Sūmos honores. p̄turā, conſulatū, auguratū. hos enim oēs cōſecutus eſt Ci. Serui. ad ipſum Ci. in conſolatione de obitu filiæ, illū q̄diu opus fuerat uixiſſe, una cum republi. fuiſſe, te patrē ſuū p̄torē, conſulē, augurē uidiſſe. ¶ Ampliſſimū dignitatis locū. ſenatoriā dignitatē. nā in ſenatu auctoritate plurimū ualuit. ¶ In ipſis caſtris eloquentiæ i. in foro ubi cāæ ſola eloquentia defendebātur. forū igitur appellat caſtra eloquentiæ, & in tranſlatione perſiſtit, qa dixerat forenſi militia. ¶ Sacrilegiū. Quia ſacra bonæ deæ adire non dubitauit, qbus adeſſe nefas erat uiro. ¶ Flagitiū inceſtū, nā ut dixi propter Pompeiam cæſaris uxorē aderat ſacra, Quamobrem, & à Cæſare Pompeia repudiata fuit. cuius rei meminit Suetonius in uita Cæſaris. Dicit enim in corneliæ locū Pompeiam duxit Quinti Pompeii filiā L. Syllæ neptem, cum qua deinde diuortium fecit, adulterā opinatus q a P. clodio inter publicas cærimonias, penetraſſe ad eā muliebri ueſte tā cōſtans fama erat, ut ſenatus quæſtionē de pollutis ſacris decreuerit. ¶ Inceſti. Recte, qa in loco ſacro. uel inceſti etiam de ſororibus poſſumus intelligere, nā duas uiolaſſe ſuſpitio erat. Pōpeia cæ. uxor

¶ De M. Cicerone.

QVid M. Cicero forenſi militia ſummos honores, ampliſſimumque dignitatis locum adeptus: non ne in ipſius eloquētiæ ſuæ caſtris teſtis abiectus eſt: dum P. Clo. Romæ apud ſe fuiſſe iurauit. illo ſacrilegium, & flagitium vno argumento abſentiæ tuente. Siquidem iudices Clodiū inceſti crimine: q̄ Ciceronem infamia periurii liberare maluerunt.

¶ De P. Seruilio Conſulari.

TOt eleuatis teſtibus, unum, cuius noua ratione iudicium ingreſſa authoritas confirmata eſt: referam. P. Seruilius Conſularis Cenſorius, triumphalis, qui maiorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adiecit: cum forum præteriens teſtes in reum dari vidiſſet; loco teſtis conſtitit. ac per ſummam inter patronorum pariter, ac accuſatorum admirationem ſic orſus. Hunc ego iudices, qui cauſam dicit: cuias ſit, aut quam vitam egerit: quamque merito, uel iniuria accuſetur: ignoro. illud tantum ſcio: cum occurriſſet mihi laurentina via iter facienti, admodum anguſto loco equo deſcendere noluiſſe. Quod an aliquid ad religionem noſtram pertineat: ipſi æſtimabitis. ego id ſupprimendum non putaui. Iudices reum vix auditis cæteris teſtibus damnauerunt. Valuit enim apud eos tum amplitudo viri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio. cum que, qui venerari principes neſciret: in quodlibet facinus procurſurum crediderunt.

ASCENSIVS.

AGe (adhortandi uox ad faſtidium uitandum apta) Q. Metellus Pius, & L. & Marcus Lu. Q. Hoc. & M. Lepidus nō onerarunt tm̄mō. ſ. pondere ſuæ authoritatis, Cn. Cor. reū maieſtatis. ſ. affectatæ, teſtes. i. exiſtentes teſtes contra eū producti, ſed ēt depopoſcerūt. i. exegerunt ab eo ſalutem. i. uitā, negātes rēp. poſſe ſtare, illo ſupple manente incolumi. Quæ. i. ō q̄ illa decora, aut q uiri eū eſſent decora. i. culmina, & ornamenta præcipua ciuitatis. ſ. Romanæ, repulſa ſunt. i. reiecta umbone iudiciali. i. clypeo, & protectione iudicū (pudet referre) i. quā rem cū pudore refero, quòd. ſ tanti uiri reiecti ſint.

OLIVERIVS.

QVid M. C. eū in domo Cæſaris eo anno pontificis maxi. bonæ deæ ſacra celebrarentur, qbus nulli uiro interreſſe licebat. P. Clodius appii filius Pōp. cæſaris uxoris amore correptus, ſub habitu muliebri ædes introiuit, & ſacra uiolauit, q cognitus p manus ſeruulæ ſeruatus. & eductus eſt. Cicero ad Atticum libro. iiii. epiſtola yii, cuius principium eſt, & mea ſponte, P. inqt Clodiū appii filiū te credo audiſſe cū ueſte mulieris, deprehenſum domi C. Cæſaris cum ſacrificiū p̄ populo fieret, eumque per manus ſeruulæ ſeruatū, &

ASCENSIVS.

QVid p. fecit, aut paſſus eſt (aut potius ſit modus procedendi) M. Cicero adeptus militis, & i. diſceptatione, aut certatione forenſi. i. in foro iudiciali, & ſummos honores, & ampliſſimū locū dignitatis, nonne abiectus eſt i. reprobatus teſtis in ampliſſimis caſtris eloquentiæ, hoc ē ipſo foro? q d. etiam utpote cum iurauit P. Clodium fuiſſe apud ſe Romæ illo, ſcilicet Clodio tuente. i. defendente, & inficiente, ſacrilegiū & flagitiū. i. inceſtū, dū ſacra bonæ deæ fierent à ſe tentatū uno argumento abſentiæ. ſiquidem. i. quoniam iudices maluerūt (qa corrupti pecunia, quod ideo non dicit, qa eius criminis comprobatio in cæſaris quodāmodo contumeliam redundaret) liberare Clodium crimine inceſti, q̄ Ciceronē infamia periurii, quā reprobando eius iuſiurandū manifeſte intulere. aliter enim ipſi pelerarent inique iudicando ſecundum reum conuictum.

OLIVERIVS.

TOt eleuat. a Seruilius Iſauricus teſtimoniū dixit in reū

qui ſibi occurrerat anguſto loco & honoris gr̃a equo non deſcenderat, quo nomine damnatus eſt. hic Pu. Seruilius Iſauricus miſſus aduerſus piratas, q proximum mare Cretam inter atq; Cyrenas, Pyreũ, & Achaiã, ſinumq; malæum latrocinabantur, non incruenta uictoria ſuperauit, nec mari ſubmouiſſe co tentus, ualidiſſimas urbes eorum, & diutina præda abundantes Phaleſin, & Olimpon euertit. Iſauronq; ipſam arcem Ciliciæ unde conſecutus eſt ſibi magna laboris Iſaurici cognomen adæquauit. dictus Iſauric⁹ q Iſauros in Cilicia domuerit. ¶ Tot eleuatis. leuibus & uanis teſtibus factis. ¶ Triumphalis. Quia de piratis triumphauit. ¶ Per ſummã admirationẽ. admirabantur omnes accuſatores, & patroni, q uir tantus in teſtimonium non uocatus, teſtis acceſſiſſet. ¶ Quã uiam quã rationem. Vir. Inueni germana uiam, gratare ſorori. ¶ Anguſto loco. Arcto loco q duos equos non admitteret, ergo hic nec de uia ceſſit nec equo deſiluit, nã principibus ciuitatis, qui honore digni cenſebantur, honoris gratia ab inferioribus equo deſcendebatur, caput aperiebatur & de ſemita cedebatur, quod, honoris genus. ſenectuti in primis dabatur. Sene. ep. lxx. Si conſulem uideo aut prætorem, omnia, quibus honor haberi ſolet faciam, equo deſiliam, caput adaperiam, ſemita cedam. ¶ Religionem. iuſtitiam. eſt enim religio pars iuſtitiæ. ASCẼ.

TOt teſtibus eleuatis. i. ſi ſui ponderis habuiſſe iudicatis, & ideo relectis ſicut æs in bilancem eleuatum relicitur, ego referã unũ ſ. teſtem cuius authoritas ingreſſa iudiciũ. i. conciliũ iudicũ, noua. i. inſolita ratione. i. uia, & forma, eſt confirmata. i. cõprobata & ſtabilita. Pu. Seru. ſup. uir conſularis, cenſorius, triũphalis, q a cõſul, cenſor, & triumphator fuerat, q adiecit cognomẽ Iſaurici titulis maiorũ ſuorũ, q a Iſauron in Cilicia deuicit, cũ præteriens forũ. ſ. iudiciale, uidiſſe teſtes dari. i. adhiberi. i. contra reum. ſ. quendam ſibi inuiſum, cõſtitit. i. manſit ſtans loco teſtis ut ẽt in eũ quaſi teſtis daretur, ac orſus eſt, ſic. i. incepit ſic loqui inter ſummã admirationem patronorũ. i. defenſorum, & accuſatorũ. ſ. rei. O iudices (uerba Seruilii) ego ignoro cuias ſit is ſup. q cauſam dicit. i. ſe defendit, aut quã. i. q̃lem uitã egerit quãq; i. & q̃ tũ merito, uel iniuria accuſetur, ſcio tãtũ illud, eũ ipſe occurriſſet, ſup. in uia laurentina mihi facienti iter ſup. in loco anguſto admodũ ſup. eũ noluiſſe deſcendere equo. Quod. ſ. factũ eius an ptineat aliquid ad religionem noſtrã. i. obſeruationẽ maieſtatis nr̃æ uos æſtimabitis. i. cenſebitis, aut exiſtimabitis. i. iudicabitis, ego putaui id non ſupprimendũ. i. tacendũ. Iudices dãnauerũt reũ, cæteris teſtibus uix auditis. ẽñ ꝑ q a, tũ. i. ſimul ãplitudo uiri, tũ. i. ſimul indignatio dignitatis eius neglectæ, ualuit multũ apud eos uidelicet iudices, & crediderunt eũ, q neſciret uenerari principes, procurſurum. i. talem qui facile procurrat in quodlibet facinus.

OLIVERIVS.

NEc illos. De his quoq; dicendũ eſt, q̃ q̃d in aliis dãnarũt, ipſi cõmiſerũt. C. Licinius pr̃em pdigũ habuit. petiuitq; ut à iudicibus, ut bonis iterdiceretur, quo facto eũ bonorũ adminiſtrationẽ ſuſcepiſſet, adeo luxurioſe uiuere cœpit extincto patre, ut pr̃imonium, q̃d amplum acceperat, breui cõſumpſerit, dignus ꝑfecto qui nõ bonis, ſed ſpiritu in

¶ Qui quæ in aliis vindicarunt ipſi commiſerunt. Cap. VI.

NEc illos quidem latere patiamur: qui quæ in aliis vindicarunt, ipſi commiſerunt. C. Licinius cognomine Hoplomachus à prætore poſtulauit, vt patri ſuo bonis tanquam ea diſſipanti, interdiceretur: & quidem quod petierat, impetrauit. Sed ipſe paruo poſtea tempore mortuo ſene, ampla ab eo relicta latifundia feſtinanter conſumpſit. dignus hac vicíſſitudine pœnæ fuit: quoniam hæreditatem abſumere, q̃ hæredem maluit tollere.

¶ De Caio Mario.

CAius autem Marius, cum magnum, & ſalutarem reipub. ciuem in Lu. Saturnino opprimendo egiſſet: à quo in modum vexilli pileum ſeruituti, ad arma capienda oſtentatum erat: Lu. Sylla cum exercitu in urbem irrumpente, ad auxilium ſeruorum pileo ſuperlato, confugit. Itaq; dum facinus, quod punierat, imitatur: alterum Marium, à quo affligeretur: inuenit.

¶ De M. Licinio Stolone.

MArcus vero Licinius Stolo cuius beneficio plebi petendi conſulatum poteſtas facta eſt: cum lege ſanxiſſet, neq; amplius, q̃ quingenta agri iugera poſſideret: ipſe mille comparauit: diſſimulandiq; criminis gratia, dimidiam partem filio emancipauit. quam ob cauſam à Marco Popilio Lenate accuſatus, primus ſua lege cecidit: ac docuit nihil aliud præcipi debere: niſi quod prius quiſq; ſibi imperauit.

terdiceretur, cũ patrẽ hĩdẽ ſuſtinere noluerit. ¶ Hoplomachus interpretatur armis pugnãs. fuit aũt à noĩe lõge diſſentiẽs, q a ñ armis, ſed dentibus pugnauit. ¶ Bonis iter. uſitata cõſtructio huic iterdicitur aq̃ & igni. ¶ Hac ui. alternatione, ut quẽadmodũ ipſe patrẽ, ſic eũ pt adminiſtratione rei domeſticæ priuaret. ¶ Hæredẽ tol. educare noluit hæredẽ quenq̃ q a bona cõſumẽdo hæredes habere nõ potuit.

ASCENSIVS.

NEc. i. & ne, & nequidẽ. i. non ẽt, aut non ſaltem patiamur illos latere. i. ẽ occulto eſſe, q ipſi cõmiſerũt ea quæ uindicauerunt in aliis. Tripſatus addit exemplum C. Li. Hoplomach⁹. i. armis pugnãs cognomine poſtulauit à prætore, ut interdiceretur patri ſuo bonis. i. uſu bonorũ tanq̃ diſſipanti ea, & q dẽ. i. etiã impetrauit ſ. à prætore quod petierat, q a patri datus eſt curator. ſed ſene paruo tpe poſt mortuo, ipſe feſtinãter cõſũpſit latifundia. i. amplos fũdos, & lata arua, relicta ab eo. ſ. ſene patre. ipſe ſup. fuit dignus hac uiciſſitudine pœnæ, quoniã maluit, abſumere hereditatẽ q̃ tollere. i. educare (ut in Andria Terẽtii. Quicquid peperiſſet decreuerũt tollere) hæredes, quos ſi habuiſſet forte ab illis ei bonis interdictũ fuiſſet. ſed grauius maiũ paſſus eſt quia mendicus mortuus eſt. OLI.

CAius au. Ma. Dictũ eſt in c. de for. quo pacto Ma. q primo nobilitati uehemẽter infenſus Apuleiũ ſaturninũ Gracchanas leges ſuſcitantẽ ſuis opibus iuuit, mutata ſnia auctore Scauro illũ è foro eiecit, & i capitoliũ fugere coegit. quẽ pſecutus cũ ille ꝓpoſito pileo ſeruos ad arma ſpe libertatis cõuocaret, capitoliũ iuaſit, & abruptis fiſtulis illũ i deditionẽ uenire, coegit. q cũ pniæ plegatos fidẽ feciſſet ide digreſſus. cũ ducibus factiõis receptus eſt i curiã, ubi facta in eũ eruptiõe populus eũ fuſtibus ſaxiſq; cooptũ, i ipſa quoq; morte lacerauit. Ma. igit ſaturninũ oppſſit, q a ſeruos ad arma uocabat, ipẽ uero paulopoſt ad ſui opẽ ſublato pileo ſpe libertatis ſeruos ſuitauit, cũ Syllã i urbẽ irrũpente cũ exercitu ſẽſit, ergo, q i aliis correxit ipẽ peccauit. & alium ſui quoq; pcĩ uindicatorẽ iuenit. Aduertẽdũ ẽ, q Eutropius d Mario dicit, Sylla Mariũ de catapli caſa extractũ uinciri iuſſit, ductũq; trãſtyberĩ effoſſis mẽbris minutiq; cæſis trucidari. ibi de M. Ma. loqtur, nõ de C. Ma. Nã C. M. ut Pli. & Ci. & Plut. & multi alii teſtãtur uolũtaria morte deceſſit. Nã Cic. li. de na. deo. cur inqt Ma. tã iſœliciter ſepties cõſul domi ſuæ, mortuus eſt. ¶ Pileũ, ſignũ libertatis, & dicimus hoc Pileũ, & hic Pile⁹, & magis in uſu eſt in maſculino, q̃q̃ hic neutri inueniatur.

ASCENSIVS.

CAius au. Ma, quũ egiſſet. i. geſſiſſet ſe ciuẽ magnũ, & ſalutarẽ reip. opprimẽdo L. Saturnino, à quo. ſ. Saturnio Pileum. i. ſignũ libertatis erat oſtẽtatũ ſeruituti. i. ſeruis ad capienda arma. ſ. contra dños ſuos, & ꝓpotentes ciues, in modũ uexilli, cõfugit. ſ. Ma. ad auxiliũ ſeruorũ, pileo ſublato. i. erecto, hoc eſt uocatis eis ad pileũ. i. libertatẽ. L. Sylla irrũpente. ſ. quũ irrũperet in urbẽ. ſ. Ro. contra Ma. cũ exercitu, Itaq; dum imitatur facinus, q̃d punierat ſ. in ſaturnino, iuenit alterũ Mariũ. i. Marii imitatorẽ, Syllã uidelicet, à quo affligeretur

OLIVERIVS.

MArcus uero Licinius Stolo. Plin. de uiris illuſtribus. Fabi. ambuſtus è duabus filiabus alteram Licinio Stoloni

Stoloni. alterā A. Sulpi. pticio coniugē dedit, quarū plebeia cū ſororē ſalutaret, cuius uir trib. milita. cōſulari ptāte erat, faſces lictorios foribus appoſitos indecenter expauit, à ſorore irriſa marito q̄ſta ē, qui adiuuāte ſocero, ut primū tribu. ple. aggreſſus eſt legē, tulit, ut alter cōſul ex plebe crearet̃, lex exiſtēte Appio Clau. tñ lata eſt, & primus Licinius Stolo cōſul factus. idē legē ſanxit ne cui uiro plebeio plus q̄ centū iugera agri hr̄e liceret, & ipſe cū iugera centū quinquaginta hr̄et, altera emancipati filii noīe poſſideret, in iudiciū uocatus, primus olum ſua lege punitus eſt. ¶ Cuius bene. peiē. conſu. comō, quo ſupradictum eſt. ¶ Sanxiſſet. firmaſſet. ¶ Quingenta agri iugera, Aut diſſentit à Pli. Va. aut mendoſus eſt codex meus, nā centum tm̄modo legi. ¶ Emācipauit. p emancipationē dedit, finxit. n. à ſe filiū emācipaſſe, ut agri iugera poſſet iure poſſidere, ne contra quā ipſe tulerat legē, feciſſe uideretur, qđ illi parum ualuit, nā in ius à Popilio Lenatr uocatus ſua ipſius lege dānatus ē. ¶ Ac do. exēplū ſtatuit aliis nō eſſe cupiendū. ¶ Præcipiendū, quod non prius ſeruare intenderit, qui præceperit.

ASCENSIVS.

Marcus ue. Lici. Sto. cū bene. ptās. i. facultas petendi cōſulatū eſt facta plebi, cū ſanxiſſet. i. ſāctē conſtituiſſet, lege. ſ. lata, nequis poſſideret amplius q̄ quingēta iugera agri, ipſe cōparauit mille. ſ. iugera agri, & emācipauit. i. extra ptātē ſuā dedit filio dimidiā ptē. i. altera quingenta, iugera, gr̄a criminis diſſimulādi. ob quā cām accuſatus à Marco Popilio Lenate, cecidit primus lege ſua. i. à ſe lata, ac docuit. ſ. exēplo de ſe ſumpto, nihil aliud debere præcipi, niſi qđ quiſq; imperauit prius ſibi.

¶ De Quinto Vario Tribuno.

Quintus autem Varius, propter obſcurum ius ciuitatis Hybrida cognominatus tribu. pleb. legem aduerſus interceſſionem collegarum prorogauit: qua iubebat quæri quorum dolo malo ſocii ad arma ire coacti eſſent: magna cum clade reipu. ſociale enim prius, deinde ciuile bellum excitauit. Sed dum ante peſtiferum tri. ple. quàm certum ciuem agit: ſua lex eum domeſticis laqueis conſtrictum abſumpſit.

OLIVERIVS.

Quintus aūt Var. Hyb. Hic eſt, qui legē tulit, ut quærerẽ de his, quorū opere, & cōſilio ſocii cōtra Po. Ro. arma ſumpſiſſent. qus lege Qu. Cepioni gratificans, M. Scaurū cōcitati belli crimine apud ſe adeſſe iuſſit. Hybrida quaſi cōtumelia uocatus, ſua ipſius lege dānatus. dū. n. ſeuerius agit in eos, q auctores fuerāt cōcitādi belli, bellū ipſe nō mō ſociale, ſed ēt ciuile ſuſcitauit, & hoc mō dū ſeditionē cōcitat, lege opprimit̃. ¶ Hybrida. cōtumelioſus, ſiue cōtumelia ſenatus, nā ὕβρις, cōtumelia dr̄. ¶ Aduerſus col. inter. Interceſſerāt collegæ, hoc ē alii tribuni, ne reip pnicioſa lex ferret̃, ea tñ tulit aduerſus collegarū interceſſionē, & ita ſeditionē, & bellū excitauit ¶ Magna cū Clade reip qs ſocii rurſus arma ſumpſerāt, & inter ſe ciues peſtifera ſeditione laborarūt. ¶ Sociale. bellū ſociorū, qđ piculoſiſſimū fuit, tādē Pōpeius Strabo ſedauit. ¶ Quā cer ciuē. qa Veronēſis iſte fuit, iō dicit prius ſe tribunū peſtiferū, q̄ certū ciuē egiſſe. ¶ Domeſtici la. cō. qa ſua lege dānat⁹, pœnas dedit, q̄s debuit.

ASCENSIVS.

Quintus aūt Vari. cogno. Hybri. i. mixto ſanguine cōtumelioſe natus, pp obſcurū ius ciuitatis, quia dubiū erat, an deberet cenſeri, ciuis Ro. trib. ple. i. cū eſſet tribu. pleb. prorogauit. i. p̄mulgauit, facta prius rogatione, legē aduerſus interceſſionē collegarū, hoc eſt licet collegæ intercederent. i. auctoritatem ſuam opponerent, q̄. ſ. lege iubebat quæri. i. inquiri, quorū dolo malo. i. fraude ſocii. ſ. nois. latini eſſent coacti ire ad arma, iubebat dico cū magna clade reip. quia ipſe excitauit prius bellū ſociale, deinde ciuile: Sed dum agit. i. gerit ſe antè trib. ple. peſtiferū. i. pernicioſum reip. q̄ ciuē certum, lex ſua. i. q̄ ipſe tulit, abſumpſit eum conſtrictum, laqueis domeſticis, ideſt domi illi parata forte in alios.

THEOPHILVS.

Propter ob. i. ci. quia nō cōſtabat, quo iure ciuis eſſet inde Vale. infra ſtatim. Ante peſtiferum trib. ple. q̄ certum ciuem agit.

¶ De ſtudio & induſtria. Cap. VII.

Quid ceſſo vires induſtriæ commemorare? cuius alacri ſpiritu militiæ ſtipendia roborantur: forenſis gloria accenditur: fido ſinu cuncta ſtudia recepta nutriuntur. quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile ē: ad cumulum laudis perducitur. quæ cum perfectiſſima ſit virtus: duramē to ſui confirmatur.

OLIVERIVS.

Quid ceſſo uires. Dicturus de ſtudio, & induſtria, uirtutē utrāq; breui pfatione cōmendat, q harū uiribus tā militiæ q̄ fori diſciplina cōfirmatur, cuncta ſtudia fouentur, & q̄ per ſe clara ſunt, illuſtriora reddūtur. deniq; uirtus ex omni parte pfecta cōprobatur. inter ſtudiū uero, & induſtriā hoc intereſt, q ſtudio diſcimus, induſtria exercemus. ¶ Militiæ ſti. Sine induſtria militaris diſciplina nihil ualet. ¶ Forenſis glo. eloquētia, qua cauſæ aguntur in foro. ¶ Fido ſi. aīo & pectore cōcepta. & eſt trāſlatio ſumpta à mrib⁹, quæ filiolos ſinu geſtare conſueuerunt. ¶ Animo. quo diſcitur. & cogitatur. ¶ Manu. qua operamur. ¶ Lingua. qua pronunciamus, & peroramus. ¶ Duramēto ſui cōfirmatur. Nā hoc ipm induſtria uocatur, quia durat, & ſeipſam ſuſtentat, nullius adminiculo indigens. Studiū & induſtria diſferunt

ASCENSIVS.

Quid. i. ad qđ ceſſo cōmemorare uires induſtriæ. i. innatæ grauitatis, & ingenioſitatis, Cuius ſpiritu alacri ſtipēdia militiæ roborantur. i. ſtabiliūtur, gloria forenſis. i. ſeſe in foro cārū exercitantiū accenditur, cuncta ſtudia recepta fido ſinu. ſ. induſtriæ, nutriuntur. i. aluntur ab ea, & quicquid admirabile eſt aīo. i. dum ab aīo fit, quicquid manu, quicquid lingua. i. ſiue in corde, ſiue in facto, ſiue in dicto, perducitur ad cumulū laudis, repete alacri ſpiritu induſtriæ, quæ cū ſit uirtus pfectiſſima, cōfirmat̃. i. ſtabilitur duramēto ſui. i. ſolidamēto ſibi à ſe facto.

¶ De Catone ſuperiore.

Cato ſextum & octogeſimum annū agēs, dum in repub. tuenda iuuenili animo perſtat: ab inimicis capitali crimine accuſat⁹, cauſam ſuam egit: neq; aut memoriam ei⁹ quiſquam tardiorem, aut firmitatem lateris ulla ex parte quaſſatam, aut os hæſitatione impeditū animaduertit. quia ſcilicet omnia iſta in ſtatu ſuo æquali, ac perpetua induſtria continebat. quin etiam in ipſo diutiſſime actæ vitæ fine diſertiſſimi oratoris Galbæ accuſationi, defenſionem ſuam pro Hiſpania oppoſuit. Idem græcis literis erudiri cōcupiuit. quàm ſero inde æſtimemus, q etiā latinas penè iam ſenex didicit: cumq; eloquentia magnā gloriam partam haberet, id egit: vt iuris ciuilis quoque eſſet peritiſſimus.

OLIVERIVS.

Cato ſextū. M. Por. Cato capitali crimine accuſatus. hic cōſul Celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent, literas ad ſingulas ciuitates miſit, ut muros diruerent. cū unaquæq; ſibi ſoli imperari putaret fecerunt, ipſe cū laudē mereretur, ub iudicis capite poſtulatus ē. Cōſtat q̄dragies quater fuiſſe accuſatū, & ſemp glorioſe abſolutū. hāc aūt ultimā cām fuiſſe cōiicim⁹, quā octogenari⁹ dixit cū ſūma laude, & quaſi admiratiōe, q i ea ætate memoria tāta, laterūq; firmitate, & pnūciatiōe ualeret, ut i nulla pte deficeret. cuius oro tātā aim hūit, ut nō ſolū ſe tutaretur, ſed accuſatorē quoq; Galbā reū cū ſūmo piculo redderet. eā poſtmodū oronē i annalibus ſuis inſeruit. Pli. na. hi. li. vii. de Catone. Cæteris ingt uirtutū gñibus uarii & multi fuere pſtātes, Cato primus Porciæ gentis tres ſummas in hoīe res præſtitiſſe exiſtimatus eſt, optimus orator, optimus imperator, optimus ſenator, quæ mihi oīa ēt ſi nō prius, ſtta-

Catōis uirtute tres potiſſimæ

ℭ De Catone Inferiore.

CVius mirifica proles Cato, propior noſtræ ætati, ita doctrinæ cupiditate flagrauit: vt ne in curia quidem, dum ſenatus cogitur, temperaret ſibi: quo minus græcos libros lectitaret: qua quidem induſtria, oſtendit aliis tempora deeſſe: alios temporibus ſupereſſe.

ℭ De Terentio Varrone.

TErentius autem Varro humanæ vitæ exemplo, & ſpatio nominandus, non annis, quibus ſæculi tempus æquauit: quàm ſtylo viuacior fuit, in eodem enim lectulo & ſpiritus eius, & egregiorum operum curſus extinctus eſt.

ℭ De Liuio Druſo.

COnſimilis perſeuerantiæ Liuius Druſus: qui & ætatis viribus, & acie oculorum defectus: ius ciuile populo benigniſſime interpretatus eſt: vtiliſſimaq́ diſcere id cupientibus monimenta compoſuit. nam vt ſenem illum natura, & cæcum fortuna facere potuit: ita neutra interpellare valuit: ne non animo & videret, & vigeret.

men clarius fuiſſe in Scip. Aemiliano uidentur. dempto præterea, plurimorum odio, quo Cato laborauit. itaq; ſit proprium Catoni quater & quadragies cãm dixiſſe, nec quenqua ſæplus poſtulatum & ſemper abſolutum. ℟ Capitali cri. q̃ P. Ro. prouinciam deleuiſſet, quod erat capitale. ℟ Neq; aut me. &c. In his omnibus uis maxima eloquentiæ conſiſtit. ℟ Memoriam. quæ in ſenibus ſolet eſſe debilior, niſi fuerit longa & aſſidua exercitatione confirmata, hoc eſt induſtria corroborata. ℟ Firmitate lateris. ut poſſet clauſulas quantumlibet longas uno ſpiritu pronũciare. ℟ Aut os hæſitatione impeditũ. ut in proferẽdis uerbis nulla tarditate, aut titubatione uerteretur. ℟ Quin etiam. Cum Lucius Stribonius tri. ple. rogationem tuliſſet, ut Luſitani, qui in fide P. R. dediti à Serui. Galba in Callia ueniſſent, in libertatem reſtituerẽtur, M. Cato acerrime ſuaſit. extat oỏ in annalibus eius incluſa. Qu. Fuluius nobilior, & ſæpe ab eo in ſenatu laceratus rñdit pro Galba. ipſe quoque Galba cum ſe commẽdari uidebatur cõplexus duos filios prætextatos, & Sulpicii filium, cuius tutor erat, ita miſerabiliter locut⁹ eſt pro ſe, ut rogatio antiquaretur. extãt tres oỏnes eius, duæ aduerſus Libonem tri. ple. rogationeſq; eius habitæ de luſitanis, una contra L. Cor. cetegum, qui luſitanos prope ſe caſtra hñtes cæſos fatetur, q̃ cõpertum habuit, equo atq; hoĩe ſine ritu immolatis per ſpẽm pacis, adoriri exercitũ ſuum in ſlo habuiſſe. De Catone Pli. Galbam inquit octogenarius accuſauit aſſiduus malorum.i. q̃ ali Va. Galbæ actioni defenſionem ſuã pro Hiſpania oppoſuit, defendendo Hiſpa. in qua prætor Galba temp. geſſerat, ipſum Galbam ex accuſatore reum fecit. Idẽ & illud Cato. induſtriæ exemplum maximum, q̃ eum pene ſenex latinas literas didiciſſet, græcas iam ſenex diſcere uoluerit. nec ſatis habuit, niſi & iuris ciuilis ſcientiam conſecutus eſſet, ita ut nemini cederet unde natum eſt illud uulgare prouerbiũ, Tarde ueniſti, cito proficiam.

ASCENSIVS.

CAto agens annum ſextum & octogeſimum, dum perſtat.i. ſine intermiſſione ſtatalo iuuenili in tuenda.i. protegenda rep. accuſatus ab inimicis crimine capitali, egit cãm ſuam.i. ſe defendit propria oỏne, neq; quiſq̃ aĩaduertit, aut memoriam eius, qua dicenda complectebatur tardiorem, aut firmitatem lateris, unde uox prodit, quaſſam.i. debilitatam ex ulla parte, aut os impeditũ hæſitatione.i. dubitatiõe ob inuidiam inimicorum, aut cunctatione ob ſenectutem. quia.ſ. Ca. cõtinebat oĩa iſta.ſ. tria iam dicta & eorum ſimilia in ſtatu ſuo induſtria æquali, ac perpetua. Quinetiam oppoſuit defenſionẽ ſuã pro Hiſpania accuſationi Galbæ oratoris diſertiſſimi in ipſo fine uitæ actæ diuitiſſime. Idem.ſ. Cato cupiuit erudiri literis græcis q̃.i. q̃tum ſero.i. tarde æſtimemus.i. coniectemus, inde.i. ex eo q̃ didicit ẽt latinas.ſ. lr̃as penè iam ſenex. Cumq́; haberet iam magnam gloriam partam eloquentia, ipſe egit id, ut eſſet quoq;, ideſt etiam periuiſſimus iuris, ſcilicet ciuilis.

OLIVERIVS.

CVius miri. nec minor fuit uticẽſis pronepotis induſtria, qui ne momẽtum quidem tpis ſibi dilaberetur ocioſo, Xenophontis aliorumq; græcorum libros cõtinue geſtãs lectitare, uel in curia, ſi qñ dabatur ocium, dum.i. ſenatus cogeretur, ſemper conſueuerat, ut oſtenderet aliis tempora deeſſe, alios ſupereſſe temporibus turpiſſimam autem eſſe iacturam quæ fiat per negligentiam. ℟ Cogitur. colligitur. congregatur. Virg. Tytire coge pecus. ℟ Temperaret. abſtineret. Vir. Quis temperet à lachrymis. De hoc Catone Cic. in libro de finibus bonorum & malo. libro quarto, circa principium.

ASCENSIVS.

CVius.ſ. Catonis maioris, proles.i. progenies, & propago, non tñ filius, ſed pronepos, Cato.ſ. uticenſis propior.i. uicinior noſtræ ætati, flagrauit.i. arſit ita cupiditate doctrinæ, ut ne quidem.i. non ſaltem temperaret ſibi.i. abſtineret, in curia.i. ſenatu, dum.i. donec, ſenatus cogitur.i. congregatur, quo minus.i. ut non lectitaret libros græcos. Qua quidem induſtria oñdit, tpa deeſſe.i. non ſufficere aliis, uidelicet uehemẽter occupatis ſtudiis, & alios.ſ. ocioſos, & oſcitãtes ſupereſſe.i. ſuperfluos eſſe tẽporib⁹, quia de eis tpa nullum fructũ aſſequuntur, nec ipſi de tpibus. unde miror, cur non dixerit, aliis tpa ſupereſſe.i. pluſq̃ ſatis ſit eſſe, quia neſciunt quid faciãt de tpe. Verum ſi recte æſtimemus, quia unicuiq; bene operandum eſt, dum tps eſt, & poſt hanc uitam operandi tps non erit ullum, qui tps ſuũ debito officio impartiunt, & impartiuerunt, indigent tpe, quis pro ardenti gnauitate ſat ſibi tpis non hre uideantur, cũ tpa defutura ſint illis, qui male, aut negligenter expenderint.

OLIVERIVS.

TErentius aũt Var. Hic ẽ Ter. Varro, qui multa uolumina ſcripſit, & in primis de lingua latina, quem beatus Aug. rerũ doctorem appellat. de quo Ci. ad eundẽ ſcribens, inquit In nr̃a urbe peregrinantes, errantesq̃ hoſpites tui libri quaſi domũ reduxerũt, ut poſſumus aliqñ qui, & ubi eſſemus cognoſcere. Tu ætatẽ pr̃iæ, tu deſcriptiones tporũ, tu ſacrorũ iura, tu ſacerdotũ, tu domeſticã, tu pub. diſciplinã, tu rerũ, tu locorũ regionũ, tu oĩum humanarũ, diuinarũq; gñā, nola, officia, & cãs aperuiſti. ℟ Sæculi tẽ. quia ad centeſimũ peruenit annũ. & tñ eius opera uiuaciorẽ illum reddiderũt, q̃ tot peracti anni. nã ſæculum ſpacium dicitur centum annorum.

Varronis induſtria

ASCENSIVS.

TErentius aũt Var. doctiſſimus iudicatus, nolandus exẽplo, & ſpatio uitæ humanæ.i. q̃tum uita humana in tali labore durare poſſet pro exemplo afferendus, nõ fuit uiuacior.i. diuturnior in uita annis, quibus æquauit tps ſæculi.i. ſpacium centũ anno. q̃ ſtylo.i. ſcribendo, hoc eſt, qui nõ diutius uixit q̃ ſcripſit. enim pro quia, ſpũs eius, & curſus egregiorum operum extinctus eſt in eodem lectulo, quia decubans in eo uicinus morti ſcriptitabat, donec ſpiritum redderet.

OLIVERIVS.

COnſimilis perſeuerãtiæ. Hic Liuius Druſus p̃ eius Druſi fuit, qui tri. ple. latinis ciuitatem, plebi agros, equitib⁹ curiam, ſenatui iudicia promiſit, & tm̃ in urbem conflauit incendium, ut ne prima illius flãma poſſet ſuſtineri, ni eſſet ſubita morte correptus. p̃ igitur, uir eximiæ induſtriæ, q̃ q̃ luminibus captus, & ſenio, ac uiribus confectus, tñ Po. Ro. quoad uixit, leges expoſuit, de iure ciuili monumenta compoſuit, ut eſſent illud diſcere uolentibus accommodata. non illi fortuna, quæ ſecum fecerat, non natura, quæ ſeni obeſſe potuit, quo minus uideret, atq; uigeret. ℟ Defectus. deſtitutus, uel debilitatus. ℟ Interpellare. impedire. ℟ Videret. ut mẽte, & ratione colligeret, & reſpexit ad id quod dixit cæcum. ℟ Vigeret. ualidus eſſet animo, ad id quod dixit ſenem.

ASCENSIVS.

COnſimilis &c. Liui. Druſius ſup. fuit conſimilis perſeuerantiæ, quippe q̃ defectus.i. deſtitutus uiribus ætatis, & acie oculorum, interpretatus eſt benigniſſime populo ius ciuile, & compoſuit monumenta.ſ. ſui i. libros, aut cõmentaria utiliſſima cupientibus diſcere id, ſcilicet ius ciuile. Nã ut natura potuit facere illum ſenem, & fortuna cæcum, ita neũtra, ideſt neq; natura, neq; fortuna ualuit interpellare, ideſt impedire, ne, ideſt ut non, & uigeret contra ſenium, & uideret animo, contra cæcitatem oculorum.

Publius

OLIVERIVS.

Pub. & Pōtius cauſarū actores

PVblius uero ſenator, & L. Pontius. Hi duo cauſidici induſtria propè admiranda fuiſſe uidentur, ut ſenes, & cæci non in lecto, ut Druſus, ſed in foro cauſas frequenter agerent, & ius ciuile cum magna populi frequentia exercerēt. Multi enim quibus uis illa ingenii grata, & ſuauis erat, nōnulli etiam illorum perſeuerantia moti, ad cauſarum actiones, quas cæci & ſenes agebant, frequentes confluebant. Nec mirum, nam cum alii cæci receſſus & latebras q̄rere ſoleāt, & malum addere malo, hi luminibus capti, & in foro, & in concione ferme ſemper erant. ⸿ Celebres actores cauſarum. clari & illuſtres cauſidici. ⸿ Luminibus capti. Oculorum acie priuati, ſiue debiles oculis. Virgili. Atque oculis capti fodere cubilia talpæ. ⸿ Forenſia ſtipēdia. Appellat actiones cauſarum. ⸿ Alii incōmodo iſto perculſi. Lumine priuati. quo quale maius naturæ incommodum ſit, haud facile inueneris. ⸿ Fortuitis uoluntarias. cum tenebras, & obſcura loca deligant, in quibus quodāmodo deliteſcāt. augēt tenebras ſibi à fortuna datas.

ASCENSIVS.

IAm (Continuatiua uox) P. Craſſus cum conſul ueniſſet in Aſiam ad debellandum Ariſtonicum regem, comprehendit animo, notitiam linguæ græcæ tāta cura, ut eo gnoſceret penitus per omnes partes, ac numeros, eam ſcilicet græcā linguam diuiſam in quinque genera, ſcilicet Ionicum. Doricum. Atticum. Aeolicum, & commune. Quæ res cōciliauit, id eſt conglutinauit maximum amorem ſociorum ei reddenti decreta, id eſt pronuncianti ſententiam eadem lingua, qua quis eorum, ſcilicet ſociorum poſtulauerat, ſcilicet ius, apud tribunal eius.

⸿ De P. Senatore, & Lucio Pontio equite Ro.

PVblius vero Senator, & Lucius Pontius eques Romanus ſuis tēporibus celebres cauſarum actores: luminib⁹ capti eadem induſtria, forenſia ſtipendia executi ſunt. Itaq; frequentius etiam audiebantur concurrentibus aliis, quia ingenio eorum delectabantur: aliis, quia conſtantiam admirabantur. nāq; alii incommodo perculſi ſeceſſum petunt: duplicant tenebras: fortuitis voluntaria adiicientes.

⸿ De Publio Craſſo.

IAm P. Craſſus, cum in Aſiam ad Ariſtonicū regem debellandum Conſul veniſſet: tātā cura græcæ linguæ notitiam animo comprehēdit: vt eam in quinq; diuiſam genera, per omnes partes, ac numeros penitus cognoſceret. Quæ res maximum ei ſociorum amorem cōciliauit, quia quis eorum lingua apud tribunal eius poſtulauerat: eadem decreta reddenti.

⸿ De Roſcio.

NE Roſcius quidem ſubtrahatur ſcænicæ induſtriç notiſſimum exemplum: qui nullum vnquam ſpectanti populo geſtum, niſi quem domi meditat⁹ fuerat: ponere auſus eſt. Quapropter non ludicra ars Roſcium, ſed Roſcius ludicram artem commēdauit: nec vulgi tantum fauorem, verumetiam principum familiaritates amplexus eſt. hæc ſunt attenti, & anxii, & nunquam ceſſantis ſtudii præmia: propter quæ tantorum virorum laudibus, non impudenter ſe perſona Hiſtrionis inſeruit.

ASCENSIVS.

PVblius uero Senator & L. Pōtius eques Romanus, celebres actores cauſarum ſuis temporibus, capti. i. orbati luminib⁹, id eſt uiſu, executi ſunt eadem induſtria, ſcilicet quam priuſquam cæci facti eſſent ſtipendia, id eſt mercedes & exercitia forenſia, id eſt in foro cauſarum. Itaque, id eſt & ita ipſi audiebantur frequentius, alii concurrentibus ſcilicet ad audiendum, quia delectabantur ingenio eorum, aliis quia admirabantur conſtantiam, ſcilicet in agendo. Namq; alii, qui perculſi incommodo quale eſt cæcitas, petunt ſeceſſum, id eſt ſecreta loca, duplicant tenebras, adiicientes fortuitis. i. à fortuna illatis tenebris uoluntarias, ſup. tenebras, præſertim mentis.

OLIVERIVS.

NE Roſcius. nec Roſcii quidem, prætermittenda eſt induſtria, qui meditatus ſemper in ſcænam uenire conſueuerat, ut nihil ſpectante populo gereret, hoc eſt geſtum nullum faceret, quem nō prius domi comprobaſſet. ex qua ſumma induſtria factum eſt, cum artem ſcænicam plene tenuerit eam ſit gloriam conſecutus, ut quicunque in hiſtrionia excelleret, is Roſcius diceretur, teſtē Cicero. libro primo de oratore, ubi hunc Roſcium mirifice laudat. hic nō ſolum uulgi fauorem, ſed multorum quoque principum familiaritatem iniuit, de quo Plinius libro ſeptimo de naturali hiſtoria ceſſere in hoc æuo noſtro nec modicæ laudis hiſtriones, ſed libertatem ſuam mercari, quippe, cum iam apud maiores Roſcius & cætera. ⸿ Scænicæ. id eſt induſtriæ mimorum & hiſtrionum, qui ſe in ſcæna exercebāt. ⸿ Meditatus fuerat. exercuerat, ne quid inuenuſte, ne quid inepte, ne quid incompoſite ederet hinc eius induſtria quāta fuerit, facile conicitur, quòd nunquam in ſcæna fabulam egerit, quam non prius domi repræſentaſſet. ⸿ Ludicra ars. plus ille arti dignitatis, quàm ipſe ex arte honoris ſit conſecutus. ⸿ Hæc ſunt attenti. Laudat induſtriam Valeri. dicens non mediocrem ex ea fructum percipi, ſi fuerit diligentiſſime culta, idq; probat ex Roſcio, qui ſola induſtria meruit ut cum clariſſimis uiris commemoretur, quamuis hiſtrioniam exercuerit. ⸿ Attenti & anxii ſtudii. Diffinitio induſtriæ. quid enim aliud eſt induſtria, niſi attentum, uehemens, & aſſiduum in re aliqua ſtudium.

Roſci⁹ in ſcæna clarus

OLIVERIVS.

IAm P. Craſſus. Hic P. Craſſus, ut in capitu. de fortitudine diximus, aduerſus Ariſtonicum miſſus cū exercitu, & imperator, & Pontifex quod nunquam antea factum fuerat, ut dux ſimul exercitus, & pontifex mitteretur, ex quo etiam creditum eſt, rem male ceſſiſſe, attamē ea fuit induſtria, ut quinque græcorum linguas breui comprehēderit, quæ res ſibi plurimum contulit ad conciliandos ſociorum animos. nam gratiſſimum erat illis, cum ius dicendum eſſet, non aliena per interpretes, ſed ſua quiſque lingua ſuum ius audire. ⸿ Ad Ariſtonicum regem debellandum. Attalus rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, ſocii quondam commilitoniſque Roma. eiuſmodi teſtamētum reliquit, populus Romanus. bonorum meorum hæres eſto. Addita igitur hæreditate prouinciam Popu. Roma. non quidem bello, nec armis, ſed quod eſt æquius teſtamenti iure retinebat, ſed hanc difficile dictu eſt, utrum facilius amiſerit populus Romanus, an recuperauerit. Nam Ariſtonicus regii ſanguinis, ferox iuuenis armis prouinciam inuaſit, aduerſus quem primo quidem miſſus fuit hic Publi. Craſſus, qui uictus, & captus dum duceretur, uirgam quam æquum regebat in oculum barbari unius direxit, qui ut doloris accenſus, Craſſi latus ſicca confodit. ⸿ In quinq; genera diuiſa. ſatis conſtat quinque græcorum linguas eſſe. Ionicam. Doricam, Atticam, Aeolicam, & communem.

ASCENSIVS.

NE quidem, id eſt non etiam, aut non ſaltem, cum magis uideatur poſſe ſubtrahi Roſci. notiſſimum exemplum induſtriæ ſcænicæ, id eſt in ſcæna, hoc eſt in actione comœdiarum, tragœdiarum, aut ſimilium habitæ, ſubtrahatur, ſcilicet ab hoc loco, ubi induſtria laudatur, qui nullum id eſt non ullum, non eſt auſus, ponere, id eſt præſentare unquam populo ſpectanti ullum geſtum, niſi quem fuerat meditatus, id eſt expertus domi. Quapropter ars ludicra, id eſt ſcænica, & qua ludis publicis opera dabatur, non commendauit Roſcium, ſed Roſcius commendauit, id eſt comprobauit, & maioris auctoritatis fecit artem ludicram. Nec Roſcius amplexus eſt tantum fauorem uulgi, uerumetiā familiaritates principum. Hæc, ſcilicet placere, & populo, & principibus, ſunt præmia ſtudii attenti, & anxii, & nunquam ceſſantis, hoc eſt ſemper uigilantis, propter quæ perſona hiſtrionis, id eſt Ludii, aut Ludionis & ſcænici hominis, uidelicet Roſcii inſeruit ſe non impudenter, id eſt citra impudentiam (Non tamen id ipſe fecit per ſe, id eſt per auctorem huius, ſed operis) laudibus tātorum uirorum, quanti ſunt ſuperiores.

Ⅽ Externa. De Demoſthene.

GRæca quoq; induſtria, quoniam noſtræ multum profuit: quem meretur fructum latina lingua, recipiat. Demoſthenes, cuius commemorato nomine, maximæ eloquentiæ conſumatio audientis animo oboritur: cum inter initia iuuentæ, artis, quam affectabat: primam literam dicere non poſſet: oris ſui vitium, tanto ſtudio expugnauit, vt ea à nullo expreſſius referretur. Deinde propter nimiam exilitatem, acerbam auditu vocem ſuam exercitatione continua ad maturum, & gratum aurib᷒ ſonum perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus vires negauerat: à labore mutuatus ē. Multos enim verſus vno impetu ſpiritus complectebatur: eoſq; aduerſa loca celeri gradu ſcandēs, pronuntiabat, Ac vadoſis litoribus inſiſtens; declamationes fluctuum fragoribus obluctantibus edebat: vt ad fremitus concitatarum concionum, patientia duratis auribus, in actionib᷒ vteretur. Fertur quoq; ore inſertis calculis multum, ac diu loqui ſolitus: quo vacuum promptius eſſet, & ſolutius. Præliatus eſt cum rerum natura, & quidem victor abiit: malignitatem eius pertinaciſſimo animi robore ſuperando. Itaq; alterum Demoſthenem mater, alterum induſtria enixa eſt.

Ⅽ De Pythagora Philoſopho.

ATq;, vt ad vetuſtiorem induſtriæ actū tranſgrediar: Pythagoras perfectiſſimū opus ſapientiæ à iuuenta pariter, & omnis honeſtatis percipiendæ cupiditatem

OLIVERIVS.

Demoſthenis induſtria

GRæca quoq; induſtria. Latina inquit lingua græcorum induſtriam poſteritati cōmendet, & quem ab ea meruit fructum, recipiat. Ⅎ Demoſthenes. Hic quāta fuerit induſtria, qui eius uitam legerit, ubi oſones eius continentur, facile cognoſcet. eſt autē à clariſſimo uiro Leonardo Aretino in latinum elegātiſſime traducta, in qua non nihil à Iuue. diſſentire uidetur, cum dicat, patrem in officina gladiatorum fuiſſe. Iuuen. uerò in Satyra oībus in terris, ita refert de Demoſthene. Quem pater ardētis maſſæ fuligine lippus, A carbone & forcipibus, gladioſq; parante, Incude & luto uulcano ad rethora miſit. quod ultimum nō plene cū his, quæ Leonardus ſcripſit concordare ut, cum longe poſt mortem patris hoc ſibi aſſumpſiſſe officiū referat. de hoc Demoſthene à Cic. à Quinti. à Gel. multiſq; aliis multa referūtur. de natiuitate, de induſtria. de arte. de tota uita. fuit. n. oratorum oīum græcorum facile princeps, qui in pronunciatione ſummum artificium reponebat. hic multa ſibi à natura denegata ſtudio, & induſtria comparauit. primam rhetoris literā pronunciare non ualebat, hāc lapillia ore ſæpius inſerendis facillimā expreſſionem reddidit. exilitate uocis laborabat, breui effecit, ut auditorum auribus uehementer inſonaret, fieretq; grata omnibus, atq; ſuauis. multaſq; alia naturæ uitis correxit tāto ſtudio, & induſtria, ut cum ipſa natura pugnaſſe quodammō uideri poſſit. habuiſſe domi ſpeculum ingens dr, ad qd' ſe ipſum uidens geſtum formaret. quid quod ſibi domi locū ſubterraneum conſtruxiſſe ferunt, in quem per ſingulos dies, ille deſcendens geſtum ac motum corporis fingebat, uocemq; exercitabat ſæpe etiam duos, uel tres menſes, ut refert Plu. continuo domi incluſus, non ceſſabat, Abraſa parte capitis, ut exeundi facultatem ſibi ipſi præriperet. ſermones inſuper, & negocia foris agitata, ad ſtudium referebat, multaq; alia faciebat, cum quo facile cognoſcebat, ſe nō multum natura & ingenio ſed ſtudio, & exercitatione ualere. Ⅎ Maximæ elo. con. aud. ani. obrui. Si conſumatus orator quiſq̄ dici poteſt, hic unus apud græcos inuentus eſt. Vnde Pli. li. xxxiii Demoſthenes inquit, ſummus oratorum græciæ, annulos, &c. Ⅎ Artis. ſ. rhetoricæ, cuius prima litera eſt R. quam pronunciare ſine difficultate nō poterat, eam ſibi ſua induſtria faciliimam reddidit. Ⅎ Lateris infir. Aliud incommodum à natura datum aſſiduo labore coerexit. Latera ſic habebat infirma, ut clauſulas uel breues uno ſpiritu enunciare non ualeret. hoc ſic emendauit, ut mōtium colles arduaq; loca, uerſus recitādo ſæpius aſcenderet. quo ſtudio atque labore ſic latera firmauit, ut omnes. clauſulas periodos, ac perfectæ orationis complexiones quantūlibet longas uno ſpiritu facile enunciaret. Ⅎ A labore mutuatus. Accepit à labore ueluti mutuo. Ⅎ Ac uadoſis littoribus. Emendauit & illud quod in pronunciatione ſubito ſtrepitu perturbatur ut plerunque deſiſtere cogeretur. Ⅎ Fluctuum fragoribus obluctantibus. Repugnantibus inuicem aquis ſtrepitus creari ſolet, ubi autem anguſtiora ſunt littora ibi concitatior ſulet eſſe fluctus. Ⅎ Fertur quoque inſertis calculis. Ad linguæ correctionem lapillis ore inſertis frequenter utebatur. Ⅎ Itaque alterum Demoſthenem. Quem mater ineptum produxerat, natura aptiſſimum reddidit. ut alterum à matre alterum ab natura Demoſthenem natum dixeris.

ASCENSIVS.

GRæca quoq; &c. breui præfatione ad externa tranſiens dicit. Græca quoq;. i. etiam induſtria, quoniam profuit multum noſtræ. i. Romanæ induſtriæ, recipiat eū fructum quem lingua latina meretur, hoc eſt quia latini per græcos induſtrii facti ſunt, quicquid meruerunt laudis græcis acceptum ferre debēt, & ideo accipiant græci id laudis quod latini eos ſequentes meruerunt. At ſi lingua latina ſeptimi ſit caſus, recipiat græca induſtria fructū quem meruit, lingua latina i. p linguam latinam. i. non taceamus nos latini qui à græcis induſtrii facti ſumus eorum laudem. Demoſthenes cuius nomine commemorato. i. pronunciato, & ſit ad memoriam reducto, conſummatio. i. perfectio maximæ eloquentiæ oboritur, idest etiam nō cogitanti occurrit animo audientis, cum inter initia iuuētæ. i. iuuenilis ætatis, non poſſet dicere primam literam artis quam affectabat, hoc eſt rhetorices (cuius prima litera eſt per rh. quæ à paucis recte pronunciatur cum aſpiratione, Nam pauci aliter rhetor quam retor pronunciant) expugnauit. i. euicit uitium oris ſui tāto ſtudio, ut ea. ſ. litera à nullo referretur, idest pronunciaretur expreſſius. Deinde perduxit exercitatione continua, uocem ſuam acerbam auditu. i. dum audiebatur, propter nimiam exilitatem. i. tenuitatem, ad ſonum maturum. i. ſatis grauem & gratum auribus. ſ. audientium. Ipſe ſup. etiam defectus. i. deſtitutus & deficiens, firmitate lateris. i. partis unde uox & anhelitus prodit, mutuatus eſt. i. mutuo accepit à labore ſup. eas uires, quas habitus. i. diſpoſitio corporis negauerat. Enim pro quia, ipſe cōplectebatur multos uerſus uno impetu ſpiritus, & pronunciabat eos ſcandens loca aduerſa. i. in altum tendentia, gradu celeri. i. feſtino, ac inſiſtens. i. inhærens littoribus uadoſis, edebat. i. enūciabat declamationes. i. fictas actiones & orationes, pro experientia aut exercitio aſſumptas fragoribus. i. ſonitibus uehementibus ortis ex refractione fluctum obluctātibus, idest contra ſtrepentibus, ut uteretur in actionibus. ſ. ueris auribus, ſcilicet ſuis duratis. i. durioribus factis, patientia. ſ. fragorum fluctuum, ad fremitus concionum. ſ. plebeium concitatarum. i. commotarum. Ipſe fertur quoq; ſolitus loqui multum ac diu calculis, idest paruis lapillis inſertis ore. i. ingeſtis in os ſuum, quo. i. ideo ut os ſupp. uacuum eſſet promptius & ſolutius. Et ſupple ſic, præliatus eſt, idest luctatus cum natura rerū, & quidem abiit, idest euaſit aut diſceſſit è prælio, uictor idest uoti cōpos ſuperando malignitatem eius, ſcilicet naturæ. Quæ tamen nulli nouerca eſt, quia quantum poteſt optima quæq; producit. ſed ne dux quidem naturæ Deus culpandus eſt in hoc homine, qui cui ſe naturalis dotis dediſſet minus, per induſtriam plus obtinuiſſet robore. i. firmitate animi, pertinaciſſimo. i. perſeuerantiſſimo. Itaq; mater, ſcilicet Demoſthenis enixa eſt alterum Demoſthenem, uidelicet ad Rhetoricem penitus ineptum, & induſtria enixa eſt alterum, ſcilicet Demoſthenem ad eandem maxime utilem, & tamen eundem in ſubſtantia.

OLIVERIVS.

Pythagoræ labor I. diſcendo

ATq; ut ad &c. Ionica philoſophia à Thalete initiū accepit, q̄ uero cognominata ē Italica, eius princeps fuit Pythagoras, Innesarchi annulorum ſculptoris filius, ut Hermippus ait Samius. ſiue ut Ariſtoxenus ait Tyrrhenus, ex una inſula, quam electis Tyrrhenis Athenienſes poſſederunt. ſunt qui Marmacum illius patrem uocatum, auum Hypaſum, Attauū Eutriphonē, abauum Cleonymū, qui ex Phlilounte

ingreſſus: (nihil enim quod ad vltimum ſui peruẽturum eſt finem: non & mature, & celeriter inceſpit), Aegyptum petiit: vbi literis gẽtis eius aſſuefactus, præteriti æui ſacerdotum commentarios ſcrutatus, innumerabilium ſæculorum obſeruationes cognouit. Inde ad Perſas profectus magorum exactiſſimæ prudentiæ ſe formandum tradidit: à quibus ſyderum motus, curſuſq́ ſtellarum, & uniuſcuiuſq; rei proprietatẽ, & effectũ benigniſſime demõſtratum docili animo ſumpſit. Cretam deinde, & Lacedæmona nauigauit: quarum legibus ac moribus inſpectis, ad olympicum certamen deſcẽdit. Cũq; multiplicis ſcientiæ maximã toti græciæ admirationem, ac ſpecimen exhibuiſſet: quo cognomine cenſeretur interrogatus, non ſe ſapientem (iam enim illud ſeptem ſapientes uiri occupauerant) ſed amatorem ſapientiæ, ideſt græce φιλόσοφον edidit. In Italiæ etiam partem, quæ tunc maior Græcia appellabatur: perrexit: in qua plurimis, & opulentiſſimis urbibus, effectus ſuorũ ſtudiorum approbauit. cuius ardentem rogum plenum uenerationis oculis Metapontus aſpexit operum Pythagoræ quàm ſuorum cinerum nobilius, clariuſq́ monimentum.

Iouinte profugerit, dicant. habitaſſeq; Marcum Sami, atq; iõ Pythagorã Samum dici. inde migraſſe Leſbum, ibiq; à Zoilo patruo Pherecydi Syro cõmendatũ, tres ſubinde argẽteos calices fabricatũ, eos ſingulis in ægypto ſacerdotibus dono dediſſe. Iuſt. tñ in. xx. ſuorũ epitomatũ Demaratũ negociatorẽ diuitẽ illius pẽm uocauit. Apule. Veſcatẽ noiauit, adeo incerta eſt tãti philoſophi origo, uerũq; genus habuiſſe dr̃, fratres maiorẽ quidẽ natu Eurinomũ, mediũ Tyrrenũ, ſeruũ Tymolũ, Cui Getæ ſacrificãt, Saturnũ, ut Herodotus ait exiſtimantes. hic ut pdixim⁹, principio quidem Pherecidẽ audiuit Syrum, poſt ei⁹ obitũ, pfectũ Samũ Hermodãti iã ſeni Creaphili nepoti, ſe in diſciplinã dedit. Cũ aũt iuuenis eſſet, ac diſcendi ſtudioſiſſimus pſtiam liquẽs cũctis ferme barbaris, græciſq; miniſteriis initiatus ẽ. Deniq; ægyptũ petiit quo tpe Polycrates Amaſidi p epiſtolã illũ cõmẽdauit, illorũq; lingua, ut Antipho tradit, in eo lib. quẽ de his, qui in uirtute principes fuere ſcripſit, atq; apud Caldæos cõgreſſus eſt cũ Magis. deinde apud Cretã una cũ Epimeñide deſcẽdit in Idæum antrũ. in ægypto quoq; abdita ingreſſus, ibiq; de diis in archano edoctus ẽ. Deinde redit Samũ, offendẽſq; pſtiam à tyrãno ſcubari Polycrate, Crotonẽ in Italiã perrexit, ibiq; leges Italis dedit, atq; cũ diſcipulis clarus hitus eſt. Qui ferme tricẽti rẽp. adminiſtrabant, adeo ut merito Ariſtocratia, optimorũ. ſ. dñatus noiaret. Refert Heraclides põticus, hũc de ſe dicere ſolitũ, q fuiſſet aliqñ Aethalides, Mercuriiq; filius putatus eſſet. Mercuriũq; monuiſſe illum peteret pter imortalitatẽ qd uellet, petiiſſe igitur, ut & uiuẽs, & uita functus, oium q̃ cõtingeret memoria hrẽt. Itaq; ĩ uita meminiſſe oium, eãdẽq; memoriã poſt mortẽ reſeruaſſe. lõgoq; poſt tpe in Euphorbũ ueniſſe, atq; à Menelao fuiſſe uulneratũ. Euphorbus aũt dixit, ſe aliqñ ætalidẽ fuiſſe, atq; à Mercurio hoc p munere accepiſſe, ut aĩa illius nulla uitæ circulatione uagaretur, ut in aquas uel in arbores, uel aĩantes cõmigraret, & quæ in inferno perpeſſa eſſet aĩa, & cæteræ aĩæ quæ nã patiantur, meminiſſe. poſtea uero q̃ Euphorbus diẽ obiit, migraſſe ĩ Hermotinũ eius aĩam, qđ & ipſe cũ fidẽ uellet facere, Branchidas petiit. ingreſſuſq; Apollinis tẽplũ oñdit Clypeũ, quẽ illic Menelaus affixerat. At n. illũ cũ ex troia remeaſſet Apollini cõſecraſſe, ſcutũ iã putrefactũ, ſolãq; pdurare Eburneã faciẽ. ubi aũt & Hermotinus uita functus eſt, rurſus in Pyrrhũ Deliũ piſcatorẽ migraſſe, illãq; oĩa memoraſſe, ut. ſ. primũ ætalides fuerit, poſtea Euphorbus, deinde Hermotinus, ac poſtmodũ Pyrrhus effectus ſit, ac deinceps poſt Pyrrhum, Pythagorã factũ eſſe, oiumq; meminiſſe, quæ pdiximus, de quo Heraclitus, ut Pytha. ſe in hiſto. rerũ exercuit, & cũ de natura adorſus eẽt ſcribere, ita in principio dixit, nõ p aerẽ, quẽ ſpiro, nõ p aquã q̃ bibo, nõ dimittã huius cõnis ſermonẽ. Scripſit & alia cõplura, Socra. in ſucceſſoribus ait ipſum rogatũ à Leõte Filiaſorũ tyrãno, qs nã eſſet, dixiſſe philoſophus. Moritur aũt Pytha. ut fertur octuogeſimõ ſuæ ætatis anno. de cuius morte uariæ ſunt ſniæ, ſicut apud Laertiũ uidere poſſumus. qđ uero ad eius induſtriã ptinet, de qua hic agitur, magnã orbis partẽ circuiuit ſciæ, & cognitionis cupiditate ductus. ⁋ Vetuſtiorẽ actũ. Nã multo antea fuerat Pytha. q̃ Demoſthenes. ⁋ Ad ulti. ſui fi. ad ſa. Nã hic erat ultimus eius finis, quo ſua cũcta intẽderãt. ⁋ Mature. cõpoſite, ac ſi diceret. ſapiẽter. ⁋ Innumerabiliũ ſæ. Recte dixit innumerabiliũ, q a ſi ſeqmur Herodotũ, à creatione ſæculi ad ſuũ tps. x. miriadas annorũ cõfectas fuiſſe cõſtat. Ci. quoq; lib. i. de diui. cõdẽnemus inqt hos, aut ſtultitiæ, aut uanitatis aut imprudẽtiæ, q quadraginta ſeptuaginta millia anno. ut ipſi dñt, monumẽtis cõprehenſa cõtineant, & mentiri iudicemus, nec ſæculorũ reliquorum iudiciũ, qđ de ipſis futurũ ſit, pertimeſcere. lex uero xpiana ab iis lõge diſſentit. nã principio rerũ ad incarnationem ſex millia annorum cõſtat. ⁋ Syderum motus. Planetarum errores intelligit. ⁋ Stellarum curſus. ortus, & occaſus. ⁋ Admirationem exhibuit. Admirabãtur omnes Pythagoræ ingenium ad omnia ſtudia accommodatum. hic primus arrogantiæ nomen aufugit, ut interrogatus, quo uteretur cognomine, nõ ſe ſapientẽ, ut ante ipſum ſeptem excellentiſſimi uiri dici uoluerunt, ſed ſapientiæ amatorem eſſe reſpõdit, hoc eſt philoſophum. Sophos enim ſapiẽs, philoſoph⁹ amator ſapientiæ interpretatur. Lactantius tamẽ diuinarum inſtitutionum libro tertio capitulo tertio. hoc nomen interpretatus eſt ſapientiæ quæſitorem, non amatorem. Dicit enim etenim uerecundiæ cauſa ſtudioſos ſapientiæ ſe, non ſapientes uocauerũt. Immo uero Pythagoras, qui hoc nomen inuenit cum paulo plus ſaperet, quàm illi priores, qui ſe ſapientes putauerunt, intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiam peruenire, & ideo non oportere incomprehenſæ, atque imperfectæ rei, non perfectum nomen imponi. Itaq; cum ab eo quæreretur, quem nam ſe profiteretur, reſpondit philoſophũ, ideſt quæſitorem ſapiẽtiæ, hæc Lactantius. ⁋ Septem excellentiſſimi. Parentheſis eſt, fuerunt autem hi, Thales Mileſius, Solon Athenienſis. Chilon Lacedæmonius. Pytacus Mytilineus. Bias Prienenſis. Cleobolus lidius. Periander Corinthus, ut etiam ſupra monſtraui in capite de modeſtia. ⁋ In Italiæ quoque partem. Iuſtinus ſuorum epithomatum libro uigeſimo. dicit hunc ex Aegypto in Babiloniam ad perdiſcendos ſyderum motus, originemq; mundi ſpectãdam ſummã ſcientiam conſecutum, inde regreſſum Cretam & Lacedæmoniam ad cognoſcenda Minois, & Lycurgi inclytas ea tempeſtate leges contendiſſe. quibus omnibus inſtructum Crotonem ueniſſe, populumq; in luxuriam lapſum, auctoritate ſua ad uſum frugalitatis reuocaſſe. nam Pythagoras laudabat quotidie uirtutem, & uitia luxuriæ contemnebat, caſuſq; ciuitatum hac peſte perditarum enumerabat, tantumq; ſtudiorum ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos ex iis luxuriatos, in optimam frugem conuerſos incredibile uideretur. matronarum quoque ſeparatam à uiris doctrinam, & puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, & obſequia in uiros nunc illos modeſtiam, & literarum ſtudiũ. inter hæc uelut genitricem uirtutum frugalitatem omnibus ingerebat, conſecutuſq; aſſiduitate diſputationum erat, ut matronæ auratas ueſtes, cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta, uelut inſtrumenta luxuriæ deponerent. eaque omnia delata in Iunonis ædem ipſi Deæ conſecrarent. præferens uera ornamenta matronarum pudicitiam non ueſtes eſſe. In iuuentam quoque quantum profligatum ſit, uicti fœminarum contumaces animi manifeſtant. ſed. ccc. ex iuuenibus cum ſodalitii iure ſacramento quodam nexi ſeparatam à ciuibus cæteris uitã exercerent, quaſi coetum clandeſtinæ coniurationis haberent, ciuitatem in ſe conuerterunt, quæ eos cum in unam domum conueniſſent, cremare uoluerit. in quo tumultu. lx. ferme homines periere, cæteri in exilium profecti. Pythagoras autem cum annos. xx. Crotoni egiſſet, Metapontum migrauit ibiq; deceſſit. cuius tanta admiratio fuit, ut ex domo eius templum facerent, eumq; pro Deo colerent. hæc Iuſti. ⁋ Quæ maior appellabatur. totus ille Calabriæ tractus, magna græcia quondã dicta fuit. ⁋ Cuius ardentem rogum. De morte, ut diximus uariæ ſunt ſniæ. Alii. n. dicũt cũ in domo quadã fuiſſet, eã ex his unum quos admittere noluerat per inuidiam incendiſſe. ſunt

Ariſtocratia

Sapientes ſeptẽ

Magna græcia

Pythagoræ mors

qui Crotoniatas ipſos tyrannidis ſuſpitione, ac metu, quia in loco Milonis Hermon cõſederat, hoc perpetraſſe dicant, Pythagoram igitur incendii incõmoda uitantem, cum egrederetur cõprehenſum eſſe, ac dixiſſe capi præſtat q̃ has dare pœnas, cædiq; ſatius eſt q̃ quicq̃ loqui, atq; ita iugulum perſecutoribus nudaſſe, cõpluresq; ex diſcipulis (nam ſecum ad.xl.erant) fuiſſe interemptos, ex quibus Archiltas tarentinus & cyſis. Dicearcus uero pythagorã dicit in delubrũ muſarũ, q̃ metapõti eſt cõfugiſſe, ibiq; cũ.xl.dies abſq; cibo pſtitiſſet defeciſſe. Heraclitus uero in Epitomate ſuo dicit illũ poſtq̃ de libr. pherecide iuſta pſolueret, rediiſſe in Italiã & cũ in domo Milonis crotoniatæ celebritatem offendiſſet, ſubinde metapontũ perrexiſſe, ibiq; cũ uiuere ulterius nollet, inedia uitã finiſſe. Hermippus bello inter agrigẽtinos & ſyracuſanos orto, Pythagorã exiſſe cũ ſociis agrigẽtinis opẽ laturus dicit, uerſis aũt in fugã, illũ fabarũ campũ circuiſſe, ibiq; à ſyracuſanis fuiſſe interemptũ, reliquos uero ad.xxxv. tarẽti fuiſſe crematos. Va. aũt Heraclidis opinionẽ ſequit. ſ Oppidũ py. plus claritatis metapõtus habuit nõie Pythagoræ, q̃ ab eius cineribus. ac ſi diceret metapõto memoriæ æternitatẽ cineres, & Pythagoræ nomen dedere.

plus claritatis, & famæ obtinuit ex operibus Pythagoræ illic ſepulti quàm ex eo, quòd in cineres redacta eſt. Oliueri. autem legit oppidum, cuius ſi uera eſt lectio, ordo eſt, Metapontus oppidum eſt ſupple monumentum nobilius, & clarius cinerum Pythagoræ quam ſuorum.

¶ De Platone Philoſopho.

PLato autem patriam Athenas, præceptorẽ Socratem ſortitus, & locum, & hominem doctrinæ fertiliſſimum ingenii quoq; diuina inſtructus abũdantia: cum omnium mortalium ſapientiſſimus haberetur: eo quidem vſq; vt ſi ipſe Iupiter cœlo deſcendiſſet, nec elegantiore, nec beatiore facundia vſurus videretur: Aegyptum peragrauit, vbi à ſacerdotibus eius gentis Geometriæ multiplices numeros, cœleſtium obſeruationem rationum percepit. quoq; tempore à ſtudioſis iuuenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur: ipſe Nili fluminis inexplicabiles ripas, vaſtiſſimosq; campos, effuſam barbariem, & flexuoſos foſſarum ambitus ægyptiorũ ſenum diſcipulus luſtrabat. Quo minus miror in Italiam trãſgreſſum, vt ab Archyta Tarenti à Timæo, & Arione, & Ceto Locris Pythagoræ præcepta, & inſtituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum vndiq; colligenda erat: vt inuicem per totum terrarum orbem diſpergi, & dilatari poſſet. altero etiam, & octogeſimo anno decedens ſub capite, Sophronis numeros habuiſſe fertur: ſic ne extrema quidẽ eius hora agitatione ſtudii vacua fuit.

OLIVERIVS.

PLatõ au.pa. Plato Ariſtone pře, mře Pictonia ſiue (ut alii dĩt Petona) Athenis ſili die natus, quo apd̃ Delon Apollo, ut retulit Apollodo. mater à Solone gen° duxit, Ariſtonẽ uero pſem à Codro Melanti filio originẽ ducere tradũt, qui à Neptuno idem ſanguinẽ trahere, Traſillo teſte memorat, cui Speuſippus ſucceſſit. habuit fratres Plat. Adimantẽ, & Glau. & ſororem Petonã, de qua naſcitur Speuſippus. lras didicit Plato apd̃ Diony. grãmaticũ, exercitatus eſt apud Ariſtonem argiuũ paleſtritã, à quo Plato p egregio corporis habitu cognominatus ẽ, cũ teſte Alerã. prius Ariſto, ex aui paterni noĩe diceretur. Studuit picturæ, poemata edidit, pilmo quidẽ ditirambos, deinde melos, & tragœdias. & cum tragicũ certamẽ initurus eſſet, ante Dioni fotum theatrũ audito Socrate, igni poemata exuſſit dicẽs. Hic Vulcane Plato tua indiget ope. hic annũ.xx. ætatis agens audiuit Soc. illo mortuo, audiuit Crathilum, & Hermogenẽ annorũ.xxviii. teſte Hermo. megarã ſe ad Euclidẽ cõtulit. hinc Cyrenẽ pfectus, Theodorũ mathematicũ. atq; inde in Italia ad Pythagoræos philolaũ, & Euritũ, poſtea in ægyptũ pfectus, pphetas, ſacerdoteſq; audiuit, ubi comitẽ habuit Euridem tragicũ, regreſſus Athenas in Academia morabaſ. Idẽ, teſte Ariſtoxeno ter militauit, primo in Tanagorã, ſecũdo in Corinthũ, tertio in deliũ, ubi uictoriã habuit. ter nauigauit, in Siciliã primo, ut inſulã uideret, tyrãno exiſtẽte Diony. Hermocratis filio, ubi plato illi dixit nõ id pſtare tyrãnũ, qđ ſibi ſoli eſſet utile, niſi uirtute excelleret. cui Diony. rñdit, uerba ocioſorũ ſenũ ſunt, cui Pla. Et tua tyrãnidẽ ſapiũt. Diony. iratus uoluit plato. occidere, ſed à Dione, & Ariſtomene oratus ſe continuit, illũ tñ polydi Lacedæmonio, qui ad eũ legatus uenerat, tradidit, polytes uerò illũ ſecũ ducens in Aeginam uendidit, quo tpe Carmãder eum reũ mortis dicebat, q. ſ. capitale eſſet, ſi quis Athe. eã inſulam adiiſſet, ſed allegatũ eſt eũ philoſophũ eſſe, quare diſciplinæ gratia abſolutus eſt. hunc Anyceris cyrenaicus emit.xx. minis, remiſitq; Athenas ad amicos, & ſtatim pecunia Anyceridi p amicos reſtituta eſt. alii dicunt miſſam à Dione illã pecuniã, eácq; noluiſſe remiſſam. Polydẽ in Calabria ſuperatũ, & in elice ſum merſum fuiſſe fama eſt, dæmone teſte Fauorino, illi annunciãte propter plato. talia perpeti. hæc ſciens Diony. ſcripſit ad plane in ſe maledicta torqueret, cui reſcripſit plato, ſibi non tantũ ocii ſupereſſe ut Diony. meminiſſet. Secundo fuit in Siciliã, & à minore Diony. petiit terram, & homines, qui iuxta conſ. ab eo conſtitutam uiuerent. non defuit ſuſpitio, illum Dionyſi. & Theote perſuadere temptaſſe, ut inſulam tyranno liberarent, quo tpe Architas pythagoræus miſſa ad Dionyſi. epiſtola Pla. purgauit, ereptumq; Athenas remiſit. tertio Siciliam acceſſit ut Dionem reconciliaret Diony. quare non obtenta rediit in patriam. Cic. in Catone maiore, Pla. inquit Athenienſem Tarentum ueniſſe L. Camil. ac P. Clau. conſulibus reperio, Fuit autẽ Pla. teſte Eutropio, quo tpe Galli urbẽ ceperũt. ingenii quoq; diuina inſtructus abundantia, cum omnium iam mortalium pſ cõmoda pſtiæ, quã oium doctrinarum matrem dixere maiores, & præceptores, quẽ tunc oium ſapientiſſimũ eſſe Apollinis dixit oraculũ, acceſſit & ingenii bonitas, quæ diuina magis q̃ humana fuiſſe uidetur. ſ Mortalium omnium ſapiẽ. Sic

Platõis rñſum Dionyſio

ASCENSIVS.

ATque ut trãſgrediar ad uetuſtiorẽ actũ induſtriæ, Pythagoras ingreſſus à iuuẽta i. iuuenili ætate, pariter perfectiſſimũ opus ſapiæ, & cupiditatẽ oĩs honeſtatis percipiẽdæ, (nihil. n. non incepit, hoc eſt unũ quodq; incepit, & mature. i. neq; citius, neq; tardius q̃ decuit, & celeriter. i. pperãter. (Quæras forte qũo hæc cohæreant mature, uidelicet incipere, & celeriter. ſed ſcies mature fieri, qđ nõ tardi° q̃ deceat cœptũ ẽ, celeriter aũt, qđ tũc qñ fit, ſiue mature ſatis, ſiue ſero fiat pperanter fit. Pythagoras aũt, ut primũ cõuenienter potuit. cœpit, & ubi ſemel cœperat, celeriter peregit) qđ peruẽturũ eſt ad ultimũ finẽ ſui. i. ad conſummationẽ beatitudinis, aut (ut Oli. dicit ad ſapiam.) Ipſe petiit ægyptum, ubi aſſuefactus lřis gentis eius. ſ ægyptiacæ, quæ ſe oĩum antiquiſſimã gloriari ſolebat, ſcrutatus cõmentarios. i. breues annales ſacerdotũ pteriti æui, cognouit obſeruationes. i. annotationes innumerabiliũ ſæculorũ ſuorũ. Inde pfectus ad Perſas, tradidit ſe prudẽtiæ exactiſſimæ magorũ formãdũ. i. erudiendũ, aut ut uulgus dicit, informandũ, à quibus ſumpſit aĩo docili motus ſyderũ. i. planetarũ errores, curſus ſtellarũ. ſ fixarũ, & pprietatẽ, & effectum uniuſcuiuſq; rei, demonſtratum. ſ. ab eis, benignĩſſime. Bono ordine pcedit, nã prius ab aſtronomia, ortus, & occaſus cõiunctiones, & oppoſitiones, varioſq; inter ſe reſpectus ſyderũ, didicit, deinde ab aſtrologia, quid portẽderent accepit. Et ipſe nauigauit deinde, Cretã. i. in eã inſulã, & Lacedæmona. i. in eã urbẽ, quæ & Sparte dicta ẽ; quarũ moribus ac legibus inſpectis deſcẽdit ad certamẽ. i. agonẽ olympicũ. cũq; exhibuiſſet maximã admirationem, & ſpecimen. i. experimentũ, aut approbamentũ multiplicis ſciæ iocidus græciæ interrogatus, quo cognomine cenſeretur, nõ edidit ſe ſapientem (iã n. ſeptem uiri quos Oli. explicat, occupauerant illud. ſ. cognomen ſapientis, aut dici ſapientem) ſed edidit ſe amatorem ſapiæ. i. græce φιλόσοφον. Perrexit ẽt in partẽ Italiæ, quæ appellabatur tunc maior græcia, in qua approbauit plurimis, & opulẽtiſſimis urbibus effectus ſuorũ ſtudiorum. Cuius rogũ ardentẽ. i. cũ cadauer eius impoſitũ eſſet, metapõtus. i. populus eius. (Eſt aũt oppidũ in ora Italiæ nõ lõge à tarento dictũ à græcis, q; trans põtum illis ſit) aſpexit oculis plenis ueneratione, hoc eſt uenerabũdis. Aſpexit inquã metapontus exiſtẽs monimentũ nobilius, & clarius operũ Pythagoræ q̃ ſuorũ. i. ppriorũ cinerũ (aliter. n. dixiſſet, q̃ eius cinerũ) hoc ẽ

Apollinis oraculo cōſtat fuiſſe iudicatum. ⁋ Geometriæ mui. mu.i. uarias partes geometriæ. ſunt aūt multæ. & uariæ, ut punctus, linea, ſuperficies. deinde triangulus, quadrangulus. & c. circulus, & anguli partes, ut rectus angulus, obliqu' angulus. conſiderātur ēt latitudo, amplitudo, & alia huiuſcemodi multa. nam geometria in ſe continet liniamenta, interualla, magnitudines, & in figuris dimenſiones, & numeros. ⁋ Obſeruationem cœ. rō. Geometræ per hāc ſcientiam curſus ſyderū, ortus, & occaſus ſtellarum, quāq; uelociter ſydera moueantur, quo inter ſe ſpacio diſtent, lōga obſeruatione cognoſcunt. ⁋ Nili flu. inex. ri. Bene inexplicabiles quia ſi Herodoto credimus, Nili originem inuenire nemo potuit, q̄q̄ id multi reges fruſtra tētauerint. Luc. li. x. Arcanum natura caput nō prodidit ulli. Pli. li. vii. Nilus, inquit, incertis ortus fontibus per deſerta, & ardentia, & immenſæ longitudinis ſpacia ambulans, famaque tātum inermi quæſitum cognitus ſine bellis, quæ cæteras omnes terras inuenire originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris mauritaniæ nō procul oceano habet, lacu protinus ſtagnante quē uocant nilidem. eſt præterea ſatis ignota Nili natura, quare. ſ. ſingulis annis ſole exiſtente in cancro, totum inundat Aegyptum. Quanq̄ Pli. eodem loco dicat, uarias eius incrementi cauſas eſſe, modo flatum ethefiarum, mō æſtiuos imbres Aethiopiæ, modo alias affert cauſas, quas lōgum eſſet referre. ſed euenire, ut plurimum eius incrementum à canis ortu per introitum ſolis in leonem, & ut ait Vir. in. iiii. Geor. Per diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora. Vſque coortis laminis deuexus ab indis. i. æthiopib'. ⁋ Vaſtiſſimos cā. tract' ægypti longe, lateq; porrigitur. ⁋ Effuſam bar. Quia uaſtiſſimi ſunt ægyptiorum campi, ideo per uaſtam regionē ſparſim habitant barbari. ⁋ Et fle. foſ. amb. conſtat ægyptum foſſarū plenam, Nili ſuperfluas aquarum inundationes recipientium. Iuue. ægyptum, inquit, quæ tot regum, tot ſæculorum cura, impenſaq; munita ſit, & aduerſus uim decurrentium aquarum tantis inſtructa moribus, tot foſſis cōciſſa ſunt, cum his arceātur, illis recipiantur aquæ, nihilominus coli, niſi exclūſo nilo non potuerit. ⁋ Minus miror in Itali. tranſgreſſum. Quippe, q in ægyptum uſq; prexit, ut multo facilius in Italiam tranſire potuerit. ⁋ Præcepta, & inſtituta Hæc modo inter ſe differunt, ut præcepta generaliter dicantur oīum philoſophorum inſtituta ſua uniuſcuiuſq;, ut achademicorum ſtoicorum, peripateticorum, æpicureorum, rurſus præcepta ſunt doctorum, inſtituta ciuitatum. Cic. li. of. Quanq̄ te Marce fili annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis abūdare oportet præceptis, & inſtitutis philoſophiæ, pp doctoris auctoritatem, & urbis. ⁋ Vt inui. ut uiciſſim daret oībus, qd' undiq; acceperat. ⁋ Altero, & octo. an. d. Ne mortis uicinitate quiſq̄ Platonem credere literarum oblitum, moriēs Sophronis uerſus ſub capite habuiſſe fertur. mortuus aūt eſt teſte Ci. in Catone maiore uno & octogeſimo anno ſcribens. ⁋ Numeros Rithmos, & uerſus. Vir. Numeros memini, ſi uerba tenerē. fuit ergo Plato ad extremā uſq; ſuæ uitæ horā ſtudio ſemp intētus, & induſtriæ plen'.

Nili inundātis cauſa.

ASCENSIVS.

PLato aūt ſortitus. i. à deo quaſi in ſortem nactus, Athenas p̄iam, qd' uulgares dicerent in patriam, & ineptiores pro patria, & Socratem præceptorem, & . i. ſimul iocum. ſ. Athenas & hoīem. ſ. Socratem fertiliſſimum. i. feraciſſimum, & maxime productiuum doctrinæ, & inſtructus quoq; . i. ornatus abundantia ingenii diuina. i. tā magna, ut credi poſſet diuina, cum hēretur iam ſapientiſſimus oīum mortalium, quidem. i. certe, eouſq;. i. in tm̄, ut ipſe Iupiter. i. ſummus Deus putatus, deſcendiſſet de cœlo, nec uideretur uſurus facundia elegantiore q̄tum ad ſtilum orationis, nec maiore q̄tum ad fœcūdam ſnīam, aut perſuadendi felicitatem, peragrauit. i. pcurrit ſi ut quaſi per oēs agros ægyptum, dum. i. quo tpe, (Sunt qui legāt ubi, ſed quia addit, quoq; tpe ſecutus ſum lectionem, quā priorem offendi) percepit à ſacerdotibus eius gentis, multiplices numeros geometriæ, & ſup. obſeruationem rōnum cœleſtium. i. rōnes cœleſtium curſuum obſeruatas, & obſeruando adnotatas à ſacerdotibus ægyptiis, quoq;. i. & quo tpe, Athenæ petebantur certatim. i. cū certamine, & ita magna copia à iuuenibus ſtudioſis quærentibus. ſ. ſibi Platonē doctorem i. præceptorē, ipſe diſcipulus ſenū. i. præsbyterorū ægyptiorū luſtrabat. i. ſcrutabatur ripas Nili fluminis inexplicabiles. i. inenarrabiles, aut pp Nili originē icertā, aut potius pp eius incremē ta itidē incertā, & quorū rōnē nemo ſatis perſpexit, nā tūc fiunt, cū decremētis locus uideretur, & uaſtiſſimos cāpos quos Nilus inūdat, aut irrigat quotānis, & barbariē. i. barbarorum accolarū Nili regionē, effuſam . i. dilatatā, & ambitus foſſarū, quæ à latere ſunt flexuoſos. i. incuruos, & ſinuoſos. Quo ideſt quocirca, aut quapp ego (inqt author) miror minus ſup. Platonē trāſgreſſum ſup. eſſe i Italiā (quæ regio nō erat barbara, ut ægyptus) ut acciperet præcepta, & inſtituta Pythagoræ, ab Archyta. i. philoſopho Tarēti, & à Timeo, & Arione, & Cetone (alii legūt Eneto) locris. i. in ea urbe Italiæ. Enim pro quia, tāta uis, & tāta copia literarū erat colligenda undiq;. i. ex omni parte mundi, ut poſſet diſpergi, & dilatari inuicē i. uiciſſim, per totū orbem terrarū. Ipſe ēt decedēs i. moriēs, anno altero. i. ſecūdo, & octogeſimo, fertur habuiſſe ſub capite, ut ediſceret numeros. i. uerſus Sophronis, q carmi ſcripſerat. Et ſic ne qdē. i. nō ēt extrema hora eius. ſ. uitæ eius, fuit uacua agitatiōe ſtudii.

⁋ De Democrito Philoſopho.

AT Democritus, cum diuitiis cenſeri poſſet: quæ tantę fuerūt, vt pater eius, Xerxis exercitui epulum dare facile potuerit: quo magis vacuo animo ſtudiis literarum eſſet operatus: parua admodum ſumma retenta, patrimonium ſuum patriæ donauit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia tēporum momenta ad percipiendam, & exercendā doctrinam cōferens, ignotus illi vrbi vixit. quod ipſe quodam volumine teſtatur. Stupet mens admiratione tantæ induſtriæ: & iam tranſit alio.

OLIVERIVS.

AT Demo. Hic Abderites, ſiue, ut alii putāt Mileſi' philoſophus fuit, Egiſtrati filius, uel ut alii dīt Athenocriti, uel ſecundū alios Damaſippi, ſed q̄ſq̄s ille fuerit, tāta rerū & diuitiarū copia refertus, ut pater eius Xerſem perſarū regē cum exercitu hoſpitari potuerit. à quo, teſte Herodoto, magi quidā, & caldæi præceptores, Democrito filio relicto, theologiam, & aſtrologiam illum docuere cū adhuc puer eſſet. qui has diſciplinas edoctus in ægyptum ſe contulit, ut geometriā perciperet, & in perſidem ad rubrūq; mare, & Caldæos diuinatum rerū cognitione auidus perrexit. ſunt ēt qui dicāt cum Gymnoſophiſtis in India egreſſum eſſe, atq; in Aethiopiā uenīſſe. partitus eſt fratribus ſuis ſubſtantiā, uel ut tradit Val. patriæ donauit, exigua pro ſe parte retenta, quæ illi peregre proficiſcenti opus erat. adeo ſtudioſum fuiſſe tradit Laer. ut ex uicino hortulo ſibi cellulam ſeligeret, ibiq; ſeipſum includeret, & cum aliq̄n ipſius pater bouē ad immolandū adduxiſſet, ibiq; alligaſſet, tandiu hoc ab illo non fuiſſe cognitum, quoad hūc ille ſacrificio btentu excitauit & boui admouit. conſtat eū aliq̄n Athenas ueniſſe, & ob cōtemptū gloriæ agnoſci noluiſſe, ut cum cognouiſſet ipſe Soc. ab eo ignoratum fuiſſe. laborauit hic plurimū in ſolis rerum naturis contēplandis (ut quidā ferūt) & quocūq; fortunæ caſu, mutabiliūq; rerū audito, in riſum ſoluebatur. uñ Iu. in ſat. Oībus in terris Perpetuo riſu pulmonē, Agitare ſolebat Democritus & c. hūc aliq̄n inſaniſſe crediderūt eius ciues, uñ ad eius curationē adhibuere Ipocratē, qui cognita uiri ſapientia, ciues magis q̄ Democritū inſanire, à quo ſe multa didiciſſe profitebatur. nā ut refert Laer. in uita Democriti, cū ad eum ueniſſet Ipocrates maximum diligētiæ ſuæ, & calliditatis teſtimoniū dedit Ipocrati, q puellam Ipocratis comitē, & integram, & uiciatā cognouit. Nam primo die ſic eam ſalutauit, Salue uirgo, Poſtridie uero, Salue mulier, fuerat. n. puella nocte ipſa uiciata. ſunt ēt qui dicant ſeipſum obcecaſſe ad naturæ ſecreta acutius rimanda, cuius rei authores ſunt Cice. lib v. Tuſcu. qō. & Gel. lib. x. noctiu. m atticarum, de cuius morte uariæ ſunt ſententiæ ut Laer. tradit. Periit autē centeſimo, & nono ſuæ ætatis anno. hic atomis oīa conſtare dicebat, & plures eſſe mundos, & corruptibile. Multa uolumina relinquit, ut author eſt Laer. in eius uita. ⁋ Cum diuitiis cenſeri. Magnitudinem diuitiarum æſtimationem apud homines quantalibet ſibi uendicare poterat. ⁋ Hic enim facile coniici poteſt, patris diuitias fuiſſe prope incredibiles, qd' exercitui Xerxis Perſarum regis epulum dare potuerit, quem conſtat fuiſſe ſupra centum miriadas hoc eſt decies centena millia militum.

atq; etiam multo plura, ut quidam tradunt. ͬ Omnia temporum momenta. mira induſtria hominis, ut ne minimum quidem ſpacium prætermitteret, quin uel diſceret, uel doceret.

exẽplo Carneadis Helleboro ſe diſputaturi purgabant prius q̃ ad certamẽ deſcenderẽt, qđ ante Carneadẽ facere nõ ſolebant.

ASCENSIVS.

AT Democritus cum poſſet cenſeri. i. magni æſtimari & in numero præpotentum haberi, diuitiis. i. ob diuitias, quæ. ſ. diuitiæ, fuerunt tantæ, ut pater eius, uidelicet Aegiſtatus aut Athenocrit⁹, aut Damaſippus. (Nam de patre eius dubitari aſſerit Tortelius, & eius uerba repetit Oli.) potuerit dare ex facili. i. ſine grauamine, exercitui Xerxis, qui tãtus fuit, ut flumina potando exiccarẽt, unde illud Iuue. Epotaq; flumina medo, Prandere, epulum. i. conuiuium, donauit patriæ. ſ. ſuæ, in qua natus erat ſiue ea Abdera, ſiue Miletos fuit, patrimoniũ ſuum, quo. i. ideo ut operatus eſſet. i. operam daret ſtudiis literarum, animo magis uacuo. ſ. à curis rerum exterarum, ſumma admodum parua retenta ſ. ad uſum uitæ. Autem pro ſed, ipſe moratus compluribus annis, conferens omnia momenta temporum ad percipiẽdam, & exercendam doctrinam, uixit ignotus. i. incognitus illi urbi. ſ. clariſſimæ, quod. i. quam rem ipſe teſtatur quodam uolumine. ſ. à ſe ſcripto. Mẽs (inquit author) ſubaudi mea, ſtupet admiratione tantæ induſtriæ, quã tæ eſt clarum opibus ignotum delitefcere amore literarii ſtudii, & ideſt & tamẽ ipſa tranſit iam aliò. i. ad narrationem alterius induſtriæ non minoris.

ℭ De Carneade Philoſopho.

CArneades laborioſus, & diuturnus miles ſapientiæ. ſiquidem nonaginta expletis annis, Idem illi viuendi, ac philoſophandi finis fuit. ita ſe mirificum doctrinę operibus addixerat: vt eum cibi capiendi cauſa recubuiſſet: cogitationibus inhærens, manum ad menſam porrigere obliuiſceretur. Sed eum Meliſſa, quam vxoris loco habebat: temperato inter ſtudia animo, non interpellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio, dexteram ſuam neceſſariis vſib⁹ aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur. corpore vero quaſi alieno, & ſuperuacuo circundatus erat Idem cum Chryſippo diſputaturus helleboro ſe ante purgabat: ad exprimendum ingenium ſuum attentius: & illius refellendum acrius: quas potiones induſtria ſolidæ laudis cupidis appetendas affecit.

ℭ De Anaxagora Philoſopho.

QVali porro ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus? qui, cum poſt diutinam peregrinationem patriam repetiſſet: poſſeſſiões q; deſertas vidiſſet: non eſſem, inquit, ego ſalu⁹, niſi iſtæ periiſſent. Vocem petitæ ſapientiæ compotem. nam ſi prædiorum potius, quàm ingenii culturæ vacaſſet: dominus rei familiaris intra penates mãſiſſet. non tantus Anaxagoras ad eos rediiſſet.

ASCENSIVS.

CArneades philoſophus Cyreneus miles. i. ſectator ſapiẽtiæ, laborioſus, & diuturnus, unde duplex oritur laus, & ex multiplicitate, & ex diuturnitate ſtudii, Siquidẽ. i. quoniam nonaginta annis expletis. i. poſtquã expleuerat nonaginta annos, Idem fuit illi finis uiuendi, & philoſophandi. i. dandi operam philoſophiæ, & addixerat ſe operibus doctrinæ, Ita. i. in tantum mirifice, ut cum recubuiſſet. i. ad menſam ſe poſuiſſet, forte more antiquo in curuum cauſa capiendi cibi, ipſe inhærens. i. infixus cogitationibus, obliuiſceretur porrigere manum ad menſam. i. ad cibum illi appoſitum. ſed Meliſſa. i. mulier, quam habebat loco uxoris, aptabat dextram uſibus neceſſariis. i. imponebat illi cibum in os, animo temperato inter ſtudia. i. affectione accommodata ſtudiis, non officio interpellandi. i. impediendi eum à ſtudio, ſed ſuccurrẽdi inediæ. i. carentiæ eius, ſup. eius. Ergo Carneades fruebatur ſup. in uita ſua tantummodo animo, uero. i. ſed circundatus erat corpore quaſi alieno, & ſuperuacuo. i. tanquam re aliena à ſe, & ſuperuacanea. Idem diſputaturus cũ Chryſippo præceptore ſuo, purgabat ſe, hoc eſt cerebrũ ſuum ante. i. prius, Helleboro. ſ. candido, qđ in Anticyra optimum naſcitur ad ingenium ſuũ exprimendum, ideſt defecandum, & purificandum, & ita reddendum illud attentius, & acrius, & ad refellendum ſupple ingenium, illius. ſ. Chryſippi. Quas potiones, ſcilicet ex Helleboro diluto, induſtria & ſolertia, fecit ſcilicet exemplo Carneadis, appetendas cupidis laudis ſolidæ, ideſt integræ.

OLIVERIVS.

Carneades ſtudiis intentus

CArneades laborioſus Hic philoſophus Cyreneus fuit, Epiconii, ut quidam ferunt, ſiue Alexandri, ut alii dicũt filius, ſtoicorum, & Chryſippi diſcipulus, modice relucta bat, & uerecunde, ita ut ſæpe diceret, niſi Chryſippus eſſet, ego non eſſem. Aethicæ ſe magis deuouit q̃ phyſicæ, quo circa Cæſariem & ungues nutriebat. præcipua fuit intenſione ſtudiorum adeo, ut ſenſus omnes etiam à neceſſariis uſib⁹ interdum auerteret, inediaq; conſumeretur, niſi Meliſſæ cura quam uxoris loco tenebat, ſuſtentaretur, ſæpiuſq; reficeretur. ad hũc audiendum oratores undiq; confluebant. Diſputaturus cum Chryſippo qui acutioris eſſet ingenii, ſuum ſe prius ingenium purgabat helleboro. mortuus eſt nonageſimo ſuæ ætatis anno ut Val. refert. ut Laer. uero octuageſimoquinto, Olympiade centeſima ſexageſima ſecunda. ͬ Laborioſus. Quia iugiter ſtudio incubuit quoad uixit. ͬ Addixerat. aſtrinxerat, deſtinauerat. nam addicere apud iuriſconſultos ſignificat per licitationem aliquid uendere, hoc eſt in uenditione pub. unde addicti apud ueteres dicebantur, qui prætoris iuſſu, cui ſoluendo non eſſet, creditoribus uendebantur. Addictus etiam morti deſtinatus. Cic. & is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies cõmendatorum ſuorum cauſa poſtulaſſet, uas factus eſt alter. ͬ Fruebatur uita. fructum capiebat ex uita, animo non corpore. nam frui fructũ capere ſignificat. Sa. Vita, qua fruimur breuis eſt. ͬ Helleboro ſe ante purgabat. Hellebori duæ ſunt ſpẽs coloris inſignis candidi & nigri, qui non cognoſcuntur, niſi ex radice. teſte Pli. lib. xxv. de na. hi. ubi multa de eius proprietate, ſed in primis cãdidum probat, quòd cauſas morborum extrahere. & primo fuiſſe terribile, deinde adeo promiſcuum ut pleriq; ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius, quæ commentabantur, ſæpius ſumptitauerint, quo & uſum Carneadẽ reſponſurum Zenonis libris fuiſſe dicit, Au. quoq; Gelli. xvii. Noctium Atticarum ubi ſpẽs Hellebori dicit. ͬ Ad exp. inge. ad explicandam uim ingenii. ͬ Quas po. laudis inquit cupidi

OLIVERIVS.

Anaxagoras ſcientiæ deditus.

QVali porro ſtu. Ana. de hoc uiro dictum eſt in ca. de obitu filiorum, quod ad eius induſtriam pertinet cũ admodum diues eſſet, contemptus diuitiis, omne patrimonium ſuis ſponte conceſſit. uel ut alii dicunt, relictis poſſeſſionibus, ſtudii gratia lõgam peregrinationem ſuſcepit. & cum poſt multa tempora rediiſſet in patriam, prædiaq; ſua uidiſſet inculta, atq; deſerta, ſapienter dixit, niſi hæc periiſſent, ego ſaluus non eſſem. uox philoſopho digna, nam ſi colendis agris uacaſſet, tanti nominis, & gloriæ philoſophus nõ euaſiſſet, qui omni re publica atq; priuata cõtempta ad ſpeculationem rerum ſe contulit, & ut ſtudioſiſſimus fuit, ita multa de motu cœli, curſu ſyderum, & natura rerum ſcripſit. uixitq; annis ſeptuaginta duobus literis ſemper intentus. hic cuidam dicenti, q̃ patria ſibi curæ nõ eſſet, immo cura patriæ mihi maxima eſt, & digitum extendebat in cœlum, oſtendens illam ſibi ueram patriam eſſe. impietatis ſemel à Cleomene accuſatus q; ſolem, quem Athenienſes colebant, candentem laminam diceret, & penitus ignitam, defenſus à Pericle diſcipulo quinq; talentis mulctatus, exilio damnatus fuit. de cuius morte uarias dicit Laertius ſententias eſſe ſcriptorum. ͬ Saluus non eſſe. uirtutem, & ſapientiam ueram hominis ſalutem eſſe dicit.

ASCENSIVS.

QVali &c. Porro. i. autem quali ſtudio credimus, ſiue credemus Anaxagoram flagraſſe. i. arſiſſe? qui cũ poſt peregrinationem diutinã repeririſſet patriam, & uidiſſet poſſeſſiones. ſ. ſuas deſertas, inquit, ego non eſſem ſaluus, niſi iſtæ. ſ. poſſeſſiones periiſſent. Vocem. i. ò uocem cõpotem ſapientiæ petitæ, hoc eſt, quæ aſſecuta erat ſapientiã per uitam. Nam ſi uacaſſet potius culturæ prædiorum q̃ ingenii, &

ſupple

ſupp. manſiſſet dominus rei familiaris intra penates, ideſt domum ſuam, non rediſſet ad eos, ſcilicet penates ſuos Anaxagoras tantus, ſcilicet philoſophus, aut tam magnus uir cenſendus.

tū, ac diu machinationibus.i. machinamentis eius.i. ab eo aut induſtria factis, tū ipſe delectatus eximia prudentia hominis, edixit, ut parceretur capiti.i. uitæ illius.ſ. Archimedis reponēs .i. collocans hoſtis.i cum eſſet hoſtis, pene tm̄ gloriæ i Archimede ſeruato.i. conſeruatione Archimedis, quantum in Syracuſis oppreſſis.i. in oppreſſione Syracuſarum. At is.ſ. Archimedes dū animo ſup. defixo, & oculis defixis in terram, deſcribit formas i. figuras quaſdam geometricas, non potuit propter nimiam cupiditatem inueſtigandi quod regrebat, ſiue machina, ſiue menſura fuerit, indicare militi.ſ. Romano, qui irruperat domum.ſ Archimedis gratia, prædandi, & interrogabat quiſnam eſſet, gladio ſtricto.i. euaginato, & uibrato ſuper caput ſup. eius puluere, ſed protracto manibus, inquit obſecro, noli diſturbare iſtum circulum ac perinde.i. ſic quaſi negligēs imperii uictoris, qui iuſſit eum nomen ſuum proferre, obtruncatus.ſ. ab eo, confudit ſanguine ſuo lineamēta ſuæ artis. quo .i. per quod factum accidit, ut Archimedes donaretur modo .i. paulo ante per edictum Marcelli, uita, & ſpoliaretur modo .i. paulo poſt à milite, propter idem ſtudium, quia nimis intētus arti ſuæ cōtempſit militi nomen exprimere. Scribitur etiā Archimenides.

OLIVERIVS.

ARchimedis quoqꝫ Archimedes, uel ut Quintilianus li.i. de inſtitutione oratoria, Archimedes Syracuſanus in oī geometria añ alios mira ſubtilitate laudatus erat. nã teſte Liuio decade ſecundi pu. belli unicus ſpectator cœli ſyderumqꝫ, mirabilior tñ inuentor ac machinator bellorum tormentorū, operūqꝫ, q ea, q̄ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momento ludificaretur. captis deinde Syracuſis per proditionem, quas contra uim Marcelli Ro. ducis diu defenſauerat, cū omnia uerterent hoſtes, ipſe Diametros ſuos in puluere obſignās à p̄tereunte milite incognitus occiſus eſt. Liuius cum multa inquit iræ multa inuidiæ, auaritiæqꝫ fœda exempla ederentur, Archimedem memoriæ proditum eſt in tanto tumultu, quantum captæ urbis in diſcurſu diripientium militum ciere poterant, intentum formis quas in puluere ſcripſerat, ab ignaro milite quis eſſet interfectum, egre id Mar tuliſſe, ſepulturæqꝫ curā habitam, & propinquis etiam inquiſitis honori, preſidioqꝫ nomen eius, ac memoriam fuiſſe. Pli li. vii. na. hi. Grande & Archimedi geometriæ & machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contingit interdicto, cum Syracuſæ caperentur, ne uiolaretur unus niſi feſelliſſet imperium militaris iprudentia hic teſte Ci. lib. Tuſcu. quæſtio. fuit primus inuentor ſperæ, & fabricator, qđ Laertius Anaximandro attribuit. hic de Clyndaro opus eximium ſcripſit. ¶ Pene tantum gloriæ in Archimede ſeruato. Quanti faceret Archimedem Marcelius, hic facile declarauit, cum non minorem gloriam ex ſeruato Archimede, quam ex capta potentiſſima urbe ſe conſecuturum ſperaret. mira profecto Archimedis laus, qui non minoris fieret à Marcello, quā Syracuſæ. ¶ Propter nimiam cupiditatem inueſtigandi. incredibilis hominis induſtria, quem non captæ urbis ruina, non propinquæ mortis metus, à ſuis cogitationibus potuit abſtrahere. ¶ Pertracto puluere ſecto, uel ſciſſo puluere in quo Diametros, & foemas ſuas deſignabat ¶ Liniamenta. ſigna. Sunt autem liniamenta extremitates corporum, & imaginū impreſſiones, quæ primo inducuntur à pictoribus, deinde coloribus implentur. ¶ Modo do. vita. Quia quantū in Marcello fuit, donatus eſt uita, nam ſtudio, & induſtria eius delectatus, edixerat ut incolumis ſeruaretur Archimedes ¶ Modo ſpo. quia dum intentus eſſet formis imprimendis militis contempſit imperium, à quo trucidatus eſt. quam igitur uitā ſtudium dederat, eadem poſtmodum ſtudium abſtulit.

¶ De Archimede philoſopho.

ARchimedis quoqꝫ fructuoſam induſtriā fuiſſe dicerem: niſi eadem illi & dediſſet uitā & abſtuliſſet. Captis enim Syracuſis, Marcellus machinatiōibus eius multum, ac diu victoriam ſuam inhibitam ſenſerat: eximia tñ hoīs prudētia delectatus, ut capiti illius parceretur: edixit. penè tantum gloriæ in Archimede ſeruato, quantum in oppreſſis Syracuſis hoſtis reponens. At is dum animo, & oculis in terram defixis, formas deſcribit: militi, qui prædādi gratia domum irruperat: ſtrictoqꝫ ſuper caput gladio, quis nam eſſet: interrogabat: propter nimiam cupiditatem inueſtigandi quod requirebat, nomen ſuum indicare non potuit. Sed protracto manibus puluere, noli, inquit, obſecro iſtum circulum diſturbare: ac perinde quaſi negligens imperii uictoris, obtruncatus ſanguine ſuo artis ſuę lineamenta confudit. Quo accidit ut propter idem ſtudium modo donaretur vita: modo ſpoliaretur.

¶ De Socrate Philoſopho.

SOcratem etiam conſtat ætate prouectum fidibus tractandis operam dare cœpiſſe: ſatiꝰ iudicantem eius artis vſum ſerò, quàm nunquam percipere. & quantula Socrati acceſſio illa futura ſcientiæ erat. Sed pertinax hominis induſtria, tantis doctrinæ ſuæ diuitiis, etiam muſicæ rationis viliſſimum elementum accedere uoluit. Ergo dum ad diſcendum ſemper ſe pauperē credidit: ad docendum fecit ſe locupletiſſimum.

OLIVERIVS.

SOcratem etiam. Socrates fuit adeo ſtudioſus adeoque ſciētiæ cupidus, ut nec à mulieribus quidem turpe exiſtimaret diſcere, quod utile fore uideretur. p̄terea cum iam omnium pene rerum ſcientiā cōplexus eſſet, muſicæ quoqꝫ operam dare non erubuit in prouectiori iam ætate ut ad reliquas uirtutes ſuas, q̄ mirabiles fuiſſe creduntur, hoc etiam quantulūcunqꝫ foret, accederet, ne quid illi unquam defuiſſe uideretur. Itaqꝫ effecit induſtria ſua, ut dū ſemper aliquid ſibi deeſſe exiſtimaret, ad eum ſcientiæ cumulū peruenerit, ut alios locupletiſſime docere poſſet. fuit teſte Gellio tanta temperantia, ut omne ſuæ uitæ tempus ualetudine inoffenſa tranſegerit, de cuius morte dictum eſt in ca. de ſapiēter dictis. ¶ Fidibus tra. muſicæ arti ut ſciret fidibus canere. cur autem huic arti iam ſenex operam dare uoluerit, hanc cauſam fuiſſe ferunt, qꝫ in conuiuio inuitatus à quodam ut caneret, ſe fidibus neſcire r̄ndit. quod à nonnullis riſu exceptum, ad muſicam perdiſcendam illum incitauit, ut ſero potius q̄ nunquam artis illius rationem teneret. fidis corda i cythara, uel lira, alio ue inſtrumento extenſa, unde fidicula diminutiuum tormenti genus ¶ Acceſſio. additio incrementum. Sed per. i. perſeuerans, & in bonam partem accipimus, ut peruicaces dicamus perſeuerantes, interdum contumaces obſtinatos duros. eſt autem peruicax, qui ad uictoriam uſqꝫ perſeuerat in propoſito. ¶ Viliſſimum elemen. ideo dicit, quia ſtudia quædam ſunt adoleſcentibus congrua, ut grammatica, dialectica, rethorica, alia grauioris, & maioris exercitationis, & ingenii, ut philoſophia. ſ phiſica. at uero muſica earum rerum eſt, quæ inferioris ſunt, & materiæ leuioris, recte ergo dixit, uiliſſimum elementum. Fidis Fidicula Peruicaces

ASCENSIVS.

ARchimedis &c. Ego dicerem quoqꝫ i. etiam induſtriā Archimedis. ſ. geometræ, & architecti Syracuſani fuiſſe fructuoſam, quia diu conſeruauit patriam, niſi eadē &. i pariter dediſſet illi uitam. ſ. Marcello uetante, ne quis eum ob induſtriam occideret. & abſtuliſſet uitam, quia illi intentus quis eſſet explicare non curauit. enim pro quia Syracuſis captis, Mar. ſenſerat uictoriam ſuam inhibitam, i. impeditā mul

ASCENSIVS.

SOcratem &c. Conſtat etiam Socratem prouectum ætatē .i. grādē natu cœpiſſe. i. incœpiſſe dare operā fidibus i. muſicis inſtrumētis tractandis iudicantem ſatius. i. melius, & eligibilius, p̄cipere uſum eius artis. ſ. muſicæ ſero. i tarde, aut

etiam nimis tarde quam nunquam. Et quantula .i. q̃ parua acceſſio .i. incrementum, & augmentum illa ſcientiæ futura erat Socrati. ſ. uiro ſcientiſſimo? q. d. minima nimirum. Sed induſtria hominis. ſ. Socratis peruicax .i. quaſi obſtinata, & infrangibilis uoluit etiam utiliſſimum elementum .i. principium muſicæ rationis accedere .i. addi tantis diuitiis ſuæ doctrinæ. Ergo dum Socrates credit, ſe ſemper pauperem .i. indigentem ſcientiæ ad diſcendum .i. ut poſſit ſemp aliquid diſcere fecit ſe locupletiſſimum ſupple ſcientiæ ad docendum, ideſt ut poſſit alios docere.

De Iſocrate.

Atque ut longæ, & fœlicis induſtriæ quaſi in unum acervum exempla redigamus: Iſocrates nobiliſſimum librum, qui inſcribitur παναθηναικος, quartum & octogeſimum annum agens, ita ut ipſe ſignificat: compoſuit: opus ardentis ſpiritus plenum. ex quo appareret ſeneſcentibus membris eruditorum, intus animos, induſtriæ beneficio florem iuuẽtæ retinere. neque hoc ſtylo terminos uitæ ſuæ clauſit. nanq; admirationis eius fructum quinquennio percepit.

De Chryſippo.

Citerioris ætatis metas, ſed non tamen parui ſpatii Chryſippi uiuacitas flexit, nam octogeſimo anno, cœptum ante quadrageſimum λογικων exactiſſimæ ſubtilitatis uolumen reliquit: cuius ſtudium in tractandis ingenii ſui monimentis tantum operis, laborisq; ſuſtinuit: ut ad ea, quæ ſcripſit, penitus cognoſcenda: longa uita ſit opus.

OLIVERIVS.

Atq; ut Iſocrates nobiliſſimum. ut omnem induſtriæ ratiõem in uno homine fuiſſe comprehendemus, Iſocratis exemplum lectoribus ſubiiciamus. fuit autem Iſocrates græcus, orator clariſſim', Gorgiæ auditor, multorũ philoſophorũ p̃ceptor eximi', ut Macro. atteſtat, & teſte Quintiliano, fuit diuerſo dicendi genere nitidus, & comptus, paleſtræ magis q̃ pugnæ accõmudatus, omnes dicendi ueneres ſectatus, in inuentione facilis, honeſti ſtudioſus, in compoſitione adeo diligẽs, ut cura eius reprehendatur, in ætate iam confecta uidelicet decrepita, quartũ & nonageſimum agens annũ teſte Cic. in Catone maiore, librum compoſuit, qui Panathenaicos inſcribitur, totius græciæ, & in primis Athenarum geſta, laudeſq; continens, & ſtudia urbis, quem tanta ſcientia cõſtat fuiſſe refertum, ut admirarentur omnes in ea ætate ingenii tuires tñ ualuiſſe. ex quo facile comprehendi poteſt, in hominibus corpora quidem ſeneſcere animos uero nunq̃, ſi q̃s bene diligenterq; coluerit eos. Cice. de Iſocrate, eſt etiam quiete, & pure, atq; eleganter actæ ætatis placida ac lenis ſenectus, qualem accepimus Platonis, & qui octogeſimo anno ſcribens eſt mortuus. qualemque Iſocratis, qui eum librum, qui Panathenaicos inſcribitur, quarto &, nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, uixitq; quinquẽnniũ poſtea Iſocrates, teſte Macrobio cum in conuiuio à ſodalibus rogaretur, ut aliquid in medium de ſuæ eloquentiæ fonte proferret, reſpondiſſe fertur, quæ locus præſens & tempus exigit, ego non calleo, quæ uero calleo, nec huic loco, nec tempori ſunt accõmodata. ¶ Fœlicis induſtriæ, Quia ex ea induſtria plurimum fructum conſecutus fuerat. ¶ Panathenaicos. qui omnem urbis Athenarum laudem continebat. ꝙ ſcilicet in ea urbe cuncta liberalia ſtudia ac bonæ artes uigerent, omnia beneq; uiuendi præcepta inde manarent & perciperentur, qui tamen liber hominum negligentia obſoleuit. ¶ Admirationis eius. appellat librum illũ admirationem quandam hominum, quia admirabantur tñ eius ingenii uires in ea ætate ualuiſſe, ut librum ſumma ſapientia refertum ædere potuerit, & inde laus illi maxima redũdabat quæ ſui operis fructus eſſe uidebatur, & erat.

ASCENSIVS.

Atq; ut redigamus quaſi in unum aceruum .i. cumulũ exempla induſtriæ longæ .i. diutinæ, & fœlicis .i. beatæ, Iſocrates compoſuit (ut ita ipſe ſignificat) librum nobiliſſimũ, qui inſcribitur .i. cui titulus eſt παναθηναικος panathenaicos .i. iotares, aut laus Athe. agens annum quartum, & octogeſimum. (Non ergo dicemus octuageſimum, ſciemuſq; inter uiginti, & centum minorem numerum, interueniente coniunctione præponi debere) appoſitione opus plenum ſpiritus .i. acrimoniæ ardentis. Ex quo apparet animos eruditorũ retinere intus florem iuuentæ beneficio induſtriæ .i. grauitatis ſolertis membris ſeneſcentibus. Neq; clauſit .i. finiuit termios uitæ ſuæ hoc ſtylo, quo panathenaicon ſcripſerat, namq; percepit quinquennio .i. ſpacio quinq; annorum fructum admirationis eius, ideſt laudem, quæ ex eius admiratione illi dabatur. Nam quinquennium poſt uixit.

OLIVERIVS.

Citerioris ætatis metas. Chryſippi. Hic chryſippus Apollonii Solenſis filius, ſiue Traſenſis, philoſophus ſic acutiſſimus, ut teſtẽtur ferme omnes Iouem ipſum eius acutioribus argumentis, uix reſiſtere potuiſſe, ſi in terras deſcendiſſet. fuit ergo ingenioſus & acutus in omni genere orationis. in plæriſq; à Zenone diſſenſit, & Cleanthe. quoties aduerſus Cleanthem differẽdo egiſſet, tanta ducebatur pœnitentia, ut crebro diceret, ego quidẽ aliàs fortunatus ſum., præterq̃ in Cleanthem. in hoc ſum infœlix. & ut dixit Cice. de nat. deo. Natus eſt homo Chryſippus ad mundum contemplandum atq; mirandum. nam teſte Laertio ſeptingenta uolumina ædidit, & quicquid incidebat, mandabat literis, & ſæpe emendabat, & magna teſtimoniorum nube utebatur, quod adeo in conſuetudine habuit, ut in quibuſdam ſuis opuſculis totam Euripidis Medæam inſereret. petentiq; quidam ab altero legente, quid nam id eſſet quod legeret, ille Chryſippi Medæa eſt. q̃re de illo ait Apollodorus Athenienſis, ſi quis tollat de Chryſippi libris, quæ aliena ſũt charta illi uacua relinq̃tur. eius tamen libri clariſſimi, & in dialectica p̃cipue, in qua fuit adeo inſignis. ut dicerent, ſi apud deos in uſu eſſet dialectica, non futuram aliquam q̃ Chryſippeam. erat præterea teſte. Laertio imbecilli, tenuiq; corpuſculo, quod ex eius imagine dicit apparet. in potatiõibus ut refert, agebat quietem, cura autem ſola mouebat, ut ancilla eius diceret, Chryſippi tñ cura eſt inebriari, unde teſte Hermippo à diſcipulis ad ſacrificium ductus, dulce merum adeo bibit, ut fatigatus anguſtus ſpiritus, eum quinta die poſt reliquerit. cum eſſet octogintatrium annorum, ſunt qui dicant eum nimio riſu comprænenſum interiiſſe, ita ut cũ aſinus manducaſſet ficus aniculæ dixiſſet, ut uinũ aſino daret, nimioq; dehinc riſu expiraſſe. neminem regum laudauit, ſola anicula contentus fuit. hic ergo uolumen ante quadrageſimũ annum inchoatum exactiſſimæ ſubtilitatis octogeſimo anno confecit, & abſoluit, quem λογικων logicũ appellauit, ex quo facile conici poteſt, quanta eius fuerit induſtria, qui unum & quadraginta annos aſſidue ſcribẽdo cõſumpſit. fuit maximæ authoritatis philoſophus, de quo Iuuenalis ſatyra ſecũda, Plena oĩa gypſo Chryſippi inuenias. ¶ Cite. ætatis metas. quia nõ ad Iſocratis ætatem peruenit, hoc eſt non tantũ ipſe uixit, nã Iſocrates. ut diximus, nouẽ & nonaginta cõlegit annos, hic uero ad octogeſimũ tñmõ peruenit annũ, ergo Citerioris .i. breuioris ætatis terminos. ¶ Cœptũ λογικων. Librũ logicorũ, & philoſophi conſyderationũ, na logica, & philoſophorũ cõſyderationes in eo libro continebantur. ¶ Exactiſſimæ ſubtilitatis. Exquiſitiſſimi acuminis. ¶ Ad ea, quæ ſcripſit, longa uita ſit opus. Quia ut diximus, teſte Diogene, ſeptuaginta uolumina cõpoſuit, ad q̃ legenda longiori uita opus eſſet.

Crysi. la bor idu ſtrius

Crysip. Medæa.

ASCENSIVS.

Citerioris. Viuacitas .i. aptitudo & auiditas uiuẽdi, & q̃ſi lõgæ uitæ Chry. flexit metas .i. peruenit ad ſpaciũ citerioris ætatis. (Traſlatio ad curruũ certamẽ, in quo dũ currus ad metas tracti ſunt, reflectũtur) ſed tñ nõ parui ſpacii, nã reliqt uolumen λογικων .i. logicorũ aut logica.tũ exactiſſimæ ſubtilitatis anno octogeſimo. ſ. ſuæ ætatis cœptũ añ quadrageſimũ. ſ. annũ, & ita ſupra quadragita annos in eo laborauerat. Cuius. ſ. Chryſippi ſtudiũ ſuſtinuit tantum operis, & laboris in tractandis .i. exercẽdis monumentis, ideſt futuris indiciis, & teſtimoniis ingenii ſui, ut opus ſit longa uita ad cognoſcenda

da penitus,ideſt omnino, & pene intus,ea quæ ſcripſit.

OLIVERIVS.

TE quoque Cleanthe.Cleanthes haurienda hortulanis aqua uitā ſuſtentauit.hic Cleanthes phanii filius ut Antiſthenes dicit in ſucceſſiōibus ,primum quidem pugil fuit,deinde profectus Athenas cum dragmis quatuor,ut quidam ferunt,congreſſus Zenoni ſtudioſiſſime philoſophatus eſt,neq; eiſdem decretis perſtitit.memoriæ proditum eſt, ipſum laborioſiſſimum fuiſſe, adeo ut inopia cogente ſe mercenarium faceret, ac noctu quidem in hortis hauriret aquam interdiu autem operam ſtudiis liberalibus daret,ut & Phreantles.i.exhauriens puteos appellaretur. Aiunt illum cum pertractus eſſet in iudicium redditurus rationem,unde adeo robuſtus, ac tam boni habitus uiueret, Hortulano apud quem id muneris implebat, ac muliere penes quam farinas pinſabat teſtibus ſui uictus uſum abſolutum eſſe, Ariopagitaſq; admiratos,decem illi minas dari conſueuiſſe, Zenonem autem accipere illum uetuiſſe. Aiunt autē Antigonum illi tria millia dediſſe.hic auditor eius , cū rogaret,cuius gr̄a hauriret,audiuit, nū ſolū haurio:nunquid non et fodio ac rigo? & cætera facio philoſophiæ cauſa?& Zeno quidem illum ad id exercebat.uidebatq; obolum ſibi ex labore afferri coactam aliquādo ſtipē in medium familiarium intulit dicens, Cleanthes quidem Cleanthem alium poſſet nutrire,ſi uellet,qui uero inde nutriūtur, affatim habent,ab aliis quærūt quæ ſunt ad uſum uitæ neceſſaria, & quidem remiſſius philoſophantes,ea igitur ex cauſa ſecundus Hercules Cleanthes dicebatur.hunc Vale.dicit Chryſippi auditorem , cum econtrario Laertius dicat,Chryſippus Apollonii filius Solenſis, ſiue Tharſenſis,ut Alexander in ſucceſſionibus ait diſcipulus Cleanthis fuit,hic prius longa exercitatione emenſa Zenonis,ſiue Cleanthis,ut Diocres & plurimi tradunt,auditor.nam Cleanthes uitæ iſtituto clarus enituit,ut Zenoni ſuccederet , & quidē complures eſſent illius memorabiles diſcipuli.Compoſuit autem libros pulcherrimos de tempore,de ſenſu,de arte, de appetitione,de antiquitate,de diis,de Hymenæo,de gigantibus, de arte amatoria,de politicis,de legibus & alios ꝗ plures. tumuit illi gingiua,ac putruit,medicorum ſententia , biduo cibo abſtinuit,conualeſcente ipſo,& medicis ſibi conſueta permittentibus,iterum ſponte ſua fecit abſtinentiam, qua conſumptus eſt,& extinctus. Alii dicunt amore alterius uitæ manum ſibi iniecīſſe audito à ſe zenone annis.ix.cuius annos hoc eſt nonageſimū æꝗſſe dr̄. ℣ Laborioſe haurientē. Cū multo ſudore addiſcentē. ℣ Numen ipſius dea ipſa īduſtriæ,nā cūctas uirtutes,& aī paſſiones deos eē credebāt antiq , & eas tanꝗ numina colebāt,ut fides,pietas,cōcordia.Iuue. Vt colitur pax,atq; fides uictoria uirtus.Quæq; ſalutato crepitat cōcordia nido. ℣ Extrahendæ aquæ,hauriēda ex puteis aꝗ.Sene.ad Lucilium epi.xlv. Socrates patricius ſi fuit,Cleanthes aꝗ traxit & rigādo hortos locauit manus. ℣ Diurno chryſippi præceptis. Diſſentit à Laertio,ut diximus,nō.n. Chryſi zenonis auditorē fuiſſe dicit Laertius,q ei ꝑꝑ morū uenuſtatē ſucceſſit. ℣ Ad undecēteſimū.ad nonū & nonageſimū annū,dempto.ſ.uno ad centū. ℣ Duplici.n labore. Vere te induſtriæ numen aſpexit,nā & diſcendo,& docendo te ſemper ita geſſiſti,ut in diſcrimine uenire poſſit,melior ne diſcipulus,an ꝑceptor euaſeris. ASCē.

ℭ De Cleanthe philoſopho.

TEquoque Cleanthe tam laborioſe haurientem, et tam pertinaciter tradentem ſapientiam, numen ipſius induſtriæ ſuſpexit:cum adoleſcentem quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam ſuſtentantem:diurno Chriſippi præceptis percipiendis uacantem : eundemque ad undecenteſimum annum attenta cura erudientem auditores tuos uideret.duplici enim labore unius ſeculi ſpatium occupaſti:incertum reddendo diſcipulus ne,an præceptor eſſes laudabilior.

TE quoq; &c. O Cleanthe(ꝫ nō cleanthes) numen.i.diuina uirtus ipſius induſtriæ,ſuſpexit.i.miſericorditer aſpexit,quoq;.i.ēt te haurientē tā laborioſe ſapiētiā.(Alludit ad nomen illi ex officio impoſitū,nā qa ē puteis aquam haurire ſolebat pro tenuitate rerum,ut inde uictum redimeret, dictus eſt phreantles à noie φρεαρ quod eſt puteus , & uerbo αντλω.i.exhaurio,ſed dū per ſe ponitur,ſignificat exhaurire ſentinā) & tradentē.ſ.diſcipulis,tā pertinaciter.i.conſtanter,quū.i.qñ uideret te adoleſcentem ſuſtentantem inopiam tuam quæſtu.i.lucro,aquæ extrahendæ.ſ.ē puteis tp̄e nocturno,& ſup.uacātē tp̄e diurno ꝓceptis.i.traditionibus Chryſi. percipiēdis,quū uideret te eundē erudientē abunde, & attenta cura ſup,ad undecēteſimū annū auditores tuos.Enī ꝓ qa,tu occupaſti ſpatiū unius ſæculi.i.cētū annoꝝ duplici labore.ſ.diſcēdi,& docēdi,& reddēdo incertū.i.ambiguū, an eſſes laudabilios diſcipulus,an præceptor.

ℭ De Sophocle.

SOphocles quoque,cum rerum natura glorioſum certamen habuit:tam benigne ille mirifica opera ſua exhibendo:quàm illa operibꝰ eius tempora liberaliter ſumminiſtrando. prope .n . centeſimum annum attigit.ſub ipſum tranſitum ad mortem Oedipode coloneo ſcripto: qua ſola fabula omnium eiuſdem ſtudii poetarum præripere gloriam potuit . idque ignotum eſſe poſteris filius Sophoclis noluit σοφον ſepulchro patris,quæ retuli inſcalpendo.

ℭ De Simonide Poeta.

SImonides vero poeta octogeſimo anno , & docuiſſe ſe carmina,& in eorum certamen deſcendiſſe ipſe gloriatur:nec fuit iniquum illum uoluptatem ex ingenio ſuo diu percipere : cum eam omni æuo fruendam traditurus eſſet.

OLIVERIVS.

SOphocles. hic tragœdiaꝝ ſcriptor clariſſimus Athe. de quo diximus,in.cap.de cont.li.iiii.cuius tāta fuit induſtria,ut cū ipſa rerum natura certaſſe uideatur.nā cū eſſet annorū ferme centū,œdipodē tragœdiā cōpoſuit,de qua Cic.in Ca. maiore,Sopho.igr̄ ad ſummā ſenectutē tragœdias fecit,q ꝑꝑ ſtudiū & induſtriā cū rē negligere familiarē uideretur,à filiis in iudiciū uocatꝰ,ut quēadmodū nr̄o more rem male gerētibus p̄ribus bona iterdici ſolēt, ſic illū q̄ſi deſipientē à re familiari remouerent iudices.tūc ſenex dr̄ eā fabulā,ꝗ habebat in manibus, & proxime ſcripſerat Oedipū coloneū recitaſſe iudicibus , q̄ſiſſeq;,nū illud carmen deſipiētis uideretᷣ.quo recitato ſn̄iis iudicū eſt liberatus. ℣ Glorioſū cū rerū natura certamē. Hoc ē hūit cū natura certamē.utq; diu uiuēdo laborioſus ſemp eēt,natura lōgū illi uitæ ſpacium cōceſſit,quo poſſet ſcribēdo gloriā cōparare.Sopho.illud nō minori ſtudio,& īduſtria ſpaciū cōfecit,glorioſū igitur certamē,ut ꝗto maius ſpaciū daretur,tāto maiori ille ſtudio cōficeret. ℣ Sub ipſū trāſitū ad mortē.de q̄ morte dicemꝰ li.ult.c,xii. ℣ Quæ retuli fabulā.ſ.Oedipodis ꝗ ſupra cōmemorauī,hāc filius ſepulchro p̄ris curauit iſculpi,uirtutis p̄næ monumentū perpetuum. Sopho. à labore nūꝗ abſtinuit

ASCENSIVS.

SOphocles quoq; hūit glorioſū certamē cū nā rerū exhibēdo.illi.ſ.naturæ mirifica opa ſua.ſ tragica, tā benigne .i.bona uolūtate,ꝗ illa.ſ.nā ſubminiſtrādo opibus eius .ſ Sopho.tp̄a.ſ.uitæ liberaliter,hoc eſt Sopho.cōtēdit cū natura,conādo eā uincere labore ſuo,hoc eſt plus laborādo,ꝗ ꝓ modico tp̄is ſibi dati.& natura certauit,cū Sophocle,ꝓlōgando illi tp̄s uitæ & īduſtriæ, ultra cōſuetū modū,enī ꝓ quia Oedipode coloneo ſcripto.i.tragœdia ſic inſcripta abſoluta ſub ip̄m trāſitū ad mortē.i paulo añ deceſſum ſuū Sopho.attigit ꝓpe centeſimū annū ꝗ ſola fabula.licet alias nō ſcripſiſſet,ipſe potuit p̄ripere.i.p̄ cæteris rapere,& uendicare ſibi gloriam olum poetaꝝ eiuſdē ſtudii.& Sophon filius Sopho.noluit id .i.eā laudē p̄ris eē ignotū poſteris,iſculpendo ſepulchro, p̄ris ꝗ retuli,uidelicet,ꝙ princeps tragicoꝝ,uel ea ſola fabula euaſerit. Vr̄ aūt hoc mō Sophon eē nomē filii,ſunt tñ,q græce ſcribūt σοφον.i.ſapientē,ut ſit iſculpendo ſepulchro σοφον,ſed tūc nō quadret,qđ additur,ꝗ retuli.

OLIVERIVS.

SImonides ue.poe. Hic Lyricus poeta fuit, ut diximus li.i. cap.de ſom.item cap.de miraculis,uñ & carmina ꝗdam

Simõnida dicta ſunt. primus etiam artem memoriæ inueniſ ſe dicitur, teſte Cic. tanta eius fuit induſtria, ut gloriaretur & ſe octogenarium carmina docuiſſe, & in theatrum ad certamen cum reliquis poetis deſcendiſſe, ut inde præmia quæ meliori poetæ darentur, exciperet. ſuperſtes etiam carminibus ſuis fructum ex his, uoluptatem .ſ. mirificã cæpit, qa uideret, φ ea omnis eēt celebratura poſteritas ¶ In eorum certamen deſcendiſſe. in theatrum deſcendit, ut carmina ſua, quæ recitaret, cæterorum poetarum uerſibus potiora eſſe probaret, & ita propoſitũ præmium caperet. ¶ Nec fuit iniquum. Lyptotes eſt, ac ſi diceret fuit æquiſſimum.

ASCENSIVS.

SImonides uero poeta. gloriatur ſe docuiſſe carmia anno octogeſimo. ſ. ætatis ſuæ, & deſcendiſſe in certamen eorũ .i. carminum, aut potius poetarũ ſcribentium carmina. Nec fuit iniquũ. i. iniuſtũ illum percipere diu uoluptatẽ ex ingenio ſuo, cum traditurus eſſet eam ſruendam. i. cum fructu, & uoluptate percipiendã omni tempore, quia eius carmina ſuperſtabãt iudicio authoris.

¶ De Solone.

NAm Solon quanta induſtria flagrauerit & verſibus complexus eſt, quibus ſignificat, ſe quotidie aliquid addiſcentem ſeneſcere. & ſupremo vitæ die confirmauit, quòd aſſidentibus amicis, & quadam de re ſermonem inter ſe conferentibus, fatis iam preſſum caput erexit. Interrogatusq́ quapropter id feciſſet, reſpõdit: ut cũ iſtud quid quid eſt, de quo diſputatis, percepero, moriar. Migraſſet pfecto ex hominibus inertia, ſi eo animo uitam igrederentur: quo eam Solon egreſſus eſt.

¶ De Themiſtocle.

QVàm porrò induſtrius Themiſtocles, qui maximarum rerum cura diſtrictus, omnium tamen ciuium ſuorum nomina memoria comprehendit: per ſummam nanq iniquitatem patria pulſus, & ad Xerxem, quem paulo ante deuicerat, confugere coactus: prius, quàm in conſpectum eius veniret: perſico ſermoni ſe aſſuefecit: vt laborem parta commendatione regis auribus familiarem, & aſſuetum ſonum uocis adhiberet.

¶ De Cyro, & Mithridate.

CVius vtriuſq induſtriæ laudem duo reges partiti ſunt. Cyrus omnium militum ſuorum nomina, Mithridates duarũ, & viginti gentium, quæ ſub regno eius erant, linguas ediſcendo. ille ut ſine monitore exercitum ſalutaret: hic, ut eos, quibus imperabat, ſine interprete alloqui poſſet.

OLIVERIVS.

NAm Solon. De hoc Solone diximꝰ ſupra li. v. c. de ingratis. Fuit aũt unus è ſeptem ſapientibus. Athenienſis, ut qdã dicũt. ut alii ſalaminius, de qua inſula diximus ſupra lib. & capite præſcriptis. utcunq ſit, Athenis uixit, urbem illã quaſi nouam ciuitatẽ moribus, & legibus condidit, qua in re tanto temperamento ſe inter plebem & ſenatũ egit, ut ab utriuſq parẽ gratiã contraxerit. Legitur apud Platonem, Solonem iudicio Critiæ cuiuſdã uiri doctiſſimi, uideri non ſolum prudentia cæteris laude dignis, ſed etiam carminibus præſtitiſſe. & ſi ſermonem, quem ab Aegypto reuerſus inſtituerat impleſſet, non minorem Heſiodo, uel Homero futurum. continebantur autem in eo Athenienſiũ geſta. hic qq omnium hominum iudicio haberetur continens, tamen indulſiſſe ſcribitur uino. cuius induſtria quanta fuerit eius uerbis comprehendi poteſt, nam dictitare ſolebat γυρασκω αει πολλα διδασκομενος. ſeneſco ſemper multa addiſcens. prætera cũ extremũ fati diem ſuſtineret, & q aſſidebãt amici ac familiares, de re quadam inter ſe diſputarent, caput erexit, auditurus quid illi tũc inter ſe differrent. interrogatus, ſi quid eſſet quod uellet, ut percepto inquit quicquid eſt de quo diſputatis, eruditior hinc abeam, moriarq ſapientior. uox profecto philoſopho tanto digniſſima. ¶ Flagrauerit. Accenſus fuerit, notã eſt uerborũ differentia flagro, & fragro, alterũ cum à flatu, ſiue flãma, alterũ à fracto ſpũ ueniat, hoc ad odorẽ, illud ad ardorem refertur. ¶ Verſibus. ſupra græce poſitis. ¶ Fatis preſſum. Inſtãti, & propinqua morte grauatũ. ¶ Migraſſet ex hominibus inertia. Si homines ingrẽ ea induſtria uitã ingrederentur, qua Solon egreſſus eſt, nullus inter mortales inertiæ locus iueniretur. hæc aũt ad id potiſſimum ualent, ut adoleſcentes horũ exẽplis incitati, ſummo ſtudio & induſtria uirtutes amplectantur, & ſtudia capeſſant, horumq ſimiles fieri maxime laborent.

ASCENSIVS.

NAm Solon, &c. i. ſimul cõplexus eſt. i. conſecutus quanta induſtria flagrauit uerſibus, qbus ſignificauit ſe ſeneſcere. i. ſeniorem fieri, addiſcentem quotidie aliqd, & cõfirmauit. i. comprobauit ſupremo die uitæ, φ. i. quia erexit caput ſuũ iam preſſum fatis. i. morte inſtãte, amicis ſ. eius aſſidentibus, & conferentibus de quadam re inter ſe, & interrogatus quapropter feciſſet id. i. erexiſſet caput ſuũ reſpondit, ut cum ꝑcepero iſtud quicquid eſt, de quo diſputatis moriar. ꝓfecto (dicit author) inertia. i. ignauia, & carentia iduſtriæ migraſſet. i. penitus diſceſſiſſet ex hominibus ſi ſup. homines ingrederentur uitam eo animo, quo Solõ eſt egreſſus ea. ſ. uita, hoc eſt cupiẽ ti ſemper aliquid diſcere.

OLIVERIVS.

QVàm porro ind. The. Themiſtocles Athenienſium clariſſimus ciuis, & iperator eximius, ut diximus in cap. de mut. fortunæ, qta iduſtria fuerit, hic facile cõiici poteſt, φ cũ multarũ, maximarũq rerum cura eſſet inuolutus, & reipublicæ Athenienſis adminiſtrationi ſemper intentus, omniũ tñ ciuium ſuorum nomina, teſte Ci. teſte Quintiliano, & nunc Valerio memoriæ mandauerit, & intra anni ſpatium perſicã linguam optime perceperit. Cic. in Catone maiore, Themiſtocles, ingt omnium ciuiũ ſuorum perceperat nomina. Quintilianus uero de inſtitutione oratoria in cap. de memoria, Cæterũ inquit qtum natura, ſtudioq ualeat memoria uel Themiſtocles teſtis eſt, quem unum intra annum optime locutum perſice conſtat. ¶ Diſtrictus. Implicitus, iterdũ iratus, & ſeuerus, ac potẽs ¶ Per ſummã nãq iniquitatem pt̃ia pulſus. Inuidia ciuiũ, uel tyrannidis ſuſpitione, uel qa, ut diximus, mos erat Athenis, ut qui uirtute maximas opes comparaſſet, ne libertati periculoſus eſſet, per decem annos exularet, ergo ꝑ ſummã iniquitatem qa iniquiſſimũ erat pt̃iæ liberatorem, iperii amplificatorem, & cõſeruatorem exilio mulctare, quem ingentibus ꝓmiis afficere debuerant. ¶ Parta commendatione, per laborem. ¶ Perſicam linguam. ſtudioſe addiſcendo, ſe regi gratum reddidit, & commendabilem.

Themi. iduſtria

ASCENSIVS.

QVàm &c. Porro. i. ſed q i. qtum induſtrius ſup. fuerit Themiſtocles qui diſtrictus cura maximarum rerum tñ. i. nihilominus comprehendit memoria, nomia omnium ciuium ſuorũ, Nãq ipſe pulſus patria per ſummã iniquitatem, & coactus fugere ad Xerxem. ſ. regem Perſarũ, quem deuicerat pauloañ, aſſuefecit ſe ſermoni pſico priuſquã ueniret in conſpectu, aut in conſpectum eius. ſ. Xerxis, ut cõmendatione. ſ. ſui parta labore, aut ꝑ laborem, adhiberet auribus regis, uidelicet Xerxis ſonum. i. uocem familiarem, & aſſuetã, repete auribus regiis, qa ſignum amoris eſt didiciſſe alterius gentis linguam, cum qua qui nullum commercium affectaret, eam non diſceret.

OLIVERIVS.

CVius utriuſq induſtriæ, Et poſſe oium ſuorũ noia memoriæ complecti, & aliena lingua ſine interp̃te uti, qđ utrunq fecit Themiſtocles, Duo reges, Cyrus & Mithridates. Cyrus fuit Perſarũ rex potentiſſimus, de quo Iuſtinus multa tradit li. i. & nos in ca. de ſom. hunc magnæ memoriæ fuiſſe & Solinus in ca. de homine, & Quītilianus de inſtitu. oratoria in ca. de memoria. & Pli. li. vii. na hi teſtantur. nam Solinus ingt Cyrus memoriæ bono inclaruit, qui in exercitu, cui numeroſiſſimo

Cyri memoria Mithri. memoria

numeroſiſſimo præfuit, nolatim ſingulos alloq̃batur. Quin. uero, ut ſupra diximus, q̃tum naturæ ſtudio ualeat memoria uel Themiſtocles teſtis, quem unum inter annum optime lo-cutum perſice conſtat, uel Mithridates, cui duas & .xx. linguas quot nationibus imperauit, traditur notas fuiſſe. uel Craſſus ille diues, qui cum Aſiæ præeſſet quinq; græci ſermonis diffe-rentias ſic tenuit, ut qua quiſq; eum lingua poſtulaſſet, eadem ius ſibi redditum ferret. uel Cyrus, quem omnium militū te-nuiſſe creditum eſt noĩa. ¶ Sine monitore exer ſa. Imperatores nõ ſum ſuggeſtores habere cõſueuerant, qui noĩa militum eo℞ auribus infererent, quo blãde nominatim milites appellando, eorum animos ſibi maxime conciliarent. hos monitores Romani nomenclatores appelabant.

❡ De Otio. Cap. VIII.

OTium quod induſtriæ, & ſtudio maxime contrarium videtur: præcipue ſubnecti debet. non quo euaneſcit uirtus: ſed quo recreatur. alterum enim etiam inertibus vitandum, alterum ſtrenuis quoq; interdum appetẽdum eſt. illis ne proprie uitam inertem exigant: his, vt tempeſtiua laboris intermiſſione ad laborandum fiant vegetiores.

❡ De Scipione, & Lælio.

PAr veræ amicitiæ clariſſimum Scipio, & Lælius, tum amoris uinculo, tum etiam omnium uirtutum inter ſe iunctum ſocietate, vt actuoſæ vitæ iter æquali gradu exequebantur: ita animū quoq; remiſſioni communiter acquieſcebant. conſtat nanq; eos Caietæ & Laurenti, vagos litoribus conchulas, & calculos lectitaſſe: idq; ſe Pub. Craſſus ex ſocero ſuo Qu. Scæuola, qui gener Lælii fuit, audiſſe ſæpenumero prædicauit.

❡ De Scæuola.

SCæuola autem quietæ remiſſionis eorum certiſſimus teſtis, optime pila luſiſſe traditur quia videlicet ad hoc diuerticulum animum ſuum forenſibus miniſteriis fatigatum, trãſferre ſolebat. Aleæ quoq;, & calculis uacaſſe interdum dicitur: cum bene, ac diu iura ciuium, & cerimonias deorum ordinaſſet. vt enim in rebus ſeriis Scæuolam, ita & in ſcurrilibus luſibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem eſſe non ſinit.

ASCENSIVS.

CVius utriuſq; induſtriæ. ſ. in commemorãdis nominibus ciuium, & diſcenda lingua perſica, hoc eſt aliena duo reges ſcilicet Cyrus & Mithrida. partiti ſunt. Cyrus. ſ. rex Perſarum ſup. partitus eſt laudem Themiſtoclis diſcendo nomina omnium militum ſuorū, & Mithridates rex ponti diſcendo linguas duarum & uiginti gentium, quæ erant ſub regno eius. ille. ſ. Cyrus diſcendo ſup. nomina omnium ſuorum militum, ut ſalutaret exercitum ſine monitore. ſ. de nomine ſalutandi, hic. ſ. Mithridates diſcẽdo omnes linguas ut poſſet alloqui ſine interprete eos, quibus imperabat. OLI.

OTium, q̃d induſtriæ, & ſtudio. Cum nihil magis induſtriæ, & ſtudio contrarium eſſe uideatur q̃ otiũ, quaſi inconueniẽs, & abſurdum eſſe uidebaẽ. hoc illis ſubiũgere, lõ, breuiuſculã ꝑfatione, q̃ oñdat nõ incõgrue factum eſſe, cum poſt longa ſtudia, diutinoſq; labores, defatigati aĩ relaxationem quãdã deſiderẽt, q recreati uegetiores deĩde alacrioreſq; ad ſtudia redeant, atq; labores. ¶ Nõ quo euane. uirtus. Duo tangit otii gña, unum eo℞, qui ueluti corpore quodã, & lãgore aĩ in otio marceſcũt quod nõ ſoliũ fugiendũ, ſed ꝓpemodũ deteſtandũ uẽ, alteꝝ eorum, qui à labore requiẽ, & laxamentũ q̃runt, quod expetẽdũ eſt. ¶ Strenuis. Impigris, & prõptis, & opponiẽ inertibus. ¶ Tẽpeſtiua. Opportuna, & intempore facta. ¶ Vegetiores. Viuatiores & ualidiores. deficerent. n. aſſidua intẽtiõe aĩ, niſi interdum otio recrearentur. Ouidius, Si nunq̃ ceſſas tendere. mollis erit.

ASCENSIVS.

OTiũ, q̃d uẽ, maxime cõtrariũ iduſtriæ, & ſtudio, debet ꝑcipue ſubnecti, q̃a oppoſita iuxta ſe ꝓpoſita maxime eluceſcunt. non tamen otium, de quo hic loquitur, ſtudio penitus contrariatur, ſed illi opitulatur, unde addi uẽ. ſ. in nõ ſe ipſo, q̃a otium eſt contrarium negotio, ſed ut Cicero dicit, quidam ĩ otio ſũt minime ocioſi, uñ author addit nõ ſup. ſubnecti debet otiũ quo uirtus euaneſcit. ſ. diſparit ſed recreatur. alterum. ſ. otium quo uirtus euaneſcit uitandum ſup. eſt eta inertibus, id eſt minime induſtriis. & ſolertibus. alterum ſcilicet otium, quo uirtus recreatur, appetendum interdum etiam ſtrenuis. Illis ſupple euitandum eſt otium, quo uirtus euaneſcit, ne exigant, id eſt penitus agant propriam aut prope aut præcipue uitã inertẽ. i. ſine arte, & iduſtria, his ſupp. appetendũ eſt (unde et bona appetimus) otiũ quo uirtus recreatur, ut fiant uegetiores. i. agiliores, & expeditiores ad laborandum, tempeſtiua intermiſſione laboris.

OLIVERIVS.

PAr ueræ amicitiæ. Cõſtat Scipiõem, & Læliũ, teſte Ci. ſumma amicitia fuiſſe cõiunctos, ut igitur actuoſæ uitæ ſtudia, & labores oẽs cõiter ſuſceperant, ſic & aĩorum laxationes, & otia pariter capeſſebant, ut in littore Caietæ, mariſque tyrrheni pariter deãbulantes, cõchulas, calculoſq; more puero℞ ſæpiſſime legerent. Id laxationis genus in otioſis uiris turpe, in Scip & Lælio fuiſſe uẽ honeſtũ. ¶ Par clariſſ. uere par unũ eſſe dicuntur, ut par boum, ſic par amico℞ quatuor aũt uel pauln plura uero℞ amico℞ paria fuiſſe apud maiores leguntur, ut Theſeus, & Perithous. Pylades & Oreſtes. Tydeus & Polinices. Niſus & Eurialus, inter quos Scipio cõnumerantur & Læli'. ¶ Actuoſæ uitæ. laborioſæ, & uariis actionibus debitæ, qualis induſtrio℞, & ſtudioſo℞ hoĩum eſſe ſolet ¶ Iter. laborẽ. ꝑ ſimilitudinẽ ¶ Eq̃li gradu. In tranſlatiõe ꝑſiſtit. ¶ Vagas. Diſpſas ꝑ litus q̃dã legũt uagos. i. Læliũ & Scipio. errantes ¶ Conchulas. Teſtas piſciũ, q̃bus Romãi poſtes & lecticas exornare cõſueuerãt Cōchulæ ſunt q̃ dicant græce oſtraca appellan. ¶ Calculos. lapillos dictos q̃ ſua breuitate ſine moleſtia calcantur, uñ calculus minima pars põderis ex duobus granis lẽtis, & calculus numerus, calculatio ſupputatio ¶ Lectitaſſe. freq̃nter collegiſſe. ¶ P. Craſſus orator, de quo Cic. li. de ora. mẽtionẽ facit, & de eloq̃ntia diſputantẽ iducit, fuit aũt Scæuolæ gener. ut li. iiii. oñdi musca. de uerecundia. ¶ Ergo Pub. C. Scæuola. Scæuolæ uero Lælii gñi fuiſſe dñr, de quo Lælio Ci. li. q inſcribitur Læli' hoc eſt de amicitia, Q. Mutius augur Scæuola multa narrare de C. Læ. ſocero ſuo memoriter, & iucunde ſolebat. Calcul'

ASCENSIVS.

PAr &c. Sci. ſ. maior & Lælius, par clariſſimũ. i. nobiliſſimũ ueræ amicitiæ, iũctũ. i. cõnexũ iter ſe, tũ. i. pariter uinculo amoris, tũ et ſocietate. i. cõcitatiõe oĩum uirtutũ, ut. i. queãdmodũ exeq̃bantur. i. ꝑagebãt iter uitæ actuoſæ, gradu æq̃li. i. æq̃ magno ꝑgreſſu, ita aquieſcebãt. i. obtẽperabãt, quoq; cõiter, remiſſioni. i. recreationi aĩ ꝑ remiſſionẽ opis. nã q̃. i. q̃a cõſtat eos lectitaſſe. i. freq̃nter collegiſſe Caietæ, & Laurẽti. i. iuxta ea oppida litoralia cõchulas. i. ꝑuas cõchas uagas. i. diſperſas littoribus. ſ. maris tyrrheni, & calculos. i. paruos lapillos. Et P. C. ꝑdicauit ſe audiſſe id ex Q. Scæuola ſocero ſuo. i. pr̃e uxoris ſuæ, q̃. ſ. Scæuola fuit gener. i. maritus filiæ Læ.

THEOPHILVS.

CAlculis. Calculorum ludus ab Ouid. deſcribitur in artibus & ab aliis compoſito ſeorſum uolumine, ſcacorum nunc dicitur.

OLIVERIVS.

SCæuola au. quie. ut teſtis fuerat Scæuola Scipio. & Læliũ aĩ relaxandi g̃ra cõchulas, & calculos in littore lectitaſſe, ita ipſe nõ minus poſt aĩ labores à forẽſibus officiis ad pilæ ludũ ſe iterdũ cõferebat, nõnunq̃ ad aleas, & teſſeras, ut eo laxamẽti gñe fatigatũ aĩum relaxaret hic teſte Ci. i. offi. i. fuit P. Scæuolæ filius iuriſperiti, à quo Ci. iuris ciuilis ſcientiã q̃ia cũ q̃ floreret accepiſſe dẽ. nã li. i. offi. inq̃t, quo℞ uero pr̃es, aut maiores aliq̃ gloria ꝑſtiterũt, eo℞ plerinq; in hoc gñe laudis ſtudent excellere, ut Q. Mutius P. filius in iure ciuili. Fuit aũt hic Scæ-

uola, teſte eodẽ Ci. in Lælio, iuriſpitus & augur, quẽ in li. de orato. Ci. inducit cũ Craſſo de eloq̃ntia diſputantem. ℾ Quietæ remiſſionis. Ocioſæ relaxatiõis. eſt. n. adiectiuũ quietæ. ℾ Optime pila. Cũ dicat optime, ſignificat illũ ab adoleſcẽtia fuiſſe ſtudioſiſſimũ eius ludi, ut aſſidua exercitatione minime ineptus, eius pitiã cõſecutus fuerit non mediocrẽ. ℾ Ad hoc diuerticulũ. Digreſſionem. eſt aũt à uiatoribus ſũpta tráſlatio, q̃ à uia gſcendi gr̃a ad loca diuertũt. eſt. n. diuerticulũ locus, ubi de uia diuertimus. Tereni. ubi ad ipſum uenio diuerticulum. uel locus eſt ad quẽ de itinere ſecedimus, diuerſorium uero domus hoſpitalis, ad quam ex diuerſis uiis conuenitur ℾ Calculis. Teſſeris, uel taxillis, ut calculos poſuerit pro taxillis. ℾ Iura ciuiũ. utpote qui iuriſperitus. ℾ Et cerimonias deoꝝ. ut q̃ augur. nã aliter pontifex fuit. Cl̃, quo mortuo me ad pontificem Scæuolam cõtuli. ℾ V1. n. in rebus ſeriis. Licet ſapiẽti rebus ſeriis inter dũ rẽſerere ludos, & ioca uel certe poſt ſeria ad ludos ſe et ioca conferre teſte Ci. offi. i. Ludo aũt & ioco uti illis q̃dem licet, ſed ſicut ſomno & ceteribus cæteris, tunc cũ grauibus, ſeriiſq; rebus ſatiſfecerim᷑. ergo Scæuola in rebus ſeriis ſe uirũ grauẽ & auctoritate plenũ, in luſis uero ſe homiem referebat. ℾ In ſcurrili. Luſibus ſine dubio deeſt particula q̃ ſi, qd̃ facere frequenter ſolent auctores. Vir. Mediinter cædes exultat amazon. uel ſcurrilibus iucoſis, nõ tñ turpibus, q̃bus utũtur ſcurræ ℾ Quẽ re. na. Natura inq̃t non patitur hominem labori ſemp inſiſtere, nã licet uirtutis laus ois in actione conſiſtat, ab ea tñ neceſſe eſt ſæpe fiat intermiſſio, multique dentur ad ſtudia reditus, nã ut inquit Oui. Quod caret alterna requie durabile non eſt, Hæc reparat uires, feſſaq; mẽbra leuat.

ℭ Externa. De Socrate philoſopho.

IDq; vidit, cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit, Socrates. ideoq; non erubuit tunc cum iterpoſita arundine cruribus ſuis, cum paruulis filiolis ludens ab Alcibiade riſus eſt.

ℭ De Homero poeta.

HOmerus quoque ingenii cœleſtis uates non aliud ſenſit: vehementiſſimis Achillis manibus canoras fides aptando, vt earum militare robur, leni pacis ſtudio relaxaret.

ℭ Quanta ſit vis eloquentiæ. Cap. IX.

POtentiam uero eloquentiæ, & ſi plurimum valere animaduertimus: tamẽ ſub proprii exẽplis, quo ſcilicet vires eius teſtatiores fiant recognoſci conuenit.

ℭ De Valerio.

REgibus exactis plebs diſcedens à patribus, iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui ſacer appellatur, armata conſedit: eratq; non ſolum deformis, ſed etiam miſerrimus Reipub. ſtatus à capite eius cætera parte corporis peſtifera ſeditione diuiſa. ac ni Valerii ſubueniſſet eloquentia, ſpes tanti imperii in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is nanq; populum, noua & inſolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora, & ſaniora conſilia reuocatum, Senatui ſubiecit. ideſt urbem urbi iunxit. Verbis ergo facundis ira, conſternatio, arma, ceſſerunt.

ASCENSIVS.

IDq; &c. Et Socrates, cui nulla pars ſapientiæ fuit obſcura. i. non pſpecta, uidit id. ſ. hominẽ nõ eẽ patientẽ continui laboris, ideoq; non erubuit tunc cũ riſus eſt. i. irriſus, aut riſu affectus ab Alcibiade nobiliſſimo ciue Athe. ludens cũ filiolis paruulis, arundine interpoſita ſuis cruribus loco equi puerilis, quod & alii fecerunt. Vnde Flaccus. Ludere par ipar, equitare in arundine longa.

OLIVERIVS.

HOmerus. Hue idẽ ſenſit Homerus, cũ Achillẽ uirũ fortiſſimũ fidibus canentem ſæpius introduxit. ℾ Canoras fi. Reſonantes chordas.

ASCENSIVS.

HOmerus quoq; uates ingenii cœleſtis non aliud ſenſit aptando. i. applicãdo p teſtimoniũ carminũ ſuoꝝ manibus Achillis uehementiſſimis. ſ. ad opus bellicũ, fides canoras. i. citharã, ut relaxaret robur militare. i. ſeueritatem bellicã, & rigorẽ, leui. i. facili ſtudio pacis. i. cui in pace uacare ſolemus.

OLIVERIVS.

POtentiã. Quãta ſit eloq̃ntiæ uis atq; potẽtia, cum cæteri oẽs q̃dem illa ſcripſerunt tã græci q̃ latini, tũc in primis ipſe pr̃ eloq̃ntiæ Cic. cũ pluribus in locis, & uoluminibus oñdit, quoꝝ unum nobis hoc loco referre ſatis eſſe duxi, ubi rerum oĩum dñam illã appellat. Ait. n. li. ii. de na. deo. iam uero dña reꝝ ut uos ſoletis dicere, uis eloq̃ndi, q̃ pclara, q̃q; diuina. q̃ primũ efficit, ut ea q̃ ignoramus diſcere, & ea q̃ ſcimus, alios docere poſſimus. Deinde hac cohortamur, hac pſuademus hac cõſolamur afflictos, hac deducimus à timore pterritos, hac geſtientes cõprimimus, hac cupiditates iracundiaſq; cõſtringimus. hæc nos (Achilles fidibus canebat) iures legũ urbiũ ſocietate coniunxit, hæc nos ab immani, & fera uita ſegregauit. cũ igitur ea ſit uis eloquentiæ, ut q̃cq̃d in rerũ natura, totoq; mõdo laudabile ſit, in ea uerſetur, cunctaq; eius adminiculis nitantur, foueantur, ſuſtentẽtur, illuſtrẽtur, nihil pter ea dicendũ eſt, niſi ut ſubiectis exemplis fiat illuſtrior, atq; teſtatior. ℾ Eius uires teſtatiores. Si igt exẽpla ppoſuerimus, pbabilior fiet eloquentiæ uirtus, atq; uulgatior.

ASCENSIVS.

POtentiã &c. Vero i. ſed, & ſi. i. q̃q̃ animaduertimus potentiã eloq̃ntiæ ualere. i. poſſe plurimũ, tñ cõuenit ſup. eã recognoſci ſub ppriis exemplis. ſ. quo. i. ideo, ut uires eius fiant teſtatiores. i. magis teſtatæ & comprobatæ.

ASCENSIVS.

SCæuola aũt certiſſimus teſtis remiſſionis. i. relaxatiõis eorũ. ſ. dictoꝝ q̃ete. i. trã q̃lle, hoc eſt p quietem, traditur luſiſſe optime. i. artificioſiſſime pila inſtro noto, ſed ut opinor alterius gñis q̃ quo in gallia utuntur. nã Itali adhuc pilã decuplo grãdiorẽ, & uẽto turgidã agitãt. Quia uidelicet Scæuola ſolebat transferre ad hoc diuerticulũ. i. repoſitoriũ, & q̃ſi reclinatoriũ, ſicut in diuerticulo feſſi de uia recreantur, aium ſuũ fatigatũ miniſteriis forẽſibus. i. actiõibus iudicialibus. Dr̃ ẽt uacaſſe. i. ſe uacuũ curis dediſſe aleæ, & calculis. i. taxillis, aut lapillis in urnã iactãdis, cũ ordinaſſet bñ, ac diu iura ciuiũ, & cerimonias deoꝝ, q̃a augur erat & q̃ñ põtifex. n. i. q̃a ut. i. quẽadmodũ ipe agebat. i. repſentabat i reb᷑ ſeriis. i. ſeueris grauib᷑ ac ſeorſum à riſu poſitis Scæuolã. i. pſonã grauẽ, hoc eſt ſeipſo dignã, ita agebat in luſibus ſcurrilibus. i. iocularis, hoiem. ſ. uulgarẽ aut naturã hũanã, quẽ. i. hoiem nãreꝝ. ſ. creatrix nõ ſinit eſſe patiẽtem. i. toleratiuũ laboris cõtinui. i. nõ itermiſſi, q̃a, Qđ caret alterna reqe durabile nõ eſt, i homie præſertim.

OLIVERIVS.

IDq; uidit. Soc. terreſtre quoddã oraculũ, & hũanæ ſapientiæ uenerabile ſacrariũ nõ erubuit cũ filiolis pueriliter ludẽs ab Alcibiade rideri, cũ ad eũ ſalutãdi gr̃a ueniſſet, & arundines cruribus iterponẽtẽ more pueroꝝ offendiſſet. ſciebat. n. id ſibi naturæ lege permitti laxamenta quærere tanq̃ neceſſaria, & non homini turpia, qui fuerit ſtudio & labore defeſſus. Interpoſita arũdine cruribus. q̃ more pueroꝝ equitẽ imitaret᷑.

OLIVERIVS.

REgibus exactis. Diſcrepat à Li. Va. hoc loco nõ. n. Valeriũ ſed Agrippã Meneniũ fuiſſe tradit Liui., q̃ plebẽ à patribus diſſidentem, facta ſeceſſione ſua eloquentia reconciliauit. cũ. n. ſecũ ipſa ciuitas foret maxie diſcors, inteſtino inter pr̃es plebemq; flagrante odio, pter nexos ob æs alienũ, excitauit ſeditionẽ magno natu q̃dã, q̃ cũ iſignibus malorũ ſuorũ prumpens in forũ, ſqualida ueſte, deformi uultu, ſediorique corpis hitu, pallore, ac macie perẽni, tota denique ſpecie oris efferata, facto cõcurſu clamitat ductũ ſe à creditore, nõ in ſeruitiũ, ſed i ergaſtuliũ, & carnificinã, exacerbauit ita plebis aios in pr̃es, ut niſi alter cõſul Seruilius mitioris ingenii cõcitatos aios, multis pollicitatiõibus leniſſet, i graue diſcrimen res fuerit futura, maxie ingruentibus undiq; bellis. nã finitimi, co-

gnita

diſcrepat ... Liu. Va.

nita ſeditione arma cōmouerāt, qbus ſupatis, cū ſoluendi ꝑmiſſa tēps aduenisset, alter conſul Appius, inſita ſupbia aio. ut uanā collegæ faceret fidem, q̄ aſperrime poterat, ius de creditis pecuniis dicere, & q anne[x]i fuerant creditoribus tradere. tunc multo magis exacerbati plebis ai, ꝑ dictatorem hiſdem ferme pollicitationibus, & edicto, ne quis ciuem Ro. uinctum, aut clauſum teneret, neu qs militis Ro. donec in caſtris eſſet bona poſſideret, aut uēderet, liberos nepoteſue eius moraretur leniti ſunt. poſtremo cum etiam dictatoris promiſſis defraudarentur, tum demū ſeceſſio facta eſt in ſacrū mōtē trans aniené. eò miſſus orator, Menenius Agrippa ad reconciliandā reuocandamq; plebē in urbem Intromiſſus in caſtra priſco illo dicendi, & horrido mō nihil aliud q̄ hoc narraſſe fertur. Tēpe quo in hoie, nō ut nunc omnia in unū cōſentiebant, ſed ſingulis membris ſuū cuiq; cōſiliū, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore, ac miniſterio uentri oīa q̄ri, uentrē in medio q̄etū, nihil aliud q̄ datis uoluptatibus frui, cōſpiraſſe inde ne manus ad os cibū ferrent, nec os acciperet datū nec dentes cōficerēt. hac ira dū uentrē fame domare uellēt, ipa mēbra totūq; corpus ad extremā tabē ueniſſe indeq; apparuiſſe, uentris quoq; ſegne miniſteriū, nō eē nec magis ali, q̄ alere eū, reddentē in oēs corporis partes hunc, quo uiuimus, uigemuſq; diuiſum pariter in uenas, maturū confecto cibo ſanguinē. cōparādo hinc q; inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis & ita in patres flexiſſe mentes omniū plebēq; patribus reconciliaſſe, qd ſi inculto & horrido dicendi gñe tm̄ ualuit unius hominis facundia, qd culta, & exqſita faciet oratio! ⸿ Diſſidens. Diſſentiens, diſcrepans, diſcordans. ⸿ Fluminis anienis. Tribus paſſuū millibus diſtat ab urbe, & teſte Priſciano li. vi. declinatur anio anienis. qd Antiq ſecūdū analogiā protulerunt aniem, Oui. xiiii. metha. quas anienis aquæ ⸿ A capite. i. à ſenatu, & patribus. ⸿ Cætera parte. ſ. plebe, & alludit ad fabulā quā ſupra diximus. ⸿ Verbi uocem. Plebem, quæ pars ciuitatis erat, ſenatui alteri parti coniunxit. ⸿ Verbis facundis. Eloquentiæ ceſſit omnis furor, & impetus animi. Cicero concedat laurea linguæ.

Menenius Agrippa plebs patribus cōciliauit.

Anio

ASCENSIVS.

REgibus, ſ. Romanis Tarquinio, & filiis exactis. i. expulſis Roma ꝑp ſupbiā, & ſtuprū Lucretiæ, plebs. ſ. Ro. diſcedens. ſ. ꝑ ſeditionē, à patribus. i. ſenatoribus, & nobilibus (pluſculo tñ interuallo) conſedit. i. locū cepit, armata iuxta ripam anienis fluminis in tyberim influentis. (Nñs eſt anio. ſed gtūs fit ab antiquo aniem anienis) in colle. i. monticulo, qui appellatur ſacer, & ſtatus reip. erat. ſ. tunc non ſolū defoemis, ſed ēt miſerrimus, & hoc cætera parte corporis. ſ. reip. hoc eſt ciuitatis, utpotè plebe diuiſa, peſtifera ſeditione. i. per peſtiferam ſeditionem, à capite eius, hoc eſt à patribus, q quaſi caput ciuitatis ſunt, ac ni. i. niſi eloquentia Valerii ſubueniſſet, ſpes tanti imperii, q̄tū poſtea fuit corruiſſet penè in ipſo ortu ſuo. Nāq; is. ſ. Vale. (cū Liuius alium id feciſſe ſcribat) ſubiecit. i. audientem fecit ſenatui populū gaudentem temere. i. incōſyderate, libertate noua. i. pauloan̄ parta, & ita inſolita reuocatū ad meliora, & ſeniora cōſilia oſonc. ſ. ſua, hoc eſt, ut Liu. dicit apologo magis ad rem faciente q̄ diſerto ſubiecit dicit. i. iunxit urbi. i. præcipuæ parti urbis, hoc eſt capiti, urbem. i. reliquū corpus, hoc eſt plebem. Ergo, ut hinc uires eloquentiæ cognoſcamus, Ira i. conſternatio mentiū, & arma ex conſternatione in ptes ſumpta ceſſerunt uerbis facundis, quia depoſitis armis in grām redierunt cū patribus, ob facundum apologū quem Oliue. qui me breuem facit, recitat.

⸿ De M. Antonio.

QVæ etiam Marianos, cinnanoſq; mucrones ciuilis profundendi ſanguinis cupiditate furentes inhibuerunt. miſſi enim à ſæuiſſimis ducibus milites, ad M. Anto. obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti, diſtrictos iam, & vibratos gladios, cruore vacuos uaginis reddiderunt. quibus digreſſis, Pub. Antonius (is enim ſolus in ambitu expers antonianæ facundiæ ſteterat) crudele imperium truculento miniſterio peregit. qu'am diſertum igitur eum fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quidem quiſquam occidere ſuſtinuit? qui modo vocem eius ad aures ſuas voluit admittere?

⸿ De Iulio Cæſare.

DIuus quoq; Iulius, qu'am cœleſtis numinis, tam etiam humani ingenii perfectiſſimum columen, vim facundiæ propriæ expreſſit: dicendo in accuſatione C. Dolobellæ, quem reum egit: extorqueri ſibi cauſam optimam L. Cottæ patrocinio, ſiquidem maxima tunc eloquentia queſta eſt. cuius facta mentione, quoniam domeſticum nullū maius adiecerim exemplum, peregrinandum eſt.

OLIVERIVS.

QVæ ēt ma. Marius ut ſæpe dictū eſt, ui p̄ria pulſus, collecto exercitu Cinnæq; coniunctus, ut p̄riam repoſcit, diis hoibuſq; infeſtus. & ſtati prio ipetu oſtiam urbis alumnā capit, & miſeranda ſtrage diripit. mox urbē ipam ꝑſecodiā ciuiū à Ianiculo pulſo p̄ſidio, q̄drato agmine ingreſſus, ac principū cædē ſigno dato aliq̄to ſæuius q̄ aut in punica, aut in Cymbrica urbe ſæuit. Octaui cōſulis caput ꝓ roſtris exponitur, Anto orator uir cōſularis ad hoſpitē ꝓfugit, ubi tectus tantā urbis tēpeſtatem declinaret, qd illi fortuna non cōceſſit, hoſpes. n. quo lautius illū exciperet, uinū à caupone ꝑ ſeruū depoſcit, Caupo latere apud hoſpitem, M. An. ex ſeruo cognoſcit, remq; ſtati ad Mariū Cinnāq; defert, quo cognito delectos milites cū P. A. uel, ut Plu dicit P. An. ad ſacūdiſſimū oratorē cædendū mittūt. P. Ant. ubi ad hoſpitē uenit cedit miniſtros itroire & M. A. iterficeri iubet, ipſe foris in ueſtibulo remoratus hi uero poſtq̄ itrogreſſi, et corā data copia cædis, maximus orator Anto. ſic eos orōnis ſuauitate demulſit, ſic eloq̄ntia ſua à cædis cupiditate oīq; ipetu repſſit, ut ad Anto. re īfecta ſtupentes redierint, plane fatētes. ſe oſone uictos, illū occidere n̄ potuiſſe, quos P. increpitans ſtricto gladio tectū irruit, & Antonium obtruncat, caput ad Mariū defert. qd ille menſæ ipoſuit, ut nō tā cibo q̄ eius ſpectaculo ſatiaretur. Cōſtat hūc M. An. teſte Ci. li. v. Tuſ. quæſt. olim ſuæ ætatis fuiſſe eloq̄ntiſſimū. ⸿ Inhibuerūt. Repreſſerunt, retinuerunt, cōpeſcuerunt [illegible] ⸿ Steterat in ābitu. In porticu, ſiue in circuitu remanſerat, pudore credo detentus, ne tm̄ uirū neceſſitudine ſibi cōiūctū, trucidari uideret, q̄q̄ ipſe poſtmodū tā fœdū cædis miniſteriū peregerit.

M. Ant. oratoris eloq̄ntia

ASCENSIVS.

QVæ. ſ. uerba facunda inhibuerunt etiam mucrones. i. acutos gladios Marianos & Cinnanos. i. percuſſorū à Mario & Cinna in M. An. miſſoꝝ furentes cupiditate ſanguinis ciuilis profundendi. Eū ꝓ qa, milites miſſi à ſæuiſſimis ducibus. ſ. Mario & Cinna ad obtruncandum M. An. non tm̄ uirū, ſed oratorem clariſſimū, obſtupefacti ſermone eius, reddiderūt uaginis gladios uacuos cruore. i. nō imbutos ſanguine eius diſtrictos. i. è uagina raptos, & uibratos. i. in altū extenſos iam. i. ad percutiendū. cū qbus. ſ. militibus digreſſus P. Ant. conſanguineus eius (Is enim ſolus ſteterat in ambitu. i. circuitu, aut porticu, aut in ambitu. i. ut primus peracta cæde abiret tanq̄ inſons eius expers. i. n̄ p̄ceps facundiæ antonianæ) peregit imperium crudele. ſ. ducum illoꝝ, miniſterio truculento, q a in ſanguinem ſuum ſæuiit, cum ſe maxime purgare potuiſſet. Igit̄ q̄. i. q̄tum diſertum putemus fuiſſe eum. ſ. Antonium, quem ne quidem. i. non ſaltem, auc non etiam quiſpiam hoſtium ſuſtinuit. i. potis fuit occidere, q mō. i. ſi mō uoluit admittere ad aures ſuas uocem. i. oſonem eius.

OLIVERIVS.

DIuus quoq; Iulius. Dolobellā ex Sicilia, cui ꝓtoc ꝓfuecat, repetundaꝝ Cæſar poſtulauerat. L. Cotta Dolobellæ p̄ ocinū ſuſcepit, cui' auctoritati, q a ueluti parentem illum Cæſar coleret et obſeruaret reſiſtere nō ſuſtinuit. tm̄ in cōcione dixit extorq̄ri ſibi cām optimā. oñdens ſe illum ui eloquentiæ facile fuiſſe cōuictum, ubi maximā ſibi eloquētiæ laudē cōpauit. ⸿ Quam cœleſtis. numinis. Perſiſtit i ſua iam iam ab initio operis ſuſcepta adulatione Vale. q̄ ſine dubio poſſet oībus eſſe faſtidio. ⸿ Columen. Suſtentaculum. conſtat q dem Cæſarem plurimum ingenio ualuiſſe, ut teſte Cice. cum duo ſint, quibus excelluere Romani, ſi in utrouis tantum ſe Cæſar

Cottæ eloq̄ntia

exercuiſſet, omnes facile ſuperaſſet, ut ſi tantum eloquentiæ quantum rei militaris ſtudii & laboris impoſuiſſet, facile, dicē di palmam obtinuiſſet. ¶ Reum egit. Quia repetundarum ē Sicilia, ut diximus, accuſauit. ¶ Peregrinandum eſt. Ad externa exempla tranſeundum.

¶ Externa De Piſiſtrato.

Piſiſtratus dicendo tantum ualuiſſe tradi-tus eſt, ut ei Athenienſes regium imperium oratione capti permitterent: cum præſer-tim ex contraria parte amantiſſimus pa-triæ Solon niteretur. ſed alterius ſalubriores e-rant conciones, alterius diſertiores: quo euenit, ut alioqui prudentiſſima ciuitas, libertati ſeruitu-tem præferret.

¶ De Pericle.

Pericles autem feliciſſimis naturæ incremē-tis, ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtu-dio perpolitus, & inſtructus, liberis Athe-narum ceruicibus, iugum ſeruitutis impo-ſuit. egit enim illam vrbem, & uerſauit arbitrio ſuo. Cumq; aduerſus uoluntatem populi loque-retur, iucūda nihilominus, & popularis eius uox erat. itaq; veteris comœdiæ maledica lingua, q̄-uis potentiam uiri perſtringere cupiebat: tamen in labris hominis melle dulciorem leporem fate-batur habitare. inq; animis eorum, qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam relinqui præ-dicabat.

ASCENSIVS.

Diuus quoque Iulius. ſ. Cæſar columen. i. cul-men ac decus perfectiſſimum, q̄ i. q̄tum numinis cœleſtis. i. diuinitatis, tam. i. tm̄ etiā ingenii humani, expreſſit. i. ex-preſſe indicauit, ui. i. uirtutem, & potentiam propriæ eloquentiæ dicendo in actione Cn Dolobellæ. i. contra Cneum Dolobellam quem egit reum. ſ. repe-tundarum, optimam cauſam extorqueri ſibi ſ. ui amicitiæ, & authoritatis non facundiæ, eri-pi ſibi patrocinio L. Cottæ Dolobellam defendentis. Siquidem maxima eloquentia utpote Iulii quæſita eſt, tunc. ſ. ſibi uim fie-ri per patrocinium Cottæ. q. d. Iulius confiſus in eloq̄ntia ſua, nō dubitauit quin reum perage-ret, ſed gratia, & authoritate Cottæ ſibi eripiendum nouit. Cuius. ſ. maximæ eloquentiæ Iulii cæſaris mentiōe facta, q̄m nullum. i. non ullum, non adiecerim. i. non addiderim, etiam ſi conatus ſim ullum exēplum domeſticum maius, caue legas inanis, eſt ſup. mihi peregrinādum. i. ad peregrinam eloquentiam tranſeundum. ut alibi ad-monui, author utitur illa uoce in rim in ſignificatione nō pla-ne præterita, ſed quæ eſſet p̄terita, ſi aliud prius feciſſet. uerbi gratia adiecerim uidetur poſitum pro adiecero, ſed ſic ponit, ac ſi dicat, ſi adiecero. merito dicas, q adiecerim &c.

THEOPHILVS.

Siquidem maxima tunc eloquentia. quæ eſt. Vetuſti codi-ces habent aliter hunc in modum. Siquidem tunc maxi-ma eloquentia ei laus quæſita eſt.

OLIVERIVS.

Piſiſtratus eloquentia dſiatum arripuit

Piſiſtratus. Calliditate plurimū ualuit Piſiſtratus, teſte Mac. q tyrannidem magis q̄ eloquentiam occupaſſe dr. deuictis ſe duce megarenſibus, cum gratiæ plurimum, & auctoritatis apud oēs cœpiſſet, aoimū ad regnū adiecit, uer-beribuſq; uoluntariis domi affectus, laceratoq; corpore die q̄-dam in publicum prodiit, & aduocata concione uulnera po-pulo oſtēdit, de crudelitate principum. à qbus hoc ſe paſſum ſi-mulabat, q̄ritur, adduntur uocibus lachrymæ, & inuidioſa o-ratione multitudo credula incenditur, amore plebi, inuiſum ſe ſenatui affirmat, obtinet ad cuſtodiā corporis ſui ſatellitum auxilium, per quos tantam tyrannidem occupauit. fuit aūt, ut diximus lo ca. de humanitate, doctrina, ingenio, & eloquen-tia tanta, ut ab Athenienſibus imperium ſumma ui reſiſtente Solone tandem obtinuerit, uimq; oronis fecit ut Athenienſes illi ſe, libertatemq; ſubiicerent, nec quicquam ualuit q Solon iuſtiſſimus & grauiſſimus orator aduocata concione in pu-blicum proceſſerit, ut diximus i ca. de ingra. & impiē illius co-natum aperuerit tm̄ igitur Piſiſtrati ualuit eloquentia, ut nul-la Solonis ſapientia, nulla uis, nulla eloquentia reſiſtere potue-rit. Cic. de Piſiſtrato li. iii. de oratore, q s doctior iiſdē tempori-bus, aut huius eloquentiæ literis inſtructior fuiſſe traditur q̄ Piſiſtratus, qui primus Homeri libros confuſos antea ſic di-ſpoſuiſſe dr, ut nunc habemus. non fuit quidē ciuibus ſuis utia-lis, ſed ita eloquentia floruit, ut literis doctrinaq; p̄ſtaret. ¶ Sed alterius. ſ. Solonis, q pro tuenda libertate concionabatur. ¶ Al-terius. Piſiſtrati. ¶ Alioqui. in aliis rebus ſignificat populum Athenienſem prudentem hac una in ſe fuiſſe iprudentiſſimū, q oratione delinitus ſeruire q̄ imperare maluerit.

ASCENSIVS.

Piſiſtratus traditus eſt ualuiſſe. i. potuiſſe tm̄ dicēdo. i. elo-quendo, ut Athe. capti orone eius, p̄mitterent ei imperiū regiū, cū præſertim Solon amantiſſimus patriæ, niteret. i. contenderet ex contraria parte. i. libertatem priſtinā tuendā eſſe. Sed conciōes. i. orones ad populū, alterius. ſ. Solonis erāt ſalubriores. i. magis ſalutares, & alterius. ſ. Piſiſtrati diſertiores quo. i. per qd̄ euenit, ut ciuitas. ſ. Athenien. prudentiſſima alio q. i. in alio quouis facto, p̄ferret libertati ſeruitutē. i. mallet Piſiſtrato committere in ſe imperium, q̄ ut Solon ſuadebat libertatem conſeruare.

OLIVERIVS.

Pericles aūt. De Pericle ſatis ſupra dictū eſt in c. de obitu filiorum, & de continentis. qd̄ uero ad eius eloquentiam ſpectat tm̄ ualuit dicēdi rōne, & eloquentia, ut Athenienſium populū p ſua uolūtate uerſaret, & eorum animos quocūq; uellet, facile impelleret. de quo Ci. li. de ora. iii. Quid Pericles inquit, de cuius poteſtate dicendi ſic accepimus, ut cū contra uoluntatem Athenienſium loqueretur pro ſalute patriæ ſeuerius, tn̄ id ipm qd̄ ille contra hoies populares diceret, populare oibus, & iucūdū uideretur. Cuius i labris ueteres comici, etiam cum illi maledicerent qd̄ tū Athenis fieri licebat leporē habitaſſe dixerūt. tāq; que in eo uim fuiſſe, ut in eorum mentibus qui audiſſent, quaſi aculeos quoſdam relinqueret. At hunc non declamator aliquis ad clepſidram latrare docuerat, ſed ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, uir ſummus in maximarum rerum ſciē-tia itaq; hic doctrina, conſilio, eloquentia excellens. xl. annis p̄-fuit Athenis, & urbanis eodē tempore, & bellicis rebus. ¶ Egit urbem. Duxit Athenien. quo uoluit. ¶ Et uerſauit. Et p ſua uo-lūtate tractauit. ¶ Perſtringere. Offendere, & carpere cupiebat. ¶ Quaſi aculeos quoſdam. p̄ſiſtit in trāſlatione, cū n. diceret, q ex eius ore melle dulcior fluebat oro, aculeos tn̄ illud mel i-cluſos habuiſſe dicit, quos a īs hominum infixos relinquebat, dulcis quidem erat oratio, ſed regnum affectare uidebatur.

ASCENSIVS.

Pericles aūt (itidem Athenien.) feliciſſimis incremētis. ſ. habens feliciſſima incrementa naturæ. i. naturalis facun-diæ perpolitus. i. ad conſumationē uſq; politus, & inſtru-ctus ſummo ſtudio ſub Anaxagora præceptore, impoſuit cer-uicibus Athenarum. i. ciuiū Athe. liberis. ſ. prius, iugum. ſ. ſeruitu-tis. Enim. i. q̄a, ille egit. i. direxit, & uerſauit urbem i. ciuitatem (hoc loco) arbitrio ſuo. Cumq; loqueretur aduerſus uolunta-tem populi, eius uox erat nihilominus iocunda, & popularis. Itaq; lingua maledica. i. detractoria ueteris comœdiæ, i cuius locum ſucceſſit latina tragœdia, quia in utraq; uitia acerbe ta-xantur, ſed acerbius in uetere comœdia, q ea ſub propriis pre-cantium nominibus uitia notabantur. Vnde Horatius primo ſermonū, Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poetæ, Atq; alii, quorum comœdia priſca uirorum eſt, Siquis erat dignus deſcribi q malus, aut fur, Aut mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui, Famoſus multa cum libertate notabant &c. q̄uis cu-piebat p̄ſtringere. i. carpere potētiam. ſ. nimiā, uiri uidelicet pe-riclis, tn̄ fatebatur leporem. i. uenuſtatem ſermonis dulciorem melle habitare in labris hominis (uideri poſſet pro eodem ac-cipere uirū, & hominem quæ ſecundum Vallam differunt, q uir poetis freq̄ntius eſt uocabulū, & homo oratori, tn̄ altius ſcrutanti poſſet hoc diſcriminis īdicare, q uir, q̄a ē cōnotat p-prietatē uirilē, & ſtrenuitatē. ut cū locus affuerit, te precor eſſe ui-rū, ad induſtriā eius pertineat. homo ad naturam, ut q tā po-tēs euaſerit, induſtriæ ſit, q tam facundus naturæ) & p̄dicabat q̄ſi aculeos quoſdam. i. ſtimulos relinqui in animis illorum qui illū audierant. pulchra alluſio ad apes, nā q̄a mellis meminit, recte perſiſtens in metaphora, aculeos addit.

Oliuerius.

OLIVERIVS

FErtur, qui iam, nunc quaſi teſtimonium inducitur eloquentiæ Periclis. dicit enim cum uir quidam Athenienſis decrepitæ iam ætatis Periclem primū concionantē audiſſet, ſibi ipſi moderari nō potuit, quin altius exclamaret, cauete uobis Athenienſes à Periclis facundia, quæ tanta in eo eſt quāta in Piſiſtrato fuiſſe cōſpeximus, audierat enim hic in Adoleſcentia Piſiſtratū cōcionantē. admonebat itaq; ciues ſuos, ut cautiores eſſent in audiendo Periclē, q̄ fuerant in Piſiſtrato, ne Periclis orōne capti, urbis imperiū, ut Piſiſtrato, ſic iſti quoq; demandarēt. & libertatē ſeruituti præferrent, plus tñ ualuit eloquentia Periclis, q̄ ſenis ſalutare conſilium. Augurium. Omen & diuinatio. Quod ille armatus. Quia, ut diximus, cum ad ſui corporis tutelam ſatellites obtinuiſſet, his adiutus imperium occupauit.

ASCENSIVS.

FErtur, &c. Pergit adhuc de eloquentia Periclis loqui dicens. Quidā admodum .i. ualde ſenex, cum intereſſet primæ concioni .i. orationi ad populū Periclis adoleſcentuli, & idē .ſ. homo tū ſenex audiſſet iuuenis .i. cū eſſet iuuenis Piſiſtratum decrepitum cōcionantē, non temperaſſe ſibi, quo minus .i. ut non exclamaret oportere .i. conuenire, & utile eſſe, illū ciuem, caueri, q̄ .i. quia oratio eius foret ſimillima orationi Piſiſtrati .ſ. tyrāni pſulante mortui. Nec aūt exiſtimatio eloquii .i. iudiciū de eloquio, aut augurium morum .i. diuinatio de moribus Periclis futuris, feſellit .i. decepit hoīem, quia ita fuit, ut iudicauit. Quid enim intefuit inter Piſiſtratū, & Periclē, niſi q̄ ille .ſ. Piſiſtratus geſſit tyrannidē armatus, idest ui, hic ſcilicet Pericles ſine armis? quaſi dicat nihil, quia uterq; æque omnia pro libito geſſit.

OLIVERIVS.

Hegeſias Cyrenaicus.

QVantum eloquentia. Hegeſias Cyrenaicus philoſophus adeo ſubtiliter, & curioſe de humanæ uitæ miſeriis diſputabat in ſcholis, ut ad uoluntariā ſibi ſæpe mortē nōnullos auditores impelleret. quare à Ptolemæo rege prohibitus eſt de his rebus diſputare, quoniam his auditis multi ſibi mortem inferrent. magna erat uis huius hominis eloquentiæ, ut cum de humanæ uitæ conditione differeret, ſic hominum miſerias, quibus ſubiecti ſunt, ante oculos referebat, ut his quaſi territi homines ultro mortem appeterent, unde πεισιθάνατος Hegeſias dictus eſt, i. mortis perſuaſor. Cice. li. Tuſ. primo mors inquit à malis nos abducit, non à bonis. uerum ſi quærimus hoc à Cyrenaico Hegeſia, ſic curioſe diſputatur, ut is ab rege Ptolemæo prohibitus eſſe dicatur illa in ſcholis dicere, quo multi his auditis mortem ſibi conſciſcerent. Cyrenaicum philoſophum Cyrenaici ab Ariſtippo deſcenderunt, qui primus genere Cyrenaicus finem in uoluptate ponebat.

ASCENSIVS.

De quodam ſene.

FErtur quidam, cum admodū ſenex primæ concioni Periclis adoleſcentuli intereſſet: idemq́ iuuenis Piſiſtratum decrepitū iam concionantem audiſſet: non temperaſſe ſibi, quo minus exclamaret, caueri illum ciuē oportere: quód Piſiſtrati orationi ſimillima eius foret oratio. nec hominem aut æſtimatio eloquii, aut morum augurium feſellit. Quid enim inter Piſiſtratum, & Periclem interfuit: niſi quód ille armatus, hic ſine armis tyrannidem geſſit.

De Hegeſia Philoſopho.

QVantum eloquentia ualuiſſe Hegeſiam Cyrenaicum Philoſophum arbitramur: qui ſic mala uitæ repræſentabat: ut eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis uoluntariæ mortis appetendæ cupiditatē ingeneraret. Ideoq́ à rege Ptolemæo ulterius hac de re diſſerere prohibitus eſt.

Quantum momentum ſit in pronunciatione, & apto motu corporis. Cap. X.

ELoquentiæ autem ornamenta in pronunciatione apta, & conuenienti motu corporis conſiſtunt. quibus cum ſe inſtruxerit: tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipſa inuadendo. horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo.

De C. Graccho.

SEd propoſiti fides in perſonis illuſtribus exhibeatur. C. Gracchus eloquentiæ, q̄ propoſiti felicioris adoleſcens, quoniā flagrantiſſimo ingenio cum optime Remp tueri poſſet, perturbari impie maluit: quoties apud populum concionatus eſt, ſeruum poſt ſe muſicæ artis peritum habuit: qui occulte eburnea fiſtula pronunciationis eius modos formabat: aut nimis remiſſos excitando, aut plus iuſto concitatos reuocando. quia ipſum calor, atq; impetus actionis, attentū huiuſce tēperamēti æſtimatorē eſſe nō patiebat.

QVantum arbitramur Hegeſiam philoſophorum Cyrenaicum ualuiſſe eloquentia? quaſi dicat merito plurimū, qui repræſentabat .i. oſtēdebat orōne, mala idest incommoda uitæ, ſcilicet huius, ut imagine, idest ſpe imaginaria eorum, ſcilicet malorum huius uitæ, inſerta pectoribus audientium, ingeneraret multis cupiditatem uoluntariam, ſcilicet ſpontaneā mortis appetendæ. Et ideo prohibitus eſt à Ptolemæo rege diſſerere, ideſt diſputare ulterius de hac re, ideſt de malis, aut miſeriis huius uitæ.

OLIVERIVS.

ELoquentiæ autem. In pronunciatione cuncta totius eloquentiæ ornamenta eſſe repoſita teſtantur omnes, qui de hac arte ſcripſerūt tam græci quàm latini. quid enim acutæ & commodæ inuentiones? quid concinnæ uerborum eloquutiones, quid partium cauſæ? & artificioſæ diſpoſitiones? quid deniq; diligens memoria ſine pronunciatione ualerent? non plus q̄ ſine his pronunciatio ſola. nam hæc oīa, quæ ſupra dixi, perinde ſunt ut aguntur, actio aūt in dicendo una dominat, ſine qua ſummus orator, in oratorū numero eſſe nullo modo pōt mediocris uero hac una inſtructus ſummos ſæpe ſuperare pōt, quod multis exēplis tam græcorū q̄ latinorū ita eſſe Vale. probat. Conuenienti motu corporis. pronunciatio eſt uocis, uultus, & geſtus moderatio cū uenuſtate cū ergo dicat in pronunciatione, intenſionē & remiſſionē uocis, oſtēdit, in motu corporis, uultus, geſtusq; moderationem ineſſe. Tribus modis. Eloquutione, ſono uocis, & motu corporis. Alteri aures. que ad pronunciationem. Alteri oculos. quo ad geſtum corporis. — Pronūciatio quid

ASCENSIVS.

ELoquētiæ aūt ornamēta cōſiſtunt in pnūciatione apta, & i motu corporis cōuenienti. quibus cū eloquentia inſtruxerit .i. armauerit ſe, aggredit̄ hoīes tribus modis, ipſa .ſ. eloquētia inuadēdo aīos eorū, uidelicet holum, & tradē do alteri horū .ſ. dictorū ornamentorū, uidelicet pronunciationi aures, ſcilicet hominum ſupple permulcendas, & alteri, uidelicet motui corporis, oculos permulcendos, ideſt mulcendo in ſententiam trahendos.

OLIVERIVS.

SEd propoſiti, &c. Ad temperandos pronunciationis modos C. Gracchus peritum muſicæ artis ſeruum concionaturus adhibuit, ut uel intenſiorem remitteret, uel remiſſiorem uocem intenderet. Gel. de noctibus atticis libro primo. Ecce autem pro tibicina laconica. tibiæ quoq; illius concionatoriæ in mentem uenit, quam C. Graccho cum populo agente, præiſſe ac præmonſtraſſe modulos ferunt. ſed neq̄q̄ ſic eſt, ut à uulgo dicitur, canere tibia ſolitum, qui ponè illum loquentem flare uariis modis eundem mulcere animum actionemq; eius tum incēdere. quid enim foret eare ineptius? ſi ut planipedi ſaltanti, — Graccho cōcionati fiſtula modos dabat.

tionē,cum docuiſſet ſimiliter nubium attritu excuti fulmen. ¶ Ad ſolis,& lunæ curſum. quia ut ſupra diximus, cū hemiſpelium lunæ ſolari ſit inferius,lunaq; ſemper tendat in obliquū, forte cum ad perpendiculū ſoli fuerit oppoſita,eius excipit radios,ut ad nos peruenire non poſſint,& inde ſæpe tenebræ ſuperinducunt.¶ Vano metu. Qui rōne carēs alios occupauerat.

Solis eclypſis unde

ſeu ſculpendi,ab Alexandro,ſcilicet magno rege.ſ. maximo, & primum Macedoniæ . qui uoluit etiam edicto , ſe & pingi ab uno, idest ſolo Appelle, ſcilicet pictore optimo, & fingi, ideſt ſculpi tantum,ideſt duntaxat à Lyſippo optimo ſtatuario?quaſi dicat plurimum.

ASCENSIVS.

Sed ut ſcrutemur alienigena,ideſt externa exempla. (Et declinatur hoc loco alienigenus alienigena alienigenum.)Cum,ideſt quando ſole obſcurato repente, Athenæ perfuſæ inuſitatis tenebris agerentur, ideſt concuterentur ſollicitudine,credentes interitum portendi ſibi denunciatione.i. indicio,aut oſtēto cœleſti , Pericles proceſſit in medium, & diſſeruit ea,quæ acceperat à præceptore ſuo Anaxagora,pertinentia ad curſum ſolis & lunæ , nec paſſus eſt ciues ſuos trepidare ulterius metu uacuo.ſ.rationis,aut uano,quia eclypſis ſolis naturalis eſt,per interpoſitionē lunæ.

OLIVERIVS.

Quantum porro. Plurimum arti tribuit Alexāder,qui à nullo pingi , nec fingi uoluerit, niſi ab his,qui omnium præſtātiſſimi ſuo tempore forent Apelle ſcilicet atq; Lyſippo. De quib⁹ Horatius Epiſtolarum lib. ultimo. Rex ille poema . Qui tam ridiculū tam care prodigus emit, Edicto uetuit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret,aut alius Lyſippo duceret æra Fortis Alexandri uultum ſimulantia. Cice.quoq; Epiſtola ad L. Luceiū. Neq; enim Alexander,inquit,ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimum pingi,& à Lyſippo fingi uolebat,ſed quod illorum artem cum ipſis,tum etiam ſibi gloriæ fore putabat, atq; illi artifices corporis ſimulachra ignotis nota faciebant.fuit enim Apelles pictor eximius,patria cous, ingenio & gratia, ut inquit Quintilia.præſtātiſſimus,qui teſte Plinio,omnes prius genitos,futuroſq; poſtea ſuperauit,& arti ſuæ,hoc eſt picturæ plura ſolus prope quam cæteri omnes contulit. Summe laudauit Plini. Venerem ab eo pictam exeuntem è mari , quam poſtea Romam adductam Diuus Auguſtus dicauit in tēplo Cæſaris,Cuius inferiorem partem corruptam , qui reficeret, non potuit reperiri.inchoauit,& aliam teſte Plinio, quæ ne ſuperaret etiam illam ſuam priorem inuidit mors peracta parte, nec qui ſuccederet operi ad perſcripta linlamenta inuentus eſt. unde Cice.lib primo Epiſtolarū ad Lentulum,Nunc ut Apelles ueneris caput, & ſumma pictoris politiſſima arte perfecit,reliquam partem corporis inchoatam reliquit. item in libro officiorum.iii.nemo pictor repertus eſt,qui Veneris eam partem,quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolueret,oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat. pinxit,& Alexandrum Magnum fulmen tenentum in templo Epheſiæ Dianæ , & Fulmen extra tabulam uideri ſcribentes meminerunt. refert item Pli.q; pinxit ea quæ pingi non poſſunt,tonitrua,fulgetras,fulguea,& ſimilia,quare nonnulli ferunt,q; Alexander Magnus à nullo alio poſſe pingi edicto poſito capitali edixit. Lyſippus fuit in arte ſculptoria artifex clariſſimus,de quo Martialis Nobile Lyſippi munus,opuſq; uidebis,Nam ſpirantes uultus,atq; ora ſimillima uiuis . Et deniq; animoſa ſigna fingere uidebatur. Et teſte Quinti. ad ueritatem optime acceſſit , & ad ſexcentadecem ſignorum opera effeciſſe dicitur.

A qbus Alexander fingi & pingi uolebat.

¶ De Alexandro rege.

Quantū porrò dignitatis à rege Alexandro tributum arti exiſtimamus? qui ſe & pingi ab uno Apelle, & fingi à Lyſippo tantummodo uoluit.

¶ De Vulcano Alcamenis.

Tenet uiſentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus. præter cætera enim perfectiſſimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur: quod ſtat diſſimulatæ claudicationis ſub ueſte leuiter ueſtigium repræſentans: ut non tanquam exprobratū uitium, ita tanquam certam, propriamq; dei notā decore ſignificans.

¶ De Venere Praxitelis.

Cuius coniugem Praxiteles, in marmore quaſi ſpirantem in templo Cnidiorū collocauit, propter pulchritudinem operis à libidinoſo cuiuſdam complexu parū tutam. Quo excuſabilior eſt error equi, qui uiſa picturā equæ, hinnitum edere coactus eſt: & canū latratus aſpectu picti canis incitatus: tauruſq; ad amorem, & concubitum æneæ uaccæ Syracuſis nimiæ ſimilitudinis irritamento compulſus: Quid enim uacua rationis animantia arte decepta miremur? cum hominis ſacrilegam cupiditatem, muti lapidis lineamentis excitatam uideamus.

OLIVERIVS.

Vulcani claudicatio.

Tenet uiſentes. Alchimenides fictor egregius Vulcanus Athenis tanta arte finxiſſe dicitur,ut cum illi adiici nihil poſſe uideretur,tamen id maxime ſuſpicientes delectabat, q; ſub ueſte claudicatio formæ diſſimulatæ exprimebatur , atq; ita ut non tanq̄ exprobratum uitium, ſed dei certam notam,propriamq; declararet. Ci.lib.de natu. deorum. equidem laudamus eſſe Athenis Vulcanum eum,quem fecit Alchimedes,in quo ſtante,atq; ueſtito appareat claudicatio nō deformis, Claudum igitur habemus deum , quoniā de Vulcano ſic accepimus. ¶ Tenet. Remoratur,& delectat ¶ Diſſimulatæ claudicatiōis. Quia ſic accepimus de Vulcano claudicationem diſſimulaſſe.

ASCENSIVS.

Tenet, &c. Vulcanus.ſ. ſtatua Vulcani,fabricatus,ideſt ſculpta,& ficta manibus Alcamenis (ſunt tamen qui Alchimenis, nec deſunt qui Alchimenidis legant) tenet , ſcilicet ſuſpenſos, ac irretit,ne procedant,donec perſpexerint, uiſentes, ideſt uiſitantes Athenas. Enim, ideſt quia præter cætera indicia,ideſt ſigna,& teſtimonia,perfectiſſimæ artis præcurrentia,ideſt ſtatim ſe oſtentantia in eo,ſcilicet Vulcano, etiam mirātur,ſcilicet uiſentes Athenas,illud quod ſtat repræſentans,ideſt indicans leuiter ueſtigium claudicationis diſſimulatæ,ideſt tectæ,quantum fieri poteſt more claudicātium, ſub ueſte.ſ.cruribus eius ſuperinducta. ſignificans ut uitiū.ſ. claudicationis non tanquam exprobratum, ideſt ultio datū deo, ita ſignificans decore,ideſt honeſte tanq̄ certam, & propriam notam dei,ideſt indicium,quo ipſe dignoſcatur à cæteris diis. ut enim nos ſanctis diſcrimina damus in pingendo, & fingendo,ita illi idolis ſuis.

OLIVERIVS.

Cuius coniugem. Praxiteles inter ſtatuarios gloria primus,uel certe ſummus , de quo multa Pli. lib. xxxvi. natu.hiſt. Sed inter cætera dicit. duas ſculpſiſſe Veneres alterā Cnidiam hoc eſt, quæ Cnidi colebatur , quæ nō ſolum ibi ſed in toto terrarum orbe præcipua fuit,quam ut uiderent multi Cnidū nauigarunt.alterā uelata ſpecie,quam quidā prætulerunt,optime ſe uerum id,atq; pudicū arbitrantes.nam quæ Cnidi fuit,ac Cnidus coempta effigies deæ , fauente ipſa dea,ut creditur,facta artificio tanto, ut non eſſet à libidinoſo complexu ſatis tuta.ferunt enim quendam eius amore correptum.cum noctu delituiſſet in templo,ſimulachro cohęſiſſe, eiuſq; cupiditatis etiā indicē maculā fuiſſe.multa huius ſimulachra Romā deportata fuerunt, quæ oīa Pli. cōmemorat. De hoc quoq; mentionem facit Quinti.lib.ii.de inſtitutione oratoria,ubi dicit. Si praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere,parium marmor mallet rude. at ſi id artifex expoliſſet , plus in manibus fuiſſet , q̄ in marmore. ¶ Spirantem. Viuentem. Virg. Excudent alii ſpirantia mollius æra. Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus . ¶ In templo Cnidiorum. Cnidio una ex quinque ciuitatibus doricæ græciæ , ubi templum fuit Veneris , & hoc ſimulachrum,quod Praxiteles ſculpſit,tanta ut diximus arte, ut à libidinoſo complexu non fuerit ſatis tutum , adeo uerū ipſam

ASCENSIVS.

Quantum,&c. Porro, ideſt ſed , quantum dignitatis exiſtimamus tributum arti.ſ. pingendi & fingendi,

deam referebat. Parum tutam. quia uitium illi inferre uoluit adoleſcens, uiuum putans eſſe corpus, Quo excuſabilior. Quantum Praxiteles arte ſua naturam ſit imitatus, hinc facile coniici poteſt, ꝙ eius ſimulachra uiuis adeo ſimilia eſſe uidebantur, ut fallerentur bruta, fallerentur homines, ea proſpicientes. equus uiſa equæ ſtatua hinnitum edidit, non fictam, ſed ueram arbitratus equã. canis pari ratione ad picturam latrauit: Taurus ad æneæ uaccæ ſimulachrum, miro deſyderio compulſus eſt. hoc in brutis eueniſſe minus mirũ eſt, cum homines rationis participes fuerint eodem errore decepti. Excuſabiliorẽ. Maiori excuſatione dignus. Quid enim uacua rationis animalia, digniora ſunt excuſatiõe animalia ratione carentia, ſi ſunt à ſimulachris, ſiue picturis ueritatis errore decepta, cum hoiem audiuerimus rationis principẽ libidinoſo impulſu commotũ marmoream ſtatuam fuiſſe cõplexum. Sacrilegam cupiditatem. Quia deam ipſam, & non ſimulachrũ uiolare concupiuit.

ASCENSIVS.

CVius, ſcilicet Vulcani cõiugem, ſcilicet Venerem Praxiteles ſtatuari⁹ optimus collocauit in tẽplo Cnidiorum, quaſi ſpirantem, ideſt ſpiritum uitalem trahentem in marmore, in quo inciſa eſt, eritem ſupple parum tutam, ideſt defenſam à complexu libidinoſo cuiuſdam, ſcilicet adoleſcentis, propter pulchritudinẽ operis, quia eius amore captus erat. Quo.i. propter quod, error equi eſt excuſabilior, quia ſimili errore homo captus eſt. qui ſcilicet equus, uiſa pictura equæ, ſcilicet à Praxitele formatæ, coactus eſt edere hinnitum, & latratus canũ eſt incitatus aſpectu canis picti, & taurus cõpulſus eſt ad amorem, & concubitum uaccæ æneæ, ideſt ex ære factæ ſyracuſis, irritamento, ſcilicet prouocatione nimiæ ſimilitudinis, ſcilicet cum uiua. Quid enim miremur, animalia uacua rationis decepta arte, ideſt per artem, cum uideamus ſacrilegam cupiditatẽ hominis (audentis, ſcilicet ſacram imaginem polluere) excitatã liniamentis lapidis muti? quaſi dicat fruſtra.

Quædam nulla arte effici poſſe. Cap. XII.

CAeterum natura quemadmodum ſæpenumero æmulam, uirium ſuarum artem eſſe patitur: ita aliquando irritam feſſo labore dimittit. quod ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerũt. Nam cum Athenis XII deos pingeret: Neptuni imaginem, quàm poterat excellentiſſimis maieſtatis coloribus complexus eſt: perinde ac iouis aliquanto auguſtiorem repræſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſuperiori opere aſſumpto, poſteriores eius conatus aſſurgere, quò tendebant: nequiuerunt.

De Timante pictore.

QVid ille alter æque nobilis pictor luctuoſum immolatæ Iphigeniæ ſacrificium referens: cum Calchantem triſtem, mœſtum Vlyſſem, clamantem Aiacem, lamentantem Menelaum circa aram ſtatuiſſet: caput Agamẽnonis inuoluẽdo: non'ne ſummi mœroris accerbitatem, arte exprimi non poſſe confeſſus eſt? Itaq; pictura eius, aruſpicis, & amici, & fratris lachrymis madet: patris fletum ſpectãtis affectu exiſtimandũ reliquit.

OLIVERIVS.

CAeterum. Natura plerũq; artem ſui æmulam, & imitatricem eſſe paſſa eſt, nonnunq̃ uero hoc illi, tanq̃ inuida denegauit, ſed quod natura prohibuit, caſus ſæpe conceſſit. Cice. lib. i. de natu. deo. Nulla, inquit ars imitari naturæ ſolertiam poteſt. Aemulam. imitatricem, ut ars plerunq; natura poſſit imitari, ut ſupra in fictoribus, atq; pictoribus oſtendimus. Feſſo labore. Cum cogitationis uires aſſumptæ fuerint, inceptum opus perficere nõ ualeant. Quod ſummi artificis. Euphranor teſte Quintil. de inſtit. ora. pictor, fictorq; fuit ætate ſua laudatiſſimus. dicit enim Euphranorem admirandũ facit, ꝙ & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos pingendi, fingendiq́; idem mirus artifex fuit patriaiſthmos, uir docilis, & laborioſus, & in omni genere excellens, qui cum xii. deos conſeſſum Iouis honeſtantes, ſex ſcilicet à dextris & totidem à ſiniſtris pingeret Athenis, Neptuni imaginem tanta eſt arte complexus, ut Iouis deinde auguſtiorem, ac uenerabiliorem, cum uellet repræſentare non poſſet, ꝙ artis uim omnem in ſuperiori pictura conſumpſiſſet. & hoc modo ars ſuo labore irrita eſt à natura deſtituta. Euphranoris ma. Pictoris ſua ætate clariſſimi. de quo Iuue. ſaty. iii. Hic aliquid præclarum Euphranoris, aut Polycreti. Maieſtatis coloribus. in pingendo Neptuno colores adhibuit, qui ad exprimendam maieſtatem eſſent idonei. Omni impetu. Omnibus uiribus. Aſſurgere. extollere ſe, & peruenire.

Eufranor ſtatuari⁹ & pictor

ASCENSIVS.

CAeterum.i. ſed, quemadmodum natura patitur ſæpenumero artem, eſſe æmulam. ideſt proxime ad æquiperationem imitatricem uirium ſuarum, ita dimittit, ſcilicet artem aliquando irritam.i. fruſtratam, labore feſſo, ideſt fatigato. Quod.i. quam rem manus Euphranoris ſummi artificis .ſ. in pictura, ſenſerunt.i. expertæ ſunt. Nam cum pingeret Athenis. xii. deos, ut opinor ſelectos, quod Varro enumerat, complexus eſt imaginem Neptuni coloribus maieſtatis ꝙ.i. quantum poterat excellentiſſimis, perinde, ideſt ſic tamen, aut eo animo, ac ſupple eſſet repræſentaturus Iouis ſup. imaginem auguſtiorem.i. maioris maieſtatis aliquanto. ſed omni impetu.i. uirtute cogitationis abſumpto.i. exhauſto i opere ſuperiore, hoc eſt in pictura Neptuni, conatus eius poſteriores.i. ad pingendũ Iouem auguſtiorem, nequiuerunt aſſurgere, quo tendebant, hoc eſt ad auguſtius opus.

OLIVERIVS.

QVid ille alter. Hic Timantes fuit pictor eximius Parrhaſii æmulus, quem ſuperaſſe dicitur in Aiace pingendo. uerũ inter cætera eius ingenii monumenta, Iphigenia oratorũ laudibus celebratur, quæ cũ ante aras peritura eſſet, cũ mœſtos pinxiſſet oẽs & mœſtitiæ oẽm imaginẽ conſumpſiſſet, pr̃is ipſius uultũ uelauit, quẽ iã digne non poterat oſtendere. de quo Quin. lib. ii. inſt. oratoriæ. Quid non orõne operiẽda, ſunt quædã, quæ ſiue oſtendi non debent, ſiue exprimi pro dignitate non poſſunt, ut fecit Timantes in ea tabula, qua Coloteum uicit. nam cũ in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtẽ Calcantem, triſtiorem Vlyſſem addidiſſet, Menelao, quẽ ſummũ poterat ars efficere mœrorẽ conſumptis affectibus nõ reperiens, qđ digne modo pr̃is uultũ poſſet exprimere, uelauit ei caput, & ſuo cuiq; alo dedit exiſtimãdũ. Aeque. Similiter E phranor. Imolatæ. Iphigeniæ. Nota eſt fabula, cum græci ad Aulidem ueniſſent, Agamemnon Dianæ ceruã ignarus occidit. unde irata dea flatus uentorũ ſuſtulit, quare, cũ nauigare non poſſent, & peſtilẽtiam ſuſtinerent, conſulta oracula dixerunt, Agamemnonio ſanguine placandam eſſe dianã. ergo cũ ab Vlyſſe per nuptiarum ſimulationem adducta Iphigenia, cũ in eo eſſet ut imolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, & ceruã ſuppoſita, & trãſlata ad Tauricã regionẽ, regi Thoanti tradita eſt, ſacerdoſq; facta Dianæ. cui cũ humano ſanguine ſacrificaret ut ex ueteri conſuetudine numẽ placaret, agnouit fratrẽ oreſtem, qui poſt occiſam matrem, & Aegiſtũ in ultionem patris factus exul regno pulſus, raptaq; ſibi Hermione coniuge à Pyrrho, furioſus factus, accepto oraculo deponendi furoris cauſa, cũ amico Pylade colcos petierat, & cum his occiſo Thoante ſimulacrũ ſuſtulit abſconditum in faſce lignorum, & cum fratre oreſte aufugit. Referens. Pictura ſua repræſentans. Calcantẽ triſtem. Qui uates ſic poſcere fata prædixit, ut Agamẽnonio ſanguine dea placaret. Triſtis erat. cũ regiã ſtirpẽ uideret imolari. Mœſtum Vlyſ. Qui per falſas Achilis nuptias imperatã à m̃re Iphigeniã ad tam crudele ſacrificiũ duxit. Clamantẽ Aiacẽ. Quod humano ſanguine numina placarẽtur. Lamentantẽ Menelaũ. Quod ſuum uideret genus imolari. Inuoluẽdo caput. Quia pr̃is dolorẽ ſatis digne exprimere nõ poſſet, ueſte eius caput obduxit, ut animis hoium patris dolorẽ exiſtimandũ reliquerit.

Timantes pictor.

ASCENSIVS.

QVid? modus interrogandi continuationi inſeruiens, ille alter pictor nobilis.ſ. Timantes referens.i. ad uiuum coloribus exprimens ſacrificium Iphigeniæ filiæ Agamẽ. immolatæ dianæ iratæ ob ceruã in Aulide cæſam, cũ

ſtatuiſſet

ſtatuiſſet circa aram Calchantem, ſcilicet uatem, & uoluntatis deæ interpretē, triſtem ob talem denunciationē, Vlyſ. mœſtū. ſ. uultu. Aiacem. ſ. Thelamoniū, ut opinor, ſed putem legendū Oreſtem, clamantē. ſ. præ uehementia doloris, & Menelaū ſ. patruum eius, lamentantem. ſ. præ maiore dolore, (Eſt enim auxeſis, nam plus eſt mœſtum ꝙ triſtem, & plus exclamantē præ mœſtitia ꝙ mœſtū eſſe, & adhuc plus lamentantem ꝙ clamantē, quia lamentatio ſuperaddit querulā uocem) ſtatuiſſet dico ſuperiores circa aram in dicta diſpoſitione, inuoluēdo. ſ. perſona, aut ueſte lugubri, capitū uulgo dicimus, caput Agamen. ſ. patris eius, nōne confeſſus eſt acerbitatem ſummi mœroris, qualis eſt paternus, ac maternus in cæde immerita liberorū, non poſſe exprimi arte? q. d. haud dubie. Itaqꝫ. i. & ita, pictura eius madet lachrymis aruſpicis. ſ. Calchantis, & amici. ſ. Vlyſſis, & aiacis, & fratris. ſ. Menelai, qui frater erat Agamen. uerum legendū putem ut ſuperius dixi Oreſtis & aruſpicis, & amici, & fratris, & patrui fletus reliquit exiſtimandum, ideſt iudicandū fletū patris. ſ. Agamennonis affectu ſpectantis.

OLIVERIVS.

Pictoris opus

A Tꝙ præcipue artis. Sūt qui putant hunc fuiſſe Appellem, de quo ſupra ſatis dictū eſt. Sed teſte Pli. lib. xxxv. fuit Nealces, & in eane pingendo Protogenes. de quo ſic ait. Protogenes, floruit p̄ria phicanus. gentis Rhodux ſubiectæ. Paulo infra ubi loquitur de eius pictura, eſt in ea canis mire factus, ut quem pariter caſus, & ars finxerit non iudicabat ſe exprimere in eō ſpumam anhelantis, cū in reliqua omni parte, quod difficillimum erat, ſibi ipſe ſatisfeciſſet. diſplicebat aūt ars ipſa, nec minui poterat, ut uidebatur nimia, ac longius à ueritate diſcedere, ſpumaq; illi pingi, non naſci ex ore anxio animi cruciatu, cū in pictura uerū eſſe non ueriſimile uellet, abſterſerat ſæpius, mutaueratqꝫ penicillū, nullo modo ſibi approbās. poſtremo iratus arti, ꝙ nō intelligeretur, ſpongiā impegit in uiſo loco tabulæ, ex illaqꝫ repoſuit ablatos colores, qualiter cura optauerat, fecitq; in pictura fortuna naturam. hoc exēplo ſimilis, & Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi, ſimiliter ſpongia impacta ſecutus dicitur, cum pingeret popizonta retinentem panem. ergo cōſtat in pictura plus caſum ualuiſſe ꝙ artem, eō ꝙ equi artificioſe depicti cū naribus ſpumas ars reddere non poſſet, caſus attulerit. ¶ Modo non. ut ferme uiuum, ac ſi diceret, nihil illi deerat præter ſpiritum. ¶ Spumam adiicere. quibus anhelantis, & curſu redeuntis equi ſigna referret. ¶ Tam paruula materia. Vt pote ſpumas addere naribus, quod uidebatur eſſe facillimum, & in eo tamen ars eſt à natura decepta, ut efficere non ualuerit quod ipſe ſperauerat. ¶ Caſus attulit. Hinc illud dictum probari poteſt, Caſus ubiqꝫ ualet, ſemper tibi pendet hiatus &c. Itē, plus etenim fati breuior ualet hora benigni, Quàm ſi te ueneris commenda, Epiſto Marti.

ASCENSIVS.

A Tꝙ, ut adii. exem. eiuſdem ſtu. ſ. pingendi, Pictor præcipue artis. ſ. Nealces, comprehenderat labore ſuæ induſtriæ equum uenientem ab exercitatione. i. fatigatione, & curſu modo nō, ideſt ut Oli. interpretatur ferme, aut hoc ſolo dempto ꝙ non omnino uiuum. Cuius naribus ipſe cupiens adiicere ſpumam, tantus artifex tenebatur multū, ac diu fruſtra in tam paruula materia. deinde incenſus indignatione. ꝙ fruſtra laboraret, apprehendit ſpongiam imbutā omnibus coloribus (quia ſpongia male appoſitos colores tergere ſolent) poſitam forte, ideſt a caſu iuxta ſe, & ueluti corrupturus opus ſuum, illiſit, ideſt iniecit tabulæ, ideſt in tabulam pictam ſurma equina, quā directam ad ipſas nares equi, coegit explere deſyderium Pictoris, quia ſpeciem ſpumæ de naſo dependentis exhibuit. Itaqꝫ caſus eſt imitatus id, quod ars nō ualuit. ¶ Adumbrare. ideſt adumbrando imitari.

¶ De Alio Pictore.

A Tꝙ, vt eiuſdē ſtudii adiiciam exemplū: præcipuæ artis pictori equum ab exercitatione uenientem, modo non vinum labore induſtriæ ſuæ comprehēderat. Cuius naribus ſpumas adiicere cupiens, tantus artifex in tam paruula materia multū, ac diu fruſtra tenebatur. indignatione deinde accenſus ſpongiā omnibus imbutam coloribus forte iuxta ſe poſitā apprehendit: & eam ueluti corrupturus opus ſuū tabulæ illiſit: quā fortuna ad ipſas equi nares directam deſyderium pictoris coegit explere. itaqꝫ quod ars adumbrare nō ualuit: caſus imitatus eſt.

¶ Suæ quenqꝫ artis optimum & authorem eſſe, & diſputatorem. Cap. XIII.

S Væ autem artis unumquemqꝫ & anthorem, & diſputatorem optimum eſſe ne dubitemus, paucis exemplis adomoneamus.

¶ De Quinto Scæuola.

Q Vintus Scæuola clariſſimus legū uates, & certiſſimus, quotieſcunqꝫ de iure prætorio conſulebatur: ad Furiū, & Caſſellium, qui huic ſcientiæ dediti erant, conſultores reiiciebat. quo quidem facto moderationem ſuam magis commēdabat, ꝙ authoritatem minuebat. ab his negotiū aptius explicari poſſe confitendo, qui quotidiano eius uſu callebant. Sapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt a' quibus & propria ſtudia uerecunde, & aliena callide æſtimantur.

OLIVERIVS.

S Væ artis. Capitulū breue, quo ſuæ quenqꝫ artis authorē optimum eſſe, paucis probat exemplis. optimum autem profeſſorem artis appellat, qui ſua uerecunde, aliena ueto callide ſtudia metitur, & æſtimat, qualis fuit Scæuo. clariſſimus uir, & interpres, qui quāuis eius rei ſcientiā teneret egregie, tū quotiens de iure p̄to. cōſulebat conſultores quibus optime cōſulere poterat, ſemper ad Furiū & Caſelliū, qui ſe in eo iure aſſidue exercebant, reiicere ſolitus erat. non ut ſuam ipſe ſcientiam damnaret quaſi uanam, uel exiguam, ſed ut modeſtiam in ſe maximam profiteretur, qui alienam pluris ꝙ ſuam faceret, æſtimaretq; ſcientiam.

ASCENSIVS.

S Væ, &c. autem ideſt ſed admonemus, paucis exēplis, ne dubitemus quēqꝫ eſſe optimum & authorem, & diſputatorem, ideſt iudicem aut examinatorem ſuæ artis.

OLIVERIVS.

Q Vintus Scæuola clariſſimus. De iure prætorio, de quo agit apud prætorem, cuius profeſſores ſunt cauſidici. ¶ Caſellium. de quo Flaccus, neſcit quantum Caſellius aulus. ¶ Reiiciebat. remittebat. ¶ Callebant. Callide tenebant, & eius peritiſſimi erant, nam callere ſi duplicat. i. callidum eſſe, & aſtute aliquid tenere ſignificat, ut dicenda, ſilendaque calles. ¶ Profeſſores artis dicuntur, qui ſe ſcire aliquid profitentur, & ab aliis quoque probantur. ſapientes uero, qui de ſuis uerecunde, de alienis magnifice loquuntur.

Scæuolæ modeſtia

Caſellii iuriſcō.

Sapiens qui

ASCENSIVS.

Q Vintus Scæuola clariſſimus & certiſſimus, quia peritiſſimus, uates, ideſt interpres legum, ſicut uates interpretes ſunt uoluntatis diuinæ, quotienſcunque conſulebatur de iure prætorio, reiiciebat, ideſt remittebat conſultores, ideſt a ſe conſilium petentes, ad Furium, & ad Caſellium, ſcilicet iuriſprætorii peritos, quia ipſi deditit erant huic ſcientiæ, ſcilicet iuris prætorii. Quo quidem facto ipſe magis commendabat, ideſt acceptam faciebat, moderationem ſuam, quia ea parte iuris, cui ſtuduerat, præcipue contentus erat, quàm minuebat authoritatem, confidendo negocium poſſe explicari aptius ab iis, qui callebant, ideſt quaſi callum induerant, quotidiano uſu eius, ſcilicet iuris prætorii. Igitur ii ſupple ſunt ſapientiſſimi profeſſores artis ſuæ, à quibus, ideſt ſimul, propria ſtudia æſtimantur, ideſt cenſentur uerecunde, & aliena, ſcilicet ſtudia tam callide.

THEOPHILVS.

I Vre prætorio. Ius ciuile eſt, qd̄ ex legibus, pleb ſcitis. S.C. Decretis principū, authoritate prudentū uenit. Ius prætorio-

rium autem quod prætores introduxerunt adiuuandi, uel ſupplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatẽ publicam, quod & honorariũ dicitur ab honore prætoris ſic nominatũ. Nanq & ipſum Ius honorarium, quaſi uiua uox iuris ciuilis eſt Papinia. de iuſtitia & iure.

do, ita facũde, ut populus diſertiſſimus q̃ nõ erãt cultior ligua q̃ attica, attribuerit eloquẽtiæ eius nõ minorẽ laudẽ q̃ arti eius.

¶ De Platone Philoſopho.

PLatonis quoq eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit, qui cõductores ſacræ aræ modum, & formam eius, ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometrẽ ire iuſſit, ſcientiæ eius cedens, immo profeſſioni.

¶ De Athenienſibus, & de Philone.

GLoriantur Athenæ armamentario ſuo, nec ſine cauſa. eſt enim illud opus & impenſa & elegantia uiſendum: cuius architectum Philonem ita facunde rationẽ inſtitutionis ſuæ in theatro reddidiſſe conſtat: ut diſertiſſimus populus non minorem laudem eloquẽtiæ eius, q̃ arti tribueret.

¶ De quodam Artifice.

MIrifice & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida, & anſulis paſſus: de crure etiam diſputare incipientẽ, ſupra plantam aſcẽdere uetuit.

¶ De ſenectute. Cap. XIIII.

SEnectus quoq ad ultimũ ſui finem prouecta, in hoc eodẽ opere, iter exẽpla induſtriæ, in aliquot claris uiris conſpecta eſt. ſeparatim tamẽ & proprium titulum habeat, ne cui deorũ immortaliũ præcipua indulgentia affuit: & noſtra ornata mẽtio defuiſſe exiſtimetur: & ſimul ſpe diuturnioris uitæ, quaſi adminicula quædam dentur: quibus inſiſtens, alacriorem ſe reſpectu uetuſtæ felicitatis facere poſſit: tranquillitatem'q ſæculi noſtri, qua nulla unq̃ beatior fuit: ſubinde fiducia cõfirmet, ſalutaris principis incolumitatẽ, ad longiſſimos humanæ cõditionis terminos prorogando.

OLIVERIVS.

Platõis modeſtia

PLatonis eruditiſſimũ pectus. Plato conſultus de conſtituenda in arce Palladis ara, qui modus, quæ ue illi forma melior eſſe poſſet, q̃uis geometriæ peritiſſimus eſſet, tñ ne alterius profeſſionẽ ſibi uſurpare uelle uideretur, ad Euclidẽ geometrã ſuo tpe clarum conſultores reiecit. ¶ Conductores. Qui publice conſtituendã arã cõduxerãt. Hoc eſt certo pretio faciendã ſuſceperant. ¶ Ad Euclidem geometram. Fuit Euclides, teſte Laertio geometra inſignis megarenſis, uel ut alii dicunt, gelonus. ¶ Immo profeſſioni. Vtitur correctione, quia dixerat ſcientiæ cedens. Nã eius artis ſcientia Plato non inferior erat Euclide, ſed non eam ſolam profitebatur. ergo ceſſit profeſſioni, quia Plato p̃hiam, Euclides uero geometriã ꝓfitebatur.

ASCENSIVS.

PLatonis &c. Hæc. i. hmõi cogitatio attigit quoq eruditiſſimũ pectus Platonis, qui iuſſit conductores aræ ſacræ. i. qui cõduxerant arã ſacrã fabricandã Athenis, conatos conferre ſermones ſecũ de modo & forma, eius. ſ. aræ ſacræ, ire ad Euclidẽ geometrem cedens ſcientiæ immo profeſſioni eius. ſ. Euclidis qui geometriã profitebatur, quam forte Plato non minus callebat, quia tamẽ aliam philoſophiæ partem magis profitebatur, eos ad Euclidem miſit.

OLIVERIVS.

Armamẽtariũ Atheni.

GLoriant Athenæ. Poſtq̃ illorum exempla poſuimus qui ſuæ artis authores optimi fuerũt, de his quoq dicamus, qui fuere diſputatores. Cum Philo architecton ſuo tempore clarus Athenis armamentariũ magnifice fabricaſſet, die quadam proceſſit in theatrũ, interrogatus quid illud tam ſumptuoſe ædificaſſet, cum populo grauis tanta uideretur impenſa, operis ſui tam eloquenter rõnem in concione diſſeruit, ut non minus eloquens q̃ peritus artifex ab oĩbus fuerit iudicatus. ¶ Gloriantur Athenæ. propter operis magnitudinẽ, atq præſtantiã. ¶ Armamentariũ. locus ubi armamẽta, hoc eſt nauium inſtrumenta reponuntur. ¶ Nec ſine cauſa. Ac ſi diceret, non immerito ſed iure. ¶ Viſendum. dignum quod ab omnibus uideretur. & ſine dubio tẽpore Valerii extabat opus illud, & uideri poterat, nunc ne minimum quidem eius ueſtigium apparet.

ASCENSIVS.

GLoriantur, &c. Athenæ, hoc eſt ciues Athenien. (accipit enim frequenter locũ pro habitatoribus eius) gloriãtur. i. ſe iactant armamentario. i. repoſitorio, forte etiam officina armorũ, p̃cipue naualiũ, ſuo. i. qd̃ præ cæteris nationibus magnis ſumptibus extruxerant, nec ſine, cauſa, ſup. gloriãtur enim. i. quia, illud opus eſt uiſendũ. i. dignũ qd̃ uiſatur, &. i. ſimul impenſa. i. propter impenſam, & elegantia. i. propter exquiſitũ ornatũ eius. Cuius ſ. armamẽtarii conſtat architectũ. i. principem ædificantiũ, Philonem. ſ. nomine, reddidiſſe in theatro. i. loco patenti, unde ab oĩbus ſpectari, ne dum audiri poſſet, rõnem inſtitutionis ſuæ. ſ. in Armamentario illo extruendo,

OLIVERIVS.

Artifex à ſutore reprehẽſus

MIrifice. Hic fuit Appelles, qui de operibus ſuis uulgi quoq iudiciũ dum quæreret, teſte Pli. lib. xxxv. perfecta opera ſua proponebat in pergula tranſeuntibus, atq poſt ipſam tabulam latens, uitia quæ notarentur, auſcultabat, uulgũ diligentiorem iudicem q̃ ſe præferẽs. feruntq à ſutore reprehenſum, ꝙ in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas. eodem poſtero die ſuperbe emendationem priſtinæ admonitionis cauillante circa crus, indignatũ proſpexiſſe denunciantem, ne ſupra crepidã ſutor iudicaret, quod idipſum in prouerbiũ uenit. ¶ A ſu. ſutor eſt, quem græci à lucro credonẽ, nos uero calceolariũ dicere poſſumus. qui in imagine crepidas anſulaſq culpauit ꝙ Apelles æquo animo tulit, partemq; illã picturæ reformauit. cum uero de crure diſputare uellet, iratus Appelles, tace inquit o ſutor, neq enĩ id tuæ artis eſt, paucis uerbis hominis impudentiã oſtendit, qui quod alterius propriũ eſſet, de eo diſputare non erubeſceret. nã teſte Cic. lib. i. tuſ. quæſt. græcorũ prouerbiũ fuit quã quiſq norit artem, in ea ſe exerceat ac diſputet. ¶ De crepida. Eſt calciamẽti genus, quod alii græcum, alii latinũ eſſe uolunt ut diximꝰ ſupra lib. iii. cap. de nouo cultu corporis, ſed græcũ magis dicẽdum eſt, & nominatiuũ ab accuſatiuo græco deductũ. ¶ Anſulas. Diminutiuũ ab anſa. ſunt autem anſulæ quibus calciamẽta, & ueſtimenta nectuntur, ſunt enim qui anſulis magisq̃ fibulis delectentur.

ASCENSIVS.

MIrifice ſup. cenſuit ac dixit, &. i. etiã ille artifex ſup. notiſſimus, uidelicet Appelles, qui paſſus. ſ. æquo animo ſe moneri à ſutore. i. calcifice, aut crepidario ſuo, de crepida. i. calciamento in pede imaginis à ſe depictæ, & anſulis. i. extremitatibus, quibus crepidæ, aut capiuntur ſicut pocula, aut ligantur, uetuit incipientem etiam diſputare de crure. ſ. picto, in cuius pede crepidam damnauerat, aſcendere ſupra plantam. i. ad res quarum cognitionem non haberet, unde exiit adagium, ne ultra crepidam ſutor ſup. inquirat, aut iudicet, hoc eſt nemo ultra q̃ didicit.

OLIVERIVS.

Valerii aſſentatio.

SEnectus quoq. De ſenectute dicturus obiectioni cuidã tacite occurrit. hæc eadem ferme exempla in cap. de induſtria fuiſſe notata, q̃uis, inquit, aliquot clariſſimos uiros ad extremam uſq ſenectutem, cũ ſummo ſtudio & induſtria perueniſſe diximus, hic tamen ſeparatim de ipſa ſenectute ſuo titulo memoriæ prodendũ eſt, ut quorũ ætati dii fuere propicii, noſtra ope, & laude non defraudarentur. hinc illa uirilitas oritur, ꝙ multi his exemplis ad ſpem diuturnioris uitæ excitabuntur, & erunt hæc exempla quædam quaſi adminicula longioris æui, quibus ſenes reſpectu antiquæ fœlicitatis ad uiuendum ſpe fiẽt in dies alacriores, nos quoq fiduciam capiemus, noſtri ſæculi tranquillitate fore diuturnam principis uitam, & incolumitatem hac una ſpe prorogando. ¶ Prouecta. Producta. ¶ Aliquot ut in Catone, Socrate, Cleanthe, multiſq aliis, quos ſupra memorauimus. ¶ Ne cui deorum. Nõ debemus illis noſtro labore deeſſe, quo minus eos literarum monimentis ornemus,

omemus, quoꝙ ætati dii maxime fuere indulgẽtes, ut eos diutiſſime uiuere uoluerint. ¶ Spe d. u. Si exempla, inquit ſenectutis narrauerimus, ſpẽ dabimus his qui ſe diutius uicturos eſſe diffidunt. nam ꝙ in aliis uidemus, idem nos ſperare poſſumus ergo exempla noſtræ ætatis quædam adminicula hoc eſt ſuſtentacula ſenectutis dentur. ¶ Tranquillitatem. Hoc ad aſſentationem dictum eſt, à qua diſcedere non poteſt. dicit enim præterquam ꝙ ſpes nos ad ætatem alaciores eſſe facit eorũ exemplo qui fœliciter uixerunt illud & accedet, ꝙ tranquillitatem ætatis noſtræ hac una ſpe confirmabimus, ſi imperatorẽ noſtrum diutius uicturum ſperabimus, uel potius confidem᷑. Ille namqꝫ uno tenore æqtatẽ ſeruabit. ¶ Prorogando. producendo ſ. ſpe.

riis reip. ſed etiam exactiſſimæ culturæ agrorum ſuorum uiribus corporis integris, exiſtens, ſupple optabile. & ita omnibus imitabile, exemplum, & ideſt ſimul ciuis, ſcilicet boni, & patris familiæ.

¶ De M. Valerio Coruino.

MArcus Valerius Coruinus centeſimũ annum compleuit: cuius inter primum & ſextum conſulatum: quadraginta ſex anni interceſſerunt: ſuffecit ꝙ integris uiribus corporis non ſolum ſpecioſiſſimis reip. miniſteriis, ſed etiam exactiſſimæ agrorum ſuorum culturæ, & ciuis & patriſfamiliæ optabile exemplum.

¶ De Metello.

CVius vitæ ſpatium æquauit Metellus, quartoq́ꝫ anno poſt conſularia imperia ſenex admodum Pont. Max. creatus: tutelam cerimoniarum per duos & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæſitante, neque in ſacrificiis faciendis tremula manu geſſit.

¶ De Quinto Fabio Maximo.

QVintus autem Fabius Maximus duobus & ſexaginta annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit, robuſta iam ætate id adeptus: quæ utraqꝫ tempora ſi in unum conferantur: facile ſeculi modum expleuerint.

ASCENSIVS.

SEnectus quoqꝫ prouecta ad ul. finẽ ſui. i. uſqꝫ ad extremum fati, aut curſus naturalis, conſpecta eſt in hoc eodẽ opere inter exẽpla induſtriæ i. cum de ſtudio, & induſtria ad extremũ uſqꝫ uitæ ſeruatis loqremur in aliquot claris uiris, ut in Catone Socra. Cleanthe, & quibuſdam aliis. tñ. i. nihilo minus habeat, & i. etiam proprium titulum (Non inepte ergo in titulos diuiſimus. ii. & titulos in capita, ſeu exẽpla) ne noſtra mentio ornata ab effectu. i. ornatius, exiſtimetur defuiſſet. ſ. ſenectuti, cui præcipue indulgentia. i. conceſſio deorum immortalium, affuit. i. præſens, & auxiliatrix fuit & ſimul ſpe. i. per ſpẽ diuturnioris uitæ quaſi adminicula, i. fomenta. & media dẽtur. ſ. ſenectuti, hoc eſt ſenum multitudini quibus. ſ. adminiculis inſiſtens. i. innitens poſſit facere ſe alacriorem reſpectu felicitatis uetuſtæ. i. quæ cõtingat ueterrimis quibuſqꝫ, ꝙ pro &, ut ſup. fiducia. i. bona confidentia, confirmet. i. corroboret ſubinde. i. interdum, tranquillitatem ſæculi noſtri. i. pñtis, qua. ſ. tranquillitate nulla. ſ. alia tranquillitas fuit unq̃ beatior, e nnfirmet inq̃ prorogando. i. extendendo incoſumitatẽ principis ſalutaris. i. Tyberii, ad longiſſimos terminos humanæ conditionis. i. uitæ homini à fatis datæ.

OLIVERIVS.

CVius uitæ ſpatium. Hic eſt Metellus ille, qui pius cognominatus, eius Metelli pater, qui à debellata inſula Creta cretici nomen eſt aſſecutus, de quo Ci. in eodem Catone. Ego, iquit, L. Metellum memini puer, qui cum quadrienio poſt alterum conſulatum pontifex maximus eſſet factus xxii. annos ei ſacerdotio præfuit. Ita bonis uiribus eſſe extremo tempore ætatis, ut adoleſcentiam non requireret. hic ergo in ætate iam prouectiori pontifex factus, in eo magiſtratu per duos & xx. annos ita ſe geſſit, ut non ſenex, ſed iuuenis eſſe uideretur, neqꝫ enim lingua in pronunciando, non manus in adminiſtrando illi defuerũt, ut lingua balbucinaretur, aut manus tremeret. quod ſenectutis uitium eſſe ſolet. ¶ Spatium ſ. centum annorum. ¶ Ore hæſitante. Solent ſæpiſſime ſenes præpeditiori lingua, non plena uerba proferre. ¶ Votis nuncupandis. Quia ut ſupra diximus duplex eſt uotum ſecũdũ quoſdam, conceptiuum, & nuncupatiuum. ¶ Ore hæſitante, lingua tardante, aut præpediente. ¶ Tremula manu. Quod in ſenibus eſſe ſoleat tremor quidam membrorum, & præſertim manuũ ac pedum, exhauſtis iam uiribus. hic uero conſtanti manu dũ ſacra tractaret, ſemper fuit, ſiue cultrum à capite uictimæ ad caudam deduceret, ſiue mola uictimam, cultrumqꝫ aſpergeret, ſeu uictimæ iugulum aperiret.

Metelli ſenectus

ASCENSIVS.

CVius. ſ. Marci Valerii, ſpatium uitæ. ſ. centum annorũ, Metellus. ſ. pius æquauit, i. ad æqualem numerum uiuendo perduxit, & creatus pontifex maximus quarto anno poſt imperia conſularia. i. poſtquam imperator fuerat, ens ſupple ſenex admodum, ideſt ualde, geſſit tutelam, ideſt protectionem, cerimoniarum, ideſt myſteriorum rerum diuinarum per duos & uiginti annos. neqꝫ ore hæſitante, ideſt uacillante, aut titubante in uotis nuncupandis. ideſt pronunciandis nominatim, neque manu tremula, ideſt tremente in ſacrificiis faciendis.

OLIVERIVS.

MArcus Valerius Coruinus. Cicero in Catone maiore q̃ dicitur à nonnullis de ſenectute. M. quidem Valeriũ Coruinum, inquit, accepimus ad Centeſimum annũ uitam ſuam produxiſſe, cum eſſet exacta iam ætate in agris, eoſqꝫ excoleret. cuius inter primum & ſextum cõſulatum ſex & quadraginta anni interfuerunt. Pli. li. vii. M. Valerius Coruinus, inquit, centum impleuit annos, cuius inter primum, & ſextum conſulatum. xlvi. anni fuere. Idem ſella curuli ſemel, ac uicies ſedit, quotiens nemo alius. adæquauit eius uitæ ſpatiũ Metellus pontifex. Ita quãtum ſpatium ætatis maiores noſtri eſſe uolunt ad ſenectutis initium, tantus illi curſus honorum fuit. ¶ M. Valerius Coruinus. Hic Coruinus dictus eſt, teſte Liuio decade ab urbe condita, ꝙ gallũ à quo, ꝓuocatus fuerat ad ſingulare certamen, inſidente gallea Coruo, & unguibus, roſtroqꝫ infeſtante, hoſtem iteremit. ¶ Quadraginta ſeptem. Pli. & Cice. dicunt ſex & quadraginta interueniſſe, hoc autem dicit Val. ut robuſtam eius ſenectutem oſtendat. ¶ Suffecit. Durauit, ua'ut itegris uiribus ad rerum tam publicarum q̃ priuatarum adminiſtrationem, & exactiſſimam agrorum culturã, quod laudabile fuit, cum in ſenibus uires minuantur, fiantque indies lang uidiores.

Valerius cor. centenarius ſenex.

ASCENSIVS.

MArcus valerius Coruinus compleuit centeſimum annum uitæ, ſup. ſuæ, inter cuius primum & ſextum cõſulatum quadraginta ſex anni interceſſerunt, & ipſe ſufficit. i. ſatis fuit, aut ſatiſfecit non ſolum ſpecioſiſſimis miniſte-

OLIVERIVS.

QVintus autem Fabius. Ad centeſimum annum perueniſſe Fabiũ hoc uno probat argumento Valerius, quod duobus & ſexaginta annis, augur fuerit. Plini. uero dicit tribus & lx. lib. vii. natura hiſto. quem honorem non niſi ætate prouectiori conſequi potuerit cum eiuſmodi dignitas adoleſcentibus nunquam, nec iuuenibus dari conſueuerit ergo ſi tp̃s, quo creatus eſt augur, & quo auguratum geſſit, in unum collegerimus, ſeculi ſpatium inueniemus, quod idem ſentire uidetur Liuius decade ſecundi punici belli lib. ult. qui dicit. Quintus Fabius Maximus moritur exactæ ætatis, ſiquidem uerum eſt, Augurem duos & lx. annos fuiſſe ſicut quidam authores tradunt, uir certe iuis dignus tanto cognomine, uel ſi nouum ab eo inciperet. ſuperauit paternos honores, auitos æquauit, pluribus uictoriis, & maioribus p̃liis, aui iſignis Rulli ſe oĩa æquare, unus hoſtis Hannibal referre põt. cautior tñ q̃ promptior hic habitus eſt. ¶ Robuſta iã in ætate. utpote in uirilitate. ¶ Sæculi hoc eſt centũ annorũ. ſic. n uoluere maiores, ſæculũ eſſe ſpatiũ centũ annoꝝ, ꝙ hinc facile cõprehendi poteſt. ASCEN.

QVintus au. Fa. Ma. ſuſtinuit. i. poteter geſſit ſacerdotiũ auguratus duobus & ſexagita anis adeptus id. i. ſacer-

dotium auguratus.i. pertinens ad augures, ætate iam robuſta, & ita uero ſimiliter ad trigeſimum octauum annum peruene rat, unde addit, Quæ utraq; i. ambo tpa.i. ſexaginta duorum annorum, & robuſtæ ætatis q̃ eſt.xxxvi. aut.xxxviii. annorum ſi conferantur in unū.i. ſi ſimul computētur, expleuerint facile modū.i. menſuram ſæculi.i. centum annorum.

piū dū fuit in cæcitate uixiſſe, q̃ppe q nō in luce, ſed in tenebris uitā, q̃ ſi in ipſa morte duxiſſe uideat, niſi me hortaretur eius ſumma prudentia, qua filiorū turba plurimas clientelas, rēpu. atq; priuatā fortiſſime rexiſſet. quaq; ſenatū à turpi pace cū pyrrho facienda diſſuaſiſſet, q̃ quidem res nō hoīem cæcū, ſed pſpicaciſſimū fuiſſe declarat. ☞ Clade. cæcitate oculorum. ☞ Metirer. Terminarē eius uitā uſq; ad cæcitatē. reliquū adeipſ, quo captus luminibus uixit, nō uitā, ſed mortē potius nominarem. ☞ Feſſus. uiuendo. ſenio confectus. ☞ Deformē pacem. Quæ pyrrho magis q̃ ſenatui honeſta eſſe uidebatur. ☞ Hūc cæcum. Nemo igt. hoīem tāta prudētia p̄ditū, q uideret q̃ ſenatus ſi p̄uideret, iure cæcū appellauerit.

☙ De M. Perpenna.

IAm de M. Perpenna quid loquar? qui oibus quos in ſenatu rogauerat, ſuperſtes fuit: ſeptemq; tantummodo, quos Cenſor collega Lucii Philippi legerat è patribus C. reliquos vidit, toto ordine ampliſſimo diuturnior.

☙ De Appio

APpii vero æuum clade metirer, quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit, niſi quatuor filios, quinq; filias, plurimas clientelas, rem deniq; publicam hoc caſu grauatus fortiſſime rexiſſet. Quinetiam ſeſſus iam uiuendo, lectica ſe in curiā deferri iuſſit ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcū aliquis nominet: à quo patria quod honeſtum erat, per ſe parum cernēs, coacta eſt prouidere?

☙ De Liuia Rutilii, De terentia Ciceronis & Clodia filia Auli.

MVliebris etiam vitæ ſpatium non minus longum in compluribus appatuit; quarum aliquas ſtrictim retuliſſe me ſatis erit. Nam & Liuia Rutilii ſeptimum & nonageſimum, & Terentia Ciceronis tertium & centeſimum, & Clodia Auli filia quindecim filiis ante enixis, quintumdecimum & centeſimum expleuit annum.

☙ De Maſiniſſa rege Numidiæ.

IVngam his duos reges, quorum diuturnitas reip. noſtræ fuit utiliſſima, Siciliæ rector Hiero, ad nonageſimum annum peruenit. Maſiniſſa rex Numidiæ hunc modum exceſſit, regni

OLIVERIVS.

Perpenna diu uixit. IAm de M. Perpen. Hinc arguit diu uixiſſe M. Perpen. q oibus ſenatoribus, quos ipſe conſul die initi conſulatus uocauit in curiam omnibusq; inſuper illis quos cenſor legerat in ſenatu exceptis. vii. ſupſtes uixerit Plī. lib. vii. nat. hiſto. M. Perpēna & nuper L. Voluſius Saturnius, omniū quos in conſulatu ſniam rogauerat, ſupſtites fuere. Perpenna ſeptem reliquit ex his quos cenſor legerat. uixit annos.xcviii. fuit ergo ordine ſenatorio, q ſuo ipe fuit diuturnior. & hinc colligere poſſumus, ſenē admodū fuiſſe, quo tpe fuit à Pompe. ſupatus, & cæſus. q̃q̃ Stra. dicat l Aſia morbo cōſumptū fuiſſe, ut diximus in c. de humili loco natis. ☞ Supſtes fuit. Vixit poſt omnes illos ſenatores, quos ipſe conſul ſæpius uocauerat in curiā. ☞ Cenſor. In cenſura cū L. Philip. elegerat ſenatū, & cū lōgitudie uitæ ſupauit oēs quos elegerat p̄ter ſeptē, quos moriens in uita reliquit.

ASCENSIVS.

IAm quid loquar de M. Perpenna, q fuit ſupſtes.i. ſuperuiuens omnibus quos rogauerat ſniam in ſenatu? (Alii tñ legunt uocauerat, qd ſi eſt legendū, legatur, in ſenatū, ut ſit quos uocauerat, quū eēt cōſul i ſenatū.i. ut cōuenirēt in curiā) Et uidit tñ uō.i. dūtaxat ſeptē reliquos.i. relictos in uita, è patribus cōſcriptis, quos ipſe cenſor, & collega Lu. Philip legerat.i. elegerat in ſenatores, exiſtens diuturnior.i. in uita, toto ordine ampliſſimo.i. ſenatorio.

OLIVERIVS.

Appii ſenect. APpii uero æuum. Tullius in Catone, ad Appii Claudii ſenectutē accedebat q cæcus eēt, tñ is cū ſenatus ſnia inclinaret ad pacē cū Pyr. fœduſq; faciēdū, nō dubitauit dicere illa, q̃ uerſibus cōſecutus eſt Ennius, Quo uobis mētes rectæq; ſtare ſolebant Añ hac, dementi ſeſe flexere ruina. Cæteraq; grauiſſime ingt. notū.n. nobis eſt carmē, & tñ ipſius Appii cōſtat oro. Atq; ille egit hæc. xvii. anno poſt alterū cōſulatū, cū inter duos cōſulatus anni decē iterfuiſſent, cēſorq; añ cōſulatū ſupiorē fuiſſet. ex quo itelligitur Pyrrhi bello grādē ſanē fuiſſe. Sic à pribus accepimus. Itē paulo infra quatuor robuſtos filios, quinq; filias, tantā domū, tātas clientelas Appius regebat & cæcus, & ſenex. Intentū.n. alum tanq̃ arcū habebat. Nec lāguerēs ſuccūbebat ſenectuti. Tenebat.n. nō mō authoritatē, ſed ētimpiū i ſuos: metuebāt ſerui, uerebātur liberi, charū oēs habebāt, uigebat in illa domo, & mos patrius, & diſciplina. ☞ Ex his igitur Ciceronis uerbis Appiū diu uixiſſe facile cōp̄hendimus. cuius cæcitatis cām diximus primo lib. capite de neglecta religiōe, qd Herculis ſacra ad humile ſeruorū miniſteriū trāſtuliſſet. De Pyrrhi bello quoq; ſæpius dictū eſt, q̃re nō eſt hiſtoria totiēs repetēda, ſatis cōſtat ſenatus uoluntatē ad pacē cū Pyrrho faciendā cōditionibus illi qdē gratis, ſenatui uero oino nō honeſtis fuiſſe iclinatū, à qua hic ſolus lectica in curiā delatus, q̃a ire pedibus tū cæcitate, cū ſenio confectus nō poſſet, oratione ſua reuocauit. feciq; ut pyrrhus nō cōditionibus ſed armis pelleretur ex Italia cū ſumma P. R. gloria. ☞ Appii æuū clade metirer. Non auderē inquit, dicere Appiū dū fuit in cæcitate uixiſſe …

ASCENSIVS.

APpii, & c. uero pro ſed, ego metirer.i. menſurarē æuū.i. ſpatiū uitæ. Appii.i. Cla. Cæci clade.i. calamitate eius, (q̃a exegit infinitū numerū annorum orbatus luminibus) niſi grauatus hoc caſu.i. amiſſione uiſus, rexiſſet fortiſſime quatuor filios. quinq; filias, plurias clientelas.i. plurimos q ſuæ fidei & patrocinio ſe cōmiſerāt, & demq;.i. ut ſemel dicam, niſi rēp. rexiſſet fortiſſime. Quinetiā ipſe ſeſſus iā uiuēdo, iuſſit ſe deferri in curiā lectica, in q̃ ægrotantes, & ingredi nequeūtes deferri ſolent, ut p̄hiberet pacem deformem.i. turpē reip. Romanæ, fieri cū pyrrho rege Epirotarum. Nominet ſup merito aliqs hūc.i. talē uirū tā multa ratio uidētem, cæcū, à quo patria cernēs.i. proſpiciens parū.i. nō ſatis p ſe.i. lumina reliquo eius ſup: id qd erat honeſtum, coacta eſt prouidere.i. per cōſilium illius: quaſi dicat minime dicendus eſt, fuiſſe cæcus.

OLIVERIVS.

MVliebris. Quaſdā & longeuæ mulieres fuiſſe legūtur q̃lis Liuia Rutilii, Terentia Cice. Clodii Auli filia, q̃rū Liuia ſeptimū & nonageſimū impleuit annū, Terētia tertiū & cēteſimū, Clodia, q̃ has lōge ſuperauit quītūdecimū, & centeſimū. De qbus Pli. li. vii. mentionē facit dicē.n. ex fœminis, Liuia rutilia nonaginta ſeptē annos exceſſit, Statilia e claudio principe ex nobili domo xcix. Terentia Ciceronis. cvii. Clodia offelii. cxv. hæc qdē enixa quindecies. alias quoq; cōmemorat lōgiſſimæ ætatis fœminas, quas hic referre non eſt opus, qm̄ à Valerio non ponuntur. ☞ Strictim. breuiter, & ſummatim. ☞ Terentia. Ciceronis uxor, poſt exiliū & reuocationē in patriam p diuortiū, nupſit criſpo Saluſtio Ci. inimico, deinde Hortēſio. ☞ Quindecim filiis enixis. paſſiue poſitū eſt, enixis in lucē p̄ductis. alii hñt amiſſis, q ſine dubio melius ē, & ſignificat illā quindecim filiis extinctis, fuiſſe ſuperſtitem. Terentia Saluſtio nupſit

ASCENSIVS.

MVliebris ſpatiū uitæ, apparuit & in compluribus mulieribus non minus longū q in uiris, quarū ſat erit me retuliſſe ſtrictim aliquas. nā & Liuia Rutilii ſup. cōiux aut filia, expleuit ſeptimū & nonageſimū annū i ætatis ſuæ. Et Terentia Ciceronis i. uxor, ſed ab eo repudiata, expleuit annū tertiū & centeſimū (ubi poſt centū p̄ter morē minorē numerū p̄ponit) & clodia filia Auli, quindecim filiis enixis.i. partis amiſſis p mortem, añ.ſ. q̃ moreretur, expleuit annū quītūdecimū, & centeſimū, ubi ſimiliter minor numerus præponitur, quod uſitatius dicas, centeſimum & decimumquintum, aut. xv. ſupra centeſimum.

OLIVERIVS.

IVngam hic duos reges De externis dicturus digniora exē

pla

ſpatium ſexaginta annis emenſus, & ante omnes homines robore ſenectæ admirabilis. conſtat eū quemadmodum Cicero refert libro, quem de ſenectute ſcripſit: nullo unquam imbri, nullo frigore, ut caput ſuum ueſte tegeret: adduci potuiſſe. Eundem ferunt aliquot horis in eodem ueſtigio perſtare ſolitum, non ante moto pede, quam conſimili labore iuuenes fatigaſſet: ac ſi qd agi a ſedente oporteret: toto die ſæpenumero nullam in partem conuerſo corpore in ſolio duraſſe. ille vero etiam exercitus equo inſidens, noctem diei plerunq; iungendo duxit: nihilq; omnino ex iis operibus, quæ adoleſcens ſuſtinere aſſueuerat: quo minus ſenectute ageret, omiſit. Veneris etiam vſu ita ſemper viguit: Vt poſt ſextum & octogeſimum annum filium generaret: cui Methymato nomen fuit. terram quoq;, quam vaſtam, & deſertam acceperat, perpetuo culturæ ſtudio frugiferam reliquit.

¶ De Gorgia Leontino Philoſopho.

Gorgias etiam Leontinus Iſocratis, & cōplurium magni ingenii uirorum præceptor, ſua ſententia feliciſſimus. Nam cū centeſimum & ſeptimum ageret annum: interrogatus quapropter tandiu uellet in vita remanere: quia nihil, inquit, habeo, q; ſenectutem meam accuſem. Quid iſto tractu ætatis aut longius, aut beatius? Iam alterum ſæculum ingreſſus, neq; in hoc querelam ullam inuenit, neq; in illo reliquit.

pla præponit duorum.ſ.regum Hieronis, & maſiniſſæ Hiero rex ſyracuſarum fuit, cuius infantia ſuæ futuræ maieſtatis dr̄ fuiſſe pnuncia, qppe q genitus à patre nobili, ſed ex ancilla natus, ne dehoneſtaret pſnum genus expoſitus fuit. Sed paruulū, & humanæ opis indigentem, apes congeſto circa iacentē melle, multis diebus aluere. ob quā rē filio haruſpicū admonitus, pr̄ q regnū infanti portēdi canebāt, paruulū recollegit, oīq; ſtudio ad ſpem maieſtatis q̄ promittebatur iſtituit. eidem adoleſcenti prima belli ineunti, aqla in clypeo, & noctua in haſta conſedit, qd oſtentū, & i cōſilio cautū, & manu promptū, regemq; futurum ſignificabat. deniq; aduerſus puocatores ſæpe pugnauit, ſemperq; uictoriā reportauit. A pyrrho rege multis militaribus donis donatus ē pulchritudo corpis ei inſignis, uires quoq; in hoīe admirabiles fuere, in alloquio blandus, in negocio iuſtus, i īperio moderatus erat prorſus, ut nihil ei deeſſe uideretur pter regnū. Itaq; à ſyracuſanis primo imperator, deīde rex creatus eſt. ſocius fuit populi R. q primo pu. bel. inita ſocietate, & amicitia, per quinquaginta annos uſq; ad ultimū ſuæ uitæ diē, i fide & offō pmanſit. de cuius liberalitate, q̄ in populū R. ſecundo pu. bello uſus fuerit, diximus in ca. de liberalitate. uixit aūt teſte Liuio nonaginta annos, q li. iii. decadis ſcdi pu. bel. dicit. Nō facile erat nonageſimū iā agenti annū. circuoſeſſo dies noctesque mulieribus blāditiis, liberare animū, & cōuertere ad pub priuatāq; curā. ¶ Maſiniſſa ut dictū eſt li. v. ca. de ingra. ætatē ſuā ad centeſimū extendit annū, robore tāto in ea ætate, ut adoleſcentiæ uires, licet diminutas, nō deſyderare uideretur. De quo Ci. in Catōe maiore audire te arbitror Sci. hoſpes tuus habitꝰ Maſiniſſa q̄ faciat, hodie nonaginta natus annos, cū ingreſſus iter pedibus ſit, in equū non aſcendere uelle. cū aūt ſitio equo ex equo nō deſcendere. nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite apto ſit. ſummāq; in eo eē ſiccitatē corporis. Ita oīa pagebantur exeq regis officia, & munera. ¶ Diuturnitas. Longa uita quorum, Hūc modū exceſſit. Supauit hūc uitæ terminū, q pene q centū ipleuit annos. ¶ Regni ſpatiū Regnauit annis ſexagita. ¶ Robore ſenectæ Quia fuit quouis ſene robuſtior. ¶ Eg dēſerūt. Certare cū iuuenibus ſolebat de patiētia, qs oā diutiꝰ in eodē ueſtigio pſiſtere poſſet, q̄ in re cūctos fatigādo uincebat qd idē legitur de Socrate, ut in capite de patientia tetigimus. ¶ Perſtare. Perſeuerāter ſtare. ¶ Ac ſi qd agi. ſiue ſtare, ſiue ſedere opus erat, id mirabiliter faciebat Maſiniſſa. nā ſi ius illi dicendū erat populo ſuo, tota die i ſolio nullā in partē auerſo pectore pdurabat. ¶ In ſolio. in regia ſede. eſt aūt ſoliū, ut uult Seruius, pprie armariū uno ligno factū in quo reges ſedebāt pp tutelā corporis ſui, dictū q̄ ſi ſolidum. alii uero uolūt. ſolium dictum eſſe per antiſticō q̄ſi ſelliū à ſedendo. ¶ Ille ēt exercitus ſi paruū i ſene roboris indiciū, q; à mane uſq; ad ueſperas equo inſidens caſtra circuiret, ſtationes reuiſeret, & reliqua impatoria munera obiret, nihil deniq; ex his laboribꝰ uel opibus, q̄ in adoleſcentia ſuſtinuerat, in ſenectute omitteret. ¶ Veneris quoq; uſu. Hæc quoq;, non paruū teſtimoniū eius fortitudinis, ſenilisq; uirīū, q; extrema ſenectute, uel potius ætate decrepita generare potuerit natus enim ſeptimum, & octogeſimum annum, filium Mechinum generauit, ſi mulieri fides eſt habenda.

ASCENSIVS.

Iungā his.ſ.iā dictis, duos reges ſ. Hieronem & Maſiniſſam, quos diuturnitas.ſ.uitæ, hoc eſt longæ uitæ ſuit utiliſſima reip noſtræ, hoc eſt Romanæ, q ambo fautores illā

uixerūt. Hiero rector.i.gubernator Siciliæ puenit ad annū nonageſimū.i. ætatis ſuæ. Maſiniſſa rex Numidiæ exceſſit hunc modū.i. hanc menſurā ætatis, emenſus ſpatiū regni.i. quo regnauit.lx. annis, &.i. ēt admirabilis robore ſenectæ.i. ſenilis ætatis, añ oēs hoīes.ſ. reliquos Conſtat eum (quemadmodum Cicero refert.ſop. in lib. quem ſcripſit de ſenectute) nullo imbri, & nullo frigore potuiſſe adduci.i.cogi, aut pſuaderi unq̄, ut tegeret caput ſuum ueſte.ſ. capitio aut galero, aut tyara, aut pileo, &c. Ferunt.ſ. rerū ueterū ſcriptores, aut recitatores, eundē.ſ. Maſiniſſam, ſolitū pſtare.i. ſtantem manſiſſe, in eodē ueſtigio, non motis pedibus, aliquot horis, pede.ſ. ſuo non moto, anteq̄ fatigaſſet iuuenes conſimili labore ſ pſtādi in eodem ueſtigio. ac ſedēt. ſi oporteret quid agi à ſedente, duraſſe.i. pmanſiſſe in ſolio.i. ſede regali ſæpenumero tota die, corpore nullā.i. nō ullā, non conuerſo in ullam partē. Vero.i. ſed inſup ille.ſ. maſiniſſa, inſidens equo duxit ēt exercitus iūgendo plerunq; diei.ſ. toti, noctem, hoc ē equitando totū diem, & partē noctis añq̄ deſcenderet, & nihil oīno omiſit, quo minus ageret i ſenectute ex his opibus, q̄ ipſe adoleſcens aſſueuerat ſuſtinere .i. tolerare. uiguit quoq;.i. etiā uſu ueneris ſemp ita, ut generaret filium poſt. vi. & lxxx. annoū, cui.ſ filio nomen fuit Methymato (Quidā tū ſcripſerunt Mechino) & reliqt quoq;.i. et ppetuo ſtudio culturæ, terrā fructiferā, quam acceperat.ſ. in principio regni uaſtā.i. nullo fructu, aut domicilio ornatam, & deſertam.ſ. ab habitatoribus.

THEOPHILVS.

Maſiniſſa, hæc eadem pene Suidas de Maſiniſſa, q̄ Valerius. ¶ Mechino nomen fuit. Apud Plinium nat hi. vii. Methymatuus. Hermolaus ambigit. utra lectio caſtigatior, hæc, an illa. Suidas ait appellatum eſſe Sthembam.

OLIVERIVS.

Gorgias Leontinus. Longiſſimæ & fœliciſſimæ ætatis Gorgias Leontinus in ſenectute ſua nulla imbecillitatis incommoda ſenſit, ſed ad extremum uſq; ſui fati diem robuſtus permanſit. De quo Cicero li. de ſenectu. Qualem, inqt, Iſocrates, q eū librum, q panathanaicos inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dr̄, uixitq; quinquennium poſtea, cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos, neq; unq̄ in ſuo ſtudio atq; opere ceſſauit. q cum ex eo quæreretur, cur tādiu uellet eſſe in uita, nihil habeo, inqt, q; accuſem ſenectutem. p̄clarum reſponſum, & docto homine dignum. Quint. uero li. iii. de inſtitutione oratoria, Artium aūt, iqt, ſcriptores antiquiſſimi corax & Tiſias ſiculi quos inſecutus ūr eiuſdem inſulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur diſcipulus. is beneficio longiſſimæ uitæ, nā centum & nouem uixit annos cū multis ſimul floruit, ideo, & illorum, de quibus ſupra dixit fuit æmulus, et ultra Socratem uſq; durauit. Et paulo infra oſtendit, illum Iſocratis, & aliorum plurimorum philoſophorum, & oratorum fuiſſe p̄ceptorē. hic primus fuit, q profiteri auſus fuerit de quacunq; re propoſita eo tpe diſputaturū. ¶ Centeſimū & vii. Quint. dicit centū & nouem uixiſſe annos. Pli. centum & octo, uult eum uixiſſe annos lib. vii. ¶ Iſto tractu. hoc ſpatio.

ASCENSIVS.

Gorgias Leōtinus præceptor Iſocratis, & compluriūm.ſ. aliorum magni ingenii, feliciſſimus ſua ſnīa.i. ut ipſemet de ſe iudicauit. Na cū ageret annum.c. & vii (hic ex more minorem pp̄oſuit numerum) interrogatus quapropter

uellet remanere tandiu in uita, inquit, quia nihil habeo quod .i. propter quod accuſem .i. damnem ſenectutem meam. Quid ſup. fuit aut longius, aut beatius iſto tractu .i. ductu uitæ .ſ. centum & ſeptem annorũ: q.d. fere nihil, q a iã ipſe ingreſſus alterũ ſæculum .i. centenarium annorum, non inuenit ullam querelam .i. hoc .ſ. ſecundo ſæculo, neq; reliquit in illo, q a neq; iuſtã habuit querẽdi cauſam, neq; iniuſte queri uoluit.

❡ De Xenophilo Calcidenſi Pythagorico.

Bienno minor Xenophilus Chalcidenſis Pythagoricus, ſed felicitate non inferior. ſiquidem (vt ait Ariſtoxenus muſicus) omnis humani incommodi expers, in ſummo perfectiſſimæ ſplendore doctrinæ extinctus eſt.

❡ De Arganthonio Gaditano.

Arganthonius autem Gaditanus tandiu regnauit, quandiu etiam ad ſacietatem uixiſſe abunde foret. Octoginta enim annis patriam ſuam rexit: cum ad imperium ſexaginta annos natus acceſſiſſet. cuius rei certi ſunt authores. Aſinius etiam Pollio non minima pars Ro. ſtyli, in tertio hiſtoriarum ſuarum libro, centum illum & triginta annos expleuiſſe cõmemorat. & ipſe numeroſæ uiuacitatis haud paruum exemplum.

❡ De Aethiopibus, & indis.

Huius regis conſumationem annorũ minus admirabilẽ faciũt Aethiopes: quos Herodotus ſcribit centeſimum & trigeſimum annum tranſgredi: & indi, de quibus Cteſias quidem tradit.

❡ De Epimenide Cnoſio.

Et Epimenides Cnoſius, quem Theopompus dicit ſeptem & quinquagita & centum annos vixiſſe.

❡ De quibuſdam Epiorum.

Hellanicus vero ait quoſdam ex gente Epiorum, quæ eſt pars Aetoliæ, ducentos explere annos, ei'q; ſubſcribit Damiates: hoc amplius firmans Litorium quẽdam ex his maximarum virium, ſtaturæ'q; præcipuæ trecenteſimum annum cumulaſſe.

OLIVERIVS.

Biennio minor. Hunc eũdem feliciſſimum uitæ curſum Xenophilo Calcidenſi Pythagorico uiro contigiſſe dicit, niſi quod duobus annis minus quam Gorgias, uixiſſe dicatur, ſed in eadẽ felicitate, ut nullum unq; humanæ uitæ incommodum ſenſerit. fuerunt profecto benigniſſima ſydera nati. ¶ Perfectiſſimæ doctrinæ. Nihil ei ſeni defuit ad perfectam philoſophiæ doctrinã.

ASCENSIVS.

Biennio, &c. Xeno. calci. Pythagoricus .i. ſectator Pythagoræ minor .i. iunior ſup. fuit quã Gorgias biennio .i. ſpatio duorum annorũ, ſed non ſup. fuit inferior .i. minor felicitate. Siquidem (ut Ariſtoxenus muſicus ait) ipſe expers .i. immunis omnis incommodi humani .i. hominibus accidere ſoliti, extinctus eſt in ſummo ſplendore perfectiſſimæ doctrinæ.

OLIVERIVS.

Arganthonius. Hic teſte Herodo. li. hiſtoriarũ .i. fuit Tarteſſiorũ tyrannus cuius Cic. li. de ſene hanc breuiter mentionẽ facit Expectemus inq;t, Tarteſſiorũ regis ætatẽ, fuit .n. ut ſcriptũ uidi Argãthonius quidã gaditanus, q octoginta regnauit annos cẽtũ .xx. uixit, qđ idẽ affirmat Pli. li. ꝑdicto. hic ergo cũctos ſupra memoratos ætatis longitudine ſuperauit, quippe qui tanto tempore regnauit, quanto quidem alii complures uiuere poſſe lætarentur. ¶ Aſinius ẽt Pollio hoc teſte Vale. dicit hunc ad centeſimum & trigeſimum annum perueniſſe. ¶ Non minima pars Romani ſtyli. Significat hunc diligentiſſimum fuiſſe rerum geſtarum ſcriptorem, non inter inferiores connumerandum, quippe qui Romanum ſtylum probe teneret.

ASCENSIVS.

Arganthonius aũt Ga. & ita in ultimis Hiſpaniæ natus, regnauit tandiu, quandiu foret abunde uixiſſe ẽt ad ſacietatem. Rexit enim patriam ſuam octoginta annis. cum acceſſiſſet ad imperium natus annos .xl & ita .cxx annos uixit. Cuius rei ſunt certi authores ut Cice. & Pli & quos illi ſecuti ſunt. Quinetiam Aſinius Pollio, Non minima pars .i. nõ contẽptibilis, ſed egregius exercitio ſtyli Ro. ſ. ſcribendo Ro. commerat in .iii. lib. ſuarum hiſtoriarũ, illũ .ſ. Arganthoniũ expleuiſſe annos centum & triginta, & .i. etiã ipſe .ſ. Pollio haud paruum, immo magnum exemplum uiuacitatis numeroſæ, quia ipſe etiam diu uixit.

OLIVERIVS.

Huius re. conſuma. Lõgiſſimæ uitæ Arganthonius fuiſſe uſ, ſed minus admirabilis tanta æui longinquitas, ſi quam Herodotus tradit Aethiopum, & ſi quam Herodotus Theſias indorũ ætatẽ conſiderare uoluerimus. nã conſtat utroſq; centeſimi, &. xx anni ſuperaſſe metam. Solinus de Aethiopibus, ultra meroem, inq;t ſupexortũ ſolis, Macrobii Aethiopes uocantur, dimidio enim eorũ potentior ꝗ noſtra ẽ uita. hi Macrobii iuſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimũ ualent robore præcipuo, &c. Item alibi de indis. Apud Theſiã legitur quaſdam fœminas ſibi ſemel parere, natoſq; canos illico fieri. eſſe rurſum gentem alteram, quæ in iuuentute cana ſit nigreſcat in ſenectute. Vltra æui noſtri terminos permanẽtem. ¶ Conſumationem. Perfectionem, deductionẽ ad finem. ¶ Aethiopes. Dicti ſunt ab αἴθω qđ latine eſt cremo. & ὤψ uult', eo q; uultum nimio ſolis ardore habebant aduſtum. uel ab Aethiope Vulcani filio, qui totam Aethiopiam à ſe denominauit. eſt autem Aethiopia teſte Solino, in gentes, moribus cultus, & natura, diſſimilis diſtributa. ¶ Quos Herodotus ſcribit. dicit inſuper Herodotus Scytarũ regem, legatis Cyri regis pſarũ ſenes complures oſtendiſſe. qui cẽtum & .xx. annos peregerãt. ¶ Theſias. Antiquiſſimus hiſtoriarum ſcriptor.

ASCENSIVS.

Huius & cæte. Aethiopes quos Herodotus ſcri. tranſgredi annum .ſ. uitæ .c. & .xxx. & Indi de qbus Cteſias (aut ut Oliue. ſcri. Theſias,) antiqſſimus ſcriptor, tradit idẽ, ſcilicet q; .c. & .xxx. annum trãſgrediantur, faciunt cõſumationem ãnorum huius regis .i. Argãthonii minus admirabilem, quia non eſt magnopere mirandum in uno ſemel cõtigiſſe, qđ in uniuerſo populo quotidie fere contingit.

OLIVERIVS.

Et Epimenides. Hic philoſophus Cretenſis fuit Pythagoræ coætaneus, teſte Apuleio, de quo Laertius li. de uita philoſophorum fabuloſa quædam narrare uidetur, nam dicit q; à patre iuſſus ad paſcua ducere oues, circa meridiem diuertit in ꝓximã ſpelũcã q̃nquaginta & ſeptem annis ꝑpetuo ſopore requieuit. excitus quæſiuit oues, putabat .n. ſe paꝝ obdormiſſe. quas cũ nõ inueniret in agrũ reuerſus. cũ uero agrũ in alterius poteſtatem ueniſſe uideret, & cuncta mutata eſſe perpenderet, rediit in oppidum, ubi à iuniore fratre iam uetulo cognitus, omnem ex illo didicit rei ueritatem. deinde philoſophatus eſt, ſcripſitq; multa, quæ hoc loco referre nõ eſt opus, mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ centeſimo quinquageſimo ſeptimo, teſte Phaſgone libro de longeuis. Plini. dicit cẽteſimo quinquagenteſimo tertio, ut autem Cretenſes tradũt, teſte Laertio, ducentis nonaginta annis. ¶ Cnoſius. Cretenſis, & cnoſio uico oriundus.

Epimenides diutiſſime uixit.

ASCENSIVS.

Et Epimenides Cnoſius .i. cretenſis (profertur autẽ cnoſius) philoſophus, quem Theopompus dicit uixiſſe annos ſeptem & quinquaginta, & centum, hoc eſt ſupra centum, ſup. facit conſumationem annorum huius regis, minus admirabilem.

OLIVERIVS.

Hellanicus. Hic populos quoſdã Aetoliã incolẽtes noĩe Epiperos, uel ut alii dñt epios, q olim dicti fuerũt helideſes, ducentos annos explere dixit. Cui Damaſtes aſſẽtiẽs addit & illud. Lithoriũ quendã ex ea gente natũ uaſti corporis, & maximaꝝ uiriũ hominem, tricentos annos uiuendo peregiſſe. ſpatiũ uitæ ſatis admirabile, nobis ꝑſertim q uix nati uitã amittimus. Pli. hæc oĩa fabuloſa eſſe, & ex errore annoꝝ ꝓueniſſe, quos alii ſex menſiũ alii triũ conſtituiſſent. dixit Leonar. Are. in tranſlatione baſilii, ego, inquit ſiue quis Titoni

ſenectutem

ſenectutem ſiue uiuaciſſimi apud noſtros Mathuſalem, qui mille annos minus triginta dicitur uixiſſe &c.

ASCENSIVS.

HEllanicus uero ait, quoſdam ex gente Epiorũ quæ eſt pars ætoliæ (Sunt autem.q ut Oli. Epiperorum legẽt, ſed q a oĩa inuerſa ſunt, nos q̃tum poſſumus meliorem ſequimur lectionem) explere annos.ſ.uitæ, ducentos, & Damaſtes, ſeu, ut alii ſcribunt Damaſtes ſubſcribit.i. ſuffragatur : & aſſentitur eidem, affirmans hoc amplius, quendam Litorium ex his maximarum uirium, & ſtatur æ pcipuæ, cumulaſſe annum.ſ.ultra trecenteſimum.

THEOPHILVS.

EPiporũ. Plinius, & Hermolaus. Epeorum legũt. Litorium Hermolaus apud Plinium, pictoreum.ſunt qui ditorium malũt utrobiq;.

OLIVERIVS.

ALexander. Alexander compoſuit, librũ de longitudine maris illyrici, in quo præter cætera memoratu digna illud etiam refert, Dandon, quidam ad Quingentorum annorum ætatem ſine ſenectute perueniſſe, q a in ea ætate ſeneſcere non uidebatur, nullis animi, & corporis uirib⁹ debilitatus. ┌ De tractu illyrico Quantum extenditur illyricum mare. ┌ Nulla ex parte ſeneſcentem. Neq; animi neq; corporis uiribus deficientem, non ſapienda, non memoria carentem, quæ ſenectutis uitia eſſe ſolẽt ┌ Sed multo liberior. Cum plures fuerint Xenophontes, dubitari poſſet hoc loco, de quo potiſſimum dicat, ſed facile cõllicitur de Xenophonte Athenienſi philoſopho dici Socratis diſcipulo, qui primus omnium philoſophorum hiſtoriam ſcripſit, de quo ſupra ſatis dictum eſt. Et Cic. lib. de ſene. Cyrus inquit, apud Xenophontem in eo ſermone, quem moriens habuit, cum admodum ſenex eſſet, negauit ſe nunquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factam quam fuiſſet in adoleſcentia. hic igitur in hiſtoriis ſuis liberalior fuit in præſtanda hominibus uitæ lõgitudine, non enim dubitauit ſcribere latinorum regem, cuius nomen Valerius non ponit, octingentos uixiſſe annos, eiuſque patrem ſexcentos lib. περὶ γήρως, hoc eſt de ſenectute.

THEOPHILVS.

LAtinorum. Plinius hiſt. natu. vii. Xenophon imperiũ Pultinorum inſulæ octingentis, atq; ut parte mentitus filiũ eius ſexcentis ait uixiſſe. quidam Valerii codices habent etiam Laminorum.

coniicere licet. Mirabilem etiam uitam Ioannis de temporib⁹ memorat Gaguinus in compendio hiſto. gallicanæ.

¶ De Dandone quodam

ALexãder vero in eo volumine, quod de illyrico tractu compoſuit: affirmat Dandonem quendam ad quingenteſimum uſq; annum nulla ex parte ſeneſcentem proceſſiſſe. Sed multo liberalius Xenophon, cuius περὶ γήρως legitur. Is enim latinorum regem octingentis vitæ annis donauit: ac ne pater eius parum benigne acceptus uideretur: ei quoq; ſexcentos aſſignauit annos.

¶ De cupiditate gloriæ. Cap. XV.

GLoria vero vnde oriatur, aut cuius ſit habitus, aut qua ratione debeat comparari: & an melius à virtute velut nõ neceſſaria negligatur: uiderint ii, quorum in contemplãdis huiuſmodi rebus, cura teritur: quibusq; etiam quæ prudenter animaduerterunt: facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis authores, & authoribus facta ſua reddere contentus, quanta cupiditas eius eſſe ſoleat: propriis exemplis demonſtrare conabor.

OLIVERIVS.

GLoria uero. Scripturus de cupiditate gloriæ, ei⁹ diffinitionem & originẽ & habitũ, et modum pmittere ſe uelle dixit, qm id magis philoſophorum ſit quam ſcriptorum philoſophi enim de rebus diſputãtes, ab ea ſp diffinitiõe incipiunt, quis omnis, q̃ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio debet à diffinitiõe proficiſci, ut intelligatur qd ſit illud, de quo diſputatur. ſcriptores uero res geſtas dictis illuſtrare, ac celebrare ſuis, & factis auctores, & auctoribus facta reddere contẽti ſunt, itaq; gloriæ diffinitione prætermiſſa, tantum eorũ exempla ſubiungit, q eius cupidi fuiſſe uideantur. Gloria uero, ut à multis diffinitur, eſt freq̃ns fama cum laude, quam Cice. tribus rebus conſtare dicit. Si diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cũ admiratione q̃dã honore dignos putet. ┌ Vnde oriatur. An à magnitudine animi an ab ambitione. ┌ Cuius ſit habit⁹. Electiuus, an contemptiuus, nã ſi ab ambitione proficiſcitur uitium eſt, & tunc habitus eſt contemptiuus, ſi ab animi magnitudine, uirtus, & tunc eſt habitus electiuus. ┌ Aut qua ratione debeat cõparari. An rebus bellicis an domeſticis. nam ex rerum publicarum adminiſtratiõe, uel ex bellis gerendis uel ex ſtudiis literarum gloria comparatur. Socrates uero dicere ſolebat, uiam ad gloriã proximam eſſe, & quaſi compendiariam, ſi quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis eſſet. Socrates philoſophus. ┌ An melius à uirtute negligatur. Sicut nonnulli philoſophi præcepta de contemnenda gloria tradiderunt cum ipſi tamen appetiſſe gloriam maxime uiſi ſint, quia teſte Cice. trahimur oẽs ſtudio laudis. & optimus quiſq; maxime gloria ducitur. Et illi ipſi philoſophi, libellis illis, quos de contẽnẽda gloria ſcribunt, nomen ſuũ inſcribunt, in eo ipſo, in quo prædicationem, nobilitatemq; deſpiciunt, prædicari ſe, & nominari uolunt. ſed eſt fortis, & magnanimi uiri gloriam non appetere, & ſola ſuorum, recte factorum conſcientia contentos eſſe, nã ſæpe uiris maior gloria ſpreta redit. ┌ Quaſi nõ neceſſaria, quaſi ſatis ſit conſcientia recte factorum in contẽplandis eiuſmodi rebus. Philoſophi origines uitiorum, atq; uirtutum, & uniuſcuiuſq; habitum diligenter inquirunt. ┌ Animaduerterunt. Viderunt hi qui prudenti cogitatione ſunt aſſecuti, & illud diſerte uerbis tradere poſſunt, & ita ſuum meritum extenuat Valerius cum ſe neq; ſapientem, neq; profiteatur eloq̃ntem. ┌ Factis auctores. Quotiens res geſtæ memoriæ produntur tunc auctores factis, & auctoribus facta redduntur, q a & q̃ fuerint, & à q bus facta dicere ſolent. immo res geſtæ ſine earum auctoribus memorari ferme non poſſunt.

ASCENSIVS.

ALexander uero hiſtoriographus, & coſmographus affirmat in eo uolumine, quod compoſuit de tractu illyrico, quendam Dandona, ſeu Dandonem proceſſiſſe uſq; ad annũ quingenteſimum nulla ex parte ſeneſcentem.i.ſenio debilitatum, aut immutatum. Sed Xenophon.ſ. Athenieñ. Multo liberius ſup. mentitus eſt, aut ſcripſit, aut multo liberaliu.i.largius dedit uitæ humanæ. cuius ſ. Xenophontis opus ſup. aut liber, περὶ γήρως.i. de ſenectute, legitur. Is enim donauit (propter hoc uerbũ legã liberalius, aut liberalior ſupp. fuit) regẽ latinorum octingentis.i.octies centũ annis uitæ, ac ne pr eius.ſ.dicti regis, uideretur acceptus.ſ.à Xenophõte parũ benigne, aſſignauit quoq; ei ſexcentos annos, hoc aũt dixit author cũ riſu quodã fabuloſam uidelicet exiſtimans talem uitã. Neq; tũ illis ſubſcripſerim, q Matuſalem, aut alterius in Biblia noſtra commemorati, annos ad ſpatium trimeſtre reuocãt, nã non ẽ ueroſimile eundẽ authorẽ uidelicet Moſem, in uno eodemq; opere, uarias anni rõnes fuiſſe ſecutũ, at de ſolaribus annis qui.xii. ſunt menſium locutum eſſe cõſtat, cum dicat. Vixit aũt Heber triginta q̃tuor ãnis, & genuit Reu, uixitq; Phaleh poſtq̃ genuit Reu ducentis nouem annis, & genuit filios, & filias &c. ubi ſi de iiſdem annis loquitur, non eſt dubiũ de magnis loq. nã ſi de trimeſtribus loq̃tur, Phalech fuerit dũtaxat octo annorum & ſex mẽſiũ cũ genuerit, qd ex aliis quoq; uculis

Anni de q bus ſit mẽtio i ueteri teſtamẽto ſolares fuerũt.

ASCENSIVS.

GLoria uero, aut unde oria, aut cuius habitus ſit.i.utrũ uirtutis, an uitii, uel an electiuus, an contemptiuus, ſeu eligibilis, an contemptibilis aut qua rõne.i.uia, & modo debeat comparari.i.acquiri, & an melius negligatur, à uirtute.i.homine ſtudioſo uirtutis, quaſi non neceſſaria.ſ.ad aſſecutionẽ ueræ uirtutis. uiderint.i.permitto, ut uideant (eſt enim uerbum conceſſiui modi) ii id eſt quorum cura teritur.i.abſumitur in huiuſmodi rebus contemplandis.i.in ſpeculatione talium rerum, quibuſq;.i.& quibus contigit.i.datum eſt etiã eloqui facunde, q̃ animaduerterunt.i.conſyderauerunt ⁊ excogi

tauerunt (quæ res neceſſaria eſt ad traditionem debitam, unde contemnendi, qui hanc partem contemnunt.) Ego contentus in hoc opere reddere, ideſt aſſignare factis, ideſt rebus geſtis authores, ſcilicet, qui eas fecerunt, & auctoribus facta ſua, conabor demonſtrare exemplis propriis.i.apus, quanta cupiditas eius.ſ.gloriæ ſoleat eſſe.

OLIVERIVS.

Superior Africanus Q.ſ.ſita ſit hominibus gloriæ naturalis q̇dam appetitio, ex his exemplis facile cognoſci poteſt. cum Scip. Afri.ſuperior, qui Hannibalem ex Italiā relegauit, qui Carthaginem Ro. tributariam reddidit, ſciret tantā eſſe magnitudinem rerum ſuarum, ut dum Romanum ſtaret imperiū, earum memoria nulla uetuſtate poſſet aboleri, uoluit tñ inter Cor. gentis monumenta locari poetam Enniū, q̄ ſua geſta ſuiſſent, illius carminibus comprehenſa, quaſi literarum immortalitati commendata de quo Cic. in orone pro Archia poeta. Charus inquit fuit Africano ſuperiori noſter Ennius itaq; etiam in ſepul.hro Scip. putatur is eſſe cōſtitutus, & marmoratus laudibus. Plin. lib. vii. Prior, inquit, Afri. Q. Ennii ſtatuam ſepulchro imponi ſuo iuſſit, clarū q; illud nomen, immo uero ſpolium, ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cū poetæ titulo legi. ꝩ Monumentis. In ſepulchris, ut ſupra Cice. uel inter ſtatuas, & titulos. Nā monumenta dicūtur ſepulchra & hiſtoriæ annales interdum, hoc autem fecit Scipi quia gloriæ nimia cupiditate flagrabat ꝩ Sūmum columen. Suſtētaculum. Capitolium enim arx fuit Romanæ urbis, quæ totius orbis terrarum aliquando poſſedit imperium ꝩ Vir homerico. Dign' inquit, fuerat Scipio, qui potius Homeri quā Ennii aut alterius inepti poetæ carminibus decantaretur.

Scipio gloriæ cupidus

❡ De Superiore Africano.

Superior Africanus Ennii poetæ effigiem in monimentis Corneliæ gentis collocari voluit: quòd igenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret: non quidem ignarus quandiu Romanum imperium floreret: & Africa Italiæ pedibus eſſet ſubiecta: totius q; terrarum orbis ſummum culmen arx capitolina poſſideret: eorum extingui memoriam non poſſe: ſi tamen illis literarum quoque lumen acceſſiſſet, magni æſtimans, vir homerico, quàm rudi, atque impolito præconio dignior.

❡ De Decimo Bruto.

Similiter honoratus animus erga poetam Accium Decimi Bruti ſuis temporibus clari ducis extitit: cuius familiari cultu, & prompta laudatione delectatus, eius verſibus templorum aditus quæ ex manubiis conſecrauerat, adornauit.

❡ De Pompeio magno.

Ne Pompeius quidem magnus ab hoc affectu gloriæ auerſus: qui Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarum in concione militum ciuitate donauit: beneficium per ſe amplum accurata etiam, & teſtata oratione proſecutus. Quo effectum eſt: vt nequis dubitaret: quin referret potius gratiam quàm inchoaret.

❡ De L. Sylla.

Lucius autem Sylla, & ſi ad neminem ſcriptorem animum direxit, tamen Iugurtha à Boccho rege, ad Marium perducto, totam ſibi laudem cupide aſſeruit: vt annulo, quo ſignatorio vtebatur, ſcalptam illam traditionem haberet: & quantus poſtea: ne minimum quidem gloriæ veſtigium contempſit.

ASCENSIVS.

Superior Africanus. Scipio maior Carthaginis domitor uoluit effigiem, ideſt imaginem ad uiuum expreſſam, Ennii poetæ collocari in monumētis, ideſt rebus memoratiuis, & ſepulchris ad memoriam ſeruandam extructis, gentis Cor. hoc eſt ſuæ, q; ideſt quia, iudicaret opera ſua illuſtrata ingenio eius, ſcilicet Ennii poetæ non quidem ignarus, ideſt qui Afri. non ignorauit quandiu imperium Romanum floreret, & Africa eſſet ſubiecta pedibus Italiæ, & arx capitolina poſſideret ſummum culmen, ideſt principatum totius orbis terrarum memoriam eorum, ſcilicet monumentorum Cor. gentis non poſſe extingui, ideſt deleri penitus, tamen æſtimans magni, ſi lumen quoq; literarum acceſſiſſet ideſt additum eſſet illis, ſcilicet monumentis gentis ſuæ, ens ſupple aut exiſtens uir dignior præconio homerico, ideſt qui ab Homero excellētiſſimo poeta laudaretur, ut Achilles olim, q̄ præconio rudi, & impolito, quale erat Ennii, qui ſententias bonas incultis uerbis inuoluiſſe dicitur, unde & Maro dixiſſe fertur, ſe aurum, aut lapillos ex ſtercore Enniano colligere, dum ſententias inde erueret.

OLIVERIVS.

Brutus gloriæ cupidus

Similiter. Pa[u]l gloriæ Decius Brutus fuiſſe uidetur q; Accium poetam ſimili honore uoluit decorare. Nam illius uerſus quibus ſua facta continebantur, in ueſtibulis templorum, q̄ ex hoſtili præda facienda curauerat, iuſſit impingi, ut illud opus Decii cura conditum fuiſſe cognoſceretur, Cic. in eadē orone Decius, inquit, Bru. ſummus uir, & imperator, Accii amiciſſimi ſui carminibus, tēplorum, ac monumētorum aditus exornauit ſuorū. Illud etiam ad huius hominis gloriæ cupiditatē ſpectare uidetur, q; gladiatorū munus in honorē patris ſui defuncti primus edidit Romæ, ut diximus in capite de inſtitutis. ꝩ Similiter Honoratus. quia non alio Decius Brutus Acciū q̄ Ennium Sci. fuerat honore proſecutus. ꝩ Prompta laudatione. quia Brutū carminibus cōmendauerat, qua commendatione, quia prompta eſſe uidebatur, maxime delectatus eſt Brutus. ꝩ Ex ſuis manubiis. Manubiæ dicūtur hoſtium ſpolia, ſed proprie ſunt pecuniæ ex uenditione prædæ recuperatæ.

ASCENSIVS.

Similiter, &c. Animus Decii Bruti ducis clari ſuis tpibus, extitit honorat'.i. honore affectus (q ahonor eſt honorāte) ſimiliter erga Acciū poetam, cuius.ſ. Accii cultu familiari, q a frequens tanq̄ cliens domi eius fuerat, & laudatione prompta i. prōpto aīo exhibita delectatus, adornauit aditus.i. ueſtibula templorum, quæ.ſ. tēpla ipſe Brutus conſecrauerat.i. diis cōſtructa dicauerat, ex manubiis.i. parte prædæ duci competente uerſibus.i. carminibus, eius.ſ. Accii poetæ.

OLIVERIVS.

Mitylenæus Pōpeio carus

Ne Pōpeius quidem magnus ab hoc affectu gloriæ. Neq; Pōpeius diſſimulauit ſe gloriæ cupiditate affectū eſſe, q Theophanē Mitylenæū, q ſuas res geſtas memoriæ prodidiſſet, non ſolum Romana ciuitate donaret, ſed illum accurata quoque oratione, in concione laudarit, quod & Ci. in eadem, quam diximus oratione teſtatur. dicit enim, quod noſter hic magnus, qui cū uirtute fortunam adæquauit, non ne tunc Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerū ſuarū in concione militū ciuitate donauit & non ſolum illi fortes uiri, ſed ruſtici, ac milites dulcedine quadam gloriæ commoti, quaſi participes eiuſdem laudis magno illum clamore approbarunt? ꝩ Ab hoc affectu gloriæ auerſus. qui Theophanem Mitylenæum, ab hac cupiditate. eſt enim cupiditas affectus & paſſio quædam aī noſtri. ꝩ Referret potius gratia quaſi illi plurimum deberet, q; res ſuas literarum monumentis tradidiſſet.

ASCENSIVS.

Ne quidem.i. non ēt, aut non ſaltē Pomp. magnus fuit auerſus.i. alienus, aut abhorrens ab hoc affectu gloriæ, q donarit ciuitate.i. ciuē Roma. fecerit in cōcione militū.i. orōne, quā habuit ad milites, Theophanē Mitylenæū ſcriptorem rerum ſuarum.i. à ſe hoc eſt Pomp. geſtarū, & proſecutus eſt orōne accurata ēt & atteſtata.i. publice fatente hoc nomine ipſum ciuitate donatum, beneficium.ſ. donationis ciuitatis, amplum.i. magnificū p ſe.i. ſine adiectiōe elogii, aut teſtationis alicuius. Quo.i. per quam atteſtationem effectū eſt, ut nequis, ideſt nullus dubitaret, quin ſcilicet Pompeius referret potius gratiam, ſcilicet debitam, quam inchoaret, ideſt inciperet nouam.

OLIVERIVS.

Sylla gloriæ cupidus

Lucius autem Syl. Et ſi nullum ſuis rebus geſtis ſcriptorem adhibuit Sylla, quo maxime ſit delectatus, animi ſui

fuit tamen affectum, gloriæq; cupiditatem eo facile modo indicauit, q annulo ſuo, quo tabellas obſignare conſueuerat, Iugurtham captum inſculpſerat, ꝗꝗ non ſuis, ſed Marii conſiliis & auſpiciis captus fuiſſet, ſuo tñ cõſilio, atq; prudentia. nota eſt hiſtoria apud Salluſt. de bello Iugurthino, diffiſus enim uiribus ſuis Iugurtha ad Bocchi getulorum regis generi ſui fidem, opeſque confugit, à quo uiolata fide per proditionem Ro. auctore Sylla traditus fuit. ❡ Annulo ſ. Quo ad ſigillandas tabellas utebatur, nam in eo Iugurthæ traditionem habebat inſculptam. ❡ Quantus po. Eius deinde, quæ ſecuta eſt magnitudo, facile declarat auiditatem gloriæ, nam niſi gloria fuiſſet ſ ccenſus, res tantas gerendas ſi ſuſcepiſſet, ut rerum omnium ipſe ſolus potiretur. ❡ Aſſeruit. Vendicauit, attribuit, aſcripſit.

ASCENSIVS.

LVcius añt Syll. et ſi. i. ꝗꝗ ad neminem. i. ad ullum non direxit animum ſed ullum ſcriptorem, tñ Iugurtha rege Numidiæ ꝑducto à Boccho rege Mauritaniæ, ad Mariũ .ſ. imperatorem, cuius legatũ Sylla agebat, aſſeruit, addixit, & attribuit cupide ſibi totã laudẽ, ita ſup ut haberet illam traditionem .ſ. Iugurthæ à Boccho, ſculptã ſup. in ãnulo, quo utebatur ſignatorio. i. ut dicunt pro ſignato. Et quãtus ſup. fuit poſtea q. d. maximus euaſit, & tñ ne minimum quidem ueſtigiũ gloriæ contẽpſit, hoc eſt q ab incremento primo amplitudinis ſuæ ſi gloriã captauit, nũquam deinceps etiam uir maximus effectus, eandem contempſit.

paruis, & abiectis quæſiſſe uideantur.

ASCENSIVS.

ATq; ut ſubnectã imperatoribus ſpiritum. i. aſum militis glorioſum. i. gloriæ affectatorem, Ti. Labienus admonuit Sci. ſ. Numãtinũ diuidentẽ dona militaria iis, q ediderant ſtrenuam operam. ſ. in re bellica aduerſus hoſtes, ut tribueret equiti. ſ. cuidam ſocii, ſed humili licet ſtrenuo; armillas. i. ornamenta brachiorũ aureas, & eo. ſ. Scip. impe. negãte, ſe facturũ id, ne honos caſtrenſis uiolaretur. i. corrumperetur, & ita minoris poſtea haberetur in eo. i. ſi conferatur in eum, q ſeruiſſet. i. ſeruus fuiſſet, pauloañ, ipſe ſ. Labie largitus ẽ equiti aurũ, unã. ſ. armillæ fierẽt ex ꝑda gallica. i. ex ea portione quam obtinuerat Labienus ut legatus ex præda gallis direpta Nec Scipio tulit id tacite. i. diſſimulanter, Nã, inquit, equiti tu hẽbis donũ uiri diuitis uidelicet armillas aureas, q̃s ut priuatus dederat Labienus. quod ſ. dõm ubi ille. ſ. eques accepit. i. intellexit (aut qđ aurũ ubi ille accepit, ſed prior expoſitio melior eſt) demiſit uultũ. ſ. in ſignum indignationis, auro proiecto añ pedes Labieni. Idem. ſ. eques, ut. i. poſtꝗ audiuit Scipionẽ dicentẽ imperator donat te armilliis argenteis, abiit alacer gaudio. i. ꝑ gaudio. Ergo nulla humilitas .i. abiectio cõditionis, & ſtat⁹ ẽ tãta, q̃ nõ tãgatur dulcedĩe gloriæ Vero. i. ſed illa. ſ. gloria petita eſt iterdum. &. i. ẽt à uiris claris ex rebus humilibus, ut ſeq̃ntia declarant, unde eſt quaſi q̃dam paraſceue ad membrum nouum huius tituli.

❡ De Scipione, & quodam equite.

ATq; vt imperatoribus glorioſum militis ſpiritum ſubnectam: Scipionem, dona militaria iis, qui ſtrenuam operam ediderant, diuidentem: T. Labienus, vt forti equiti aureas armillas tribueret, admonuit: eoq; ſe negante id facturum, ne caſtrenſis honos in eo, qui paulo ante ſeruiſſet, violaretur: ipſe ex præda gallica aurum equiti largitus eſt: nec tacite id Scipio tulit. Nam equiti habebis, inquit, donũ viri diuitis: quod ubi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro, uultum demiſit. Idem vt audiuit Scipionem dicentem: Imperator te argẽteis armillis donat: alacer gaudio abiit. Nulla eſt ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. illa vero & a claris viris interdum ex humilimis rebus petita eſt.

❡ De Qu. Fabio

NAm quid ſibi voluit Ca. Fab. nobiliſſimus ciuis? qui, cum in æde Salutis, quã Ca. Iunius Bubulcus dedicauerat parietes pinxiſſet nomen his ſuum inſcripſit. Id enim demum ornamenti familiæ conſulatibus, & ſacerdotiis, & triumphis celeberrimæ deerat. cæterum ſordido ſtudio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem ſuum, ſilentio obliterari noluit, videlicet Phidiæ ſecutus exemplum: qui clypeo Mineruæ effigiem ſuam incluſit: qua conuulſa tota operis colligatio ſolueretur.

ASCENSIVS.

ATq; ut imp. Vis gloriæ tanta eſt, ut humilia etiam penetrare pectora poſſit. nemo ferme eſt tam humilis, q non huius dulcedine c ſpiatur. In Scip. exercitu miles bello Numantino opera ſua reipu. fideliter, ſtrenueq; nauats, maluit ab iperatore argenteis armiliis, ꝗ aureis à legato donari q hæ utiles, illæ uero glorioſæ ſibi forent non auaritia potuit peruertere gloriam, ut eũ Labienus. legatus, qui ſtrenua huius militis opera fuerat uſus, imperatori dixiſſet, aureis armillis militem ut donaret, idq; Sci. negaſſet, & Labienus ẽ ſuis ꝗ ſibi ex Gallica præda contigerant, duas illi dediſſet, ubi primũ audiuit imperatorẽ dicentem hẽs diuitis hoĩs donũ, ſtatim illas ante legati pedes proiecerit, triſtiſq; diſceſſerit, acceptis deinde argenteis ab imperatore, cũ ſumma lætitia inde abiit, q̃ſi non armillas, ſed gloriã ſui laboris ꝑmiũ recepiſſet. ❡ Donami. Quibus imperatores parta uictoria milites ſuos ꝓ cuiuſq; meritis & uirtute, donabant. ad excitandã enim in animis hominum uirtutem, ſapientiſſimi imperatores Ro. apud quos armorum, & imperii gloria fuit, uariis donis ſuos milites, qui ꝓ repu. fortiter pugnaſſẽt, donare conſueuerant, armillis, haſtis equis, coronis militaribus, aliiſq; muneribus, quibus cæteri ad laudis ſtudium, & gloriæ cupiditatẽ incendebantur. ❡ Armillas aureas. Ornamenta ſiniſtrarũ, qbus Sabini, Galliq; ꝑcipue utebãtur. ❡ Caſtrenſis ho. Qui detur militibus honos bene de rep. meritis, eſt ãt præmiũ uirtutis honos, quo alũtur artes nõ ſolũ militares, ſed etiam urbanas. ❡ Non tacite tulit. Tacere ñ potuit Sci. ubi uidit à Labieno datas armillas eſſe militi ❡ Vultum demi. Quod pudoris ſiue triſtitiæ ſignum fuit. ❡ Nulla tam. Sententia generalis, & huic loco accommodata, nemo eſt tam abiectæ conditionis, quem gloriæ dulcedo non demulceat. ❡ Illa uero. Non mirũ eſt, ſi humilis fortunæ uiri gloriæ cupiditate tanguntur, cum eam clariſſimi uiri in rebus etiam

Gloria apđ militẽ pluriſꝗ aurum

OLIVERIVS.

NAm. Fabius pictor rebus geſtis, & genere clarus, uir Patricius, cũ in æde Salutis quã Iunius Bubulcus ex uoto dedicaſſet parietes ſuis manibus egregia pictura exornaſſet nomen ſuũ uoluit inſcribere, ut ꝗuis clara eſſet Fabiorum domus multis illuſtribus uiris, qui conſules, augures ꝑtores imperatoreſq; fuiſſent, hoc tñ ad gloriæ conſumationem accedere uoluit, ut ſui ingenii obliterari memoria nõ poſſet. ❡ Nomen ſuum. ut C. Fab. hoc opus depinxit. ❡ Sacerdotis. Nã ex Fabiis qđẽ fuere põtifices, augures, flamines. ❡ Sordido ſtudio. Iõ ſuum nomen inſcripſit picturæ, ne illius artis, quantulacunq; foret gloria, ex hoium memoria laberetur. ſordido aũt dixit, q a ſtudiũ omne quod quæſtus gratia ſuſcipitur ut pictura ſordidũ dr, & illiberale. ❡ Videlicet ſecutus ita domeſticis externa ſubiungit, ut tranſitũ nullũ facere uideatur. ideo inquit, Fab nomen ſuũ picturæ uoluit inſcribere, ut phidiæ ſequeretur exemplum, qui cum nomẽ ſuum in mineruæ ſimulachro quod finxerat Athenis, inſcribere non liceret, imaginẽ ſuam finxit Clypeo, quæ aliter educi non poterat, niſi totum opus ſolueretur. Cic. Tuſ. quæſt. li. I Quid enim? Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, cũ inſcribere non liceret. de hoc Phidia diximus in cap. de fiducis lib. iii. ꝗꝗ multo plura dici poſſent, quæ apud Plin. aliosq; auctores leguntur ea tamen à nobis reſeruntur, quæ propoſito noſtro conueniunt. ❡ Tota colligatio ſolueretur. Tota operis compoſitio deſtrueretur.

Iunius bubulc⁹

Picturæ ſtudium ſordidũ dicitur.

ASCENSIVS.

NAm qđ, Q. Fab. ſ. pictor ciuis nobiliſſimus. uoluit ſibi, q cũ pinxiſſet parietes in æde ſalutis, quã. ſ. ædẽ. C. Iunius. Bubulcus dedicauerat, inſcripſit hiis nomẽ ſuũ. enim. i. q a, id demũ. i. ſolũ, deerat familiæ celeberrimæ. i. clariſſimæ cõſulatib⁹, & ſacerdotiis, & triũphis. Cæterũ. i ſed igeniũ

ſup.eius deditum ſtudio ſordido.i.humili,& uili, reſpectu bellicæ gloriæ, aut reip. adminiſtrationi, utpote arti pingendi, noluit illum laborem ſuum qualēcunq; obliterari.i. deleri ſilentio.i.propter ſilentium. Videlicet, continuo narrat rem,& cōtinuato filo connectit externa domeſticis dicens. Videlicet.i, uidere licet, cur.ſ. Fabius id fecerit, quia ſecutus exemplū Phydiæ optimi ſtatuarii apud Athenas, qui incluſit clypeo Mineruæ à ſe ſculptæ, effigiem ſuam .i.propriam, hoc eſt ipſius Phidiæ, qua.ſ.effigie ſua conuulſa, tota colligatio operis ſolueret, & ita inuidis præripuit facultatem imaginis ſuæ tollendæ è clypeo.

¶ Externa. De Themiſtocle.

SEd melius aliquanto, ſi imitatione aliena capiebatur: Themiſtoclis ardorem eſſet æmulatus: quem ferunt ſtimulis uirtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus quid ita eo tempore in publico uerſaretur: reſpondiſſe, quia me trophæa Miltiadis, de ſomno excitant. Marathon nimirum animum eius, & Arthemiſium, & Salamis naualis gloriæ fertilia nomina illuſtranda, tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cum interrogaretur cuius vox auditu illi futura eſſet gratiſſima: dixit eius, à quo artes meæ optime canerentur, dulcedine gloriæ pene adiecit gloriam.

¶ De Alexandro rege.

NAm Alexādri pectus inſatiabile laudis, q Anaxarcho comiti ſuo ex authoritate Democriti præceptoris, innumerabiles mundos eſſe referenti, heu me, iquit, miſerum: quod nec uno quidem adhuc ſum potitus. anguſta homini poſſeſſio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio ſufficit.

OLIVERIVS.

SEd melius aliquanto. Aemulus. Themiſtocles alienæ gloriæ, ſtimulis qbuſdam uelut furoribus agitabat, eius aliqua ratione conſequendæ, ut ea niſi parta, dies atq; noctes conquieſcere non poſſet. cum igitur noctein publicum ſæpius prodiret, cogitabūduſq; uerſaretur in foro, deambulans interrogatus, quid ita faceret, qa me, inqt, Miltiadis trophæa de ſomno excitant. Ci. Tuſ. qſt. li.iiii. ſiue qōne.iiii. Noctu, inquit, ambulabat ī publico, Themiſtocles q ſomnum capere ſi poſſet. quærentibuſq; reſpondebat, milciadis trophæis ſe à ſomno ſuſcitari. cogitabat enim quomodo Milciadis gloriam poſſet adæquare, uel etiam ſuperare, qui ut diximus ſupra in capi. de ingratis & de pietate, Artaphernem & Dathim Darii perſarum regis præfectos, qui cum centum millibus peditū, & .x. millibus equitum in græciam uenerant aduerſus Athenienſes ipſe cum .x. millibus armatis conſilio & uirtute ſua ſuperauit in campis Marathoniis qua uictoria excitatus ad uirtutē Themiſtocles, paulopoſt arthemiſium & Salaminam, glorioſiſſima uictoria nobilitauit, ut ſupra diximus in ca. de ingra. nā cū cæteri exiſtimaret à barbaris in Marathōe re male geſta bellū, ſe in poſterum ſuſtuliſſe, Themiſtocles eam rem maiorem certaminum initium ducebat eſſe, ad eaque obeunda progræcia uniuerſa, ſe tanq̄ in paleſtram unxit, aſſidueq; ciuitatem exercuit, q̄ longiſſime futura proſpiciens. ¶ Aemulatus. Imitatus.

Aemulatio duplex est autem æmulatio duplex teſte Ci. Tuſ. quæſt. iiii. Dicit enim æmulatio aūt dupliciter illa quidem dr̄, ut eſt in laude, & in uitio nomē hoc ſit. nam & imitatio uirtutis æmulatio dr̄, ſed ea nihil hoc loco utimur, eſt enim laudis, & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatus, ipſe careat ¶ Stimulis. irritamentis. ¶ Marathon. Marathonia pugna, quæ magna fuit Miltiadis gloria. Arthemiſium & Salamina. Duo græciæ loca à Themiſtocle nobilitata, illa glorioſa, & prope incredibili pugna nauali, qua Xerſem qui totam ferme Aſiam in græcia deportauerat eo conſilio ſuperauit, & in patriam turpiter refugere coegit, ut non ſe uictum, ſed à Themiſtocle conſeruatum fuiſſe exiſtimaret. De Salamina, diximus alio loco. Arthemiſius uero, ut quidam dicunt, mons eſt Archadiæ ab herba illic abundante, quæ ſic denominatur, dictus. ¶ Tacitis fa. Secretis ſtimulis, & ardoribus, incitabatur enim æmulatione Milciadis ad ea loca aliquo modo illuſtranda, quæ demū copioſa facta ſunt naualis pugnæ. ¶ Idem theatrum. Non diſſimulauit hoc loco Themiſtocles, ſe nimium gloriæ cupidū eē, cum interrogantibus, q̄ illi uox gratiſſima foret. reſpōdit eius, à quo ſuæ laudes exponerentur. Cic. in oratione pro Archia poeta. Themiſtoclem illum ſummum Athenis uirom dixiſſe aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama aut cuius uocem libēuiſſime audiret, eius, à quo ſua uirtus optime pdicaretur, reſpondit.

ASCENSIVS.

SEd ſup. Fab. pictor capiebatur imitatione aliena.i. ſi uolebat aliquem imitari, cuius authoritate fulciretur, æmulat' eſſet melius aliquanto ardorem.i. uehementem affectionē gloriæ Themi. ducis Atheniē. quem.ſ. Themiſtoclem, ferūt.ſ. hiſtoriographi, agitatum ſtimulis uirtutum, & ob id exigentē .i. tranſigentem, noctes inquietas reſpondiſſe quærentibus qd ita.i. cur ſic eo tpe uerſaretur in pub.ſ. loco, aut itinere, qa trophæa Milciadis.i. quæ clariſſimus Milciades de hoſtibus tulerat, excitant me de ſomno. Nimirum.i. haud dubie, Marathon campus uictoria Milciadis, & Arthemiſium, & Salamis.i. loca in græcia iuxta Arthemiſiū, & Salamina, noīa fertilia gloriæ naualis.i. ex nauali pugna paciendæ, illuſtranda.ſ. tempore futuro, incitabant animum eius.ſ. Temiſtoclis facibus tacitis.i. occultis & iam iū animo cōceptis, nec dum editis. Quæras enim quomodo Marathō eum incitabat, ubi nihil actum erat, & quomodo cætera duo loca ubi adhuc nihil egerat? Sed de Marathone dicam, q p æmulationem incitabat, & de cæteris, q p ſpē præconceptæ uictoriæ. eſt tamen ſatis obſcure dcm̄ Idē.ſ. Themiſtocles petēs theatrum.i. ſpectaculū ludorū ſcænicorū cum interrogaretur, cuius uox eſſet futura illi gratiſſima auditu.i. ad audiendū, dixit ſup. uox eius, à quo artes meæ, hoc eſt peritiæ in re militari, & rep. gubernanda canerentur optie .q.d. q me maxime laudauerit, & ita pene.i. quaſi adiecit dulcedini gloriæ gloriam, hoc eſt quaſi ex affectatione tantæ gloriæ gloriam aſſecutus eſt. quia glorioſum uiſum eſt, eſſe tam glorioſum, ideſt affectatorem gloriæ aut ſic. Quia tantus uir, palam profeſſus eſt, ſe gloriæ cupidum, ipſe adiecit pene dulcedini gloriæ gloriam, hoc eſt, ſua authoritate effecit, ut affici dulcedine gloriæ glorioſum duceretur. Alii legunt dulcedinem gloriæ pene adiecit glorioſam. ut ſit adiecit.i. addendo illud effecit pene dulcedinem gloriæ glorioſam.

OLIVERIVS.

NAm Alexandri. Dici non poteſt quanta gloriæ cupiditate flagraret Alexander. qui patris Philippi geſta ſe pñte, ut laudarentur, æquo animo pati non poterat, quia nihil audire cupiebat præter id, quod ſuas laudes contineret. & dicente Anaxarcho comite ſuo, id quod acceperat à pceptore Democrito, plures eſſe mundos, uehementer ingemuit dicens, heu me miſerum, qui ne uno quidem adhuc ſum potitus. de quo Iuue. in ſaty. Omnibus in terris, Vnus pelleo iuueni non ſufficit orbis, ideſt Alex. a pella colonia Macedoniæ dicto. ubi recenſebantur equi à Philippo patre. ¶ Anaxarcho. De Anaxarcho dictum eſt in ca. de patientia. ¶ Mundos innu. Democriti ſententia iam exemplaui, ut inquit, ille quicquid in eſſe deductum eſt locum habeat neceſſe eſt, quia ſine loco eſſe non poteſt. quod ſi locum habent, innumerabiles mundi. aut eum locum oſtendat, aut illi non credam. ¶ Anguſta ho. Vere inq̄ inſatiabile fuit pectus Alexan. non enim illi ſufficiebat, qd omnibus diis ſufficere poteſt.

ASCENSIVS.

NAm pectus Alexandri, ſcilicet magni ſupple fuit inſatiabile, ideſt inexplebile laudis. Qui, inquit Anaxarcho comiti ſuo referenti, ideſt dicenti ex authoritate Democriti præceptoris, ſcilicet ſui, mundos eſſe innumerabiles, Heu me miſerum, quòd ne quidem, ideſt non ſaltem uno, ſcilicet mundo ſum potitus adhuc. Poſſeſſio gloriæ, ſcilicet diffuſæ per hunc modum fuit anguſta homini, ſcilicet Alexandro (de quo Iuue. Vnus pelleo iuueni non ſufficit orbis) quæ ſcilicet poſſeſſio ſufficit domicilio omnium deorum uerum dii (ſi modo dii eſſent) non capiuntur loco, aut ueꝛ deū, ſi mille eſſent mundi capere nequirent, uerum author iſte de diuis ſuis imperatoribus loquitur, quorum gloria in terris terminabatur.

Oliuerius.

De Ariſtotele Philoſopho.

Regis, & iuuenis, flagrantiſſimæ cupiditati ſimilē Ariſtotelis in capeſſenda laude ſitim ſubnectam. Is nanque Theodecti diſcipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donauerat. moleſteque poſtea ferens titulū eorum ſic alii ceſſiſſe: proprio uolumine quibuſdam rebus inſiſtens, planius ſibi de his in Theodectis libris dictum eſſe adiecit. Niſi me tantæ & tam late patentis ſcientiæ uerecundia teneret: dicerem dignum philoſophū, cuius ſtabiliendi mores, altioris animi philoſopho traderentur. Cæterum gloria ne ab iis quidem, qui contemptum eius introducere conantur, negligitur, quoniam quidem ipſis uoluminibus nomina ſua diligenter adiciunt, ut quod profeſſione eleuāt, uſurpatione memoriæ conſequātur. Sed qualiſcunque horum diſſimulatio, propoſito illorum longe tolerabilior eſt: qui dum æternā memoriā aſſequerentur, et ſceleribus innoteſcere non dubitarunt.

De Pauſania.

Quorum ē numero neſcio an in primis Pauſanias debeat referri: nam cum Hermoclem percunctatus eſſet, quonam modo ſubito clarus poſſet euadere: atque is reſpondiſſet, ſi illuſtrem uirum aliquem occidiſſet: futurum ut gloria eius ad ipſum redundaret: continuo Philippum interemit. & quidem quod petierat aſſecutus eſt. tam enim ſe paricidio, quàm Philippus uirtute notū poſteris reddidit.

OLIVERIVS.

Regis & iuuenis. Probat exēplo Ariſto. quod ab initio huius tractatus diximus, & ipſe paulo infra dicturus, neminē eſſe, qui nō laudis & gloriæ cupiditate tangatur. nā Ariſtot. qui princeps philoſophorū creditur, & eorū qui de cōtemnenda gloria p̄cepta tradiderūt, ipſam gloriā uehementer appetiſſe uidetur. Cū enim artis oratoriæ libros ediſſet, eoſque Theodecti diſcipulo ſibi gratiſſimo dono dediſſet, paulopoſt pœnituit eius laboris titulū in alterius laudē, & gloriā eſſe cōuerſum. Itaque ut illū ſibi alia rōne uendicaret, in alio opere, ubi de arte oratoria ſibi dicēdū erat, nolle ſe dicebat diutius illis rebus imorari, eo q̄ in libris Theodectis de his plane ſatis diſputaſſet nō potuiſſet apertius animi ſui affectū indicare. ¶ Et reg. & iuue. tolerabilior in Alexā. tāta gloriæ ſitis, q̄ in Ariſt. fuiſſe uidet. Alex. eni & rex, & iuuenis erat, quorū utrūque uix ſine cupiditate eē pōt. ¶ Niſi me tantæ, & tā late. Niſi me, inquit, tāti philoſophi authoritas deterreret, dicerē cōſtantiorē philoſophū Ariſt. fuiſſe tradendū, a quo eius mores incōſtantes corrigerētur, cōfirmarēturque. & eſt occupatio, color rhetoricus, cū id maxime dicimus, q̄d nos p̄terire, aut neſcire, aut diſcere nolle p̄fitemur. ¶ Cæterū gloria. Hoc idē Ci. in orōne p Archia poeta, ut ſupra diximus, & ipſi illi p̄hi, & illis libellis, quos de cōtēnenda gloria ſcribūt, ſuū nomē inſcribūt, in eo ipſo in quo p̄dicationem, nobilitatēque deſpiciūt, p̄dicari de ſe, ac nominariq; uolunt. ruſus in Tuſculanis, q̄ōni. quid nři p̄hi, nōne in libris, quos ſcribūt de cōtēnenda gloria noīa ſua inſcribūt? ergo p̄hi gloriā uerbis cōtēnunt, re aūt cōcupiſcunt ¶ Negligitur. Verbis gloriā deprimūt, & inſectātur, eius tñ ſtudioſi ſunt. ¶ Vſurpatione me. cō. ideo ſua noīa libris inſcribūt, quia poſterorū memoriæ ſe datū iri uolūt, & hæc uſurpatio memoriæ ſibi laudem pariat. ¶ Sed qualiſcunque. Ac ſi diceret, ēt ſi uituperanda ſit, tolerabilior tñ eſt, q̄ eorum, qui peſſimo facinore illam ſibi uſurpare uoluerūt, qualis Pauſanias adoleſcens, qui Philippum Macedoniæ regem occidit, qualis ille qui Epheſiæ Dianæ templum incendit, cuius nomen non ponitur. hi enim etiam ſceleribus innoteſcere uoluerunt.

ASCENSIVS.

Regis, &c Ego ſubnectā cupiditati. ſ. gloriæ flagrātiſſimæ. i. ardentiſſimæ regis & iuuenis. ſ. Alexādri (utrūque aūt ad cupiditatem facit, & q̄ rex erat, cui oīa uidentur licere, & q̄ iuuenis, cui uideri ſolet, q̄ oīa poſſit) ſiti. i. affectionem, & deſideriū Ariſt. ſimilē in capeſſenda. i. adeunda aut excipiēda laude. Nāque is. ſ. Ariſt. donauerat Theodecti diſcipulo libros artis oratoriæ, quos. ſ. libros Theodectes ederet. ſ. ſuo nomine tanq̄ à ſe cōpoſitos, & ferēs poſtea moleſte ſup. ſe ceſſiſſe. i. cōceſſiſſe ſic. i. tā faciliter, alii quicūque is fuiſſet, cū iā Theodectē eſſe ſciret, ſed nō doluit ſingulariter, q̄ Theodecti, ſed cōiter, q̄ alii ceſſerat titulū. i. inſcriptionē eorū, inſiſtens quibuſdā rebus. i. tractās quaſdā res ſup. in uolumine p̄prio. i. ſuo nōie edito, adiecit dictū eſſe ſibi. i. à ſe planius in libris Theodectis. i. quos theodectes ediderat, licet ab Ariſto. eſſent cōpoſiti. Niſi (inquit, author) uerecūdiæ tātæ & tā late patentis ſcientiæ. ſ. Ariſtotelicæ teneret. i. retraheret me, dicerem ſup. Ariſt. p̄hum dignū ſup. eſſe, cuius mores traderētur ſtabiliendi. i. confirmādi, & ſtabiliores faciendi p̄ho animi altioris. i. altiora q̄rentis, & nō tam inconſtanter, & impudenter (ut omittamus q̄ iniq̄ donationem reuocauerit, nā ſi à ſe compoſitū opus ſciri uoluit, cur miſerū diſcipulū eius uſurpatione, infamem reddere ſuſtinuit?) Cæterū. i. Sed gloria, ne quidem. i. nō ſaltē negligitur, ab iis, qui conātur introducere cōtemptū eius, hoc eſt, qui de contemnenda gloria libros ſcripſerūt, noīa ſua, ut gloriā aſſequantur, in frōte librorū poſuerūt. (Quinctiā, ut dicit Tacitus, ſapientibus cupido gloriæ nouiſſima exuitur) qm̄ q̄dem adiiciūt diligenter ipſis uoluminibus. ſ. quæ de cōtemnenda gloria ſcripſerūt, noīa ſua, ut q̄d eleuant. i. deprimūt, & cōtemnendū docēt p̄feſſione. i. doctrina ſua, aſſequātur. i. obtineāt. ſup. id, uidelicet gloriā uſurpatione. i. uendicatione, aut celebratiōe memoriæ. i. ſui Sed qualiſcūque, ſup. eſt, diſſimulatio horū. ſ. qui dicūt ſe gloriā cōtēnere. cū cōtēnendo eā q̄rāt, ip̄a eſt tollerabilior lōge p̄poſito illorū, qui dū. i. dūmodo aſſeq̄rentur memoriā æternā, nō dubitarūt innoteſcere. i. notiores fieri ſceleribus. i. p ſcelera ſua. Et ita cū uaria ſint gn̄a q̄rantiū gloriā, quaſi p̄ſatione q̄ſdā trāſit ad nouū genus. nā alii quærūt gloriam arte, & uirtute, alii contemptu, alii etiam maleficio inſigni, unde ſunt ſequentia exempla.

OLIVERIVS.

Pauſanias Philippū interemit

Quorū ē nūero Pauſanias. Va. à Iuſti. & Plutar. diſſentit. nō. n. gloriæ, ſed ultionis cupiditate ad Philippi cædē Pauſaniā impulſū eſſe dicūt. adhortāte, ut uult Plu. Ale. & Olympiade multo magis incitāte, qm̄ periniquo aīo ferret ſe ſpretā à Phi. & aliā ſibi ſupinduci Attali regis filiā Cleopatrā. Cū igi᷑ dies nuptiarū eſſet, ut tradit Iuſti. p magnitudīe duorū regū, & collocātis filiā, & uxorē ducentis apparatibus inſignis, nec ludorū magnificētiæ deeſſent. & ad eorū ſpectaculū Phil. ſine cuſtodibus, medius iter duos Alex. filiū generūque cōſtaret, Pau. nobilis adoleſcēs nemini ſuſpect⁹, occupatū anguſtus Phil. i trāſitu obtrūcat, diēque lætitiæ deſtinatū, i fœdū luctu funeris facit. Hic Pau. primis pubertatis ānis ſtuprū p iniuriā paſſus ab Attalo fuerat, cui⁹ idignitati hæc ēt fœditas acceſſerat, q̄ p̄ductū in cōuiuio, ſolutūque mero Attal⁹, nō ſuæ uerūetiā cōuiuarū libidini uelut ſcortū uile ſubiecerat, ludibriūque oīum iter coæq̄les reddiderat. hāc rē ægre ferens Pau. q̄relā Phili. ſæpe detulerat, cūque uariis fruſtratiōib⁹ nō ſine riſu differretur, & honoratū inſup ducatu aduerſariū cerneret, irā i ipm̄ Phil. uertitur, ultionēque quā ab aduerſario nō poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditū eſt igi᷑ imiſſū ab Olym. mr̄e Ale. fuiſſe, nec ip̄m Ale. ignarū p̄tr̄næ cædis extitiſſe. q̄ppe nō min⁹ Olym. repudiū, & p̄latā ſibi Cleopa q̄ ſtuprū Pauſa. doluiſſe. Alex. quoque regni æmulū fratrem ex nouerca ſuſceptū timuiſſe eoque actū ut i cōuiuio antea primū cū Attalo, mox cū ip̄o p̄re iurgaret, adeo ut ēt ſtricto gladio eū Phili. cōſectatus ſit, egreque à filii cæde amicorū p̄cibus exoratus. q̄ obrem Alex. ad auūculū ſe in Epirū, cū mr̄e, inde ad reges Illyricorū cōtulerat, uixque reuocāti mitigatus p̄ri, p̄cibuſque cognatorū ægre redire cōpulſus. Olym. quoque fratrem ſuū Alex Epiri regem in belliū ſubornabat, p̄uiciſſetque ni filiæ nuptiis, p̄r generū occupaſſet. his ſtimulis irarū utrique Pauſa. de impunitate ſtupri ſui q̄rentē, ad tm̄ facinus impuliſſe credūtur. nā legitur apud Herodotū, q̄renti Pauſa. apud Ale. nihil aliud reſpōdiſſe, niſi medeæ iambicū metrū p̄nunciaſſe, eū qui dedit, eū qui accepit. ſ. interfice, & ſocerū & generū. Olym. et d᷑, fugienti p̄cuſſori equos p̄paratos habuiſſe. ipſa deinde audita regis nece, cum titulo officii ad exequias eadem nocte cucurriſſe, in cruce pendētis Pauſaniæ

capiti coronā impoſuit, q̄d nemo alius audere niſi hæc ſuperſtite Philippi filio potuiſſet. paucos deinde poſt dies refixū corpus interfectoris ſuper reliquias cremauit, & tumulū ei eodē fecit in loco, parentariq; eidē quotānis, incuſſa populo ſuperſtitione curauit. Apparet igi. Pauſaniā ad regis cædem impulſum, nō cōſequendæ gloriæ, ut Va. tradit, ſed ultionis ſumēdæ gratia. Pauſanias Macedonic⁹ nobilis adoleſcēs cereſtis filius, & ab Oreſte inclitum genus trahens fuit & alter Pauſanias Lacedæmonius uir magnus, qui cū patriā ab impetu perſarum liberaſſet, eò poſtmodū inſaniæ peruenit, ut ipſam patriā cū tota græcia hoſtibus prodere uoluerit. ¶ Equidē quo petierat aſſecutus egregiū & immortale nomen ſibi cōparauit cæde Philippi. ¶ Tam enim ſe paricidio, quantū Alexā. ſua uirtute. tantum hic ſuo paricidio claritatis comparauit, nam quāto maior occiſi gloria, tanto fuit occidentis nomen illuſtrius.

Pauſanias alter

ASCENSIVS.

Quorum .ſ. ſceleribus innoteſcere uolentium è numero (poſſet dici è quorū numero) neſcio an Pauſanias .ſ. nobilis Macedo debeat referri i primis. Nā cū percunctatus eſſet Hermoclem .ſ. ſapientem quo nam modo poſſet euadere ſubito clarus atq; is .ſ. Hermocles reſpōdiſſet, ſi occidiſſet aliquē uirū illuſtrē, futurum ſup. eſſe, ut gloria eius .ſ. illuſtris uiri, redundaret ad ipſum, interemit continuo Philippū .ſ. regē Macedonū patrē Alexandri. & quidē .i. certe aſſecutus eſt quod petierat, enim pro quia ipſe reddidit ſe tam notum paricidio .i. occidendo patrem patriæ, hoc eſt regem, q̄ .i. quantum Philippus, ſup. reddiderat ſe notum uirtute. Oli. tamen & pleriq; alii aliam aſſignant cædis eius cauſam.

OLIVERIVS.

Illa uero gloriæ. Hæc uere ſcelerata fuit cupiditas, quæ ēt in deos craſſari nō dubitauerit, ut glorioſum ſibi nomen ſacrilegio cōpararet. hic quicunq; ille fuerit, cū non aliter gloriam conſequi poſſe uideret, celeberrimū totius Aſiæ Dianæ templū incendit, cōſtat ea nocte natū Alexandrū, unde Ci. Timæū quendā refert, qui cū in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Epheſiæ Dianæ templū deflagraſſe adiunxit. id minime eſſe mirandū, quod Dianā cū in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet, abfuiſſet domo. Epheſii poſt hoc factū decreto ſtatuerunt, ne quis ſacrilegi hominis memoriā unq̄ referret, nec unq̄ nominaret, ut eius nomē obliteraretur, quod ille immortale facere cupiebat. & niſi Theopōpus rem iſtā ſuis hiſtoriis inſeruiſſet, eius nomē perpetuo fuiſſet extinctum, nec quā quæſierat gloriā comparaſſet. ſunt qui dicāt hunc Phlegiā fuiſſe nominatū. Stra. lib. xiiii. dicit, Heroſtratū fuiſſe dictū, nā Dianæ, inquit, templū primus Archiphiō, mire fabricatus eſt, poſtea aliud fecit maius illo, ſed cū Heroſtratus quidā id incendio cōſumpſiſſet, aliud præſtantius cōſtruxerunt mulierū ornamētis, & multis opibus ad id collatis, refectiſq; prioribus columnis, &c. nā de ceſtituto tēplo multa cōmemorat, quæ longū nimis eſſet hic referre. ¶ Incēdere uellet. innuere uidet Vale. nō incendiſſe, ſed incendere uoluiſſe, conſtat tñ incenſum fuiſſe, & totū cōflagraſſe, Gel. lib. ii. cap. vi. ſicuti quondā à cōmuni cōſilio Aſiæ decretum eſt, ut nomē eius qui templū Dianæ Epheſiæ incenderat, ne quis ullo tēpore nominaret, incenderat, dixit nō incendere uoluerat, & ſupra Ci. teſtatus eſt. ¶ Per totū orbem terrarū. Toto orbe terrarū celebraretur. ¶ Eculeo impoſitus. Eculeū genus tormenti eſt, ut ſæpe diximus, cui ſacrilegus iſte impoſitus, cū interrogaret cur templum incendiſſet, reſpōdit, ut pararē mihi nomē ſempiternū. ¶ Epheſii decreto. factū eſſe dixit ut ſupra. Eodē modo Pli. li. xxxv. Græcæ, inquit, magnificentiæ uera admiratio extat templū Epheſiæ Dianæ, ducentis uiginti annis factū à tota Aſia. ¶ Niſi Theopōpi. Hic fuit Iſocratis diſcipulus tragicus poeta, & oratoc eximius, teſte Gellio. fuit alter Theopōpus Lacedæmoniorū rex, de quo diximus in cap. de moderatione.

Theopōpi duo

¶ De quodam, qui propter gloriam, incendere uoluit templum Dianæ.

Illa uero gloriæ cupiditas ſacrilega. inuētus eſt enim qui Dianæ Epheſiæ templū incendere uellet: ut opere pulcherrimo conſumpto, nomen eius per totum terrarum orbē diffunderetur. quem quidem mentis furorem eculeo impoſitus detexit. ac bene conſuluerant Epheſii decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: niſi Theopompi magnæ facundiæ ingenium, in hiſtoriis eum ſuis comprehendiſſet.

ASCENSIVS.

Illa uero cupiditas gloriæ ſup. erat, ſacrilega Enim .i. quia, inuentus eſt ſup. quidā uidelicet Phlegias, aut Heroſtratus (de noīe enī eius iuſte dubitat, cū ꝓp noīs extēſionē tm̄ nefas auſus ſit) inuētus inq̄ eſt, qui uellet incēdere tēplū Dianæ Epheſiæ, ut ope pulcherrimo cōſumpto, nomē eius diffunderet. p totū orbē terrarū, quē furorē mētis ipſe īpoſitus Eculeo .i. inſtrūto tortorio habēti formā equi, detexit .i. aperuit. Ac Epheſii bene cōſuluerāt .i. bonā ratione cōſilii inierant abolendo decreto .i. per decretū memoriam teterrimi hominis, qa decreto ꝓhibuerāt nomē eius aut in ore, aut in ſcripto cuiuſq; haberi, niſi ingeniū Theopōpi magnæ facundiæ, comprehendiſſet eū .i. eius nomen in hiſtoriis ſuis .i. à ſe, hoc eſt à Theopompo ſcriptas.

¶ Quæ cuiq; magnifica contigerunt. Ca. XVI.

Candidis autem animis uoluptatem præbuerunt in cōſpicuo poſita, quæ cuiq; magnifica merito contigerunt. quia æque præmiorum uirtus, atq; honorum contemplatio iudicanda eſt, ipſa natura nobis alacritatē ſubminiſtrante, cum honorē induſtrie appeti, & exolui grate uidemus. Verum & ſi mens hoc loco protinus ad auguſtam domum beneficentiſſimum & honoratiſſimum templum omni impetu fertur: melius cohibebitur. quoniam cui aſcenſus in cœlum patet: quamuis maxima, tamen debito minora ſunt, quæ in terris tribuuntur.

OLIVERIVS.

Candidis autem animis. Operæpretiū oibus eſt, ſua cuiuſq; uirtuti præmia referri, nam duce natura lætamur oēs & iucunditate replemur, cū debitū honorē exolui uirtuti nr̄æ uidemus. dicendū igitur eſt de his, quæ cuiq; magnifica merito contigerūt. ¶ Candidis animis. Claris, & uirtute præſtātibus. ¶ Præmiorū uirtutis atq; honorū. cū reddita uirtuti pmia, honoreſq; uidemus, id recte factū eſſe iudicamus, & ex ea re uoluptate capere ſolemus, uirtus enī ꝑter honorē, præmiū quoq; meretur. ¶ Grate. iuſte, & quaſi debite. ¶ Verū & ſi mēs hoc loco. Occupatio ſine dubio eſt, cū dicat ſe impetu quodā trahi. ¶ Ad auguſtā domū. Vt oſtēdat quæ illi magnifica in terris cōtigerunt, tēplū, flamē, honoreſq; diuini, ſed melius cohiberi, quia ſi aſcēſus illi patuit in cœlū, hæc quæ ab hominibus tradita ſunt, ſuis meritis longe ſunt inferiora, quæ ſe omittere uellet oſtēdit. ¶ Honoratiſſimū tēplū. Nihil magnificendus contingere potuiſſet, quā ut præſenti ſibi templū, & ara conſtitueretur, illiq; redderentur honores diuini, quod factum eſſe oēs teſtantur auctores. Horatius. *Præſenti tibi diuinos largimur honores, iurandaſq; tuū per nomen ponimus aras.* ¶ Cohibebitur. Refrenabitur, reprimetur, retrahetur.

ASCENSIVS.

Candidis &c. Ordo eſt, aūt .i. ſed ea ſup. quæ cōtigerunt cuiq; merito .i. ex merito, aut qui meritus ſit magnifica, poſita in cōſpicuo .i. patēti loco, ut clare perſcripta præbuerint .i. poſſint præbere, animis candidis .i. nullo liuore ſordētibus uoluptatē, quia contēplatio præmiorū uirtutis, atq; honorū uirtutis, eſt æque iucūda (ſunt qui legāt iudicāda ſed minus placet. Sciemus aūt licet honoe ſit quoddā ꝓmiū uirtutis, tū diſcrimē eſſe nā ēt mali uirtuti laudē præbent, ſed nō cōtinuo aliud, mercedis. Vnde Iuue. ꝓbitas laudatur, & alget. Sicut ēt ſcientiā expetūt & ita laudant oēs, ſed pauci mercedem reponunt, unde idem, Scire uolunt oēs, mercedē ſoluere nemo. laudem itaq;, & honorem uirtuti præbere eſt quaſi naturale, ſed præmia digna conferre, iuſtorum eſt. Vnde boni fere laudantur, nam ut author alibi dixit, Magno ubiq; pretio uirtus æſtimatur, ſed fame conficitur, ipſa natura quæ benigna eſt, & minime inuida, ſubminiſtrāte nobis alacritatē .ſ. de bono alterius

no alterius, cum uidemus honorem appeti, & exolui grate. i. grauitanter, & grato animo induſtriæ, ideſt ingēitæ uirtuti, ac arti. Verum. i. ſed etſi. i. ꝗꝗ mens ſupple mea (inquit, author) feratur protinus hoc loco omni impetu. ſ. affectionis, ad domum auguſtam. i. imperatoriam, ſed potiſſimū Auguſti octauii, & Tyberii, & templum honoratiſſimum. ſ. auguſtorum, qui in terris pro diis habiti ſunt tamen ſupple ipſa cohibebitur, ideſt impedietur ab impetu ſuo melius. i. decenous, quoniam quæ tribuuntur in terris ei, cui aſcenſus patet in cœlum, ut auguſtis, ꝗuis ſupple ſint maxima, tamē ſunt minora debito, & ita ſatius ducit de Auguſtis nihil, ꝗ parum, aut non ſatis dicere. ſicut de Carthagine céſuit Salu. Verum tamen ſi deo nō niſi condigna exhibere liceret, nihil illi impendere poſſemus; & ita ingens præbeatur deſidibus anſa, & ideo conformius ad pietatē noſtram Pli. in præfatione naturalis hiſtoriæ, de Veſpaſiano Cæſare locutus dicit. Immenſa præter cæteras ſubit cura, ut quæ tibi dicantur, condigna ſint. Verum & diis lacte ruſtici, multæq; gēres ſupplicant, & mola tantum ſalſa litant, qui nō habent thura. Nec ulli fuit uitio deos colere, quoquo modo poſſet.

ſumpſit, nullo die prius ullam pub. priuatamq; rem egit ꝗ in capitolium iret, ingreſſuſq; ædem conſederet, & plerunq; tempus ſolus in ſecretum ibi tereret. hic mos per oēm uitam ſeruabatur, ſeu conſulto, ſeu temere ut uulgatæ opinioni fidem faceret. ſtirpis eum diuinæ uirum eſſe. retulitq; famam in Alexandro magno prius uulgatam, & uanitate, & fabula parem, Anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris eius perſæpe uiſam prodigii, eius ſpeciem, interuentuq; hominum euolutam repente, atq; ex oculis elapſam. his miraculis nunꝗ ab ipſo illuſa fides eſt, quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quicꝗ, nec palam affirmandi. Gellius addit illud admiratos uehementer eſſe additurosteem plum, ꝙ ante diluculum in capitolium ingredientem Scipionem canes ſemper in alios ſæuientes neq; allatrarent eum, neq; incurrerent. unde Li. ſubiūgit dicens, multa alia eiuſdem generis, alia uera, alia aſſimulata admirationis humanæ in eo iuuene excellerant modum, quibus feta ciuitas, ætati haud ꝗꝗ naturæ tantam molem rerum, tantumq; imperium permiſit. Non illud ꝑtermittendū cenſeo, quod Scipioni magnificum obtigiſſe uidetur, cum legatus eſſet miſſus ad Antiochum Epheſi cum Hannibale, qui ſe Antiocho iunxerat collocutus eſt, ut ſi fieri poſſet, metum uitæ, quem ex Po. RO. conceperat, eximeret. inter alia cū quæreret ab Hannibale, quem fuiſſe maximum imperatorem Hānibal crederet, reſpondit Alexandrum Macedonum regē, ꝙ parua manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodq; ultimas oras quas uiſere ſupra fidē humanā eſſet, peragraſſet. quærenti deinde, quem ſecundum poneret, inquit, Pyrrhū, eo ꝙ caſtra metari docuiſſet, adhuc neminem elegantius loca cæpiſſe, præſidia diſpoſuiſſe. exequenti quem tertiū diceret, ſemet dixit. Ridens Scipio, quidnā tu diceres, ſi me, inquit, uiciſſes. tum uero inquit me, & ante Alexandrū, & ante Pyrrhū, & ante alios poſuiſſem. ex quo relinquitur Scipionē, ſolum maximum imperatorem ab Hannibale fuiſſe iudicatum. ¶ Munus aliquod. officium, ut ſi magiſtratus aut aliqua dignitas Cor. gētis celebraretur, Scip. imago ad eā celebritatē deferebatur. ¶ Inſtar atrii. Cum principum imagines in atriis collocari cōſueuerint. Scip. in capitolio pro atrio poſita fuit. capitoliū igitur inſtar atrii fuit Scip. imagini. ꝙ locaretur in atriis, Iuuenalis teſtis eſt, Tota licet ueteres exornēt undiq; ceræ Atria, nobilitas ſola eſt, atq; unica uirtus. ¶ Tam Hercle. Quemadmodū capitolium fuit inſtar atrii Scipioni, ſic & curia Catoni. ſenatus Catoni cenſorio uiro in omni uirtutis genere præſtanti, magnificum illud retribuit, ut eius imaginem in curia collocaret, ut apud ſenatū uiri memoria iugiter ſeruaretur, qui ſua uirtute non fortunæ beneficio, ad dignitatem & amplitudinem proueniſſet. cuius conſilio capta, & euerſa fuiſſet Carthago. Tam Hercle, ſupple ꝗ curia eſt atrium magni Catonis ſuperioris effigies illius, Sic Catonis effigiem ad omnium officiorum celebritatem ſenatus conferebat, ut Scipionis Cornelia gens referre conſueuerat. Pli. Imago huius inquit, funeris graua produci ſolet. ¶ Gratum ordinem. Laudat patrum conſcriptorum gratitudinem, qui patria benemeritum, & reipub. quondam amantiſſimum ſenatorem, uirtutum omnium copioſiſſimum, cuius conſilio & auctum, & confirmatum eſſet imperium Romanum, ſecum ſemper habitare uoluerint. ¶ Cuius prius conſilio. Quia ut ſupra diximus, duo præſtantiſſimi ſenatores inter ſe magnopere diſſentiebant de euertenda Carthagine, Ca. & Scip Naſica Ca. ſuadebat euertendam eſſe Carthaginem, quæ fœdera ſæpius frangeret, ſæpiuſq; rebellaret, at Scip. contra relinquendam eſſe cenſebat, ut eſſet exercitatio

Catō is effigies in ſenatu poſita

¶ De ſuperiore Africano.

SVperiori Africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt: quod fieri oportere, exercitus Senatum literis admonuit. Ita neſcias utrum illi plus decoris patrum conſcriptorum authoritas, an militum cōſilium adiecerit. toga enim Scipionem ducem aduerſus Pœnos creauit: arma popoſcerunt. cui quæ in uita præcipua aſſignata ſunt: & longum eſt referre: quia multa: & non neceſſarium, quia maiore ex parte iam relata ſunt. Itaq;, quod hodie quoq; eximium eius memoria capit, adiiciā. Imaginem in cella Iouis OPTI. MAX. poſitam habet: quæ quotieſcunq; munus aliquod corneliæ gentis celebrandum eſt, inde petitur: uniq; illi inſtar atrii capitolium eſt. Tam hercle, quàm curia, ſuperioris Catonis effigies, ad eius generis officia expromitur. gratum ordinem, qui utiliſſimum reip. ſenatorem, tantum non ſemper ſecum habitare uoluit. omnibus numeris uirtutis diuitem, magiſq; ſuo merito, quàm fortunæ beneficio magnum: cuius prius conſilio, quàm Scipionis imperio eſt deleta Carthago.

OLIVERIVS.

SVperiori Africano. Scipioni Africano ſuperiori magnifica multa contigerunt, quorum, alia cōtempſit, alia ſuſcepit. Natus annos quatuor & uiginti, patri patruoq; cæſis in Hiſpania, cum imperio ſucceſſit, ut in cap. de fiducia diximus. conſul deinde citra legitimum tempus declaratus eſt, ſuadente exercitu, & ſenatu admonente per literas in reipub. tempus exigere, ſic dixit fieri oportere, quia nemo eſſet, cui tantum exercitum fideret, & in quo ſpes tantæ uictoriæ foret. magnificum quidem hoc fuit, ut non facile diſcerni poſſit, plus ne illi gloriæ ſenatus auctoritas, an militum conſilium attulerit. glorioſum ſine dubio fuit illi ante legitimum tempus contra leges conſulem, ſenatus auctoritate creari, bello difficili, & periculoſo, & iuuenili curæ demandata ſit res publica Rom. non minus uero illi magnificum fuiſſe uidetur, ꝙ ab exercitu fuerit ſummo omnium conſenſu imperator exoptatus. poſt uero temp. bene ſeliciterq; geſtam, multo plura et magnifica, & glorioſa contigerunt, quia ſenatus illi præmia ingentia non ſolum humana, ſed prope diuina propoſuit, quæ in cap. de moderatione diximus, ubi etiam cuncta illum repuliſſe monſtrauimus. ¶ Citerior legitimo tempore. Ante tēpus, quod per legē erat conſtitutū, ut ante xxx. annū creari quiſquam conſul non poſſet, hāc legē ſenatus pro Scip. diſpenſauit ¶ Toga. Senatus, & togati patres. ¶ Arma. Exercitus, & armati milites, & eſt metonymia. Ci. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ ¶ Relata ſunt. Dicta in cap. de moderatione. ubi ea uidimus, & uidere poſſumus, ſunt autem hæc, uoluerunt illi ſtatuas in comicio, in roſtris, in curia, in ipſa denique Iouis optimi maximi cella ponere, uoluerunt imaginem triumphali indutam ornatu, capitolinis puluinaribus applicare, uoluerunt illi continuum per oēs uitæ annos conſulatū, perpetuamq; dictaturam tribuere, quorum ille nihil ſuſcipere uoluit. ¶ Eximium. Excellens, & ab aliis præcipuum. ¶ Imaginem. Hoc illi præcipuum obtigit, ꝙ eius imago in templo Iouis optimi maximi tanquam diuini cuiuſdam hominis ſimulachrum repoſita fuerit, quæ quotiens publice aliquid à Cornelia gente fieret, aut munus aliquod celebraretur, inde ſemper petebatur, quaſi uellent ſuis omnibus dignitatibus & muneribus intereſſe Scipionem. Ideo autem in cella Iouis collocatam eius imaginem fuiſſe arbitror, quia Iouis filius fuiſſe credebatur, quàm tali teſte Liui. qui dicit, ad hæc iam inde ab initio præparans animos, ex quo togam uirilem

Scipionis honorea

Scipio Iouis filius creditus

quædã iuuentuti Ro. quæ bellis aſſueta ocioſa eſſe non poſ‑ſet. uerebatur Scipio id futurũ quod euenit, ne ſubacta Carthagine, debellatiſq; exteris gentibus, cum hoſtes deeſſent, in ſeipſos arma conuerterent. tamen ſecundum M. Ca. ſententiam factum eſt ſenatuſconſultum, ut bellum Carthaginienſibus inferretur, & ſubacta Carthago euerteretur.

ASCENSIVS.

SVperiori, &c. Cõſulatus .i. dignitas, & honor conſularis datus eſt Africano ſuperiori .i. maiori, citerior legitimo tẽpore .i. anteq̃ perueniſſet ad ætatẽ legitimã, quæ erat triginta annorũ. qd̃ .ſ. illi cõſulatũ decerni oportere, fieri admonuit exercitus ſenatũ literis. Ita .i. & ſic neſcias .i. quilibet neſciat, utrũ authoritas patrũ cõſcriptorũ, an cõſiliũ militũ adiecerit illi .ſ. Scip. plus decoris. Enim .i. quia toga .i. ſenatus togatus, creauit Scip. ducẽ aduerſus pœnos, arma popoſcerũt, ſup. eũ ducẽ, &c. Cui .ſ. Scipioni, quæ aſſignata ſunt in uita .i. dum uiuebat p̃cipua .i. ſingularia, & .i. ſimul longũ eſt referre, q̃ a multa ſup. ſunt, & non neceſſariũ, ſup. eſt referre, quia relata ſunt iã .ſ. in ſuperioribus exemplis .i. pro maiore parte. Itaq; .i. & ita adiiciam id qd̃ memoria eius .i. quæ eſt de eo, capit quoq; .i. ẽt hodie eximiũ .i. egregiũ, & excellens decus, & ornamentũ illi uni Romæ cõceſſum. Incipiens aũt referre dicit. Ipſe hẽt imaginem poſitã in Cella .i. ſacello Iouis optimi maximi .ſ. in capitolio, quæ .ſ. imago quotieſcunq; munus .i. officiũ aliquod gentis Corneliæ eſt celebrandũ, petitur inde .i. e cella Iouis, & capitoliũ eſt illi uni .i. ſoli inſtar .i. in ſtatũ, & formam aut ad æquiparationem atrii, quia alii hñt imagines ſuas in atriis per ſtẽmata in armariis diſpoſitas, Scipio unus in capitolio. Tã .i. tantũ Hercule .ſ. teſte, aut uindice, capitoliũ eſt Scipioni inſtar atrii, q̃ .i. quantũ effigies Cato. ſuperioris .i. maioris, uidelicet cenſorii expromitur .i. quaſi ẽ promptuario ſumitur, curia .i. loco, quo ſenatus cõuocari ſolebat ad officia generis eius, quoties opus ſit tota familia, ut i põpa funebri. Gratũ .i. ò Gratũ ordinẽ .ſ. ſenatoriũ, qui uoluit ſenatorẽ utiliſſimũ reipu. uidelicet Catonẽ ſuperiorẽ tñ nõ .i. ferme (ut Oli. exponere ſolet, cuius expoſitioni hic locus maxime arridet) aut hoc ſolo dẽpto, q; non uiuũ, ſed in imagine habitare ſecũ ſemper, ſenatorem inq̃ diuitẽ oĩbus numeris .i. gradibus, aut punctis uirtutis (quod uni chriſto uere addicitur.) & magnum magis ſuo merito (quia non ponebat ſpẽ in aura populari, nec in alia qua uis re extra ſe) q̃ beneficio fortunæ, cuius cõſilio Carthago eſt prius deleta, q̃ imperio Scip. In qua re grauiter potius q̃ p̃uide ſenſit, ut Oliue. diſerte recitat.

OLIVERIVS.

VErum ſpecimen. Oĩum maximum, maximeq; glorioſum fuiſſe, quod Naſicæ cõugit, pace aliorũ dicere auſim. quòd tantum tam grauiſſimi ſenatus iudiciũ inter tot millia oĩs ætatis, atq; in omni uirtutis genere præſtantiſſimorũ hoĩum, ipſe ſit in adoleſcentia cõſecutus, ut oium optimus iudicaretur. de quo Solinus uir optimus, inquit, Scipio Naſica iudicatus eſt, non priuato tantũ teſtimonio, ſed totius ſenatus ſacramento, quippe quo inuentus dignior non fuerit, cui præcipuæ religionis crederetur miniſterium, cũ oraculum moneret, accerſiri à Peſſinunte ſacra matris deũ Berecynthiæ. Pli. de uiris illuſt. P. Scip. Naſica à ſenatu uir optimus iudicatus, matrẽ deum hoſpitio recepit. & alio loco de Claudia in fine dicit, templũ ædificauit Naſica, qui uir optimus iudicabatur. Liui. ſecundi punici belli lib. ix. cũm huius aduectionis afferet, ſimulq; Ro. ab oraculo dicit admonitos, ut ab omnium optimo ſuſciperetur hoſpitio, deinde ſubiungit, Acceſſit conſultatio de matre Idea accipienda, præterq̃ q; M. Valerius ex legatis expreſſus aucturum in Italiam fore nunciauerat, regis

De Scipione Naſica.

VErum ſpecimen honoris à Scipione quoq; Naſica oboritur. Eius nanq; manibus, & penatibus nõ dum quæſtoris, Senatus Pythii Apollinis monitu, Peſſinunte accerſitam deam excipi uoluit: quia eodẽ oraculo præceptum erat: ut hæc myſteria matris deũ, à ſanctiſſimo uiro præſtarentur. explica totos faſtos, conſtitue omnes currus triumphales, nihil tamẽ in eorũ principatu ſpecioſus reperies.

De Scipione Aemiliano.

TRadunt ſubinde nobis ornamenta ſua Scipiones cõmemoranda. Aemilianum enim populus ex candidato ædilitatis, Conſulẽ fecit: eundemq;, cum quæſtoriis comitiis ſuffragator Q. Fabii Maximi fratris filii, in campum deſcendiſſet, Conſulem iterũ reduxit. Eidẽ ſenatus bis ſine ſorte prius Africam, deinde Hiſpaniam dedit. Atq; hæc neq; ciui cupido, neq; ſenatori ambitioſo: quemadmodum non ſolum uitæ eius ſeueriſſimus curſus, ſed etiam mors clandeſtinis illata inſidiis declarauit.

nuncius aderat, Taracone eam eſſe. haud paruæ rei iudiciũ ſenatum tenebat, qui uir optimus in ciuitate eſſet. ueram certe uictoriam eius rei ſibi quiſq; mallet, q̃ ulla imperia, honoreſue ſuffragio patrum, ſeu plebis delatos P. Scip. filium eius qui in Hiſpania ceciderat adoleſcentem non dum quæſtorium, iudicauerunt in tota ciuitate uirum optimum eſſe. Pli. hunc unum eſſe dicit, qui à cõdito æuo uir optimus ſit iudicatus, & dign⁹ qui matrem deũ domi uſq; ad conditum templum exciperet. ☞ Eius nanq; manibus. Nã cũ oĩbus matronis oſtiam ire iuſſus obuiam deæ, deamq; ipſam de naue accipere, & in terrã elatam tradere ferendam cum matronis. Ouidi. faſtorum, Naſica excepit templi non perſtitit auctor Auguſtus, nam nunc ante Metellus erat. ☞ Nondũ quæſtoris. Adoleſcentem fuiſſe oſtendit, qui nondum quæſtor factus fuit. ſic & Liuius dixit, adoleſcentem nondum quæſtoriũ. ☞ Pythii Apollinis. quia diximus, Appollinem conſuluere Romani per legatos, quæ ratio foret tranſportandæ Romam deæ. Reſpõdit Apollo per Attalũ id facere poſſe Romanos. iuſſit inſuper, ut cũ aduecta foret, eam exciperet, qui oĩum uir optimus eſſet. ☞ Explica totos faſtos. Exaggerat rem ipſam Vale. ſi omnium Romanorum geſta, honoreſq; percurreris, ſi oẽs omniũ imperatorũ triũphos in unum conſtitueris, nihil erit, quod huic uni de Scipione iudicio conferri poſſe uideatur. nihil enim maius eſſe poteſt, q̃ omnium morum, omniſq; ſanctitatis principatum obtinere. ☞ Explica. euolue & percurre. ☞ Faſtos. libros in quibus faſti dies cõtinebantur, & in quibus reges, cõſules, cæteriq; magiſtratus deſcribebantur, à faſcibus dicti. ☞ Nihil morum principatu. quod ipſe princeps morum iudicatus fuit, nã eius mores cæteris omnibus præpoſiti ſunt totius ſenatus iudicio.

ASCENSIVS.

VErum, .i. ſed ſpecimẽ .i. decus ſpectabile, aut experimentum honoris oboritur .i. occaſioni aliter oritur quoq; à Scip. Naſica, nãq; .i. quia, Senatus .i. cœtus ſenatorũ Ro. uoluit monitu .i. ex monitu Apollinis Pythii .i. Pythonis interẽptoris, qui apud delphos colebatur, deã .ſ. Berecynthiã, quæ mater deũ cẽlebatur, accerſitã .ſ. Roma Peſſinunte, .i. ex loco Phrygiæ, excipi manibus & penatibus eius nondũ quæſtoris .i. qui nondũ q̃ſturã geſſerat, quæ tñ inter infimos magiſtratus reponitur, quia præceptũ erat eodẽ oraculo .ſ. quod eam accerſendam Apollo Pythius p̃ceperat, ut hæc miniſteria .ſ. recipi manibus ẽ nauibus, & deferri primũ in penates, præſtarentur matri deũ à uiro ſanctiſſimo .i. qui⁹ eſſet omniũ optimus. Explica .i. euolue totos faſtos .i. quicquid ſcriptum eſt in libris de diis, aut ſanctis uiris, aut diebus feſtis, conſtitue .i. ante oculos tuos, omnes currus triumphales, tamen nihil nõ aliquid, non inuenies aliquid ſpecioſius in principatu .i. prærogatiua eorum .i. aut morũ ſpecioſius .ſ. q̃ hoc, quod eſt iudicari, optimum uirum eſſe in tanta multitudine.

OLIVERIVS.

TRadunt. Scipionũ familia, cuiuſuis generis ornamentis omnium clariſſima ſemper in omni laudis genere prædicanda ſe offert, ita ut nulla ſit, quæ cũ illa poſſit, nec audeat gloria, & ornamento certare. ſuperiori Africano, & Naſicæ mirifica contigerunt ornamenta, ſed non minora reddita ſunt inferiori. cum enim candidatus ædilitatem peteret, conſul creatus eſt. rurſus cũ die comitiorũ in campũ deſcendiſſet, ut Q. Fabio nepoti ſuo ſuffragaretur, conſul præter opinionẽ domum deductus eſt. quid quod duæ prouinciæ Africa, & Hiſpania fuerunt illi extra ordinem demandatæ: hic profecto gloriam quanto minus appetebat, eò maiorem aſſequebatur. q; autem ambitioſus non fuerit, & rigidiſſimus ſuæ uitæ

Scipiõis honores

ſuæ ultæ curſus & mors per inſidias ſuis in penatibus illata, facile declarant ⁋ Ex candidato. ex petitore ædilitatis. ⁋ Suffragator. Nam candidatus deſcenderat nō ut magiſtratum peteret, ſed ut nepoti ſuffragaretur, uel ut alii dicunt fratri, ut fauore, & auctoritate ſua Q. Fabius quæſturā aſſequeretur. ⁋ Q. Fabii. Sæpius dictum eſt, Paulum Aemilium ex quatuor liberis duos duabus familiis in adoptionem tradidiſſe, alterum genti Fabiæ, qui Fabius Maximus dictus eſt, alterum Scipionum, qui Africanus inferior eſt appellatus ⁋ Sine ſorte. extra ordinē, nulla collegæ, cum quo ſortiretur, habita mentione. ⁋ Africā. Cum deleuit Carthaginem. ⁋ Hiſpaniam. cum ſuſtulit Numantiā. ⁋ Clandeſtinis inſi. occultis inſidiis. quomodo mors illi fuerit per inſidias illata, diximus in cap. de moderatione.

ASCENSIVS.

TRadunt, &c. Scipionis .ſ. ſuperior, & Naſica, & inferior tradunt ſubinde .i. per aliquot interualla (nā licet in pleriſq; locis eorum meminit, tamen aliorum quoq; mentionem interſerit) ornamēta .i. decora ſua commemoranda nobis .i. à nobis, aut tradunt nobis ea cōmemoranda. Enim .i. quia populus .ſ. Romanus fecit Aemilianum .ſ. Scipionem minorem in Aemiliorum familiam per adoptionem datum, conſulem ex candidato ædilitatis .i. cum eſſet candidatus .i. cōpetitor ad ædilitatem obtinendam campum ingreſſus. & reduxit eundem iterum conſulem cum deſcendiſſet in campum .ſ. Martium, comitiis quæſtoriis .i. conuocationibus Populi ad creandos quæſtores, ſuffragator .i. ad ſuffragia obtinenda .i. precator Quinti Fa. filii Marci fratris. Senatus dedit eidem bis ſine ſorte .i. extra ſortem (nam conſules legitime prouincias ſortiebantur, priuati autem extra ſortem ex ſpeciali priuilegio, aut dono, eaſdem obtinebant,) prius Africam, deinde Hiſpaniam, atq; ſupple dedit hæc, neq; ciui cupido .i. auaro rerum, neq; ſenatori ambitioſo .i. cupido honorum, quemadmodum non ſolum ſeueriſſimus curſus uitæ eius, ſed etiam mors illata inſidiis clandeſtinis, quia in cubiculo ſuo noctu interemptus eſt, declarauit, quia ſi ambitioſus fuiſſet, æmulos timuiſſet, & ab illis ſe muniuiſſet, quod quia non fecit, ſimplicem fe ciuem declarauit.

OLIVERIVS.

Valerii ornamēta

MArcum quoq; Valerium. Cum duo præclara ornamenta M. Vale. merito contigerint, alterum à diis, alterum ab hominibus illi tradita fuiſſe dicuntur. nam diuinum ſine dubio fuit, ꝙ aduerſus prouocatorem Gallum fortiter dimicanti coruus illi ſemper affuerit, & roſtro, ac unguibus hoſtem infeſtando plurimum iuuerit ciues deinde hominis uirtute commoti ante legitimum tempus ei conſulatum demandarunt. Plini. de uiris illuſtribus. Reliquias Senonum Camillus proſequebatur aduerſum ingentem Gallum prouocatorem, ſolus Valerius tribunus militum omnibus territis proceſſit, Coruus ab ortu ſolis galeam eius inſedit, & inter pugnandum, ora, oculoſq; uerberauit. hoſte uicto, Valerius Coruinus dictus eſt. hic cum ingens multitudo ære alieno oppreſſa Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintum neceſſitate compulſa feciſſet, ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Liuius, dictator, inquit, magiſtro equitum A. Cornelio Coſſo dicto conſularia comitia habuit, æmulumq; decoris ſui abſentem M. Valerium Coruinum, id enim illi deinde cognominis fuit, ſummo fauore Populi tres & uiginti natum annos, conſulem renunciauit. ⁋ Comminus pugnanti. Singulari certamine dimicanti. ⁋ Propugnatorem. Defenſorem, qui pro Vale. contra Gallum pugnaret. ⁋ Vetuſtæ ori. Valeriorū familia uetuſtiſſima fuit in urbe Ro. quæ ab hoc Vale. Coruino nomen accepit. ⁋ Summo or. conſulatui. ⁋ Tam cel. Quia longe citra legitimum tempus conſul creatus, ſcilicet uigeſimotertio ſuæ ætatis anno. ⁋ Et principio, quia primus è familia ſua conſul factus fuerit.

⁋ De M. Valerio.

MArcum quoq; Valeriū duabus rebus inſignibus Dii pariter, atq; ciues ſpecioſum reddiderunt. Illi cum quodam Gallo comminus pugnanti coruū propugnatorem ſubiicientes, ii tertium & uigeſimum annum ingreſſo, conſulatum largiti. quorum alterum decus uetuſtæ originis optimi hominis, gens Coruina amplexa cognomen uſurpat: alterum ſummo ſubiungitur ornamento, tam celeritate, ꝙ principio conſulatus gloriando.

⁋ De Qu. Scæuola.

AT ne Quinti quidem Scæuolæ, quem Lucius Craſſus in conſulatu collegā habuit: gloria parum illuſtris. qui Aſiam tam ſancte, & tam fortiter obtinuit, ut ſenatus deinceps in eam prouinciam ituris magiſtratibus, exemplum, atq; formam officii Scæuolam decreto ſuo proponeret.

⁋ De Caio Mario.

INhærent illi uoci poſterioris Africani, ſeptem C. Marii cōſulatus, ac duo ampliſſimi triumphi, ad rogum enim uſq; gaudio exultauit, qui, cū apud Numantiam ſub eo duce

ASCENSIVS.

MArcum, & cætera. Dii pariter, atq; homines reddiderunt quoq;, ideſt etiam Marcum Valerium ſcilicet Coruinum, ſpecioſum ideſt ſpectabilem, & decorum, duabus rebus inſignibus ideſt eminentibus. illi ſcilicet dii reddiderunt ſpecioſum, ſubiicientes ideſt clam iniicientes ipſi pugnanti cum quodam Gallo, comminus, ideſt conſerta manu in ſingulari certamine, Coruum, ſcilicet auem pugnatorem, quia oculos Galli alis infeſtantem, hi, ſcilicet ciues, ſupple reddiderunt ſpecioſum, largiti ſupple ingreſſo annum tertium, & uigeſimum, conſulatum, cum ante trigeſimum lex eum inire uetaret. Quorum alterum, ſcilicet beneficium à diis collatum, gens Coruina amplexa decus, ideſt tanquam decus, uetuſtæ originis optimi hominis, ſcilicet primi Coruini, aut optimi hominis, uſurpat cognomen, ideſt pro cognomine, ut Coruina dicatur, alterum ſcilicet à ciuibus collatum beneficium, ſubiungitur ſummō ornamento, gloriando, ideſt dum gloriatur tam celeritate conſulatus, quia ante uigeſimumquartum annum conſul factus fuit, quàm principio, quia primus in familia ſua conſul fuit.

OLIVERIVS.

AC ne Quinti quidem Scæuolæ. Hoc Scæuolæ clariſſimum contigit, ꝙ cum Aſia prouincia ſibi ſorte obueniſſet, in adminiſtranda ita ſe geſſit, ut ſenatus deinde omnibus in eam prouinciam ituris magiſtratibus, Scæuolam adminiſtrandæ prouinciæ normam, exemplumq; proponeret. ex quo facile intelligi poteſt quanta innocentia, & integritate, quanta rurſus prudentia, & magnanimitate prouinciam illam adminiſtrauerit, cum ſenatus decreuerit, ut eius formam, exemplumq; ſeruarent præfecti, & magiſtratus. nihil profectò in eo, quod ad iuſtiſſimi uiri, ſapientiſſimi hominis, &, integerrimi præfecti gloriam pertineret defuiſſe uidetur. hic eſt ille Scæuola, quem Carbo in ea prouincia diligentiſſime ſeruauerat, accuſaturus ſi quid peccaſſet, ulciſcendi patris gratia, qui ab hoc Scæuola fuerat aliquando damnatus. ſed tanta fuit Scæuolæ integritas, ut nullum illi criminandi locum reliquerit. ⁋ Quem Lucius Craſſus. Hoc dicit ad diſcretionem aliorum, quia multi Scæuolæ dicti ſunt, ut augur, ut pontifex, ut iuriſperitus, ut alii. ⁋ Scæuolam. Voluit ſenatus, ut prouinciam illam adminiſtraturis omnibus Scæuola foret exemplū, ut ea fide, & integritate, eo cōſilio & æquitate tēp. adminiſtrarēt, quibus Scæuola gubernaſſet.

Scæuola Aſiā ſanctiſſime rexit

ASCENSIVS.

AC ne quidem .i. non ſaltem, aut non ēt gloria Quinti Scæuolæ, quē L. Craſſus habuit collegam in cōſulatu ſuo, ſup. fuit parum illuſtris, quia multō illuſtris fuit. Qui obtinuit Aſiam tam ſancte, & tam fortiter, ut ſenatus proponeret deinceps decreto ſuo magiſtratibus ituris in eam prouinciam Scæuolam exemplum, atq; formam officii.

OLIVERIVS.

INhærent illi uoci. Nec Marius quidem hoc ornamenti genere caruit, non enim minus illi glorioſum Scipionis iudicium fuiſſe uidetur, quam ſeptem conſulatus. nam ut in

eius uita legitur, cum in Hiſpania ſub Africano poſteriore ſtipendia faceret, & forte in cœna iuxta Imperatorem diſcumberet, quia plurimi faceret illum imperator, quidam ex aſtantibus ſiue ſerio, ſiue ioco Scipionem interrogauit, ſi quid illi forte accidiſſet, quem imperatorē ſibi parem reſpub. eſſet habitura. conuerſus in Mariū, & percuſſo eius humero Scipio, illum futurum ſine ulla cunctatione reſpondit quod eius, quæ poſtmodum euenit futuræ magnitudinis uerisſimum uaticinium fuit, ſed tunc omnes, q̃ aderant facile cognouerunt quanti Marium faceret Scipio, nam re uera nihil ad omnem dignitatem, & amplitudinem conſequendam Mario deerat ꝓpter generis dignitatē, teſte Salu. ¶ Inhærent. Innituntur, & infixi quaſi depēdent à uoce Scip. ¶ Septem Marii conſulatus. qui ſecuti ſunt. ¶ Duo ampliſſimi triumphi, Alter de Iugurta rege Numidiæ alter de Cimbris, Senonibus, & Theutonis. ¶ Ad rogū uſq; .i. uſq; ad mortē gaudio exultauit, præterquam cum in paludibus delituit, & ad eum occidendū Minturnas miſſus eſt Cymber à Valeri. ſed illud comparatione fœlicitatis tam adeo breue fuit, ut merito dici poſſit ad mortem uſq; exultaſſe, nam ſeptimo conſulatu periit. ¶ Equeſtria. Tūc decurio fuit Marius. ¶ Vel hunc. etiam hunc Mariū uel ſaltem hunc Marium, nam uel, utrunq; ſignificat. interdū etiam diſiunctiua eſt. hac uoce ſignificauit Scipio Mariū futurū imperatorem, qui ſibi comparari poſſet. ¶ Quo augurio. non facile, inquit iudicari poteſt id ne dixerit Scipio ex certa animi ſententia, quia ita ſua uirtute futurum præuidiſſet, an fortuito quodam uocis iactu, tanquā diuinaſſet futurum quod euenit omnino tamen appellat augurium. ¶ Perpendi. examinari, iudicari. ¶ Nimirum cœna militaris. Certe, inquit, in cœna militari præuidit Sci. ſumptuoſas illas cœnas, quas populus Romanus ea nocte qua nunciatum fuit, Cimbros ab eo fuiſſe deletos. In honorem Marii celebrauit. ¶ Cœna militaris. quæ i caſtris facta eſt. ¶ Nemo fuit qui non illi libauerit. In omnibus ſacris æpulis primitias diis offerebant. In ea nocte, non diis, ſed Mario libarunt.

Mario quæ magnifice contigerunt

ta urbe quanta eſt. Roma. Nam poſtquam nuncius peruenit .ſ. Romam initio noctis, Cimbros deletos ab eo .ſ. Mario, nemo fuit ſup. Romæ, qui non libauerit .i. obtulerit illi .ſ. Mario tanquam diis immortalibus apud ſacra menſæ ſuæ, hoc eſt, qui non inſtruxerit epulum lætitiæ, ſicut Galli ignes extruūt, & inter epulandum Mario adhiberit, & quaſi ſacra libamina obtuerit

ſtipendia equeſtria mereretur: & forte inter cœnam quidam Scipiouem interrogaſſet: ſi quid illi accidiſſet, quem nam reſp. æq; magnum habitura eſſet imperatorem: reſpiciens ſe ſupra ipſum cubantem, uel hunc dixit. quo augurio perfectiſſima uirtus, maximam orientem uirtutem uiderit ue certius, an efficacius acciderit, perpendi uix poteſt. illa nimirum cœna militaris, ſpecioſiſſimas tanta iu urbe Mario futuras cœnas ominata eſt. Poſtquam Cimbros ab eo deletos initio noctis uuntius peruenit: nemo fuit, qui nou illi tanquam Diis immortalibus, apud ſacra meuſæ ſuæ libauerit.

¶ De Cn. Pompeio.

IAm quæ iu Cn. Pompeium & ampla, & noua geſta ſunt: hiuc aſcenſione fauoris, illinc fremitu inuidiæ, literarum mouimeutis obſtrepitur. Eques Romanus, procouſul iu Hiſpauiam aduerſus Sertorium pari imperio cū pio Metello priucipe ciuitatis miſſus eſt, uou dum illum honorem auſpicatus bis triumphauit. Initia magiſtratuum a ſummo imperio cepit. tertiū conſulatum decreto ſenatus ſolus geſſit. De Mithridate, & Tigrane, de multis præterea regibus, & gentibus, plurimiſq; ciuitatibus & prædonibus unum duxit triumphum.

OLIVERIVS.

IAm quæ in C. Pompeiū. Quæ ampla, & magnifica Pompeio contigerint, licet ex multis auctoribus colligi poſſit, ut è Plinio na. hiſto. lib. vii. qui eius titulos omnes, triumphoſq; ſummatim percurrens, illum nō ſolū Alexan. magni, ſed Herculis & liberi patris fulgorem adæquaſſe dicit, & è Plutarcho, qui eius uitā deſcribens, eum quaſi de toto orbe triumphaſſe oſtēdit hæc tamē omnia è Ci. Pompeiana multo facilius, ac breuius. hunc igitur auctorem hoc loco ſequar quoniam eius uerius erit teſtimonium. dicit enim non commemorabo nuper ita nobis, patribuſq; noſtris eſſe uiſum, ut in uno C. Mario ſpes imperii poneretur, ut idem cū Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonicis bellū adminiſtraret. in ipſo Cn. Pompeio, in quo noui cōſtitui nihil uult. Q. Cat. q̃ multa ſint noua, ſummaq; Catuli uoluntate cōſtituta recordamini. quid tam nouū, quam adoleſcentulum priuatum exercitum difficilem reſp. ſyllæ conficere, confecit, huic præeſſe, præfuit, cem optime ductu ſuo gerere geſſit. quid tam præter conſuetudinem, quàm homini peradoleſcenti, cuius à ſenatorio gradu ætas longe abeſſet, imperium, atq; exercitum dari, Siciliam permittu, atq; Africanum bellum in ea adminiſtrandum? fuit in his prouinciis ſingulari innocentia, grauitate, uirtute, bellum in Africa maximum confecit, uictorem exercitum deportauit. quid uero ita inaudītum quàm equitem Romanum triumphare? at eam quoq; rem Populus Romanus non modo uidit, ſed etiam omnium ſtudio uiſendam putauit. quid tam inuſitatum, q̃ cum duo conſules clariſſimi fortiſſimiq; eſſent, eques Romanus ad bellum maximum, formidoloſiſſimumq; pro cōſule mitteretur? miſſus eſt. quo quidem tempore cū eſſet non nemo in ſenatu, qui diceret non oportere mitti hominē priuatum pro conſule. L. Philippū dixiſſe dicitur, non ſe illum ſua ſententia pro cōſule, ſed pro conſulibus mitti. tanta in eo reip. bene gerendæ ſpes conſtituebatur, ut duorum conſulum munus unius adoleſcētis uirtuti committeretur. quid tam ſingulare, q̃ ut ex ſenatuſconſulto legibus ſolutus, conſul ante fieret, q̃ ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? quid tam incredibile, q̃ ut iterum eques Romanus ex ſenatuſconſulto triumpharet, hæc in hominibus noua poſt hominū memoriā conſtituta ſunt, ea tam multa oībus non ſunt q̃ hæc, quæ in hoc uno homine uidemus apparere. Itemq; de Cn. Pompe. Diſſenſionē inter auctores, & harum rerum ſcriptores eſſe dicit, ꝙ alii Pompeio fauentes, hæc omnia recte facta à ſenatu Populoq; Ro. fuiſſe dicant, alii quadam inuidia commodi reprehendant, ꝙ contra leges, & maiorum conſuetudinem, tanta Pompeio tributa fuerint. & ſimul notanda eſt cōſtructio, quia dicit, obſtrepitur, quæ in Pompeium congeſta ſunt, ſubauditur enim pro his, nā poſito relatiuo, ſubauditur antecedens. ¶ Hinc aſcenſione fauoris. propter eos, qui recte eſſe dicunt. ¶ Fremitu inuidiæ. propter eos qui liuore ducti, non recte factum eſſe dicūt, ꝙ contra leges, & maiorum conſuetudinē, tot tantaq; Pompeius fuiſſet aſſecutus. Literarum monumentis. quia ſcriptores de his ſuum quoq; adhibuere iudicium, ¶ Obſtrepitur. Circunſonatur,

L. Philippus de Pompeio

ASCENSIVS.

INhærent & c. ſeptem conſulatus, ac duo ampliſſimi triumphi Caii Marii ideſt quos Caius M. Arpinas geſſit ac duxit inhærent, ideſt infixi ſunt quaſi fundamentum ſint, illi, ſcilicet nobili uoci Africani ſuperioris. Enim pro quia. M. ſupple exultauit gaudio, ideſt proſpero ſucceſſu, uſq; ad cogum, id eſt uſq; ad funus ſuum, qui ſcilicet Marius quum mereretur ſtipēdia equeſtria, ideſt militaret pro mercede in equo, ſub eo duce uidelicet Scip. & quidam interrogaſſet forte inter cœnam, id eſt cœnandum Scip. quem nam reſp. habitura eſſet imperatorem æque magnum, ſi quid, ſcilicet aduerſi (intellexit autem necem, ſed ad euitandum malum omen, non audebat dicere ſi mortem obiuerit) accidiſſet illi, ideſt ſi occideretur, aut moreretur. Sci. ſup. reſpiciens ſe cubantem ſupra ipſum. ſ. Marium, dixit uel .i. etiam aut ſaltem hunc. ſ. equitem, licet ignobilem, ſtrenuum tamen. Quo augurio uix poteſt perpendi .i. diſcerni, ne .i. an perfectiſſima uirtus. ſ. Scipionis, hoc eſt Scipio præditus iam tum uirtute conſumatiſſima, uiderit .i. proſpexerit quaſi per ſpiritum prophetiæ, & uim diuinandi, maximam uirtutem orientem. ſ. in Mario, certius .i. infallibilius, an ſup. acciderit .i. à caſu contigerit efficacius. Nimirum .i. haud dubie, illa cœna militaris, ideſt qua inter milites, utpote in exercitu Scipio talia de Mario prædicauit, ominata eſt .i. augurauit, & quaſi omine quodā præſignauit Mario, ſpecioſiſſimas .i. honoriſicentiſſimas cœnas futuras Mario. i. in honorem Marii, in tan

¶ De Q u. Catulo.

QVintum etiam Catulū Populus Romanus uoce ſua tantum non ad ſydera uſq; euexit. nam cum ab eo pro roſtris interrogaretur, ſi in uno Pōpeio magno omnia reponere perſeueraſſet: abſumpto illo ſubiti caſus incurſu, i quo ſpem eſſet habiturus: ſummo conſenſu acclamauit, in te. uim honorati iudicii admirabilem. ſiqui dem magno Pompeio cum omnibus ornamentis, quæ retuli, duarum ſyllabarum ſpatio incluſum Catulum æquauit.

¶ De M. Catone.

POteſt & M. Catonis è Cypro cum regia pecunia reuertentis appulſus ad ripam Tyberis, memorabilis uideri: cui naue egredienti Conſules, & cæteri magiſtratus, & uniuerſus. S.P.Q.R. officii gratia præſto fuit: non quod magnum pondus auri, & argenti, ſed quòd M. Catonem claſſis illa incolumem aduexerat, lætatus.

Circunſonatur, obtunditur, murmuratur. uociferatur. ¶ Eques Romanus. hoc idem affirmat Cicero in philippicis. Liuius in libro nonageſimoprimo dicit eum fuiſſe quæſtorem, quādo aduerſus Sertorium cū imperio conſulari miſſus eſt. Equitē, uero fuiſſe dicit eum in Africam miſſus eſt aduerſum Cn. Domit ū proſcriptū. Et Hiericā, uel Hiarbā, ut alii dicunt regem numidiarū bellum molientes, quos uictos interemit. natus annos quatuor, & uiginti. & de Africa triūphauit, quod ad eam diem nemini unq̄ contigerat, ut eques Romanus triumpharet, ſed Ciceroni magis credendum eſt, qui hæc omnia uidit, & ſenſit ¶ Bis triūphauit. ſemel de Africa deuictis, ut ſupra Domitio, & Hiera rege, ruſus de Sicilia uicto Carbone, qui flēs muliebriter mortē tulit, nam uictum occidit. ¶ Auſpicatus per auſpiciū conſecutus. ¶ Initia magiſtratuū. Non ille per gradus inferiores ad ſummum aſcēdit, ſed primus illi magiſtratus fuit conſulatus, ad quem per ædilitatē, quæſturā, alioſq; magiſtratus reliqui ciues peruenire conſueuerant. ¶ Tertiū conſulatum. hoc ex auctoritate M. Bibuli Catonis neceſſarii ſactū eſt, cuius ſententiā Cato laudauit, ut in eius uita legitur. ¶ De Mithridate. rege ponti. ¶ De Tigrane. rege Armeniæ, cuius filius cū uxore triumphantis currum proſecuti ſunt, Zoſimeis cū uxore, Ariſtobolus rex iudæorum. ¶ De multis regibus. de Ariobarzane. Pharnace, Ariſtobolo. ¶ Plurimis ciuitatibus. Ciuitates prope noningentas cæpit, inter quas & Hieroſolymā, ubi templū ad iudæorū urbem uſq; ad id tempus inuiolatū ſpoliauit, ex quo creditur non illi poſt illā ſpoliationem proſpere quicquā ceſſiſſe. ¶ Et gentibus. Nam gentes, ſiue nationes. xii. ſubegit. ¶ Prædonibus. Piratas celerius quā credi pōt ſuperauit ¶ Vnum duxit triumphū de his oībus ſemel triumphauit, & triumphantis currū proſecuti ſunt reges ſuprà memorati. Plutarchus de tertio Pōpeii triūpho, ex quibus gentibus triūphauerit ſic breuiter tradit. erant quippe regiones hæ, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Tiberia, Albania, Syria, Cilicia, Meſopotamia. Præterea hi, qui circa Phœniciam & Paleſtinam incolunt Iudæi, Arabes. Piratarum etiā quotquot genera terra, mariq; debellata erant. inter hæc notabantur caſtella, aut pauciora q̄ mille capta. ciuitates fermè noningentæ. piraticæ naues octingentæ. urbes præſidiis Romanis firmatas eſſe undequadraginta. his quoq; addebantur uniuerſa Romanæ urbis tributa, ante id bellum quinquagies decies centena millia fuiſſe. cū his uero, quæ Popu. Ro. ipſe quæſiuit octuagies, & quinquies decies centena millia, in ærariū. præterea uaſa aurū argentumq; ſignatū ad uiginti millia talentorū, præter quæ militibus diuiſa ſunt quorū qui minus accepit, mille & quingentos aureos tulit. captiui poſt principes piratarum in triumpho ducti, Tigranis armeni filius, cū uxore filiaq; ipſius regis Tigranis Coſmtæ coniux. rex iudæorum Ariſtobolus. Mithridatis ſoror cū liberis quinq;. Scytarū quoq; & multæ mulieres albanorū, & tyberorū, ac regis coagenorū obſides ducti. Trophæa quoq; q̄ plura notata. omnia præliorum munera, quæ aut ſe duce, aut per legatos adeptus erat, maximum & ſplendidiſſimum fuit. & quod Romanorū nemini hactenus obtigit, & trinū è trina uniuerſi orbis parte triumphum duxit. nam licet tres ex hac una parte antea triumphauerint, ipſe tamen primum ex Africa. Secundū ex Europa. Tertium hunc ultimum ex Aſia ducens triumphū, quodammodo uiſus eſt ex uniuerſo ambitu orbis triumphaſſe.

Ariſtobolus rex

ASCENSIVS.

IAm (continuatiua eſt particula) obſtrepitur, ideſt cū ſtrepitu memoratur monimentis literarum, ideſt ſcriptis multorum, quæ cum ſtrepitu quodam, & frequentia leguntur, quæ, ſcilicet magnifica, & ampla, & noua, & inuſitata, idem

congeſta ſunt in Cneum Pompeium. ſ. magnū, hinc. i. ex una parte, aſſenſione. i. aſpiratione fauoris, illinc. i. ex altera parte fremitu inuidiæ, quia ſæpe, qui per inuidiā ſummis uiris obeſſe nituntur, pro'unt illis ad gloriam, ut Iuno Herculi, Pelias Iaſoni, &c. Ipſe. ſ. p. eques Romanus. i. quum eſſet tantū eques miſſus eſt proconſul. i. functurus conſulari poteſtate, in Hiſpaniam aduerſus Sertorium. par poteſtate. i. habens parem poteſtatem cū Metello Pio principe ciuitatis. ſ. Romanæ & triūphauit bis, nōdū auſpicatus. i. auſpicio adeptus, aut ingreſſus ullum honorem. i. magiſtratū honorificū, nā proconſulatus nō erat in urbe, ſed in prouincia. Cepit initia magiſtratuū à ſummo imperio, quia non gradatim uenit per ædilitatem, quæſturam, præturam, &c. ad conſulatum, ſed non geſtis minoribus, ſummos honores adiit. geſſit tertium conſulatū ſolus, ideſt ſine collega, & id decreto ſenatus. duxit unū triumphū i. ſimul, & ſemel triumphauit de Mithridate rege ponti, de Tigrane rege armeniæ, præterea de multis regibus. ſcilicet aliis, ut de Ariobarzane, Pharnace, Ariſtobolo, & gentibus. i. nationibus, quas xii. ſubegit, & plurimis ciuitatibus. q. a. q̄ſi de noningēds, & p̄donibus, ut de piratis, Cilicib', de q̄bus late Oliue.

Pōpeii trophæa.

OLIVERIVS.

QVintum etiā Catulum. Nō parum illuſtre fuit quod euenit Q. Catulo, qui cū Po. Rō. diſſuadere uellet, non eſſe Mithridatis prouinciam Pompeio demandandam, quæ ſiuit ex populo, in quo ſpem eſſent habituri, abſumpto forte Pompeio, in quē tunc oīa conſerrent, ſummo oīum conſenſu ſucclamatū eſt, in te. Cic. in Pōpeiana Reliquū eſt, ut de Q. Catuli auctoritate, & ſententia dicendū eſſe uideat, qui cū ex uobis quæreret, ſi in uno Cn. Pōpeio oīa poneretis, ſi quid de pompeio factū eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri, cœpit magnū ſuæ uirtutis fructū, ac dignitatis; cū oēs una prope uoce in eo ipſo ſpem habituros eſſe dixiſtis, etenim talis eſt uir, ut nulla res tāta ſit, ac tā difficilis, quā ille non & conſilio regere, & integritate tueri, & uirtute cōficere poſſit. ex his ergo uerbis Populus Romanus pompeii gloriæ Catulū adæquauit. ¶ Ad ſydera uſq; euexit. Hyperbole eſt. popu. Ro. maxime Catulū ſuis uerbis extulit. ¶ Abſumpto. Extincto Pōpeio aliquo ſubito fortunæ impetu. ¶ Vim honorati iudicii. Qui diligēter inſpexerit, in populi uoce uim maximā ineſſe cognoſcet, ut duobus uerbis facile ſignificauerit, Catulū nihilo inferiorē eſſe pompeio. ¶ Vim admirabilē. Vehementiā admiratione dignam. ¶ Duarum ſyllabarum ſpatio. Videlicet in te.

Catul' pōpeii laudib' non inferior

ASCENSIVS.

QVintum, & c. populus Romanus tantum non. i. quaſi, aut hoc ſolo dempto, q̄ non facto, ſed uoce ſua euexit etiam Quintū Catulum uſq; ad ſydera. Nam cum populus Romanus interrogaretur ab eo. ſ. Catulo, pro roſtris. i. in concione ante roſtra, ſi populus ſup. perſeueraſſet reponere. i. collocare omnia. ſ. ornamēta ſua in uno. ſ. ſolo pompeio magno, in quo eſſet habiturus ſpem, illo. ſ. pompeio abſumpto. i. ſi forte abſumatur, & pereat incurſu. i. impetu ſubiti. i. importuni caſus, acclamauit ſummo cōſenſu, in te. hoc eſt in Catulo. Vim. i. o uim admirabilē iudicii honorati. i. honorifici, ſiquidem. i. quoniam, populus æquauit Catulū incluſum ſpatio duarū ſyllabarū. ſ. in te. hoc eſt intellectū per pronomen te, pompeio magno, cum omnibus ornamentis, quæ retuli, ideſt recitaui in ſuperiori capite.

OLIVERIVS.

POteſt M. Catonis. De profectione M. Catonis in Cyprum, de regia pecunia Romam tranſuecta, de Cypro in prouinciæ formam redacta, dictum eſt. quo uero ad eius gloriam pertinet, & quod illi magnificum

contigit, ex hac expeditione reuertenti, non ſolum conſules, cæteriq; magiſtratus, ſed omnes quoq; ſenatores, populus uniuerſus obuiam honoris gratia prodierunt, magnam præſeferentes lætitiam, q incolumis rediiſſet, ſpes maxima patriæ & decus ſenatus Romani. ¶ Appulſus. Appulſio, applicatio, eſt enim nomen hoc loco non participium. ¶ Officii gratia. præſtandi honoris gratia. ¶ Præſto fuit. Obuiam progreſſus.

omnium iudicio, & ipſa connumerata eſt. poſtremo cum ex decem peteretur prima, ipſarum mulierum conſenſu Sulpitia datur. Pli. lib. vii. na. hi. Pudiciſſima inquit fœmina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia, uxor Fuluii Flacci, electa ex centum præcipuis, quæ ſimulachrum Veneris ex ſibyllinis libris dedicaret. ¶ Verticordiæ. quæ impudicarum mulierum corda à libidine ad pudicitiam uerteret, nam à uertendo corde uerticordia dicta eſt Venus. ¶ Cæterum. Quia ſine diminutione, quandoquidem, inquit externorum uirorum exempla ſine detractatione amplitudinis Ro. commemorare poſſumus, de his quoq; diſcamus.

Sulpitia Flacci uxor

ASCENSIVS.

Poteſt, &c. Appulſus .i. Applicatio ad ripã Tyberis Marci Catonis reuertentis è cypro cum pecunia regia, pro qua miſſus fuerat, ne cyprii rebellarent, poteſt uideri &.i. etiam memorabilis, cui .ſ. Catoni egredienti naue, conſules, & cæteri magiſtratus, & uniuerſus ſenatus, populusq; Romanus, fuit præſto .i. obuiam prodiit gratia officii .i. honoris debiti impẽdẽdi, lætatus, nõ q claſſis illa aduexerat magnũ põdus auri & argẽti, ſed pro aduexerat Marcũ Catonẽ incolumẽ qui tñ per inuidiã miſſus erat, unde etiam ſubſiſtere noluit.

OLIVERIVS.

Sed neſcio an præcipuum. Notata eſt hiſtoria in capitulo de prodigiis libro .i. Fuit autem hoc illi magnificũ, & illuſtre, q duobus in Hiſpania occiſis Scipionibus, reliquiæ totius exercitus in unum collectæ, ſummo conſenſu imperium ei detulerunt. qui cũ in propinquo bina pœnorum caſtra paucis millibus paſſuum diſtarent, cohortatus milites proxima caſtra, intempeſta nocte adortus eſt, & tum hoſtem uictoriæ fiducia incompoſitum aggreſſus, ne nuncium quidem cladis reliquit. breuiſſimo tempore militi ad requiem dato, eadẽ nocte capti iama rei geſtæ progreſſus, altera eorum caſtra inuaſit. Ita bis ſimili uſus euentu, deletis utrobiq; pœnis, amiſſas Populo Romano Hiſpanias reſtituit, quo tempore, hoc illi tanto glorioſius fuit, quo non ambitione quæſitum, non alia ratione expetitum fuiſſe dici poſſit, quippe in tanto diſcrimine ubi omnium ſalus uni ſapientiſſimo credenda fuerat. ¶ In ultimas anguſtias. In ultimum uitæ diſcrimen, ubi ſpes nulla ſalutis ſubeſſe uideretur.

¶ De Lucio Martio.

Sed neſcio an præcipuum ſit L. Martii inuſitati decoris exemplum. quẽ equitem Romanum duo exercitus P. & Cn: Scipionum interitu, uictoriaq; Haſdrubalis lacerati, ducem legerunt: quo tẽpore ſalus eorũ in ultimas anguſtias deducta, nullũ ambitionis locũ reliquebat.

¶ De Sulpitia.

Merito commemorationi uirorum Sulpitia ſeruii Paterculi filia, Q. Fuluii Flacci uxor adiicitur quæ, cum ſenatus libris ſibyllinis per decemuiros inſpectis cenſuiſſet: ut Veneris Verticordiæ ſimulachrum conſecraretur: quo facilius uirginum, mulierumq; mens à libidine, ad pudicitiam conuerteretur: & ex omnibus matronis centum, ex centũ autem decem ſorte ductæ, de ſanctiſſima fœmina iudicium facerẽt: cunctis caſtitate prælata eſt.

ASCENSIVS.

Merito, &c. Sulpitia filia Seruii Paterculi, & ſup. uxor Quinti Fuluii Flacci adiicitur merito commemorationi uirorum. Quæ cum ſenatus cenſuiſſet, libris ſibyllinis inſpectis, per decemuiros ad hoc creatos, ut ſimulachrum Veneris Verticordiæ, ideſt habentis poteſtatem cordis uertendi, ut miſera gẽtilitas credebat, conſecraretur, quo, ideſt ideo, ut mens uirginum, ideſt non corruptarum, & mulierum, ideſt corruptarum conuerteretur facilius ad pudicitiã, & centum, ſcilicet matronæ ex oĩbus negociis, autem .i. ſed, decem .ſ. matronæ ductæ ſorte facerent iudicium de ſanctiſſima fœmina, quæ .ſ. ſimulachrum illud cõſecraret, prælata eſt cũctis .ſ. aliis caſtitate .i. in caſtitate, aut ob caſtitatem. Faciens autem tranſitum ad externa dicit. Cæterum, ideſt ſed quia inſignia quoq; externa poſſunt reſpici ſine ulla diminutione maieſtatis Romanæ, tranſgrediamur ad ea.

¶ Externa. De pythagora.

Cæterum quia ſine ulla diminutione; Romanæ maieſtatis, externa quoq; inſignia reſpici poſſunt: ad ea tranſgrediamur. Pythagoræ tanta ueneratio ab auditoribus tributa eſt: ut quæ ab eo acceperant, in diſputationem deducere nefas exiſtimarent. quinetiã interepllati ad reddendam cauſam, hoc ſolum reſpondebant, αυτοσ ἐφα. Magnus honor ſed ſchola tenus. Illa urbium ſuffragiis tributa eſt.

ASCENSIVS.

Sed neſcio, an exemplum Lucii Martii ſit præcipuum decoris inuſitati, quem ſup. entem equitem Romanũ, duo exercitus lacerati interitu Publii & Cnei Scipionum, & uictoria Haſdrubalis, qui eos uicerat in Hiſpania, legerunt .i. elegerunt ducem (Senatus tamen nõ approbauit, eo q nõ ſatis modeſte, uictoriã ſuã ad eum ſcripſerat) ſup. eo tempore, quo ſalus eorum deducta in ultimas anguſtias, nullum locum ambitionis, aut ambitioni relinquebant, quia ubi de ſalute agitur, uero iudicio res decernitur, nec unde res, ſed unde ſalus dependeat, eligitur.

OLIVERIVS.

Merito uirorum Sulpitia. Eſt ſexui quoq; fœmineo ſuus reddendus honor, ut ſi quid magnificum illis contigerit, ſilentio non prætermittatur, nec id factum inuidia eſſe uideatur. itaq; Sulpitia uirorum cõmemorationi ſubiungi merito poſſe uidetur. hæc Paterculi filia, & Fuluii Flacci coniunx, cum ex libris ſibyllinis ſenatus decreuiſſet, ut ueneris uerticordiæ ſimulachrum conſecraretur, ut mulieres uidelicet in pudicitiam conuerterentur, & decem uirorũ mandato, caſtior matrona dedicationi præficeretur, inter centum, quæ ex omni mulierum turba caſtiores electæ ſunt, hæc Sulpitia fuit, & ex his deinde ſ. lectæ ſunt decem præſtantiores, in quibus

Sulpitiæ caſtitas

OLIVERIVS.

Pythagoræ tanta ueneratio. De hac Pythagoræ ueneratione Cic. lib. i. de na. deo. Non ſunt, inquit tam auctores in diſputando, q̃ rationis momẽta quærẽda. quinetiam obeſt plerunq; his, qui diſcere uolunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur. deſinunt enim ſuum adhibere iudicium, cum id habent ratum, quod ab eo quem probant, iudicatum uident. nec uero probare ſoleo id, quod de Pythagoricis accepimus, q ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cũ ex his quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos, ipſe dixit, ipſe autem erat Pythagoras. tantum præiudicata opinio poterat, ut etiam ſine ratione ualeret auctoritas. ¶ In diſputatione deducere. Diſputare de ea re, quam Pythagoras aſſeruiſſet. ¶ Interpellati. Interrogati ab aliis. ¶ Schola tenus. Magnus quidem honos tribuebatur Pythagoræ, ſed is duntaxat à diſcipulis .i. quantum ad ſcholam eius pertinebat, ueneratio hæc erat extima, Vlterius uero non procedebat, & .i. quod dicit ſchola tenus, ideſt quod pertinet ad ſcholam. quem autem in diſputando, ſiue docendo Pythagoras morem ſeruauerit, uide Aulum Gel. lib. i. cap. ix. ¶ Illa urbium ſuffragiis. illa ſubaudi ueneratio. ¶ Vrbium. propter crotoniatas.

Pythagoræ honores

ASCENSIVS.

Pythagoræ &c. Tanta ueneratio tributa eſt Pythagoræ ab auditoribus, ſcilicet eius, ut exiſtimarent nefas ſupple eſſe, deducere in diſputationem ea quæ acceperant ab eo. Quinetiam interpellati, ideſt requiſiti ad reddendam cauſam, reſpondebant hoc ſolum, αυτοσ, ideſt ipſe, ἐφα, ideſt dixit. Magnus honos ſupple in ea re exhibitus eſt pythagoræ, ſed ſcholatenus, ideſt in ſchola duntaxat. illa, ſcilicet quæ dicentur, tributa ſunt ſuffragiis, ideſt uotis urbium.

❡ De eodem Pythagora.

ENixo Crotoniatæ ſtudio ab eo petierunt: ut ſenatũ ipſorum, qui mille hominum nu/mero conſtabat, cõſilijs ſuis vti pateretur: opulentiſſimaq́ꝫ ciuitas tam frequenter ue/nerati poſt mortem, domum eius Cereris ſacra/rium fecerunt. quamq́ꝫ illa urbs viguit: & dea in hominis memoria, & homo in deæ religione cultus eſt.

❡ De Gorgia Leontino.

GOrgiæ vero Leontino ſtudiis literarum ætatis ſuæ cunctos præſtanti, adeo vt primus in conuentu poſcere, qua de re quiſqꝫ audire uellet: auſus ſit: vniuerſa Græcia in templo Delphici Apollinis ſtatuam ſo/lido ex auro poſuit: cum cæterorum ad id tempus auratas collocaſſet.

❡ De Amphiarao.

EAdem gens, ſummo conſenſu ad Am/phiaraum decorandum incubuit: locum, in quo humatus eſt, in formam condi/tionemq́ꝫ templi redigendo: atque inde o/racula capi inſtituendo. eius cineres idem hono/ris poſſident, quod pythicæ Cortinæ, qđ Aheno Dodonæ, quod Hãmonis fronti datur.

OLIVERIVS.

ENixo Croto. diſcipulorum iudicium ſcholam non exce/debat, ſed quod ſequitur, in urbe celebratum eſt. Cum enim ſe in calabriam Pythag. contuliſſet, q̃ tunc magna græcia dicebatur, Crotonæ ludum aperuit. Crotoniatæ cogni/ta Pythagoræ ſapientia, & integritate, cenſuerunt ſemper eius cõſiliis utendũ eſſe in ſenatu qđ ab illo ſũmo ſtudio contende/runt, ut ſibi fieri liceret, quis e/nim ſenatus eorum numeroſus eſſet, quippe mille hominũ, ta/men ipſi tãtum Pythagoræ tri/buerunt. ut eius conſiliis eorũ ſenatus plurimũ ſuſtentari poſ/ſe uiderent, q a inter tot ſenato/res nemo inueniretur, qui cum illo in ſapientia, & uirtute con/ferri poſſe uideretur. quare poſt eius mortem domum cereri cõ/ſecrarunt, ut eſſet in quod dea ſub hominis illius memoria, & homo ſub deæ religione cole/retur. hoc autem fecerunt Cro/toniatæ, quia Pythagoras præ/dicare conſueuerat domũ phi/loſophantis eſſe ſacrarium ſa/pientiæ, & ueriſſimum dei tem/plum. ⁋ Enixo ſtudio. uehemẽ/ti, & propenſo ſtudio. ⁋ Croto/niatæ. Croton, uel ut alii dicũt Crotona, ſed teſte Ouidio, cro/ton dicitur, nam protulit geniti/uum crotonis, Nec inhoſpita te/cta crotonis. eſt autẽ ciuitas ca/labriæ, quæ poſſeſſiuum, ſiue primitiuũ facit crotoniata. ⁋ Ci/uitas uenerati. Sintheſis figura nota, licet enim ciuitas enunciatione fœminini gñis ſit, ſignifi/catione tamen maſculinum habet incluſum. ⁋ Domum eius cereris. uoluerunt illius domum eſſe cereris templum, in quo dea cum Pythagoræ memoria coleretur, & Pythagoras cum deæ religione ueneraretur.

ASCENSIVS.

GOrgiæ, &c. uero. i. ſed, uniuerſa græcia poſuit Gorgiæ Leontino præſtanti. i. ſuperanti cunctos ſuæ ætatis ſtu/diis literarum adeo. i. in tantum, ut auſus ſit primus po/ſcere in conuentu. ſ. hominum de qua re quiſqꝫ uellet audire, ſ. quia de omni ſcibili diſputare potuit, poſuit dico in templõ Apollinis delphici ſtatuam ex ſolido auro, cum collocaſſet ad id tẽpus, ſtatuas ſup. cætero/rum. ſ. ſapientum, aut philoſo/phorum auratas. i. auro in/ſtratas, & tectas.

OLIVERIVS.

Amphiarai tẽplũ

EAdem etiam genus. Nõ minus ſtudioſa fuiſſe uſ græcia in decorãdo Am/phiarao, quã fuerat in Gorgia Leontino. nã ex uniuerſæ græ/ciæ decreto templum ibi conſti/tutum eſt, ubi Amphiaraus bel/lo thæbano ſubito terræ hiatu fuerat abſortus, cum armis, & equo, & inde ñ aliter quã ex del/phici Apollinis, & Iouis Ham/monis templis oracula petebã/tur. magnificum profecto, qđ obtigit Amphiarao, ut i da dis reſponſis Apollinis par foret, & Hãmoni. Amphiarai nota eſt hiſtoria apud Statium, fuit au/tem uates clariſſimus, & in a/doleſcentia ab argonautis acci/tus, q deide bello Thebano cũ montem aſcendiſſet, uiſurus quid ex eo bello uenturum eſ/ſet Argiuis, inter cætera præui/dit, ſe ex eo bello nõ reuerſurũ, quare ut fata uitaret, latebras quæſiuit, ubi delitẽſens ab Adra/ſto cogi non poſſet. ſed ab Eripyle eius uxore, quæ capta mo/nili Argiæ Adraſti filiæ & polinicis uxoris, quod olim Vulca/nus Hermionæ priuignæ fabricauerat, cupiditatem auri, coniu/gis ſaluti præpoſuit. indicatus, & ad bellum ductus, quo pri/mum die deſcendit in campum. facto repente maxio terremo/tu telluris uoragine abſortus obiit. ⁋ Humatus. Sepultus, & à terra deuoratus. ⁋ Formam. Quantum ad ſpeciem, & qualita/tem templi. ⁋ Conditionem. Quantum ad dignitatem. ⁋ Capi. ora. Inſtituerunt p̃terea ut eo templo deos conſulerẽt, atqꝫ fu/tura cognituri oracula peterent. ⁋ Eius Cineres. Cineres, inquit Amphiarai eundem honorem ſunt conſecuti, quem Apollo, quem Iupiter Hammon, quem dodona ſilua. ⁋ Athenæ Do/doneæ. Dodona fuit Epiri oppidum habens propinquum ne/mus Ioui cõſeccratum, quernum totum, in quo dabant reſpõ/ſa columbæ. ſunt qui dicant hoc nemus fuiſſe etiam Palladi cõ/ſecratum, quorum ſententiam ſequitur, nunc Val. dicens Athe/nas dodoneas propter palladem. fuit autem in eo nemore no/bilis quercus, ex quo precioſiſſima uaſa fiebãt, unde Virgilus. Dodoneoſqꝫ lebetas dixit. ⁋ Hammonis fronti. Ioui Hammo/ni, nota eſt fabula quare dicatur Iupiter Hãmonius. i. arenari⁹, nam eam alio loco notauimus, hunc autem magnus Alexan/der patrem ſuum eſſe exiſtimauit, cuius frons erat magnæ ue/nerationis, licet ſimulachrum arietis formam referret.

Dodona oppidum.

ASCENSIVS.

ENixo &c. Crotoniatæ illi populi Italiæ petierant ab eo. ſ. Pythagora, ſtudio enixo. i. accurato, & laborato ac di/ligenti, ut pateretur ſenatum, ipſorum, qui conſtabat nu/mero mille hominum, uti conſiliis ſuis. & ciuitas o pulentiſſi/ma. i. ipſi ciues opulentiſſimi, uenerati frequenter ſupple eum in uita fecerunt domum eius, uenerati frequenter poſt mortem ſacrarium Cereris. quáqꝫ. i. & quantum aut quandiu illa urbs. ſ. Croton uiguit, &. i. ſimul dea. ſ. ceres ſup. culta eſt in memo/ria hominis ſ. Pythagoræ, & homo. ſ. Pythagoras, cultus eſt in religione deæ.

OLIVERIVS.

Gorgiæ aurea ſtatua erecta

GOrgiæ uero Leontino. Non paruũ fuit, quod obtigit Gorgiæ Leontino propter ſummum eius ingenium, ſingularemqꝫ doctrinam, nam ab uniuerſa græcia illi aurea ſtatua fuit in Apollinis templo repoſita, cum ad id tem/pus nemini unq̃ contigiſſet, quia omnibus argenteæ, non au/reæ ſtatuerentur. Cic. de oratore lib. iii. Ipſe ille Leontinus gor/gias, quo patrono, ut Plato uoluit, philoſopho ſuccubuit o/rator, q aut non eſt uictus unq̃ à Socra. neq; ſermo ille Plato. uerus eſt. aut ſi eſt uictus, eloquentior uidelicet fuit & diſertior Socrates, eſt ut tu appellas copioſior, & melior orator. ſed hic in illo Platonis libro de omni re, quodcunqꝫ in deſcriptionẽ, quæſtionemqꝫ reuocetur, ſe copioſiſſime dicturũ eſſe profite/tur. ipſe princeps ex omnibus auſus eſt in couentu poſcere, de qua re quiſqꝫ uellet audire. cui tantus honor habitus eſt ab uniuerſa græcia ſoli, ut ab omnibus delphis non aurata ſtatua ſed aurea ſtatueretur. ⁋ Cunctos præſtanti. excellenti, & ſuperã/ti omnes doctrina, dicimus aũt p̃ſto te, &, præſto tibi Terent. Dii immortales homini homo quid præſtat. Salu. Omnes ho/mines, qui ſe ſtudent p̃ſtare cæteris animantibus ⁋ In conuen/tu in corona, & congregatione hominum. ⁋ Solido auro. in/tegro, non cauo ſed pleno.

ASCENSIVS.

EAdem gens. ſ. græcanica, incubuit. i. diligentẽ quaſi to/to pectore operam dedit, ſummo conſenſu, ad decoran/dum amphiaraum. ſ. uatem, redigendo in formam, & cõ/ditionem templi locum in quo humatus eſt ab humo. ſ. abſor/tus, atqꝫ inſtituendo oracula capi inde. i. ex eo templo, & an/tro. cineres eius poſſident idem honoris. i. eundem honorem quod datur cortinæ pythicæ. i. ſecreto antri delphici, qđ datur aheno. i. æreo ſimulachro in formam columbæ, aut lebeti do/donæ ſyluæ, è cuius tinnitu futura iudicabant, unde male legũt quidam athenæ (ſed ut dixi exemplaribus deluſi) & quod da/tur fronti Hammonis. i. Iouis arenarii, qui Baccho per libyen exercitum ducenti, cum ſiti penè deficeret, apparuit in arena ſub ſpecie arietis, & ad fontem perduxit, ubi extructo templo

peruixit, ad quem atiam Alexander magnus, qui ſe Hammonis filium mentiebatur, peruenit, ab illius ſacerdotibus adulanter exceptus, ut per quam graphice in Rapſodia ſua deſcripſit Sabellicus.

THEOPHILVS.

Athenæ dodonæ. Satis oſtendit in Claudianum Ianus, ac ipſius apologia Furius echinatus Ahena, uel Aheno dodoneæ legẽdum, de quibus idem Parrhaſius in Claudianum copioſe.

¶ De Beronice.

Beronices quoq; nõ vulgaris honos: cui ſoli omnium fœminarum gymnico ſpectaculo itereſſe permiſſum eſt: cum ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſum adduxiſſet: Olympionico patre genita, fratribus eã dem palmam aſſecutis latera eius cingentibus.

OLIVERIVS.

Berenices. Apud græcos mulieri ñ licebat Olympicis ludis, & certaminibus intereſſe, & recte quidẽ ubi homines nudi plerunq; certarent à mulieribus ob pudicitiam non ſpectandi. quem morem Statius primo thebaidos per tranſitum tangit, cum dicit Excluſæque expectant præmia matres. quod igitur nulli unq̃ mulieri conceſſum fuerat, datum eſt Berenici mulieri, ut Olympico certamini cũ filio, & fratribus poſſet itereſſe, nec immerito quippe quæ patrem, quæ filium, quæ fratres in eo certamine ſæpe uictores, & glorioſam inde palmã referentes haberet. ¶ Beronice. alia eſt Berenice, de qua ſuo loco dicemus in capite de ultione. ¶ Ginico ſpectaculo. Olympico certamini in quo nudi homines ſe paleſtra exercebant, ubi mulieribus intereſſe nõ licebat. ¶ Euclea. Filium ſuum, quem cum ad certamen illud adduxiſſet, ſibi quoq; aditus ad ſpectandum certamen patuit. ¶ Olympionice uel ut dicunt olympionico patre genita, ideſt quæ nata erat ex patre ſæpe uictore olympici certaminis, non enim patris proprium eſt nomen, ſed à uictoria certaminis illius ita denominatus, olympionicus enim is dicitur, qui in olympico certamine uicit. Nam νικη græce latine dicitur uictoria. ¶ Fratribus Eius latera cin. Circũdata geminis fratribus eius certaminis ſæpe uictoribus. non mirum igitur, ſi ei ſoli conceſſum fuit ſpectare ludos, cũ illorum palma ſuorum quaſi hæreditaria fuiſſe uideatur.

ASCENSIVS.

Pherenices, & cæte. Honos quoq; Pherenices, mulieris græcanicæ (Oliue. legit Beronice, ſed in melioribus exemplaribus Pherenices legitur, Beronice aũt iudicio Plinii fortunatiſſima fuit in terris mulier utpotẽ regina regis filia, uxor & mater, de qua hic non loqtur. Sciemus aũt à nice deducta, ni ꝓducere, unde penultima acuetur) ſup. fuit non uulgaris, cui ſoli oĩum fœminaꝝ permiſſum eſt intereſſe ſpectaculo gymnico .i. agonis, & exercitii uirilis, cũ adduxiſſet ad Olympia .i. Olympica certamina, Euclea filiũ ſ. ſuum, ingreſſum certamen. ſ. Olympicum, genita patre Olympionico, ideſt qui i olympiis uicerat, & fratribus aſſecutis, ideſt qui obtinuerant eandem palmam, hoc eſt Olympicam, cingentibus latera eius.

THEOPHILVS.

Berenice, caſtiga Ferenice ex Pauſania Pinioq;, & Hermolao.

¶ EXPLICIT LIBER OCTAVVS.

¶ INCIPIT NONVS.

OLIVERIVS.

BLandum etiam malum. Nonus & ultimus liber, in cuius principio agitur de luxuria, atq; libidine, quæ uitia cum turpiſſima ſint, magis uidebantur ſilentio prætermittenda, q̃ inter clariſſima uirtutum exempla commemoranda, ne hac una ratione quodam modo honeſtari crederentur. quare Vale. hac breui præfatione ſui conſilii rationem oſtendit, ut dicat ſe ideo uelle de luxuria atq; libidine hoc loco ꝑcurrere, non ut commemoratione ſua honoris quicquam recipiat, ſed ut oculis hominũ earum turpitudines ſubiectas, illas temperati & frugales exhorreſcãt, luxurioſi ſeipſos cognoſcentes erubeſcant, & ſuæ turpitudinis pœnitentes, ad tẽperantiam reuocentur. ⸿ Blandum malũ. Luxuria ſuis illecebris homines facile attrahit, & bene malum dixit, nam luxuria licet tantiſper dum fruimur iucunda uideatur, amara tamẽ poſtmodum ſentitur, cum ad turpitudinem, infamiam, & egeſtatem homines deduxerit. luxuriæ nanque dediti nullo recto, & honeſto ſtudio delectantur, nulla rei cuiuſpiam ſua uitate fruuntur, prius enim q̃ cupiant omnibus explentur, priuſq̃ eſuriant, comedunt, bibunt prius q̃ ſitiant, quod ut poſſint ut cunque facere, obnoxia machinantur, precioſaque uina conquirunt, & deniq; ueſcendi cauſa, terra, mari q; omnia ſcrutantur. ad uenerea ſine modo feruntur, ut maribus & fœminis promiſcue abutantur non ſomnum, non frigus, non famem, non laſſitudinem operiuntur, ſed omnia luxu præueniunt, omni flagitio, & itemperantia inuoluti, facile eneruantur, luxurioſi adoleſcentes in ipſo ætatis flore langueſcunt, in omne dedecus incurrunt, ſenes deinde facti inſaniunt atq; delirant, moleſtiſſimamq; ſentiunt ſenectutem, nam præteritis erubeſcunt. grauãtur præſentibus. quot uoluptate, atq; luxuria adoleſcentes perierũt? quot moleſtiis, & difficultatibus ſenes opprimuntur? nullum igitur malũ luxuria peius, nullum deteſtabilius inueniri poſſet, quæ tũ demum ſentitur, cum expleta fuerit. ⸿ Se ipſam recognoſcens. ut cum homines luxuriæ turpitudinem recognouerint, integri abhorreant, deteſtẽtur, luxurioſos pœniteat, & ad temperantiam redeant ⸿ Iungatur illi libido. Luxuria in actu, libido in cupiditate uerſatur. luxuria dicitur omnium rerum ſuperfluitas, ex ſuperfluitate rerum naſcit libido, & intemperantia. quicquid enim placet, dicitur libido, ſed luxuria in rebus ueneréis magis poſita, libido in cupiditate & uoluptate aliarerum. unde Cice. libidinem appellat partem iracundiæ, dicit. n. eos exiſſe ex poteſtate, q̃ effrenati feruntur, aut libidine, aut iracundia, q̃q̃ iracundia ipſa libidinis eſt pars. ſic enim diffinitur iracundia ulciſcendi libido. Item alio loco cupiditatem dixit, cum libido ad id, quod uidetur bonũ illecta, atq; inflammata rapiatur ⸿ Aut reaut emendatione. Bono ordine utitur. Primo enim aliquis reprehenditur, deinde emendatur. ⸿ Gemino mentis errore, Duplici uitio libidinis ut cupiat, & luxuriæ, ut expleat. mens primo capitur deſyderio alicuius rei, deinde expletur.

Luxuria dãnatur.

ASCENSIVS.

BLandum etiam malum luxuria. i. ſuperfluus rerum uſus cum uoluptate, quã facilius eſt aliquanto accuſare q̃ uitare, & ideo blandũ malum, & dulce uenenum uocatur, iſeratur operi noſtro, nõ quidem ut recipiat ullum honorem, ſicut uirtutes quæ retitatæ ſunt, quo honoretur, ſed ut ipſa recognoſcens ſeipſam, id eſt uilitatem ſui (eſt enim pecore potius q̃ homine digna,) poſſit impelli ad pœnitẽtiam, non quidem luxuria, ſed luxurioſus. Libido. i. laſciuia carnis & praua uolunntas animi, iungatur illi quoniam oriẽ ex iiſdẽ principiis uitiorum, neq; ſeparentur aut à reprehenſione, hoc eſt, & ſimul à nobis reprehendantur, neq; ab emendatione, hoc eſt ſimul ab illis, qui eis infecti ſunt, emendentur, connexæ, id eſt eo q; ſint connexæ gemino errore mentis. i. uitio malæ uoluntatis, quæ eſt in libidine, & prauæ uoluptatis, quæ eſt in luxuria, & nimio uſu, aut potius abuſu, ueſtium, ædificiorum, ciborum, potuum ueneris & cæterarum illecebrarum.



⸿ Valerii Maxi. Liber Nonus,

⸿ De Luxuria. Cap. I.

BLANDVM etiam malum luxuria: quam accuſare aliquanto facilius eſt, quàm vitare, operi noſtro inſeratur. nõ quidem, ut vllum honorem recipiat, ſed vt ſeipſam recognoſcens, ad pœnitentiam impelli poſſit. iungatur illi libido, quoniam ex eiſdem vitiorum principiis oritur: neque aut à reprehenſione, aut ab emendatione ſeparentur gemino mentis errore connexæ.

⸿ De C. Sergio Orata.

CAius Sergius Orata pẽſilia balnea primus facile iſtituit: quæ impenſa leuibus initiis cœpta ad ſuſpenſa calidæ aquæ tantum non æquora penetrauit. Idem videlicet, ne gulam Neptuni arbitrio ſubiectam haberet, peculiaria ſibi maria excogitauit, æſtuariis

OLIVERIVS.

CAius Sergius. Hic Sergius teſte Macro. conuiuiorũ primo Orata cognominatus eſt, q; ei piſces, qui auratæ dicuntur chariſſimi fuerint, cuius luxuria tanta fuit, ut primus ipſe balneas penſiles habuerit. Primus oſtrearina, hoc eſt oſtreorum uiuaria in balano mari locauerint ætate Lu. Cra. oratoris ante Marſicum bellum, primus teſte Pli. na. hiſto. lib. ix. optimũ ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit, qñ eadem aquatilia generantur, alibi meliora ſicut lupi piſces in Tyberi amne ĩter duos pontes, Rõbus rauennæ, murena in Sicilia, elops Rhodi, & alia genera ſimiliter. ⸿ Ne culinarum cenſura peragatur, Primus pauonis carnes & anſerum corda comedit. de iecore uero anſeris alii aliter ferunt, quidam Scipionem, q̃dam Metellum, q̃dã Marcum ſeſſium prium fuiſſe dicunt, qui anſeris iecur optimi ſaporis eſſe docuerit. ⸿ Orata. ꝓnomen eſt, ut diximus à piſcibus, qui ſic uulgo appellantur auratæ. ⸿ Penſilia. balnea ſuſpenſa, & quaſi ex aere pendentia ad maiorem uoluptatem, ut dũ ueheretur, ſe lauare poſſet. ⸿ Quæ impenſa leuibus initiis. Impenſam, inquit, penſilium balneorum quæ à leui principio fluxiſſe uidetur, ad claudenda uſq; maria penetrauit. ⸿ Aequora penetrauit. Non impenſæ pepercit, quo minus in mari oſtreorum aliorumq; piſcium uiuaria fabricaret, ut ſuæ gulæ maria, non mari gula pareret, aut ſubiecta foret, quod ſequẽs litera indicat ⸿ Idem ui, ne gulam. Vt ſuæ gulæ,

intercipiẽdo fluct⁹, piſciũq; diuerſos greges ſeparatis mollibus includẽdo, vt nulla tam ſæua tẽpeſtas incideret: qua non oneratæ menſæ uarietate piſciculorum abundarent. Aedificiis etiam ſpatioſis, & excelſis, deſerta ad tẽpus ora Lucrini lacus preſſit: quo recentiore vſu conchyliorum frueretur. vbi, dum ſe publicæ aquæ cupidius immergit: Conſidii publicani iudicium nactus eſt. in quo Luci. Craſſus aduerſus illum cauſam agẽs, errare amicum ſuum Conſidium, dixit: quod putaret Oratam remorum à lacu cariturum oſtreis. nanq; ea, ſi inde petere non licuiſſet, in tegulis reperturum. Huic nimirum magis Aeſopus tragœdus in adoptionem dare filium ſuum, q̃ bonorum ſuorum hæredem relinquere debuit. non ſolum perditæ, ſed etiam furioſæ luxuriæ iuuenem: quem conſtat cantu commẽdabiles auiculas immanibus emptas pretiis, i cœna pro ficedulis ponere: acetoq; liquatos magnæ, ſummæ uniones potionibus aſpergere ſolitum, ampliſſimum patrimonium tanquam amaram aliquam ſarcinam quàm celerrime abiicere cupientem. quorum alterius ſenis, alterius adoleſcentis ſectam ſecuti, longius manum porrexerunt. neque enim ullum finitur Vitium ibi: Vbi oritur. Inde ab Oceani litoribus attracti piſces, inde infuſæ culinis arcæ, cenſibusq; edendi, atque bibendi uoluptas reperta eſt.

atq; libidini mare, non mari gula ſubiecta foret, hoc eſt pro arbitrio, & libidine ſua, quibus uellet, & quo uis tempore maritimis piſcibus ueſci poſſet. ⸿ Peculiaria maria, Sua propria tanq̃ priuata nõ communia, nam uiuaria ſibi ſtruxerat in mari, ubi ſeruarẽtur omnis generis piſces, uel certe uariæ piſcium ſpecies. ⸿ Aeſtuariis. Aeſtuaria dicũtur, ꝑ quæ mare uiciſſim cõmeat, ut ſunt lacunæ, quæ maris æſtu, & undatione replentur, ſed æſtuaria proprie de oceano dicuntur. diuerſos greges. uarias piſcium ſpecies. ⸿ Separatis mollibus. à reliquo mari murorum molle, & aliorum ædificiorum magnitudine ſeparauerat æſtuaria & piſcium uiuaria. ⸿ Vt nulla tam ſæua tempeſtas. non dubitauit ita mare in gulæ ſuæ poteſtatẽ redigere, ut nulla tempeſtas q̃tacunq; foret, impedire poſſet, quo minus eius menſa, quibus uellet piſcibus abundaret. O inaudita hominis luxuria omni turpitudine, uel potius ſupplicio digniſſima, culeo profecto inſuendus homo, qui in mare demerſus, piſcibus quos tantopere inſectabatur, meritas perſolueret pœnas. ⸿ Aedificiis etiã ſpatioſis. Non ſatis habuit ad explẽdam ingluuiem æſtuaria ſibi in mari conſtruxiſſe, niſi & lucrini lacus ora maximis ædificiis occupaſſet, oſtiaq; clauſiſſet, ne inde conchilia regredi poſſent, q̃bus recentibus pro ſua libidine ueſceretur, ex quo factum eſt, ut à conſidio publicano traheretur in iudicium, q; ſua ſibi uectigalia, quæ ex lucrino lacu conduxerat, eius ædificiis, & operibus diminuerẽtur, ubi L. Craſſus orator illum facere ſatis mõmordit, cum diceret, etiam ſi à lucrino lacu pelleretur, non tamen cariturum eſſe conchiliis, quæ ſi non in lacu, in ædium ſuarum tegulis reperiret, ac ſi diceret periturum potius illum q̃ conchiliis cariturum. ⸿ Spatioſis. latis. alii habent ſpecioſis, pulchris. ⸿ Preſſit. occupauit, clauſit. ⸿ Recentiore uſu. clauſerat oſtia lucrini lacus, ne conchilia è mari Romam delata, quaſi corrupta emeret, ſed ut incluſa lacu lucrino recentiora ſemper haberet. ⸿ Publicæ aquæ cupidius. Lucrinus lacus publicus erat, & ex piſcatione lucri plurimum mercatores facere conſueuerant ob piſcium multitudinem, unde et lucrinus dictus eſt à lucro. eſt autem lacus campaniæ inter baias, & cumas, quem Diodorus Sicu. dicit auernum prius fuiſſe nominatum. Silius uero Cocyton, uerſus extat. Aſt hic lucrino manſiſſe uocabula quõdam Cocyti memorant. Sed cum ibi piſcium multitudo caperetur ex quibus lucra mercatores conſequerentur, lucrinus eſt dictus, ſed cum ei proximum ſit mare, & ſæpe in lacum æſtuaret, grandia plerunq; damna mercatoribus ipſis & piſcatoribus inferebat, ob quod grande uectigal quod Romanis perſoluebatur, ſæpius fruſtrabantur, unde à ſenatu Iulio Cæſari datum eſt ut lucrinum à maris impetu tutum redderet, & immunem, qui oppoſitis murorum mollibus & paruulo relicto mari, quod ad lacum tranſcenderet, rem ipſam confecit, & uoluit aquas Iulias uocari, quod Vir. oñdit lib. Georgi. ii. An memorem portus, lucrinoq; addita clauſtra, Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor. Iulia, qua ponto longe ſonat unde refuſo. Strabo tamen dicit ab Agrippa hoc factum eſſe, his fere uerbis. Eandem melius ſtruxit Agrippa in exteriore parte, ad arcendum pelagus, ita ut poſtea ſinus efficeretur lucrinus oſtreis capiendis uberrimus. uerum ea loca ſaxoſa eſſe, & oſtreis referta oſtendere uidetur Iuuen. in ſaty. Criſpini, cum ait. Nulli maior fuit uſus edendi. Tempeſtate mea circeis nata forent. Ne lucrinum ad ſaxum rutupi noue edita fundo, Oſtrea callebat primo deprehendere morſu. Publicam igitur aquam occupauerat iſte Sergius, & lucrinum ſibi fecerat eſſe peculiarem

Lucrin'

quare piſcatores inde non niſi ex uoluntate illius oſtrea et piſcari poterant, ex quo Pub. uectigalium ſuorum iacturam patiebantur. ⸿ Iudicium nactus. tractus in iudicium à Conſidio pub. hoc eſt uectigalium redemptore, nã publicani ſunt uectigalium, & rerum publicarum conductores. ⸿ L. Craſ. orator, qui accuſationem iſtam peragebat ⸿ Huic nimirum magis Aeſop. Hic Aeſopus, ut tradit Gel. lib. ii. Phrygius fuit, poeta clarus, q fabulas ſcripſit, & tragœdias, ac etiã feſtiuos, & delectabiles apologos mira grauitate, quorum quoſdam Romulus quidam, uerſu elego in eruditionem Tyberini filii tranſtulit in latinũ. ⸿ Filiũ tã perditæ luxuriæ. ut hæreditatem à patre relictam ſatis amplam, breui tẽpore non luxurioſe conſumpſerit, ſed furioſe deuorauerit, quare multo ſatius feciſſet pater, ſi eũ Sergio Oratæ cui ſimillimus erat in adoptionem dediſſet, quã hſdem reliquiſſet, de quo flaccus in ſermonibus. Filius æſopi direptã ex aure Metellæ, Scilicet ut decies ſolidos ſorberet aceto, Diluit inſignẽ bacchã. hic auribus amicæ ſuæ Metellæ, diripiebat inaures, ut ſumptuoſius epularetur, uniones aceto liq̃factos, potionibus ſuis immiſcebat, ut ꝑcioſius biberet. ⸿ Auiculas. cãtu ſuauiſſimas ꝑcio mercabatur īpenſo, ut eas ꝑ ficedulis haberet in cœna, hoc aũt faciebat, aut feciſſe exiſtimare poſſumus, ut patrimoniũ à pr̃e relictũ feſtinãter deuoraret. ⸿ Aeſopus trag. Ad differentiam Aeſopi Hiſtrionis clariſſimi, q fuit tp̃e Ci. & illi ſũma familiaritate cõiunctus. ⸿ In adop. Sic n. Orata filiũ ſibi ſimilẽ adoptaſſet, uidelicet, q ab eius luxuria, & moribus nõ degeneraſſet. ⸿ Filiũ ſuũ. Qui teſte Pli. li. ix. na. hi. dictus eſt Clo. nã prior, igr, id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxatiõis Clo. Aeſopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hſs, ne triũphatu ſuo nimis ſupbiat Ant. penè hiſtrioni cõparatus, & q dẽ nulla ſuſpenſione adhoc ꝑductus, quo id magis regũ erat, ſed ut experiretur in gl̃a palati qd̃ ſuperarẽt Margaritæ, atq; ut mire placuere, ne ſolus hoc ſciret, ſingulos uniones cõuiuis ad ſorbẽdũ dedit. Itẽ lib. x. maxie, inq̃t, inſignis eſt in hac memoria Clo. Aeſopi tragœdi hiſtrionis patina ſexcẽtis ſextertiis taxata, i q̃ poſuit aues cãtu, aliq̃s aũt hũano ſermõe uocales oĩmis ſex ſingulis coẽptas, nulla alia inductus ſuauitate, niſi ut in his imitationẽ hoĩs mãducaret, ne q̃ſtus q dẽ ſuos reueritus, illos optios, & uoce meritos dignus prorſus filio, à quo diximus deuoratas Margaritas, &c. ⸿ Perditæ luxuriæ. ꝑnicioſæ ⸿ Cãtu cõmẽ q ſuauiſſimos cãtus ederẽt, q̃les luſiniæ ſiue Philomenæ Carduelli, & aliæ eiuſmodi, q̃s principes, & alii in deliciis hr̃e ſolẽt, & his pluimũ delectan. ⸿ Immanibus. imẽſis ꝑtiis. ⸿ Pro ficedulis aues ſunt, q̃bus maiores q̃ſi elegãtioribus ueſcebãtur ſunt. n. obeſæ, ut plurimũ, & ab edendis ficubus dictæ. ⸿ Aceto liq̃. unio. qd̃ idẽ legitur de Cleopatra in uita M. Anto. & in Pli. de na. hi. li. ix. in Macro. Saturna l. ii. qua hiſtoriã q deſyderat, apud hos auctores inueniet. uerũ illud nõ eſt ꝑtermittẽdũ. fuiſſe tãtæ magnitudinis unionẽ, quẽ Cleopatra in cœna cõſumpſit q; ex altero (nã duos hũit pares) & Romã delato, diſſectoque, duæ factæ fuerint margaritæ, & impoſitæ ueneris ſimulachro mõſtroſæ magnitudinis. unde Pli. eodẽ li. cõmitetur fama unionis eius parẽ facta illa tãtæ q̃ſtionis uictrice regina diſſectũ, ut eẽt in utriſq; ueneris auribus Rõæ i pãtheo dimidia eorũ cœna. ſũt aũt uniones eodẽ teſte, margaritæ, idõ dictæ, q; nulli duo reperiantur idiſcreti, unde nomẽ unionũ Romanæ ipoſuere deliciæ. ⸿ Tã q̃ ama. aliq̃ ſarc. Tã luxurioſæ uiuere nihil aliud erat, niſi patrimoniũ à pr̃e relictũ tanq̃ graue põdus, & moleſtã ſarcinã deponere q̃ celerrime poſſet. ⸿ Quorũ al. ſe. alterius adol Hos duos

Publicani qui

Clodi' Aeſopi filius.

Vnio à Cleopatra abſumpt'.

tanquam

tanq̃ principes, & magiſtros luxuriæ peſſimo exẽplo fuiſſe dicit, qui eorum exempla ſecuti ſuperare illos oĩ gñe luxuriæ uolue runt. nam inuenti ſunt, qui non ſolum in lucrino lacu, & in mari baiano uiuaria habuerunt, ut Orata, ſed ex ultimis quoq; maris oceani littoribus Romã uſq; piſces ſibi deferri ĩpenſo ꝑtio curarũt. unde illa extat Macro. grauiſſima in gulã obiurgatio, qs neget, inqt, domitã, ut ait Cecilius, & uallatã gulã apud illos fuiſſe, q ex tã longinquo mari inſtra luxuriæ cõpararent, Iu. Nullus erit dño, quem miſit corſica, uel quẽ, tauro minitanæ rupes ſtẽ Varroni muræna datur, q̃ maria uenit, Gurgite de ſiculo. ¶ Sũt ẽt q ſuparũt Aeſopi filiũ, q̃a ñ uniones tm̃ liq̃factos potionibus imiſcuerũt, ſed artas oĩ auro, & argẽto, atq; ẽt gẽmis exhauſerũt, & teſte Iuue. Vna comedũt ꝑtimonia mẽſa. ¶ Sectã ſe. q̃ſi ꝑbi fuerint hi duo, ſectã dixi iuxta illud Terẽ. tanq̃ ꝑborũ hñt diſciplinæ ex ipſis uocabula paraſiti indẽ, ut gnatõici uocentur. ¶ Lõgius manũ porrexerũt. Luxurioſiores fuerunt ¶ Nec. n. ulliũ uitiũ finitur, unde oritur. Nunq̃ uitia in ꝑimis auctoribus finiũtur, ſed ꝓpoſito exẽplo tanq̃ doctrina ſup auctores ſupantur ¶ Inde. ab eiuſmodi exẽplis, Sergii, & Aeſopi filii. ¶ Attracti. q̃ſi ꝑuim. ¶ Infuſæ culinis arcæ. Conſumptæ ſunt, & exhauſtæ arcæ in parandis luxurioſis cœnis. ¶ Cẽſibus q. ex conſumptiõe patrimonii reperta eſt gulæ uoluptas.

gis. i. potius huiſ. ſ. Oratæ tã luxurioſo, & ſumptuoſo, in adoptionem filiũ ſuũ q̃ relinq̃re hẽdem bonorũ ſuorũ iuuenem. i. cũ eſſet iuuenis, non ſolũ luxuriæ ꝑditæ, ſed etiã furioſæ, quem conſtat ſolitũ ſup. eſſe, aut fuiſſe, ponere auiculas cõmendabiles cantu. i. optĩe canentes, ut luſciniolas aut carduellos, & ſimiles emptas ĩmanibus. i. ingentibus ꝑtiis, in cœna, ꝓ ficedulis. i. loco ficedularũ : auiũ magis delicatarũ & eſui aptiarũ, ſed minus ꝑtioſarũ, & ſolitũ aſpgere potionibus. i. potibus cõfectis, uniones. i. Margaritas (plas uulgus uocat) magnæ ſũmæ. i. maximi ualoris, liquatos. i. reſolutos in liquorem, aceto, cupientem abiicere q̃ celerrime. i. ualde celeriter ꝑtimoniũ ampliſſimũ tanq̃ aliq̃ ſarcinã amarã i. grauem, & iniq̃ ꝑmentem. Quorũ. ſ. duorũ luxurioſorũ iã iaxatorũ, alterius ſenis, uidelicet Oratæ alterius adoleſcentis. ſ. filii Aeſo. ſecuti. i. il q ſecuti ſunt, ſectã. i. ꝓfeſſionem, & exemplũ uitæ, ut diſcipuli ꝑborũ, aut ꝑceptorum magnorũ porrexerũt. i. extenderũt manũ lõgius. i. multi fuerũt imitatores, neq; .n. illũ uitiũ finitur, ubi oritur. i. nullũ caret imitatore. Inde. i. ex illorum imitatione, piſces attracti ſunt ab littoribus oceani. i. magni maria terrã circũdãtis, cũ maria italica ſint interranea. ¶ Inde arcæ ſ. pecuniarũ plenæ, fuſæ ſunt culinis. i. obſoniorũ impenſæ (Culina uulgo cogna dr̃) & uoluptas edendi atq; bibendi cenſibus. i. ꝑtio cenſuũ eſt reperta, ita ut q dã abſumpto in gulis ꝑtimonio nõ amplius in cenſũ referrentur, ſed capite cenſi haberentur.

¶ De Mulieribus Romanis.

VRbi autem noſtræ ſecundi belli punici finis, & Philippus Rex Macedoniæ deuictus, licentioris uitæ fiduciam dedit. quo tempore matronæ Brutorum domum auſæ ſunt obſidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere parati erant: quam fœminæ tolli cupiebant, quia his nec ueſte uarii coloris uti nec auri plus ſemiuncia habere, nec iuncto uehiculo propius urbem mille paſſibus, niſi ſacrificii grã uehi ꝑmittebat. Et qdẽ obtinuerũt, vt ius per continuos uiginti annos ſeruatum aboleretur. nec enim prouiderunt ſæculi illius uiri, ad quem cultum tenderent inſoliti cœtus, pertinax ſtudium: aut quo ſe uſq; effuſura eſſet legum victrix audacia. quod ſi animi muliebris apparatus intueri potuiſſet: qbꝰ quotidie aliqd nouitatis ſũptuoſius adiectũ eſt: in ipſo introitu ruenti luxuriæ obſtitiſſet. Sed quid ego de fœminis vlterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & grauiorũ operũ negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre. cum temporum ſuperiorum & nominis, & animi excellentes viros, in hoc priſcæ continentiæ ignotum diuerticulũ prolapſos videam, idq; iurgio ipſorum pateat.

ASCENSIVS.

CA. Ser. Ora. inſtituit primus facere balnea pẽſilia. i. ſuſpenſa in alto, aut ſicut orti penſiles fieri ſolebãt, aut ut lectiſ ræ ſuſpenſæ ferũtur, aut ut cunæ ĩfantulorũ ſuſpendũtur. q̃ ipẽſa. i. qđ ĩpendiũ pecuniæ, cœpta ab initiis leuibus. i. modicis, penetrauit. i. ꝑuenit ad ĩm nõ. i. q̃ſi ad, aut ad hoc, ut id ſolũ deſuerit, q; ſi ad æquora uera, ſed q̃ſi ad æquora. i. imenſa receptacula aq̃ calidæ. ſ. in luxũ balneorũ, ſuſpenſa. ſ. in aere. hoc eſt primũ q dẽ fecit modica receptacula aq̃ calidæ ſuſpenſæ (nã utrũq; legi põt, & ſuſpenſæ, & ſuſpenſa) deĩñ tanta, ut æquora fere dici poſſent. Idẽ. ſ. Orata, excogitauit. i. cogitando inuenit ſibi maria peculiaria. i. ꝓpria, & ſpecialia, uidelicet ne hĩet gulã ſubiectã arbitrio Neptuni, q̃a ſæuiente mare multa gña piſciũ capi nequeũt. ipſe ãt uiuaria q̃dã extruxit intercipiendo fluctus æſtuantia. i. ſegregando ab æſtu maris, quoſdã fluctus & includẽdo molibus. i. aggeribus ſeparatis diuerſos greges piſcium ut nulla tẽpeſtas tã ſæua incideret, qua menſæ Oratæ (alii ſ legũt ornatæ, aſſoneratæ) ñ abũdarẽt uarietate piſciculorũ. Aedificiis &c. Orata preſſit ẽt ora. i. oſtra magna, lacus lucrini deſerta ad id ipſ, q̃a primus ea occupauit ædificiis ẽt ſpatioſis, & exceliſis, quo frueretur recentiore uſu cõchiliorũ, q̃ illic habitauit ea de cã, ubi. i. in quo tractu. dũ ipſe imergit ſe cupidius. i. nimis cupide aq̃ publicæ. i. q̃ publicũ uectigal pendebãt, hoc eſt dũ cõtra æq̃tatem lacũ publicũ ædificiis priuatis occupabat nactus eſt. i. inuenit (raro aũt q̃ſ q̃ nactus ĩ pnicieẽ ſuã aliqd dr̃) iudiciũ Conſidii publicani. i. datũ ꝓ cõſidio publicano. i. publici uectigalis ex piſcatu lucrini lacus redẽptore, in quo. ſ. iudicio L. Craſ. agens cãm aduerſus illũ. ſ. Oratã dixit Cõſidiũ amicũ ſuũ errare q; putaret Oratã remotũ. i. ſi eſſet remotus à lacu. ſ. Lucrinõ, cariturũ oſtreis, nanq; ſup. dixit ipſm repturũ ſup. ea. ſ. Oſtrea in tẽgulis. ſ. domus ſuæ, q̃a piſcinas penſiles hẽbat ſi nõ licuiſſet petere inde. i. à Lucrino lacu Hinc, &c. pulchre tranſit ad taxandã luxuriã filii Aeſopi tragœdi Ro uñ nõ eſt eiuſdem Oratæ exemplũ, neq; filius illius Aeſopi, quem. A. Gel. fabulatorem phrygiũ, & ſcriptorem apologorũ dixit, cũ ille ne unq̃ qdem Romã uiderit, hic aũt ciuis Roma. fuit, cũ aliter ĩter externa reponere tur exempla. Ordo eſt. Aeſopus tragœdus. i. tragœdiarũ actor apud Ro. debuit nimirũ. i. haud dubie dare ma

OLIVERIVS.

VRbi aũt nrĩæ. Liu. de bel. mace. Inter bellorũ magnorũ ac uix dũ finitorũ, aut imminentiũ curas, interceſſit res parua dictu. ſed q̃ ſtudiis ĩ magnũ certamen exceſſerit. M. Frandanus & Lu valer. tribu. pleb. ad plebem tulerunt de oppia lege abroganda. tulerant eam M. Oppius & T. Romuleus tribuni. pleb. Q. F. T. Sempronio conſ. in medio ardore ꝓ bel. ne qua mulier plus ſemiũciã auri hẽret, neu ueſtimẽto uerſicolori uteretur, neu iũcto uehiculo in urbe oppido ue aut ꝓpius inde mille paſſus, niſi ſacrorũ publicorũ cauſa ueheretur. M. & Iu. Brut. tribunus legem oppiam turbantur, neq; eam ſe abrogari paſſuros aiebant. ad ſuadendũ, diſſuadendũq; multi nobiles ꝓdibant, capitoliũ turba hoium fauentiũ, aduerſantiũq; legi cõplebatur, mfonæ nulla nec auctoritate, nec uerecũdia nec ipſo uirorũ contineri limine poterant. omnes uias urbis aditusq; in forũ obſidebant, uiros deſcendentes ad forũ orantes, ut florente rep. creſcente indies priuata oium fortuna, mfonis quoq; priſtinũ ornatũ reddi paterentur. augebatur hæc frequentia mulierũ indies, nã etiam ex oppidis, cõciliabuliſq; cõuenerant, iam & cõſules, & ꝑtores, aliosq; magĩratus adire, & rogare audebant, cæterũ minime exorabilem, alterum utiq; cõſulem M. Por. Ca. habebant, q ꝓ lege, ne abrogaretur copioſiſſime, facũdiſſimeq; diſſeruit, cuius ſniam tri. ple. q ſe interceſſuros ꝓfeſſi erant, multis uerbis cõprobarunt. Contra uero L. Val. oio abrogandam legem eſſe longiori oſone diſſeruit, & utriuſq; Cat & Val adhuc extant oſones in Liu. Sed cum multa & cõtra legem, & ꝓ lege dicta eſſent, aliq̃to maior frequentia mulierũ poſtero die ſeſe in publicũ effudit, unoq; agmine omnes tribunorũ ianuas obſederũt, q collegarũ oĩoni itercedebant. nec añ obſtiterunt, q̃ remiſſa interceſſio in tribunis eſt. nulla deinde dubitatio fuit, q̃n omnes tribus legem abrogarent annis. xx. poſt abrogata eſt q̃ lata ¶ Licentioris uitæ fiduciam. Liberius uiuere cœperunt Romani, ſublato hoſtiũ metu ¶ Brutorũ domũ. q tũc trib. ple. erant ſ. M. & T. Iunius Bru. & legem oppiam turbantur, nec uolebant abrogari legem. ¶ Intercedere. interuenire, & impedimento eſſe quominus abrogaretur lex. ¶ Ius. ſ. lex oppia. Aboleretur. Tolleretur, & ab Matronæ repetunt ornamẽta

¶ De Cn. Domitio, & L. Craſſo.

CNeus Domitius Lucio Craſſo collegæ ſuo altercatione orta obiecit, q columnas himettias in porticu domus haberet: quem cum continuo Craſſus quanti ipſe domum ſuam æſtimaret, interrogaret, atque vt reſpondit ſexagies ſeſtertio: quo ergo eam, inquit, minoris fore æſtimas: ſi decem arbuſculas inde ſuccidero? ipſe tricies ſeſtertio, inquit, Domitius. tunc Craſſus, vter igitur luxurioſior eſt ego'ne, qui decem columnas. C. millibus nummum emi? an tu qui decem arbuſcularum umbram, tricies ſeſtertium ſumma compenſas. Sermonem oblitum Pyrrhi immemorem Hannibalis, iamq; tranſmarinorum ſtipendiorum abundantia oſcitantem: & quanto tamen inſequentium ſæculorum ædificiis & nemoribus auguſtiorem ritum introduxerunt: atq; inchoatam a ſe lauticiã poſteris relinquere, q̃ a maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

rogaretur ¶ Non pu. ſæ. ll. uiri, Non ſatis conſyderarũt, inquit, Romani illi, q legem abrogarunt, quem finẽ eſſet hitura muliebrium cupiditas, q̃ licentiam ſemel nacta, ſic effuſe in omnem luxum effertur, ut nulla modeſtia terminari, nulla copia expleri poſſe uideatur, donec in ſui pnicie lapſa fuerit. Infinita, & inſatiabilis eſt mulieris libido, quæ ſp nouos cultus excogitat, nouos apparatus molitur, nullũ modum, nullam modeſtiã habet. ¶ Inſoliti cœ. pertinax ſtudium ¶ Inuſitate lux & congregationis obſtinata uoluntas legis abrogandæ. ¶ Quòd ſi ai mulie bris ap ſi potuiſſent uidere, q̃ nam foret muliebris cupiditas i apparando corporis cultu q̃ ſp noui aliqd excogitari non deſiniſ, legẽ nunq̃ abrogaſſent, ſed in ipſo principio reſtitiſſet. mirabilia ſunt, q̃ mulieribus placent quibuſq; expleri non poſſunt, quæ non ſunt uſibus neceſſaria ſed ad eam delitias libidinemq; recipro ca, pcioſæ ueſtes atque multiplices, aur. gemmæ, uaria lauticia, exedra deaurata, opifices uarii, quales ſunt phrygiones, aurifices, uiolarii, manulearii, muobolarii, linteones, calceolarii, textores, ſarcitatores, libuarli, infectores crocotarium inſtitutores gemmarũ ſericarũq; ueſtiũ, denuq; illa artificũ innumerabilis turba plautina, q̃ ad mulieb libidinẽ nata eſt. ¶ In ipſo itro. i. principio iuxta illud Naſonis, Principiis obſta, ſero medicina paratur. Cum mala per longas, conualuere moras. ¶ Sed qd ego. Eſt q̃ſi muliebris luxuriæ, ſiue cupiditatis q̃ dã excuſatio, q natura moles, & otioſæ, nullius grauioris rei ſtudio intentæ, non mirũ ſit, ſi cogitationes ſuas in parãdos exq̃ſitiores cultus fixerint atq; locauerint, cum negocioſi hoies, & illi, q q̃dẽ excellentes grauioribus ſtudiis occupati in luxum fuerint, libidinemq; prolapſi.

¶ Grauiorũ op. ne. aſ. Maioribus rebus eas occupari non ſinit ſexus imbecillitas. ¶ Et n. & ai exc. Signãt eos fuiſſe, & gñe, & magnanimitate pſtãtes, ac rerũ geſtarũ gloria claros. ¶ Diuerticulũ in hunc errorem, & de recta uia declinationem, eſt. o. ã uia ſumpta trãſlatio, nã diuerticula dñr loca, ad q̃ diuertimus de uia, q̃ſi uiarũ diuortia. ¶ Idq; iurgio ipſorũ pateat. q uiri præſtantes ad luxuriam declinauerunt, ipſorum altercatione comprobatur.

ASCENSIVS.

VRbi &c. Aſt. l. ſed finis ſecũ. bel. pu & Phi. rex Macedoniæ deuictus. i. pda ex eo, & Cartha. deuictis, dedit urbi ſæ, hoc eſt ciuitati Romanæ, fiduciam. i. cõfidentiã uitæ licentioris. i. magis luxurioſæ q̃ prius, quo tpe mronæ. i. nobiles matresfamilias Rõanæ, auſæ ſunt obſidere. i. circũuallare, domũ Brutorũ. ſ. M. & Iunii tribunorũ ple. q. ſ. bruti parati erant intercedere. i. ſe opponere, abrogatõi legis oppiæ, uoluerunt n ut ea firma, & rata pmaneret, quã. ſ. legem fœminæ cupiebant tolli, q lex oppia neq; pmittebat his. ſ. mronis, uti ueſte uarii coloris, nec hre plus auri ſemiuncia i. q̃ dimidium unciæ, nec uti uehiculo iuncto. i. conſtaote ex trahentibus iumentis, & tracto uehiculo, q a ſolis eqs ac iumentis uti poterãt propius urbem mille paſſibus. i. in loco, q nõ diſtaret ab urbe mi le paſſibus, niſi gra ſacrificii, in quo matronæ ſacrificulæ uehi pmittebantur. Et qdẽ. i. ẽt obtinuerũt, ut ius. i. cõſtitutũ lege oppia, ſeruatũ p annos xx continuos, aboleretur. i. abrogaretur. Nec n. uiri illius ſæculi pui derunt ad quem. i. qualẽ cultũ. i. ornatũ, ſtudiũ ptinax. i. i malum pſeuerans, cœtus inſoliti. i. pter moꝝ excreſcentis, aut iſolentes, utpote muliebris, q in cultu penẽ inſatiabilis eſt, aut quouſq;. i. in quã uſq; luxuriã, auſdacia ſ mulierũ, uictrix legum, eſſet eſſuſura ſe. q ſi uiri ſæculi illius potuiſſent intueri aio. i. pſpicere, apparatus muliebres. i. pompas qbus mulieres ad ſe ornandas uterentur, qbus. ſ. apparatibus aliquid nouitatis ſumptuoſius adiectum eſt quotidie, ſi ſe obſtitiſſent in ipſo introitu. i. principio luxuriæ, currenti pariter ad ſummum tendenti. Dein p paraſceuem, aut reditum ad uiriles mores, inqt. Sed qd ego loquor ulterius. i. pſiſto loq, de fœminis quas imbecillitas. i. fragilitas mentis, & affectatio grauiorum operum negata. & idõ maior, q a nitimur in uetitum, hortatur conuertere, aut conferre oẽ ſtudium. i. oẽm operam ad curioſiorẽ cultum ſui, cum uideam uiros temporum ſupiorum & priſcorum, excellentis, & i. ſimul nois, & al plapſos. i. plapſos declinaſſe in hoc diuerticulum. i. in hanc digreſſionẽ ad luxuriã, ignotum. i. p ignoratã priſcæ. i antiq cõtinentiæ. i. uiris continentibus in priſco tpe, & id pateat iurgio. i. contentione, aut cõuitio ipſorum ut ſequentium Domitii, & Craſ.

OLIVERIVS.

CN. Do. L. Craſ. Hi cẽſores erant ut qdã uolunt, quo tpe de luxuria, atque libidine, inter ſe cõtẽderunt, quo in certamine uterq; ſuccubuit. Cum. n Do. Craſ. luxuria quodammõ inſimulaſſet, & q cum diceret in porticu domus hẽre columnas hymettias, q̃ſiuit ex eo ſtati Cra urbane ſatis, q̃ti ſuas ille faceret ædes cuicũ ſexagies ſextertio rñdiſſet, tum Craſ. ſi. x. arbuſculas, q̃s uoluero ex illa ſuccidero, q̃ti tunc æſtimabis? et cum Domi. tricies ſextertio rñdiſſet, tum Craſ. tu me multo luxurioſior, inqt, es, q. x. arbuſcularum umbrã & amenitatẽ q̃ti ædes ipſas facies, ego uero. x. columnas cẽtum millibus nummum cõparaui, & en q̃ luxuria dãnas has ædes? Plin. in prin. xvii. lib. na. hi. non emiſſe Craſſum dicit, ſed ſibi ex hrditate obueniſſe, tanti uero à Domitio fuiſſe æſtimatas ptium ꝯpmittente. Dicit. n. nobiliſſimarum gentium ambo Craſ. atq; Domitius cenſuram poſt conſulatum ſimul geſſere, anno conditæ urbis ſexcenteſimo lxii, frequentem iurgiis pp diſſimilitudinẽ morum. Tunc Cn. Do. ut erat uehemens natura, ptcrea accenſus odio, qd ex æmulatiõe auidiſſimum eſt, grauiter increpuit tanti cenſorem hitare, p domo eius millia nummorum identidem pmittens. & Cra. potẽs ingenio ſp & faceto lepore ſolers, concedere ſe rñdit, exceptis ſex arboribus, ac ne uno qdẽ denario ſi adimerentur empta uolente Domitio Craſ, utrum igitur ego ſum, inqt, q̃ſo Domiti exemplo graui, & ab ipſa cenſura notandus, q in Comitio, q̃ mihi hrditate obuenit, comiter habitem, an tu, q ſex arbores xR mes? Eæ ſouere ſolitæ paruula ramorum opacitate laſciuiã. item alibi. li. xxxvi. Dicit hunc Craſ. à M. Bru. in iurgio fuiſſe notatum. iam n. inqt. L. Craſ. oratorem illum q primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem atrio hymettias iñ nec plures ſex aut longiores duodenum pedum, quem. M. Bru in iurgiis ob id uenerem palatinã appellauerat. ¶ Sexagies ſe. lx ſextertiis. ¶ Quo ant. ſo. q̃to minori ptio, uel lucro. aliq hñt foro, qd ſæpius ponitur p ptio, q a ibi uenalia ſint, nam dicimus uili foro uenditur annona. ſ. uili pretio. ¶ Decem. c. Plin. ut uidimus ſex tñmodo fuiſſe dicit. ¶ Nummum. p nummorum. ¶ Sermones oblitũ Pyr. Sermones, inqt, Craſſi, atq; Domi. penitus obliuiſſe uidebantur illius ueteris parſimoniæ, q̃ bello pu. tarentinoq; uiguit in urbe Romana, iamq; alium adiecerant, ad illam pernicioſam luxuriam Aſiaticam Romani. ¶ Iamq; tranſmarinorum ſtipendiorum. ut Philip. Anthiochi. Mithridatis. ¶ Auguſtiorem ritum Venerabilius exemplum, utpote à maioribus traditum. ¶ Introduxerunt. a c ſi diceret eos Romanæ luxuriæ primos auctores fuiſſe, poſteros uero horum exemplo multo luxurioſiores factos, maluerunt ergo luxuriæ principium introducere, q̃ maiorum cõtinentiam retinere, q Metelli pbãt exemplo.

ASCENSIVS.

CN. D. obiecit. L. Craſ. collegæ ſuo. ſ. in cenſura altercatione orta. ſ. inter eos, q haberet in porticu domus columnas hymettias. i. atticas ex hymetto monte Atticæ regionis, ubi etiam optimum mel naſcitur, quem. ſ. Domitium quum craſſus iterrogaret cõtinuo, q̃ ipſe æſtimaret domum ſuam. ſ. Domitii, atq; ut. i. poſtq̃ Domi. rñdit ſexagies ſextertio,

idest

Lex oppia.

Domitii & craſſi iurgia pp ædificia.

abſcindit decreto indigno gloriæ ſuæ, quã .ſ. affectabat, aut in alijs factis meruerat (quæ lectio ſi uera eſt, ſimilis eſt illi, ueterum haud illius indignus auorum, ſunt tñ, q gloria ſua legant nec deſunt, qui ſic conſtruãt, decreto gloriæ ſuæ indigno. ſup. ipſa) iuuentuti æginenſiũ pollices, ut populus .ſ. æginetarũ potens claſſe negret deſcendere ſecũ .i. cũ ciuitate Athe. in certamen uiriũ maritimarũ. Nõ agnoſco Athenas. i. non cẽſeo in eo facto Athenas, utpote mutuantes .i. cum mutuo accipientes à mori .ſ. ſuo remedium à crudelitate.

& ſanie taboq; fluenti, Complexu in miſero longa ſic morte necabat. Tabeſcere, Marceſcere, corrumpi. Amari uitæ, ac mortis tortores, qui dum uiuos, necarent mortuis parcebant. ſic enim ſepulchris ſedibus ſuis conquieſcere non patiebantur, ſed ſepulchra quodammodo uiolabant.

De Inuentore Aenei Tauri.

Seuus etiam ille Aenei Tauri Inuentor, quo incluſi ſubditis ignibus longo & abdito cruciatu: mugitus reſonantem ſpiritum edere cogebantur, ne eiulatus eorum humanæ ſono uocis expreſſi, Phalaridis tyranni miſericordiam implorare poſſent: quam quia calamitoſis deeſſe uoluit: teterrimum artis ſuæ opus primus artifex incluſus merito auſpicatus eſt.

De Hetruſcis.

At ne Hetruſci quidem parum feroces in pœna excogitanda: qui uirorum corpora cadaueribus aduerſa aduerſis alligata, atq; conſtricta: ita ut ſingulæ mẽbrorũ partes ſingulis eſſent accommodatæ, tabeſcere ſimul patiebantur. amari uitæ pariter, ac mortis tortores.

De Barbaris.

Sicut illi Barbari, quos ferunt mactatarum pecudum inteſtinis, & uiſceribus egeſtis, homines inſerere, ita ut capitibus tantummodo emineant: quoq; diutius pœnæ ſufficiant, cibo, & potione infelicem ſpiritum prorogant: donec intus putrefacti laniati ſunt ab animalibus, quæ tabidis in corporibus naſci ſolent. Queramur nunc, cum natura rerum, quod nos multis, & aſperis aduerſæ ualetudinis incommodis obnoxios eſſe uoluerit: habitumq; cœleſtis roboris humanæ conditioni denegatum moleſte feramus: cum tot cruciatus ſibimet ipſa mortalitas impulſu crudelitatis excogitauerit.

OLIVERIVS

Seuus ẽt. Cum Phalaris Agrigentinorũ tyrãnus crudelitate delectaretur, Perillus Athenienſis uir ingenioſus, ut tyrãno gratificaretur, uenit Agrigẽtum, & ex ære taurũ artificioſum fabricauit, quo nocẽtes incluſi ſubiectis ignibus torquerentur, qui mugitum, & non humanam uocem emittere uideretur, ut tyrannus nulla hominis uoce ad miſericordiam flecti poſſet. ꝓ quo inuento, cũ munus à crudeliſſimo tyranno, q nouis & exquiſitis hominum tormentis delectaretur, ingenioſus iſte magis poſtulaſſet, in illo ipſe includi iuſſus à tyranno, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus primus artificij ſui uerũ experimentum ꝓbuit, dicente hoc Oui. in li. i. de Arte amandi. Et phalaris tauro uiolẽti membra perilli, Torruit, infelix, imbuit auctor opus. Item Oui. in eodẽ li. i ẽt dicit. Nec. n. lex ęquor ulla eſt, Quàm necis artifices, arte perire ſua. Extat ẽt epiſtola Phalaridis ad Athenienſes, q de Perilli morte apud tyrannum fuerant conqueſti, cuius principiũ eſt. Venit ad nos faber ueſter perillus, &c. De hoc tauro Ci. in Verrinis lib. v. mentionẽ facit cũ pulcherrimo Sci. dicto ad Agrigentinos, uerũ Phalaris in hac una re iuſtiſſim' fuiſſe iudicatur q tã fedæ crudelitatis, ĩ inuentorẽ ipſam crudelitatẽ primũ experiri uoluerit. Inuentor Peril. q & perilaus dictus eſt. Mu. re. uox. n. patientium per fiſtulas q̃ſdam erũpens mu. imitabatur. Abdito. Occulto, quo minus ſpectantes miſericordia mouerentur. Viula. Miſerabilis uox, & fletus incluſorũ. Quam qa calamitoſis q miſericordiam alijs ſuo artificio negari cupiebat, nullã ipſe miſericordiam eſt conſecutus.

ASCENSIVS.

Saeuus ſup. fuit ẽt ille .ſ. Athe. faber Per. noĩe inuẽtor tauri Aenei .i. ex ære facti, quo .ſ. tauro incluſi ignibus ſubditis .i. ſubiectis cogebantur lõgo, & abdito .i. occulto, & latente cruciatu, edere .i. emittere ſpiritum reſonantẽ .i. referentem & ſono imitantẽ mugitus .i. ſonos taurinos, ne eiulatus .i. miſerandi gemitus eorũ .ſ. q eſſent incluſi, expreſſi ſono uocis humanæ poſſent implorare .i. implorando eſſe, qui miſericordiam phalaridis tyranni Agrigentinorum. quã .ſ. miſericordiam, qa Perill', uoluit deeſſe calamitoſis, ipſe artifex, icluſus .ſ. eo ex p̃cepto. Phalaridis, auſpicatus eſt .i. inituit, & inchoauit merito primus teterrimum opus artis ſuæ, qa primus in eo periit.

OLIVERIVS.

At ne Hetruſci. Perillus nouũ excogitauit ſupplicij genus Hethruſci uero non minus crudeles pœnas inuenerunt, ut uiua corpora mortuis alligata tabeſcerẽt, quod mortis genus crudeliſſimũ fuit, hoc aũt quod Vale. Hethruſcis Vir. Mezentio eorũ regi attribuit, dicit. n. li. viii. qd memorem infandas cædes, quid facta tyranni. Effera dij capiti ipſius, generiq; reſeruent, Mortua quinetiam iungebant corpora uiuis, Cõponens manibuſq; manus, atq; oribus ora Tormenti genus,

ASCENSIVS.

At ne qdem Hetruſci, cũ ſint populi Italiæ ſupp. fuerunt parum, ſed multum feroces in excogitanda pœna .i. cruciatu, qui patiebãtur corpora uiuorum (ſunt tamen qui legant uirorum) alligatã, atque conſtricta aduerſa aduerſis .i. ut dicit Maro, oribus ora, ita ut ſingulæ partes membrorum .ſ. uiuentium eſſent accommodatæ ſingulis ſu mẽbris cadauerum tabeſcere .i. in tabem, & putredinem reſolui ſimul, exiſtentes amari tortores pariter uitæ .i. uiuentium, ac mortis .i. mortuorum quorum cadaueribus ſic abutebantur.

OLIVERIVS.

Sicut illi barbari. Hoc tormenti genus à ſcythis excogitatum fuiſſe tradunt, qđ eſt ſine dubio immani feritate plenũ exenteratis aĩalibus uiui hoĩes includerentur, ita ut ſola capita eminerent, quibus alerentur, nam ut diutius uiuant, laute potu ciboq; excipiuntur, donec putrefactis animalibus uermes ingenerati, eos poſtmodum dilacerant, & aſſiduis uermiũ morſibus crucientur. Sicut illi barbari, quos ferunt, Cũ ſuperiori cõiungitur. ita amari, uitæ & mortis tortores fuerunt Hethruſci, ſicut barbari .ſ. ſcythe Egeſtis inteſtinis. Eductis inteſtinis Viſceribus, Viſcera dicuntur non ſolum inteſtina, ſed etiã carnes, hoc eſt q̃cqd ſub corio eſt uñ Virg. Tergora diripiunt coſtis & uiſcera nudant. Item Liu. in albano; latinis uiſceratio, dabatur .i. caro. Propagare, producere. Tabidis cor. in. ſo. corruptio unius animalis eſt generatio alterius. Nã ex corruptis bobus, ſiue tauris, generantur apes, ex Aſinis ueſpæ ex mulis crabones, ex eqs fuci, ex hoĩbus uermes. Queramur, ſic cum rerum natura. nihil eſt, inquit, q̃ naturã incuſemus, q̃ nos uarijs morborũ generibus uoluerit eſſe ſubiectos, cũ non his contenti homines, alia inſuper ipſi excogitauerint. Queramur, nunc cũ indignatione q̃dã legendũ eſt. Obnoxios, Subiectus, & obligatos. Habitũ cœleſtis roboris, hoſtibus cœleſtis roboris eſt impaſſibilitas, & doloris carentia. Dij. n pati non poſſunt, quod humanæ fragilitati non eſt cõceſſum. Impulſu .c. inſtigatione, & impetu crudelitatis.

ASCENSIVS.

Sicut ſup. fecerunt illi Barbari, uidelicet ſcythæ. quos ferũt .i. dñt hiſtoriographi, inſerere hoĩes .ſ. uiuos inteſtinis, & uiſceribus pecudũ mactatarũ egeſtis .i. euulſis, ita ſut hoĩes inſerti emineant .i. extent tñ capitibus quoq; .i. & quo, hoc eſt, ut ſufficiant diutius pœnæ .i. cruciatui, ipſi prorogant .i. producunt cibo, & potione .i. potu ſpiritum infelicem, qa ad cruciatũ dũtaxat ſeruatũ, donec ipſi putrefacti intus, laniati ſint ab aĩalibus .i. uermibus, & ſerpentibus: quæ aĩalia ſolent naſci in corporibus tabidis .i. putrefactis. Queramur .i. faciamus querelas, nunc .ſ. poſtq̃ tam crudeles inueniantur hoĩes (& eſt figurata adhortatio uim uitandi habens cũ natura rerum, q̃ uoluerit nos eſſe obnoxios .i. ſubiectos multis & aſperis incõmodis ualetudinis .ſ. aduerſæ, hoc eſt ægritudinis, & feramus moleſte habitum .i. diſpoſitionem roboris .i. fortitudinis cœleſtis, eſſe denegatum conditioni humanæ, cum ipſa mortalitas .i. ipſe

homo mortalis excogitauit ſibimet tot cruciatus impulſu cru delitatis.q.d.id nos iniuſte facturos.

fuiſſe damnatum diximus in cap. de cenſura, & de reconciliatis. Is octauo poſt damnationem anno à Marcello & Valerio conſulibus ex agris, quo ſe per ſummum dolorem receperat, in urbem reuocatus & cum C. Claudio Nerone conſul creatus cum imperium diu recuſaſſet, tandem à ſenatu, & populo Ro. perc coactus eſt prouincias ſortiri cum in ſuam uterq; proficiſceretur, eos populus ad portas uſq; proſecuti ſunt memoriæ proditum eſt, plenum adhuc ira in ciues M. Liuium ad bellum proficiſcentem monenti Qu. Fabio, ne priuſq; genus hoſtium noſceret, temere manus conſereret reſpondiſſe, ubi primum hoſtiū agmen conſpexiſſet pugnaturum. cū quæreretur, quæ cauſa eſſet feſtinandi, aut ex hoſte egregiā gloriam, inquit, aut ex ciuibus uictis gaudiū meritum certe, & ſi non honeſtum capiam, non potuit quam geſtabat in pectore irā diſſimulare. ¶ Salinator aduerſus Haſdrubalē, Qui uenerat in Italiā, ut ſe Hannibali fratri cōiūgeret, qd ſi factū eſſet, actū fortaſſe de imperio Ro. fuiſſet. ¶ Manum conſerere. Pugnā cōmittere. ¶ Ira tunc, atq; uirtus. Ex his, inqt, uerbis, & ſe ira adhuc laborare, & uirtute præditum eſſe ſignificauit, cū enim reſpōdit, ſe ex ciuibus ſuis uictis gaudiū recepturū, iracundiam aperuit, cū uero triūphū exoptaret, uirtutem indicabat. ¶ Illa. ſ. Ira i iuſtæ dānatiōis. ¶ Hæc. ſ. uirtus gloriæ cupida. ¶ Sed neſcio, an eiuſdē fuerit. Nō uidetur eiuſdē hominis eſſe, tanta ai perturbatione cōmoueri, & hoſtes pariter uincere. ¶ Hoc dicere, Ita reſpondere, ſignū erat imbecillitatis, qa ira, & odio uincebatur. ¶ Sic uincere, Eximiæ uirtutis fuit, tāta ſtrage hoſtes ſuperare, nam in ea uictoria par hoſtibus reddita fuit Cannenſis Clades, quippe ubi Haſdrubalem, cum ſup. lx. milium hoſtium cæſus fuit.

dissimulare nō potuit

¶ De ira & Odio. Cap. III.

IRa quoq;, ut odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant, procurſu celerior illa nocendi cupidine, hoc pertinacius: uterq; conſternationis plenus affectus ac nunquam ſine tormento ſui violentus. quia dolorem cum inferre uult: patitur amara ſolicitudine, ne non contigat vltio, anxius. ſed proprietatis eorū certiſſimæ ſunt imagines, quas Dii ipſi in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto vehementiore conſpici voluerunt.

¶ De Liuio Salinatore.

CVm aduerſus Haſdrubalem Liuius Salinator, bellum geſturus urbe egrederetur: monente Fabio Maximo, ne ante deſcenderet in aciem, quàm hoſtium vires: animumq; cognoſceret: primam occaſionem pugnandi non omiſſurum ſe reſpondit. Interrogatusq; ab eodem quid ita, tam feſtinanter manum conſerere uellet, vt quàm celerrime (inquit) aut gloriam ex hoſtibus victis: aut ex ciuibus proſtratis gaudium capiam. Ira tunc, atque uirtus ſermonem eius inter ſe diuiſerunt. illa iniuſtæ damnationis memor, hæc triumphi gloriæ intenta. Sed neſcio an eiuſdem fuerit hoc dicere, & ſic vincere.

¶ De Figulo.

ARdentis ſpiritus virum, & bellicis operibus aſſuetum, huc iracundiæ ſtimuli egerunt. Caium autem Figulum manſuetiſſimum, pacate iuris ciuilis iudicio celeberrimum, prudentiæ, moderationisq; immemorem reddiderunt. Conſulatus enim repulſæ dolore accenſus, eo quidem magis, quòd illum bis patri ſuo datum meminerat: cum ad eum poſtero comitiorum die multi conſulendi cauſa veniſſent: omnes dimiſit, præfatus: omnes conſulere ſcitis: Conſulem facere neſcitis. dictum grauiter, & merito; ſed tamen aliquanto melius non dictum.

OLIVERIVS.

IRa quoq;, ut odium. Has duas animi perturbationes crudelitati recte ſubiungit, quoniā earum affectus ſæuitiæ ſint longe perſimiles, quid enim iratus crudele, nō admittit, ſi datur facultas? In hoc autem differunt à crudelitate, quod hæc alii tantum non ſibi noceat, hæ uero ſine ſui tormento eſſe non poſſunt. Cum enim iratus ultionem ſumere nō poteſt, dolore conficitur, ac ſeipſum cruciat. eſt autem ira ſubitus animi motus ex iniuria proueniens, & ultionem deſyderans. ¶ Odiū inueterata inimicitia de ultione ſemper cogitans. ¶ Magnos fluctus Magnas perturbationes iratis ſemper æſtus fluctuant in pectore, uultus uariatur, oculi igneſcunt ratio confunditur. ¶ Procurſu celerior, fertur impetu quodam iratus ad ultionem, & eſt differentia quædam inter iram & odium, quia ira celeritate quadam rapitur ad nocendum. odium pertinacius reſidet in pectore, occaſionem expectās, quo grauius nocere poſſit. ¶ Procurſu, impetu. ¶ Conſternationis, Perturbationis, & mentis, ac rationis cōfuſionis. ¶ Sine ſui tormento, Quia non poteſt iratus, atq; odio concitus non dolore commoueri, dum ſe uidet quam cupit de inimico ultionem ſumere non poſſe, ſimilis ergo inuidiæ eſt iracundia quia ſicut inuidia ſucceſſu hominum carpit, & carpitur, unà, ſuppliciumq; ſuū eſt, quæ in hoc uno, ut inquit, Solon, iuſta eſt, quia prius inuidū punit, ſic & ira ſibi prius quā alteri nocet, quia dolet, cum ultionem de inimico ſe ſumere non poſſe uidet. ¶ Anxius, Solicitus, quia ultionem implere non poſſit ¶ Certiſſimæ ſunt ima. ueriſſima ſigna, & indicia, quāuis enim aliquis diſſimulare uelit, tamen facere non poſſet, quin in dictis, & factis, hos affectus ſperiat.

Ira

Odium

ASCENSIVS.

IRa quoq;, ac odiū excitant magnos fluctus. i. turbationes in pectoribus humanis, illa. ſ. ira, celerior, ideſt tardior, ſupple in procurſu, ideſt impetu faciendo, hoc ſcilicet odium pertinacius cupidine, ideſt cupiditate nocendi, & ſupple uterq; affectus, ideſt utraq; paſſio, eſt, plenus conſternationis, ideſt alienationis mentis à ſtatu quietis eius, ac uiolentus numquam ſine, ideſt ſemper cum tormento ſui ideſt in quo eſt, quia cum uult inferre dolorem patitur ſupple dolorem, anxius amara ſollicitudine, ne uldo non contingat ſed certiſſimæ imagines proprietatis eorum, ſcilicet dictorum affectuum iræ, & odii, ſunt, ideſt extant, quas dii ipſi. ſ. hominum conditores, uoluerunt conſpici in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto uehementiore. ſ. quam deceat, aut multum uehementi.

ASCENSIVS.

CVm aduerſus. ordo eſt Cū Liui. Salinator geſturus, bellū aduerſus Hannibalē egrederetur urbe, F. Ma. monente, ne deſcenderet in aciē. i. ne prælium committeret; añ. i. prius q cognoſceret uires, & aīum hoſtiū, rñdit ſe non omiſſurum. i. prætermiſſurum primā occaſionem pugnandi. i. quæcunq; prima offeretur. Et interrogatus ab eodem, quid ita. ſ. cur uellet conſerere manum. ſ. cū hoſte, tam feſtinanter, inquit. i. rñdit, ut capiam q celerrime. i. ualde celeriter, aut ægregiam gloriam ex hoſtibus uictis, aut gaudium ex ciuibus ſtratis. Ira, atq; uirtus diuiſerunt tunc inter ſe ſermonem eius. i. partem ſermonis eius ſibi uendicarunt, illa. ſ. ira, diuiſit ſibi ſermonem. i. aſſumpſit unam particulā. ſ. aut ciuibus proſtratis gaudiū capiam, hæc. ſ. uirtus intenta gloriæ triūphi, diuiſit ſibi ſermonē. ſ. particulā, aut gloriā ægregiā ex hoſtibus uictis capiā. Sed neſcio, an fuerit eiuſdē. i. merito glorie nuerit ad eūdē, dicere hoc. ſ. tam ſuperbū, & iræ plenū dictū, et uincere ſic i. tā glorioſe, ut uicit. q. d. uicit qdē, ſed meruit uincere qa deus humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit.

OLIVERIVS.

CVm aduerſus Haſdrubalem. Quod neceſſe, ſit aliquo dicto, uel facto hos in hominibus affectus aperiri, Salina. & aliorum exemplo comprobatur. Salinatorem ob artiſſimam legem de ſale uendendo latam, populoq; moleſtam

Salinator irā in Po. Roma.

OLIVERIVS.

ARdentis ſpi. ui. hūc iracundiæ ſtimuli egerunt. Nō mirū eſt bellicoſum & ingentis ſpiritus hominē ira perturbatū eſſe,

¶ De Patriciis Romanis.

NAm quis Populo Romano iraſci ſapienter poteſt: itaq; ne illi quidem probandi quamuis factum eorum nobilitatis ſplendore protectum ſit: qui, quod Cneus Flauius humillimæ quondam ſortis præturam adeptus erat: offenſi annulos aureos ſibimet ipſis, & phaleras equis ſuis detractas abiecerunt: doloris impotentia tantum non luctum profecto teſtati. talis iræ motus aut ſingulorum, aut paucorum aduerſus populum vniuerſum: multitudinis autem erga principes, ac duces eiuſmodi.

¶ De iuuenibus Romanis, & Manlio Torquato.

MAnlio Torquato ampliſſimam, & glorioſiſſimam ex latinis, & campanis uictoriam in Vrbem referenti, cum ſeniores omnes, lætitia ouantes occurrerent: iuniorum nemo obuiam proceſſit: quod filium adoleſcentem fortiſſime aduerſus imperium ſuum præliatum, ſecuri percuſſum occidiſſet. miſerti ſunt æquales nimis aſpere puniti: nec factum eorum defendo, ſed iræ vim indico: quæ vnius ciuitatis & ætates, & affectus diuidere valuit. Eademq; tantum potuit, vt uniuerſum Populi Romani, equitatum à Fabio Conſule ad hoſtium copias perſequendas miſſum, cum & tuto, & facile eas liceret delere: legis agrariæ ab eo impeditæ memorem, immobilem retineret.

eſſe, cum humaniſſimum & domeſticis operibus intentũ C. Figulũ eiuſdem paſſio ſuperauerit, ut eum prudentiæ; & moderationis immemorem fecerit. ¶ Manſuetiſſimum, Qui remiſſioris ſpiritus erat. ¶ Pacate iuris ciuilis iudicio, iuriſperitus optimus erat, qui hominibus in pace conſulere, & de iure ciuili diſceptare poſſet. ¶ Cõſulatus, n. Hic Figulus cum Scipione naſica conſul creatus magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, q̃ in eorum comitiis tabernaculum uitio captum fuiſſet, ut in cap. de ſeruata religione diximus. Hic ergo tam ægre tulit in aliis comitiis repulſam, ut iram diſſimulare nequiuerit. Nam poſtero die multos, qui eum de cauſis ſuis conſulturi uenerant dimiſerit inconſultos dicens, Scire q̃dem illos cõſulere non ſit conſulem facere, qua uoce facile indicauit, q̃ta ira percitus eſſet. ¶ Sed aliq̃to melius non dictũ. Quanq̃ merito dixiſſet, quia repulſam non merebatur, illi tamen honeſtius aliq̃to fuiſſet, non dixiſſe, q̃a uiro graui, & ſapienti iraſci ſemper turpi fuit.

ASCENSIVS.

ARdentis, & cæt. Simul ſi iracundiæ egerũt i. impulerunt, huc. i. ad huiuſmodi riſum ac ferocitatem, uirum ardentis. i. uehementis, & bellicoſi ſpiritus, & aſſuetum operibus bellicis, uidelicet Salinatorẽ, aũt pro ſed. ipſi reddiderunt C. Figulũ manſuetiſſimũ, & ſup. celeberrimũ iudicio pacato. i. tranq̃llo, iuris ciuilis. immemorẽ prudẽtiæ, & moderatiõis. ſ. tẽperantiæ abire. Eñ. p q̃a ipſe accenſus, & inflãmatus dolore repulſæ conſulatus. i. in petitione conſulatus, & q̃dem. i. certe, eo magis, q̃ meminerat illum. ſ. conſulatum datum ſupp. eſſe bis patri ſuo, cum poſtero die. i. poſtridie comitiorũ multi ueniſſent ad eum cã conſulendi. i. petendi conſiliũ, ipſe dimiſit oẽs. ſ. inconſultos, aut ſine cõſilio, p̃fatus. i. fatus anteq̃ dimitteret eos uos oẽs ſcitis cõſulere. i. cõſilium petere ſed neſcitis facere cõſulẽ. Leũ, quẽ cõſulitis. q. d. uirũ dignũ dictũ ſup. eſt, aut fuit grauiter & merito, q̃a indignus erat, q̃ repulſam acciperet. ſed tamen melius ſup. fuiſſet aliq̃to non dictũ ſup. fuiſſe ab eo q̃a plus laudis meretur, q̃ in re tali grauiter tacet, q̃ qui loq̃tur q̃ loquens ambitionis ſuſpitione non uacat, & tacens etiam modeſtiæ plenus uidetur. Author tamen aliam cauſam affert addens.

OLIVERIVS.

ITaq; ne illi. Grauiter, & iniquo aĩo tulit pars Romanæ nobilitatis, Cn. Flauiũ libertino pr̃e natũ, p̃torem à Po. Ro. fuiſſe creatũ, quã indignitatem cũ æquo aĩo ferre non poſſent. irã ſuã oĩbus indicauerũt, nã præ dolore ſibi annulos, & ſuis equis phaleras adẽptas abiecerũt, nec minorẽ dolorẽ ſignificarunt q̃ ſi funeſta facta eſſet eorũ familiis. Pli. li. xxxiii. na. hiſt. dicit, Falli pleroſq;, q̃ putant equeſtrẽ ordinẽ tũ ẽr abieciſſe annulos, q̃m in faſtis adiectum ſit hoc, ſed & phalera poſitis p̃p̃ q̃ nomen eq̃tũ adiectũ ſit, annulos quoq; depoſitos à nobilitate non ab uniuerſo ſenatu. ¶ Itaq;, refertur ad ſuperiorẽ, q̃a nemo iuſte iraſci põt Po. Ro. ¶ Illi. Nobiles Romani, q̃ candidati in campum deſcenderant ¶ Nobilitatis ſplendore p̃tectũ. Quod iuſtã iraſcendi cãm haberent, ſibi infimæ conditionis hoĩem p̃poſuiſſe Po. Ro. ¶ Cn. Flau. Hic primus fuit, q̃ de libertina gẽte ædilis curulis factus, ruſus cũ magna indignatione nobilitatis, qui ut ſupra diximus li. ii. ca. i. cũ ad ægrũ collegã uiſendũ ueniſſet, neq; à nobilibus, quorũ freq̃ntia cubiculũ erat cõpletũ, ſedendi loco reciperetur, ſibi ſellam curulẽ afferri iuſſit, in qua honoratus ſederet. ¶ Humillimæ quõdam ſortis. q̃ppe liberti conditionis, cuius pater ſeruus aliq̃do fuiſſet. ¶ Annulos aureos. Inſignia nobilitatis. ¶ Phaleras. Equorũ ornamenta, cum uiderent tã infimæ conditionis hoĩem in dignitatibus ſibi p̃ferri, nec ſibi ualere q̃c q̃ nobilitatẽ, ipſius nobilitatis inſignia abiecerunt q̃d fieri ſolebat in funere. ¶ Impotentia. Impatientia. ¶ Talis iræ mo. Bene exẽpla exemplis connectit, talis, inquit animi perturbatio, & iracundia, qualẽ ſupra diximus, fuit paucorũ erga Popu. Ro. q̃ uero ſequitur fuit Po. Ro. erga paucos imperatores; & magiſtratus.

ASCENSIVS.

NAm quis põt iraſci ſapienter Pop. Ro? q. d. nullus, unde inſipienter iratus ẽ Figulus. Itaq;. i. & ita, neq; dẽ. i. nõ ſaltẽ probãdi ſunt illi. ſ. nobiles & Patricii Romani, q̃uis factũ eorũ ſit p̃tectũ. i. munitum à contumelia ſplẽdore nobilitatis, q̃ offenſi, q̃. i. q̃a Cn. Flauius ſup. uir ſortis quondã humillimæ. i. maxime plebeie, adeptus erat p̃turã, abiecerunt annulos aureos detractos ſup. ſibimet ipſis, & phaleras detractas equis ſuis, teſtati ĩpotentia. i. p̃ ĩpotentiam, & intollerãtiã doloris p̃fecto. i. re uera, tm̃ nõ. i. ferme aut catenus, q̃ non ultra luctũ. ſ. fuũ. motus iræ aut ſingulorũ aut paucorũ aduerſus uniuerſũ po. ſ. R. ſu. fuit fuũ, talis ſit. i. ſed motus ſup. multitudinis erga principes, ac duces ſup. fuit eiuſmodi, q̃lis ſequitur. OLI.

MAnlio Tor. amp. Traditũ eſt ſupra li. ii. capi. de diſciplina mili. T. Manlium Torquati filiũ à ſeueriſſimo p̃re p̃ lictorẽ fuiſſe uirgis cæſum ſecuriq; p̃cuſſum, q̃ contra eius dictũ, extra ordinẽ cũ hoſte ſingulari certamine dimicaſſet. nã T. Manlius To. & P. Decius cõſules aduerſus latinos, cũ graue, & periculoſum bellũ eſſe uiderent, tũ deorũ admonitiõe quã in ſomnis acceperãt, q̃ aut ipſorũ alteri, aut uniuerſo exercitui cadendũ eſſet, tũ maxime, q̃ aduerſus latinos bellãdũ eſſet, lingua, moribus armorũ gñe, inſtitutis añ oĩa militaribus ſibi cõgruentes, milites militibus, centuriones centurionibus, tribuni tribunis compares, collegæq;, hiſdẽ p̃ſidiis, ſæpe hiſdẽ manipulis p̃mixti fuerant, per hæc, ne quo errore milites caperentur. & ut militaris diſciplina ad priſcos redigeretur mores, edicũt cõſules, ne q̃s extra ordinẽ in hoſtẽ pugnaret. forte inter cæteros turmarũ p̃fectos, q̃ explorãtũ in oẽs partes dimiſſi fuerãt, T. Mãlius cõſulis filius ſuper caſtra hoſtiũ, cũ ſuis turmalibus euãſit, ut uix teli iactu ab ſtatiõe maxĩa abeſſet, ibi à Genutio quodã latino ad ſingulare certamen p̃uocatus. Manlius ſiue q̃ feroci ſ aĩ iuuenis eſſet, ſiue ira, ſeu detractandi certaminis pudore, ſeu inexuperabili ui fati, oblitus ĩperii p̃ris, & cõſuliũ edicti, p̃ceps ad id certamen agitur, uictoria, ſpoliiſq; potitus ouãs redit ad patrẽ dicens, ut me oẽs tuo ſanguine natũ eſſe intelligant p̃uocatus, eq̃ſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo reporto. quẽ p̃r aduocata cõcione, ut exẽplũ cæteris ſtatueret ſeruandæ militaris diſciplinæ, terroremq; oĩbus incuteret, ne q̃d auderent cõtra ĩperatorũ edicta moliri, ſtatim ſpoliari, & uirgis cædi, ac ſecuri p̃cuti iuſſit. quo facto exanimati oẽs p̃ ſtupore primo q̃euerunt, poſtq̃ ceruice fuſus eſt cruor, tũ demũ undiq; exortæ ſunt uoces, ut neq; lamentis, neq; execrationibus in ĩperatorem parceretur, & hæc in caſtris. poſt uictoriã uero illi in urbem redeũti, cũ ſeniores officii g̃ra obuiã gratulabundi p̃ceſſiſſent, ex iuuentute nemo illi occurrere uoluit, q̃ indigne ferrent tantæ indolis filiũ tã crudeliter à patre fuiſſe necatũ. ¶ Ouantes. Lætitia geſtientes. ¶ Aetates. uis iracundiæ diſtinxit ſenes à iunioribus. ¶ Et Affectus. Quod ſenes læti, iuuenes triſtes, & irati. ¶ Eademq; tm̃. Hoc fuit pericu- Mãlius filium ſecuri percuſſit

ℂDe Appio Claudio Conſule.

ILla vero etiam Appio duci, cuius pater, dum pro Senatus amplitudine nititur: commoda plebis acerrime impugnauerat: infenſum exercitum faciendo, voluntaria fuga terga hoſti, ne triumphum imperatori quæreret, dare coegit. Quoties uictoriæ uictrix, congratulationem eius in Torq̃to ſpernendam: in Fabio pulcherrimam partem omittendam: in Appio totam fugæ proponendam reddidit.

ℂDe Eodem, & Po. Ro.

AGe quàm violenter ſe in pectore uniuerſo Popu. Roma. geſſit eodem tempore, quo ſuffragiis eius dedicatio ædis Mercurii M. Pletorio primipili centurioni data eſt: præteritis Conſulibus Appio, q̃d obſtitiſſet, quo minus ære ſuo alieno ſuccurreretur, & Seruilio, quod ſuſceptam cauſam ſuam languido patrocinio protexiſſet. Negas efficacē irã, cuius hortatu miles ſummo īperio prælatus eſt: q̃ quidem non proculcauit tantum imperia, ſed etiã geſſit impotenter.

Fabius plebi inuiſus — ioſiſſimo tempore ueniētẽ cũ reſp. maxima ſeditione inteſtina laboraret ob agrariam legem quã P. Licinius trib. ple. inuito ſenatu ferre uolebat, cum diceret ueniſſe tp̃s p ultimã neceſſitatem, huius agrariæ legis p̃tibus iniungendæ, & ideo ſuſceperat rẽ militarẽ impediendam, ſed annitente conſule, ceteriſq; tribunis, hoc uno inuito ſcriptus eſt militum delectus. ſed Fabio cõſuli in hoc bello aliquanto plus negocii cum ciuibus, q̃ cũ hoſtibus fuit. unus ille uir ipſe cõſul rẽp. ſuſtinuit, quã exercitus odio conſulis q̃tũ in ſe fuit prodebat. nã cũ conſul præter cæteras imperatorias artes quas parando, gerendoq; bello ædidit plurias ita iſtruxiſſet aciem ut ſolo equitatu emiſſo, exercitum hoſtiũ fũderet, inſequi fuſos pedites noluit, nec illos, & ſi non adhortatio inuiſi ducis, ſuũ ſaltẽ flagitiũ & publicum ĩ p̃ſentia dedecus, poſtmodo periculum, ſi alius hoſti rediiſſet, cogere potuit gradum accelerare, aut ſi aliud nihil inſtare inſtructos, inuiſi ſigna referunt, mœſtiq; crederes uictos, execrantes nunc imperatorem, nunc nauatam ab equite operam, redeunt in caſtra. nec huic tam peſtilenti exemplo remedia ulla ab imperatore q̃ſita ſunt, adeo excellentibus ingeniis citius defuerat ars, qua ciuem regant, quã q̃ hoſtẽ ſuperent. conſul Romã rediit, nõ tã belli gloria aucta, q̃ irritato, exacerbatoq; in ſe militũ odio. ℞ Et tuto facile. Hoc ideo dixit, ne uideantur periculo, aut labore deterriti detractaſſe militiam ℞ Immobilem retineret. Ne perſequeretur hoſtem. noluit enim, ut imperator ex parta uictoria gloriam aſſequeretur.

ASCENSIVS.

MAnlio, &c. Cum ſeniores oẽs ouantes lætitia. i. p̃ gaudio occurrerent Manlio Tor. referenti in urbem. ſ. romãã uictoriã ampliſſimã, & glorioſiſſimã ex latinis, & campanis, nemo iuniorũ p̃ceſſit obuiam, q̃. i. quia occidiſſet filiũ. ſ. ſuum adoleſcentem p̃liatũ. i. q̃ p̃liatus fuerat fortiſſime q̃a uicerat, ſed non q̃a fortiſſime, ſed q̃a contra imperiũ ſuũ occidiſſet dico, percuſſum ſecuri. Aequales. i. coæui eius, hoc ẽ coadoleſcentes miſerti ſunt puniti. ſ. filii Tor. puniti. ſ. à patre nimis aſpere. (Alii legunt æqualis, ut ſit. Iuniores ſupp. miſerti ſunt æqualis. i. coætanei ſui puniti nimis aſpere.) Nec defendo factum eorum. i. non dico. q̃ iure id ſecerint, ſed īdico. i. demõſtro uim iræ, q̃ ſ. ira ualuit diuidere, & ætates & affectus unius ciuitatis. ſ. Romanæ, q̃a ſeniores p̃ri gratulabantur, iuniores filii miſerabantur. Eadẽq;. i. & eadem. ſ. ira aut uis iræ, patuit tñ, ut retineret immobilem uniuerſum equitatũ Po. Ro. miſſum à Fabio conſule, ad perſequendas copias hoſtium, cum liceret, & tuto, & facile delere eas, equitatum dico memorẽ legis agrariæ. i. de agris condiuidendis, impeditæ ab eo. ſ. Fab. qui interceſſerat, ne promulgaretur.

OLIVERIVS

Appius Claud. plebi inuiſus — ILla uero etiam Appio. Appius Claudius plebi uehementer inuiſus, conſul aduerſus Volſcos profectus, eadem ſæuitia in milites, qua in plebem uti conſueuerat. Magna enim ira, & indignatio ferocem militum aĩum exãgitabat, qui nulli uĩ domari poterat, tm̃ odiũ animis imbiberant. itaq; ſegniter, ocioſe, negligenter, cõtumaciter oĩa agere, nec pudor, nec metus cohercebant. ſi citius agi uellet agmen, tardius, ſedulo incedere. ſi adhortatur operibus adeſſe, oẽs ſua ſpõte motam induſtriam remittere, p̃ſẽti uultus dimittere, tacite prætereuntem execrari, ut inuictus ille odio plebeio animus interdum moueret. qui neq̃ q̃ acerbitate prõpta, nihil iam cum militibus agere, à centurionibus corruptũ exercitum dicere, nihil eorum uolſci neſciebant. inſtabantq; eo magis ſperantes idem certamen aĩo eum aduerſus Appiũ habiturũ exercitũ Romanũ, q̃d aduerſus Fabiũ conſulẽ habuiſſet. cæterũ multo Appio q̃ Fabio uiolentior fuit, nõ enim uincere tm̃ noluit ut Fabius, ſed uinci uoluit p̃ductus in aciem turpi fuga petit caſtra, nec ante reſtitit, q̃ ſigna inferentem uolſcũ munimentis uidit, fœdãq; extremi agminis cædem tum expreſſa uis ad pugnandũ, ut uictoriam uallo ſubmoueret hoſtis, multi gaudere ſua clade, atq; ignominia deniq; exacerbati ai palam poſtulare, ut caſtra ex agro mouerentur, quod cũ ſactum eſſet ab Appio, uolſci p exploratores re cognita, nouiſſimos aggrediũtur, ut à q̃bus perlatus ad primos tumultus ſigna, atq; ordines turbauit, ut neq; ĩmpia exaudiri, neq; inſtrui acies poſſent, nemo ullius niſi fugæ memor eſſet, ita effuſo agmine, p ſtragem corporũ, armorumq; euaſere, ut prius hoſtis deſideret inſequi, q̃ Romanus fugere. hoc modo exercitus Romanus ob iram imperatoris, nõ uincere, ſed uinci turpiter uoluit, q̃ q̃ de nonnullis ſũptũ fuerit ſuppliciũ. ℞ Amplitudine. dũ Senatus maieſtatẽ tueri nititur. ℞ Quoties uictoriæ. Sæpius, inq̃t, iracundia uictorias ſuperauit, q̃a tanta militum in duces iracundia fuerit, ut nulla rõne efficere potuerint ĩperatores, ut exercitus cũ poſſet uincere uellet, iracundia igitur uicit uictorias, ut ſupra mõſtratũ eſt. ℞ Gratulationẽ eius Torquato. iuniorum iracundia in torquatum ei uictoriæ gratulationem eripuit, Quia illi cum uictoria redeunti infenſa iuuentus pp̃ filium crudeliter cæſum, nec obuiam prodire officii gratia, nec de uictoria illi gratulari uoluit. ℞ In Fabio pulcherrimam partem. Fabio bonam uictoriæ partem ademit, quia fuſos hoſtes inſequi noluit. ℞ Appio totam. Appium penitus uictoriæ fecit expertem. ℞ Præponendam reddidit. Subauditur, ubiq; reddidit, eſt zeugma ab inferiori.

ASCENSIVS.

ILla, &c. Vero. i. ſed illa. ſ. iam dicta uis iræ faciendo exercitum infenſum. i. iratum, & perniciem inferentem Appio. ſ. Claudio duci, hoc eſt imperatori, cuius. ſ. Appii p̃r, dum nititur. i. laborat p̃ amplitudine ſenatus. ſ. conſeruanda, impugnauerat acerrime commoda plebis, coegit ſup. eum dare hoſti terga. i. fugere, fuga uoluntaria. i. ſponte à militibus inita ne, ſcilicet plebs q̃reret. i. acquireret imperatori. ſ. ſuo, ſed inuiſo triumphum. Quoties ſup ira uictrix uictoriæ, reddidit gratulatiõem eius. ſ. uictoriæ, ſpernendam. ſ. à iuuenibus in Torquato, pulcherrimam partem ſ. uictoriæ omittendam, in Fabio, q̃a fuſos hoſtes inſequi noluit exercitus, & reddidit totam. i. uictoriam poſtponendam fugæ, q̃a maluit exercitus fugere, q̃ imperatori uictoriam parere (Sunt q̃ legũt p̃ponendã fugæ, ſed potior cæteris lectionibus eſt, poſtponendam legendo) in Appio, ſcilicet Claudio.

OLIVERIVS.

AGe q̃ uiolenter. Cũ bellũ uolſcũ iſtaret, & ciuitas ipſa ſecum diſcors inteſtino malo laboraret, q̃ execrabili inter ſe plebs, patreſq; odio flagrarent, maxime propter nexos ob æs alienum Fremebat plebs, ſe foris p̃ libertate & imperio dimicantes domi à ciuibus captos, & opp̃ſſos eſſe, tutioremq; in bello quã in pace, inter hoſtes quã inter ciues libertatem plebis eſſe tumultum non modo in foro, ſed in tota ciuitate excitauerat unus ex nexibus à creditore ſuo crudeliter tractatus, iãq; nexi uincti, ſolutiq; ſe undiq; in publicũ proripiunt, Quiritum fidem implorant. ſic accenditur furor, ut in patres, q̃ tum eſſent in foro, ſæuitũ foret, niſi conſules ad comprimendã ſeditionem interueniſſent. illis plebs cathenas, & uincula oſtentabat, & indignitatem ſuã exponebat, nec prius deſtitit quam ſenatus cogeretur, q̃ de ſuis incommodis conſultaret. Appius Appius conſul inuiſus plebi acer ingenio rem imperii conſulari, agendam eſſe cenſebat, accepto uno uel altero cæteros quieturos. collegæ Seruilio mitioris ingenii uiro aliter uidebatur, interea nunciatur uolſcos ad

oppugnandam

oppugnandam urbem uenire, exultabat gaudio plæbs ultores ſuperbiæ patrum adeſſe deos, alius alium hortari, & confirmare ne nomina darent. Seruilius, in publicum proceſſit, ꝓmiſitqꝫ ſenatum nexorum habiturum eſſe rationem, ſi arma contra hoſtes ſumeret, ſtatimqꝫ edixit, ut uincti nexiqꝫ oẽs dimitterentur, neqꝫ impedirentur quo minus nomina daret. magnus fuit nexorum numerus, neqꝫ aliorum magis uolſco bello uirtutis, atqꝫ opera enituit. Conſul breui uolſcos ſuperat Aruncos quoqꝫ deuincit, cũ uictoria rediit in urbem. plebs ꝓmiſſa cõſulis, ſenatuſqꝫ fidẽ expectabat. Tum Appius inſita ſuperbia animo, ut collegæ uanam redderet fidem de creditis pecuniis dixit, & qui aſi nexi fuerant creditoribus redditi, & alii nexi ſunt. Concurſus ad Seruilium factus poſtulant ut aut referat ad ſenatum, aut ciuibus conſul, aut militibus ſuis imperator auxilio eſſet aduerſus collegã. Mouebant hæc conſulem, ſed tergiuerſari res cogebat adeo in contrarium non collega ſolum, ſed omnis nobiliũ factio perſtiterat, ita medium ſe gerendo, nec plebis uitauit odiũ, nec apud patres gratiam iniuit, breuiqꝫ apparuit apud plebem æquaſſe cũ Appii odium. certamen conſulibus inciderat, uter dedicaret Mercurii ædem, ſenatus ab ſe rem ad populum reiecit, utri eorum dedicatio iuſſu populi data foret, eũ præeſſe annonæ, mercatorum collegium inſtituere, ſolemnia pro pontifice ſuſcipere. populus dedicationem ædis dat M. Plectorio primipili cẽturioni, quo facile apparet et non tam ad honorem eius, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, quã ad cõſulem ignominiã factum eſſe. ¶ Geſſit ſe. ſ. ita. ¶ Languido patrocinio. debili defenſiõe, quia collegæ, & nobilitati reſiſtere ñ eſt auſus. ¶ Negas. negare nemo poteſt iracundiæ uim maximã eſſe, quæ fecit, ut miles cõſulibus in dignitate ꝓferetur. ¶ Quæ quidem non proculcauit tm̃. uere inquam efficax eſt iracũdia, quæ non ſolum imperia conculcat, ut exemplis ſupra monſtrauimus, ſed etiam facit ipſa imperia ſe impotenter gerere, ut ſe cõtinere non poſſint.

Seruilii cõſ. iuiſſus plebi

ASCENSIVS.

AGe, quàm, ideſt quantum uiolenter, ira ſupple geſſit ſe in pectore uniuerſi Po. Ro. eodem tempore, quod edicatio ædis i. templi Mercurii data eſt M. Plætorio centurioni Primipili ideſt primæ partis exercitus ſequentis primum Pilum in bello, ſuffragiis eius. ſ. Po. Ro. & hoc conſulibus ꝑteritis. i. neglectis, aut contemptis, Appio ſup. qui erat alter cõſulum præterito, ideo, ꝙ obſtitiſſet, quominus, ideſt obſtãdo feciſſet, ut non ſuccurreretur ære ſuo i. impenſa ipſius Appii æri ſupple alieno. i. debito, & Seruilio ſ. altero conſule præterito, ꝙ protexiſſet patrocinio languido, ideſt tepido, cauſam ſuam ſcilicet Po. Ro. Negas ſupple ô lector, aut auditor iram efficacem, cuius hortatu miles, ſcilicet Plætorius prælatus eſt. ſ. in dedicanda æde Mercurii, ſummo, quia cõſulari, imperio. quæ. ſ. ira qdem. i. certe non proculcauit tantum. i. duntaxat imperia, ſed etiam geſſit impotenter, ideſt cum ſumma inſolentia, ut ſequentia docent.

OLIVERIVS.

Metellus in Hiſpania

NAnqꝫ Metellus. Q. Metellus conſul primo, deinde proconſul citeriorem & ulteriorem Hiſpaniæ prouinciam tam fœlicibus auſpiciis geſſerat, ut ad gloriæ cumulũ, nil niſi triumphus deeſſet. uerum ubi Qu. Pom. inimicum ſuum conſulem factum, & ſibi ſucceſſorem futurum cognouit, tanta mentis conſternatione, & ira commotus eſt, ut dum libidini ſuæ ſtudet indulgere, & inimici futuræ gloriæ detrahere, ſuam ipſe corruperit, triumphumqꝫ prope partum amiſerit. exercitũ enim diminuit, cõmeatus, & horrea negligenter hoſtibus diripienda reliquit, arcus & ſagittas confregit. Elephantes fame conſumpſit, nihil denique, quo ſe aduerſus hoſtes tueri poſſet Pompeio reliquit. ¶ Vtranqꝫ Hiſpaniam. ulteriorem, & citeriorem. ¶ Deinde proconſul. ga in ſequentem annum poſt conſulatum, illi prouincia fuerat ꝓrogata, ut proconſul in ea bellum gereret. ¶ Dimiſit. Exauctorauit, & militiæ uacationem dedit. ¶ Commeatum. liberam abeundi ad tempus poteſtatem, quam uulgo appellamus licentiam. ¶ Cretenſium, qui auxiliares erant Po. Ro. ¶ Elephantis, Aut inedia conſumpſit Elephãtes, aut eos macilentia reddidit inutiles, ne illorum opera Põ. uti poſſet. ¶ Hoſtium quam iræ for. ui. Facilius, inquit, hoſtem potuit ſuperare quam iram, nã uicit Hiſpanos, ipſe uero uictus ab ira eſt.

¶ De Metello.

NAnqꝫ Metellus cum utranqꝫ Hiſpaniam Conſul prius, deinde Proconſul penè iam ſubegiſſet, poſtquàm cognouit Quin. Pomp. Conſulem inimicum ſuum ſucceſſorem ſibi mitti: omnes, qui modo militiam voluerunt finire, dimiſit: commeatus petentibus, nec cauſis excuſſis, nec cõſtituto tempore, dedit. horrea, cuſtodibus remotis opportuna rapinæ præbuit. Arcus, ſagittaſqꝫ cretenſium frangi, atqꝫ in amnem abiici iuſſit: elephantis cibaria dari vetuit: quibus factis, vt cupiditati ſuæ indulſit, ita magnifice geſtarum rerum gloriam corrupit: meritumqꝫ honorem triumphi hoſtium, q̃ iræ fortior victor amiſit.

¶ De L. Sylla.

QVid Sylla, dum huic vitio obtemperat, non ne multo alieno ſanguine profuſo, ad ultimum & ſuum erogauit? Puteolis enim ardens indignatione, quòd Granius princeps eius coloniæ pecuniam à decurionibus ad refectionem Capitolii premiſſam, cunctatius daret: animi concitatione nimia, atque immoderatæ vocis impetu conuulſo pectore: ſpiritum cruore, ac minis miſtum euomuit. Nec Senio iam prolapſus, vtpotè ſexageſimum ingrediens annum: ſed alita miſeriis Populi Romani, impotentia furens. igitur in dubio eſt Sylla ne prior, an iracundia Syllæ ſit extincta. Neque ab ignotis exẽpla petere iuuat: & maximis viris exprobrare vitia ſua verecundiæ eſt. cæterum cum propoſiti fides excellentiſſima quæque complecti moneat: voluntas operi cedat, dum præclara libenter probando, neceſſaria narrandi conſcientia non deſit.

ASCENSIVS.

NAnqꝫ Metellus. ſ. Quintus cum ſubieciſſet iam pene. i. quaſi ſupp. totam utrãqꝫ Hiſpaniam ſ. ulteriorem & citeriorem, prius. i. priore tempore, conſul, deinde proconſul (Conſul penè fungebatur conſulari poteſtate, ubicunqꝫ erat, ꝓconſul duntaxat in prouincia ſibi decreta, inquam quia conſul ire non poterat aliis impeditus procõſul mittebatur) poſtquam cognouit Quintum Pompeiũ inimicum ſuum conſulem, ſcilicet creatum mitti ſucceſſorem ſibi, dimiſit omnes, ſcilicet milites, qui modo ideſt dummodo eum uoluerunt militiam ſuam finiri, ideſt terminari, & dedit petentibus, ſcilicet omnibus commeatus, ideſt ueniam abeundi nec cauſis, ſcilicet abeũdi, excuſſis, ideſt examinatis, aut ſcrutatis, nec tempore, ſcilicet redeundi conſtituto. & præbuit horrea. i. granaria opportuna. i. accõmodata rapinæ cuſtodibus remotis, & iuſſit arcus, & ſagittas Cretenſium frangi, atqꝫ abiici in amnem, ne ſcilicet ſucceſſori uſui eſſent, naſcuntur autem in creta arundines ſagittis aptiſſimæ. uetuit cibaria dari elephantis. Quibus factis, ut. i. quemadmodum, Marcelius ſup. indulſit. i. nimis conceſſit, & tribuit, cupiditati ſuæ. i. iracundæ affectioni, ita corrupit magnifice gloriam rerum geſtarum, & amiſit honorem triumphi meritum, ideſt quem iam meruerat, exiſtens fortior uictor hoſtium quam iræ.

OLIVERIVS.

QVid Sylla. A cæteris ferme omnibus auctoribus diſſentit Vale. qui Syllam dicit nimia iracundiæ uiolentia periſſe, cum eum conſtet apud alios, ut diximus, incidiſſe in morbum ex ulcere inteſtinis oborto, qui φθειρίασις græce dicitur, quo tempore uis tanta pediculorum toto eius corpore emanauit, ut nullo argumento cohiberi poſſent, atqꝫ hoc pacto mortem obiiſſe. ſed Valerius aliter ſentit, ꝙ. ſ. indignatione nimia pectus conuulſerit, ſpiritum cum ſanguine effuderit, quia Granius puteolorum princeps pecuniam ad refectionẽ capitolii promiſſam tardius reddidiſſet. magnum fuit ſine dubio, iram in pectore ad mortem uſque

Syllæ mors

¶ Externa De Alexandro rege.

ALexandrum iracundia ſua propemodū cœlo diripuit. Nam quid obſtitit: quo minus illuc aſſurgeret, niſi Lyſimachus Leoni obiectus, & Clytus haſta traiectus, & Caliſthenes mori iuſſus: quia tres maximas victorias, totidem amicorum iniuſtis cædibus uictor edidit.

concipere. fuit autem genus illud morbi tantæ uirtutis, ut ab arcana quadam naturæ ratione prouentens, nullius medicinæ remedio, aliaue ratione cohiberi potuerit, abſterſis enim diuitiae primis, ſtatim ſubnaſcebantur, & ſcaturiebant alii, donec totum corpus in eam labem conuerſum ſibi uitam tam tetro genere mortis eripuit, ac ciuium Romanorum funera ab eo crudeliter lacerata iacerent inuiſta. uerum teſte Plinio ut diximus, cōſtat illium in hoc ſuam fœlicitatem damnaſſe ꝙ capitolium dedicare non potuiſſet. ¶ Puteolis. Diſtat hoc oppidum. x. paſſuum milib. à Neapoli & eſt poſitum aduerbialiter, ac ſi diceres Veneti. puteoli. olorum ¶ Cunctatius. Tardius. promiſerāt decuriones certam pecuniæ quantitatem ad capitolii refectionem

Puteolis

quam cum tardius Coloniæ princeps exegiſſet, impatiētia doloris & iræ Sylla ſpiritum cum ſanguine fudit. ¶ Nec ſenio. Occurrit tacitæ obiectioni, ꝙ non ira ſed nimia ſenectute perierit, dicit non ita eſſe, q ad ſexageſimum annum peruenerat, quæ adhuc ætas robuſta eſſe conſueuit. ¶ Sed alita miſeriis Po. Ro. impotentia. Iam multo antea nutrita animi impotentia in reip. ruinis. ¶ Neq; ab ignotis. à domeſticis tranſiens ad externa dicit, non ideo ſe uelle externorum hominum iram, odiumq; reſerre, quia clariſſimis uiris uitia iuuat exprobrare, ſed ut propoſiti ſui fidem adimpleat, quoniam ab initio cunctarum gentium facta ſimul, ac dicta memoratu digna complecti uelle promiſit. ¶ Fides ꝓpoſiti. Quia ſe facturū promiſerat. ¶ Voluntas. ſ. mea, quæ niſi honeſta cōplecti uellet.

ASCENSIVS.

QVid ſup. facit Sylla, dum obtemperat huic ultio. ſ. iræ, Nonne multo ſanguine alieno fuſo, erogauit .i. expendit, aut impendit operibus iræ, & .i. etiam ſuum. ſ. ſanguinem? q. d. utiq;. Eſt .i. q a. ipſe ardens indignatione Puteolis .i. apud puteolos, quod Granius princeps eius Coloniæ. ſ. Romanæ, daret cunctatius .i. tardius, & cum maiore ꝙ uolebat mora, pecuniam promiſſam à decurionibus, .i. nobilibus equitibus, ad refectionem capitolii. ſ. exuſti, pectore conuulſo nimia concitatione animi atq; impetu uocis immoderatæ, euomuit ſpiritum mixtū cruore, ac minis. Nec prolapſus. ſ. in eam mortem ſenio .i. annoſitate, utpote ingrediens iam annum ſexageſimum, ſed furens impotentia .i. imbecillitate reſiſtendi uitiis nata ex mala conſuetudine alita .i. nutrita miſeriis Po. Ro. (Eſt autem ſecundum moralitatis uocabulum. Non enim impotens dicitur, qui non poteſt nocere, ſed qui nec ꝗ uitiis reſiſtere, ac benefacere propter inſolentiam, & longam peccandi conſuetudinem, quam diuus pater Auguſtinus philice docet malis innaſci Nam ueluti qui aſſidue manibus laborant, eas calloſas, & groſſas habent, ita qui aſſidue ridet, ſplenem habent maiorem, qui aſſidue iraſcuntur, bilē maiorem, qui amant iecur ulceroſius, & ita de reliquis affectionibus, & earum ſedibus, unde fit, ut aſſuefacta paſſionum ſede, & impotente effecta ad oppoſitos habitus, homines impotentes fiant ad ei obuiandum. Vnde impotentes dicuntur tyranni, & reliqui, qui affectionibus malis moderari nequeunt) Igitur eſt in dubio ne .i. an Sylla ſup ſit extinctus prior, an iracundia Syllæ, ſit prior extincta, q a in ipſo furore extinctus eſt, ſecundum hūc cum aliter, alii ſentiant. Neq; (paraſceue eſt ad Externa) iuuat, id eſt delectat ſup. me petere exempla ab ignotis, & uerecundiæ ē exprobrare maximis uiris ſua uitia, cæterum .i. ſed cum fides ꝓpoſiti, id eſt promiſſi in pria præfatione, moneat cōplecti. ſ. hoc ope, excellentiſſima quæq;. ſ. exempla tam uitiorum quam uirtutum, uoluptas. ſ. mea quæ pudore afficitur, dum magnorum uitia recitat, cedat operi, id eſt propoſito huius operi, dum probando libenter præclara .i. egregia, & benefacta opera conſciētia narrandi neceſſaria. ſ. ob promiſſi fidem, non deſit, ſcilicet operi præſenti.

OLIVERIVS.

Alexander iracundus

ALexandrum iracundia. Cum propter rerum geſtarum magnitudinem, & originis opinionem, ꝙ ex diuino ſemine natus eſſe crederetur Alexan. iam propemodū in numero deorum haberetur, ſola ira illi cœ. ſ. eripuit, ut inter deos non ſit connumeratus. ¶ Quid obſtitit? q. d. nihil, niſi iracundia. obſtitit, quo minus in cælum aſcenderet. cum enim diceretur ex ſtirpe diuina, ꝙ. ſ. anguis immanis concubitu fuiſſet conceptus, quam in cubiculo matris ſæpe uiſam prodigii ſpeciem, interuentuq; Phi euolutam repente, atq; ex oculis elapſam ferunt. cūq; hanc hominum inſitam animis opinionem, ipſe uirtutum, & rerum geſtarum magnitudine confirmaſſet, nihil obſtare debuit, quominus deus eſſe crederetur, ſed obſtitit iracundia. ¶ Lyſimachus Leoni obiectus. Fuit Lyſimachus, teſte Iuſtino, illuſtri quidem Macedoniæ loco natus, ſed uirtutis experimentis omni nobilitate clarior, quæ tanta in illo fuit, ut animi magnitudine, philoſophia ipſa, uiriumq; gloria, omnes ꝑ quos oriens domitus eſt, uicerit. quippe cum Alex. Caliſthenem philoſophum propter ſalutationis perſicæ interpellatum morem inſidiarum, quæ ſibi paratæ fuerant, conſcium fuiſſe iratus eſſet, eumq; truncatis crudeliter membris abſciſſiſq; auribus, ac naſo, labiiſq; diſforme, ac miſerandum ſpectaculum reddidiſſet, inſuper cum in cauea clauſum ad metum cæterorū circunferret, tūc Lyſimachus audire Caliſthenem, & præcepta ab eo recipere uirtutis ſolitus, miſertus tanti uiri non culpæ, ſed libertatis pœnas pendentis, uenenum ei in remedium calamitatum dedit, ꝙ adeo ægre Alex. tulit, ut eum obiici ferociſſimo Leoni iuberet. ſed cum ad conſpectum eius concitus leo impetum feciſſet, manum manipulo inuolutam Lyſimachus in os leonis immerſit, arreptaq; lingua feram exanimauit. quod cum nunciatum regi eſſet, admiratio in ſatisfactionem ceſſit, cariorem q; eum propter conſtantiam tantæ uirtutis habuit. ¶ Et clytus haſta traiectus. Solenni quodam die Alexand. amicos ſuos in conuiuium uocat, ubi orta inter ebrios rerum à Philippo geſtarum mentione, ꝑferre ſe patri ipſe rerumq; ſuarum magnitudinem extollere cœlo tenus cœpit, aſſentante maiore cōuiuarum parte. itaq; cum unus ex ſenibus Clytus ductus fiducia amicitiæ reginæ cuius palmam tenebat, memoriamq; Philippi tueretur laudaretq; eius res geſtas, adeo regem offendit, ut telo à ſatellite rapto, eundem in conuiuio trucidauerit. qua cæde exultans mortuo patrocinium Philippi laudemq; paternæ militiæ obiectabat. poſtꝗ ſatiatus cæde animus quieuit, & in locum iræ ſucceſſit exiſtimatio, modo perſonam occiſi, modo cauſam occidendi conſyderans pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes tam iracunde accepiſſet ſe ꝗ nec conuicia debuiſſet. amicumq; ſenem & innoxium à ſe occiſum inter epulas & pocula dolebat. eodem igitur furore in pœnitentiam quo pridem in iram uerſus mori uoluit, primum in fletus progreſſus amplecti mortuum, uulnera tractare, & quaſi audienti confiteri dementiam, arreptum telum in ſe uertit, peregiſſetq; facinus ni amici interueniſſent. manſit hæc uoluntas moriēdi et in ſequentibus diebus Ci. tuſculanarum qōne quarta, ut Alexandrū regem uidemus q cū interemiſſet Clytū familiarē ſuū, uix à ſe manus abſtinuit, tanta uis fuit pœnitendi. Seneca ad Lucilliū Epiſtula octogeſima tertia, cuius princip ū eſt, Singulos tibi dies, ſeleriꝗ Alexandri Macedonis exemplū, q Clytū chariſſimū ſibi ac fideliſſimū inter epulas transfodit, & intellecto facinore mori uoluit. ¶ Caliſthenes mori iuſſus. De hoc Caliſthene dixius ſupra in ca. de ſapienter dictis exemplo Ariſtotelis, nā ille aduerſus Dariū ꝓficiſcenti Alexan. comitē dederat, monueratq;, ut regiis auribus aut iucūda diceret aut ſilentiū ſeruaret, quorum neutrū fecit Caliſthenes ¶ Quia tres maximas uictorias. Bene inquam iracundia maxime obſtitit, quo minus in deorum numerum transferretur, nam ꝗuis ter Darium uicerit, toties tamen & ipſe ab ira ſuperatus eſt. ¶ Tres uictorias. Ter uicit Dariū pſarū regem primo in Campis Adraſtis, ubi in acie perſarum fuere ſexcenta milia miliū, deinde apud Taurum montem, in qua pugna fuere. ccc. milia peditum, & centum milia equitum poſtremo haud procul à Babylone quo confugerat Darius.

Lyſimachus leoni obiectus

Clytus ab Alexandro occiſus

ASCENSIVS.

ALexandrum iracondia ſua diripuit ꝓpemodū cœlo .i. fecit, ut non cœleſtis, ſed mortalis haberetur, aut ut mortuus cœlo non dignaretur, Nam quid obſtitit

quo minus

¶ De Amilcare.

QVàm uehemens deinde aduerſus Po pulũ Ro. Amiclaris odiũ? Quatuor enim pueriles ætatis filios intuens eiuſdem numeri catulos leoninos, in perniciem imperii noſtri alere ſe prædicabat. digna nutrimẽta, quæ in exitium patriæ ſuæ ut euenit, conuerterentur.

¶ De Hannibale.

EQuibus Hannibal mature adeo patris ueſtigia ſubſecutus eſt: ut eo exercitũ in Hiſpaniã traiecturo, & ob id ſacrificãte octo annorũ natus, altaria tenens iuraret, ſe cũ primum per ætatem potuiſſet, acerrimum hoſtẽ Po. Ro. futurũ: ut pertinaciſſimis precibus inſtãtis belli commilitium exprimeret. Idem ſignificare cupiens quanto inter ſe odio Carthago, & Roma diſſiderent: inflicto in terram pede, ſuſcitatoq́ puluere, tunc inter eas fore finem belli dixit, cum alterutra pars in habitum pulueris eſſet redacta. in puerili pectore tantum uis odii potuit. ſed in muliebri quoq; æq; multum ualuit.

¶ De Semiramide Regina Babylonis.

NAnq; Semiramis Aſſyriorũ regina, cũ ei circa cultũ capitis occupatæ nunciatũ eſſet Babylonẽ defeciſſe: altera parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eã expugnandã cucurrit: nec prius decorẽ capillorũ in ordinẽ, q̃ tantã urbẽ in poteſtatẽ ſuam redegit. Quô circa ſtatua ei⁹ Babylõe poſita ẽ illo habitu, quo ad ultionẽ exigẽdã celeritate ꝑcipiti tetẽdit.

quo minus. i. ut nõ aſſurgeret illuc. i. in cœlum, niſi Lyſimachus uir inter Macedones præclarus, & uirtute, & natalibus, obiectus. ſ. iuſſu Alexan. leoni, ut ab eo deuoraretur (ob pietatis opus ut Oli. recitat) & Clytus traiectus haſta. ſ. ab Alexandro, q̀ Philippum patrem Alexandri Alexandro ꝓferret, Et Caliſt. i. Philoſophus ſeuerus, improbãs perſicã adulationẽ à rege, dum ſalutaret admitti, iuſſus mori. ſ. ab Alexan. q. d. nihil aliud obſtitit, ſed hi tres obſtiterunt, quia Alex. uictor edidit. i. in lucẽ dedit tres maximas uictorias. ſ. contra Dariũ totidem iniuſtis cædibus amicorum, & ita illis ſic obſcuratas, ut cœlũ non mererentur.

OLIVERIVS.

QVàm uehemens. quãto odio Romanos ꝓſequeretur Hamilcar pœnorũ dux, ſuis ipſe uerbis indicauit. cũ enim filios quatuor haberet, ſe quatuor Leoninos Catulos in perniciẽ Po. Ro. nutrire prædicabat, cũ eos magis in patriæ exitium aluerit. ¶ Vehemens. Efficax odium. ¶ Hamilcaris odiũ. Cum multi fuerint hamilcares Carthaginienſiũ duces, dubitari poſſet de quo Vale. dicat. Loquitur ergo de Hamilcare Hãnibalis patre, qui primo punico bello ſuperatus à Romanis, Siciliã Sardiniã q̀ amiſit. ¶ Quatuor eni. Tres dũtaxat fuiſſe Iuſtinus tradit Han. Aſdru. & Saphonem.

ASCENSIVS.

QVàm. i. ò quantũ uehemẽs, deinde. i. ut ſecundo loco dicã, fuit odiũ Hamilcaris ducis Carth. & patris Hani. aduerſus Po. Ro. q. d. maxime enim pro quia, ipſe intuens quatuor filios ætatis puerilis, ꝓdicabat ſe alere in perniciẽ imperii noſtri catulos leonis eiuſdẽ numeri. ſ. quaternarii. Digna. i. o nutrimenta, quæ digna conuerterentur in exitiũ p̃træ ſuæ, ut euenit. Nam ſi Hann. & Haſd. Po. Ro. non ſic uexaſſent, Carthaginem Scip. non deleuiſſet.

OLIVERIVS.

EQuibus Hãnibal. Liuius decade ſecundi punici belli in principio. Fama ẽ eſt, inquit Hãnibalẽ annorũ ferme nouẽ pueriliter blãdientẽ p̃ri Hamilcari. ut duceret. in Hiſpaniã, cũ perfecto Africo bello exercitũ eo traiecturus ſacrificaret, altaribus admotũ, tactis ſacris iureiurãdo adactum ſe, cũ primũ poſſet hoſtẽ acerrimũ fore P. R. ¶ Mature. Tempeſtiue, utpote in puerili ætate. ¶ Inſtantis. Quod aduerſus Hiſpanos parabatur. ¶ Cõmilitium. Comitatũ militiæ, ut p̃ri duci comitaret in militiã ¶ Idẽ ſignifica. Ruſus cũ ſignificare uellet Hannibal, quanto inter ſe odio Carthaginienſes, Romaniq; laborarent, terram pede percuſſit, & puluerem excitauit, deinde tum belli finem inter eos futurum dixit, cum alterutra pars in cinerem fuerit reſoluta, quod tandem ductu, & auſpiciis Africani inferioris Carthagini contigit. ¶ Inflicto in Incuſſo. ¶ In puerpe. Hoc dicit, ut ſequens coniungat exemplum.

ASCENSIVS.

EQuibus. ſ. quatuor filiis, cũ alii tantũ tres dicãt. Han. ſecutus eſt ueſtigia p̃ris. i. p̃ni odii in Ro. adeo mature. i. feſtinãter, ut eo. ſ. p̃re traiecturo. ſ. trans mare exercitũ in Hiſpaniã, & ſacrificãte ob id ipſe Hanni. natus. i. filius octo annorum (ut ſit nomẽ) aut natus ſup. ætatẽ octo annorũ (ut ſit participiũ) tenẽs. ſ. dextra altaria, iuraret ſe futurũ P. R. hoſtẽ acerrimũ, cũ. i. ubi primũ licuiſſet p̃ ætatẽ, ut exprimeret precibus pertinaciſſimis. i. perſeuerantiſſimis cõmilitium. i. officiũ commilitionis belli inſtantia. quod quia re ipſa gerere nõ potuit, uotis tunc geſſit. Idem. ſ. Hanni. cupiens ſignificare quanto odio Carthago & Roma diſſiderent inter ſe, pede inflicto. i. incuſſo in terram, & puluere ſuſcitato. i. ſurſum excito, dixit finem belli fore. i. futurũ eſſe inter eas, ſ. duas urbes tunc, cũ alterutra pars. ſ. aut Carthaginẽ, aut Romam eſſet redacta in habitum. i. formam, & diſpoſitionem pulueris. Faciens autem tranſitũ ad reliqua addit. Vis odii potuit tantũ in pectore puerili. i. Hannibalis adhuc pueri, ſed ualuit quoq;. i. ẽt æque multum in muliebri ſup. pectore, ut in pectore Semiramidis.

OLIVERIVS.

NAnq; Semiramis. Hoc magis ad mulieris uirtutem, & magnanimitatem q̃ ad iudicium, & iracundiã ſpectare uidetur. cum in cubiculo caput exornanti, ut mulieres ſolent, ſibi nunciatum eſſet Babyloniam à ſe defeciſſe. tãta ut Vale. dicit ira percita eſt, aut ut alii uolunt, animi magnitudine fuit, ut nõ prius reliquã capitis (iam enim partem exornauerat) redimere uoluit, q̃ urbẽ in ſuã deditionem redegerit. Multa de hac fœmina præclara legũtur apud Diodorum ſiculũ lib. iii. tam de natiuitate, quæ mirabilis fuit, q̃ de uirtute, & rebus geſtis. inter quæ illud pulcherrimum, q̀ cum Ninus aſſyriorum rex in bactrianis, bactram urbem, nã loci, & magnitudine, & arce, ac cæteris rebus, q̃ ad defenſionem ſpectant, munitiſſimam obſideret, quia expugnare non poſſet, una mulier ingenio, & uirtute ſua expugnãdæ urbis rationẽ inuenit. cum enim adducta eſſet in caſtra à Menone eius marito, nondum enim uxor Nini facta fuerat, illa ut acumine præſtabat ingenii, perſpecta obſidione, tum loci urbiſq; ſitu, quaq; aditi poſſet. animaduerſis arcem, quia loco natura munito, difficilisq; erat. & quem nullus antea temptarat acceſſu, cuſtodiis uacuã conſpexit, & intentis omnibus ueluti arce ab hoſte tuta, ut inferiori parti campeſtri ſubſidium ferrent, ſumptis qui per loca petroſa, abruptaq; aſcendere ſoliti erant, per additũ uallis præcipitem, ſuperata loci aſperitate, partem arcis cœpit, magnoq; ad terrorem excitato tumultu, ſignum captæ arcis obſidentibus dedit oppidani arce amiſſa obſtupefacti, derelictis mœnibus fuga ſaluti conſuluerunt, capta ciuitate admiratus Semiramidis uirtutem Ninus, eam ſibi uxorem aſciuit. ¶ Babylona. accuſatiuus græcus eſt. ¶ Defeciſſe. deſciuiſſe. ¶ Iam parte crinium. iam capitis partem exornauerat, pars altera ſoluta erat. ¶ Decorem. ornatum, & pulchritudinem ¶ Tantam urbem. quam cõſtat olim orientaliũ maximã eſſe. ¶ Quo circa ſtatua eius. Ne tantæ rei memoria poſſet aboleri, ſtatua illi Babyloniæ erecta eſt eo, quo urbem uendicauerat habitu.

ASCENSIVS.

NAnq; Semiramis regina Aſſyriorũ cũ nunciatũ eſſet ei occupatæ circa cultũ capitis, Babylonẽ defeciſſe. ſ. ab imperio ſuo ad alterius imperiũ, altera parte criniũ. i. capillorũ ſoluta, adhuc. i. nõdũ colligata, cucurrit protinus ad expugnãdũ eã. ſ. Babylonẽ, nec redegit prius decorẽ capillorum in ordinẽ, q̃ tãtã urbẽ in ſuã poteſtatẽ. quo circa. i. quapropter ſtatua eius eſt poſita Babylone (ſeu ut Seruius diceret Babyloni) illo habitu. i. diſpoſitu corporis, quo. i. in quo tetendit celeritate præcipiti, ad ultionẽ exigenda à defectoribus.

THEOPHILVS.

SEmiramis. Polyenus Macedo ſtratagematon octauo, Semiramis, inquit quo modo lauaret ad nuncium defectionis aſſyriorum, ſicut adhuc erat illota, rapuit in eos agmen. &c.

Bactra urbs

¶ De Auaritia. Cap. IIII.

PRotrahatur etiam in medium Auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ auidiſſima uorago, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miſerrima.

¶ De M. Craſſo, & Q. Hortenſio.

CVm admodū locupleti L. Minutio Baſilio falſum teſtamētū qdā in græcia, ſubieciſſet: eiuſdē'q cōfirmādi gr̄a potentiſſimos ciuitatis nr̄æ uiros M. Craſſum, & Q. Hortēſium, quibus Minutius ignotus fuerat, tabulis hæredes inſeruiſſet: q̄q̄ euidēs fraus erat, tamen uterq pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiauit. q̄tam culpam q̄ leuiter retuli. lumina curiæ, ornamenta fori, quod ſcelus uindicare debebant, inhoneſti lucri captura inuitati authoritatibus ſuis texerunt.

¶ De Q. Caſſio.

VErum aliquanto maiores uires in Qu. Caſſio exhibuit: qui in Hiſpania Siliū, & Calpurniū occidēdi ſui gr̄a cū pugionibus deprehenſos, quinquagies ſeſtertium ab illo: ab hoc ſexagies pactus, dimiſit. At quis dubitet ſi alterū tm̄ daretur, iugulū quoq ſuum æquo animo illis fuiſſe præbiturum.

¶ De L. Septimuleio.

CAeterū auaritia añ oēs L. Septimuleii p̄cordia poſſedit: qui, cū C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput eius abſcindere, & p urbē pilo fixū ferre ſuſtinuit, qa Opimius cōſul auro id ſe repēſurū edixerat. ſunt qui tradunt, liquato plumbo eū cauati partē capitis, quo pōderoſius eſſet, expleſſe. fuerit ille ſeditioſus, bono perierit exēplo: clientis tamē ſceleſta fames, in has uſq iacētis iniurias eſurire nō debuit.

OLIVERIVS.

Auaritia PRotrahatur. dicturus de auaritia, eā quodāmō diffinit. Sal. uero multo melius. dicit. n. auaritia pecuniæ ſtudiū hēt, quā nemo ſapiens unq̄ concupiuit, ea q̄ſi uenenis malis imbuta, corpus aiumq uirilē effœminat, ſempq infinita, & inſatiabilis eſt, neq copia, neq inopia minuitur. Ci. illā igni cōparauit, cui quāto plus materiæ ſuper impoōitur, tāto magis incēditur, ſic & auaritia quāto plus habuerit, tanto magis cōcupiſcit, nā ſemp Creſcit amor nūmi, quātū pecunia creſcit, ut Iuue. unde eſt illud tritū apud oēs prouerbiū, cū cætera uitia ſeneſcāt ſola auaritia iuueneſcit. ¶ Auidiſſima uorago. Cupidiſſima pfunditas, q̄ nulla copia repleri poſſit. ¶ Prædæ. nemo eſt, q dubitet auaritiā eſſe p̄dæ miniſtrā, auarus. n. pp auiditatē nullū quæſtū ſibi turpē eſſe putat, nā quottidie fraudat, decipit, poſcit, paciſcitur, aufert, eripit, ſpoliat, expilat. depeculatur, teſtē ſupponit, oīa deniq per fas & nefas accumulat. ergo quia nunq̄ ſatiaſ, recte uoragini cōparatur. ¶ Neq habendi fructu fœlix. fœlix eſt, qui ex rebus partis fructum capit, hoc autem non accidit auaro, non igitur fœlix.

ASCENSIVS.

PRotrahatur. Quia de uitiis ſe nō libēter ſcribere proteſtatus eſt dicit. Protrahaſ ēt in mediū. i. publicetur ēt auaritia indagatrix. i. inquiſitrix lucrorū latentiū. i. occultorū, aut ignobiliū, & auidiſſima uorago p̄dæ manifeſtæ, nec fœlix fructu hn̄di (quia auarus, ut dicit Flac. Quærit, & inuētis miſer abſtinet. & ut dicit Seneca. Tā deeſt auaro qd̄ habet, q̄ qd̄ nō habet) & miſerrima cupiditate quærēdi. i. acquirēdi, unde diuitiæ acquirūtur ab auaris cū labore, cuſtodiuntur cū timore, deſeruntur cum dolore.

OLIVERIVS.

CVm admodū locupleti. Ci. lib. iii. officio Conſideremus, inquit, quæ faciunt hi qui habentur boni. L. Minutii Baſilii locupletis hoīs falſum teſtamentū quidā ē græcia Romā attulerunt, qd̄ quo facilius obtineret, ſcripſerūt ſecū M. Craſſum, & Q. Hortenſiū homines eiuſdē ciuitatis potentiſſimos, qui cū illud falſum eſſe ſuſpicarenſ, ſibi aūt nullus eēt cōſcius culpæ alieni facinoris, munuſculū nō repudiauerunt. quid ergo? ſat in hoc eſt, ne deliquiſſe uideantur, mihi certe nō uidetur. uide igſ, qd faciat auaritia, uiros clariſſimos qui boni habebātur Romanæ ciuitatis principes impulit ad pbationē teſtamenti, qd̄ ſibi aliurū bonorū inſidiator obtulerat. ¶ Subieciſſet. Nā mortuo Minutio, teſtm̄ ille nō Minutii teſtatoris, ſed aliud à ſe ſcriptū ſubiecit. ¶ Quibus Minutius ignotus fuerat. argum: ntū potiſſimū, teſtm̄ illud falſum eſſe, q ab ignoto eſſent hæredes conſcripti. ¶ Quantā cul. Inuehitur quodāmō in hos Vale. cū dicat tm̄ crimen tam leui reprehenſione pſtringi nō debere, quippe cū ciuitatis lumina curiæ foriq principes tāta auaritia capti ſint, ut ēt falſum teſtm̄ cōprobare uoluerint. ¶ quàm leuiter retuli. q. d. quæ longiori oṙone, & reprehēſione fuit proſequēda. ¶ Captura. lucrū, utilitas, acquiſitio, à capiēdo dicta, ut captura piſcium ¶ Texerunt. Defenderunt amplitudine ſua, quia nemo inuentus eſt, qui contra horū hominū authoritatem teſtamentum illud reſcindere auderet.

ASCENSIVS.

CVm quidā in græcia ſubieciſſet. i. falſum pro uero ſcriptum impoſuiſſet, L. Minutio Baſilio admodū. i. ualde locupleti. i. diuiti teſtm̄. i. attuliſſet ro. falſum teſtm̄, quo ipſeſe fingebat hæredē à L. Baſilio inſtitutū, & inſeruiſſet tabulis hæredes. i. cohæredes, aut pro parte quadā hr̄des, potētiſſimos uiros ciuitatis nr̄æ. ſ. M. Craſſum. & Q. Hor gr̄a eiuſdē. ſ. teſtamēti cōfiemādi. Quibus. ſ. uiris minutius. ſ. defūctus fuerat ignotus, q̄q̄ fraus erat euidēs, tn̄ uterq cupidus pecuniæ nō repudiauit munus facinoris alteri⁹, ſed qa cōſenſere ēt ipſorū. quantā. i. ò quantā culpā, q̄. i. ò quātū leuiter. i. faciliter retuli. i. recitaui. q. d. maximā faciliime. quia lumina curiæ. i. ſenatus ornamēta fori. ſ. iudicialis. texerunt. i. ptexerūt, & opertuerūt, authoritatibus ſuis, inuitati. i. allecti captura. i. aſſecutione lucri inhoneſti. i. turpis, ſup illud ſcelus, qd̄ debebant uindicare. i. punire, uidelicet fallacis uſurpationis hæreditatis.

OLIVERIVS.

VErū aliq̄to maior. Vis magna auaritiæ Craſſū, & Horten. inceſſit, ſed multo maior Caſſiū Hiſpaniæ puinciæ p̄fectus Syllanū & Calpurniū, q cōiurauerāt in eū, deprehēdiſſet cū pugiōibus, qbus eū occiſuri uenerāt, pecunia corruptus utrūq dimiſit incolumē nā alter qnquagies ſexterciū, alter ſexagies daturū pmiſit. ¶ Aliquanto maiores. ſ. uires dedit auaritia. ¶ Pugionibus. Pugio breue telū lateri adhærēs à pugēdo, uel ut alii uolūt, à pugno dictus. ¶ At quis dubitet, Exaggerat huius hoīs auaritiā, ut dicat eū p̄tio uitā fuiſſe uenditurū, ſi quis tantūdē obtuliſſet qtū ab utroq illorū accepiſſet, iugulū ei ſine dubio reſecādū p̄buiſſet. Pugio

ASCENSIVS.

VErū. i. ſed. auaritia ſupp. exhibuit, & oſdit uires maiores aliquāto in Q. Caſſio, qui. ſ. Caſſius dimiſit. ſ. ſaluos Sil & Calp. deprehēſos ī Hiſpania cum pugionibus. i. cultris acutis, manu capi, & teneri ſolitis gr̄a ſui. ſ. Caſſii occidēdi, pactus. ſ. p dimiſſiōe ſeſtertiū qnquagies. i. qnquaginta ſeſtertia, ab illo. ſ. Silio, & ſeſtertiū ſexagies. i. ſexaginta ſeſtertia ab hoc. ſ. Calpurnio. At qs dubitet, ſi alteru tm̄. ſ. p̄ciū, hoc eſt qnquagies & ſexagies ſeſtertiū daretur. ſ. Caſſio, ſup. Caſſiū fuiſſe p̄biturū, illis uidelicet Silio & Calpurnio iugulū quoq ſuū aīo æquo. i. lubēti? q. d. nemo, cū idē fere fecerit, qa accipe pecuniā ab eis, qui pecuniā acceperant ad occidendū, eſt inuitare eos ad rurſus accipiendū.

THEOPHILVS.

IIn Q. Caſſio. Q. Caſſius longinus is fuit, qui partiū Cæſaris Hiſpaniā cū legiōib⁹ obtinebat. hiſtoriā refert Oppius, aut hirtius de bello Alexādrino, qui belli ciuilis Pōpeiani quartus eſt.

OLIVERIVS.

CAeterum auaritia. Superiores ferme oēs Septimuleius auaritia ſuperauit, qui auri ſacra fame cōpulſus, ſancta amicitiæ iura uiolauit. Dū. n. C. Grac. familiariſſimus eſſet, ut in uita Grac. legitur, poſt dānatum Grac. aīum fortuna mutauit. propoſito enim per conſulē p̄mio quicūq Grac. caput detuliſſet ad eū, illi tantūdē auri repēſaturū, nulla mora ſceleſtiſſimus homo caput amici trūcatū non ſolum ad conſulem detulit, ſed ēt euacuato craneo, infuſoq plūbo, quo plus auri reciperet Gracchi caput auro repēſum

reciperet infixū haſtæ per ora uulgi deportauit tanq̄ cęſi hoſtis ſpoliū. ¶ Pilo infixū. Quod fuit multo fœdius. ¶ Auro repenſurū. Edictū fecerat Opimius cōſul, ſe tm̄ auri daturū quāti pōderis Gracchi caput eſſet, ei. ſ. qui caput illud ad ſe detuliſſet. ¶ Liquato, ſoluto, & liquefacto plūbo. ¶ Cauatā partē, uidelicet educto cerebro ex craneo, quod ēt in M. Craſſo à milite partho factum fuiſſe legimus.

¶ Fuerit ille ſeditioſus. Fac ita eſſe, ut ſeditionis cā, leges ferre uoluerit Gracchus, & merito cæſus fuiſſe uideatur, nō tn̄ debuit cliens tāto auaritiæ impetu ferri, ut pſonā bn̄ de ſe meritā auri cupiditate tā crudeliter necaret, ut ēt mortuo iſultaret. ¶ Fuerit ille ſeditioſus. Concedatur, inquit ſeditioſum fuiſſe Gracchū, hoc aūt dicit, quia dubitatur, an priuatarū opū cupiditate, an reipu. utilitate agrarias leges ferre uoluerit C. Gracchus, Ci. in exhortatiōibus idigne cæſum fuiſſe fatetur, nam & Opimius conſul paulopoſt fuit interēptus ſiue ꝓpter quaſdā ſeditionū ſuſpitiones, ſiue ꝑ iniuſtā Gracchi mortē. ¶ Bono perierit exēplo. Occiſus fuerit pro utilitate reip. ut à ſeditionibus ſibi caueant reliqui ciues cū exemplo Gracchi moniti ſint, quæ ſeditioſis uiris præmia decernantur. ¶ Tamen ſceleſta fa. Scelerata cupiditas. Virg. Quid nō mortalia pectora cogis auri ſacra fames. ¶ Eſurire, Vehemēter cupere, & pnā ſit in trāſlatione, quia dixerat fames, ideo eſurire ſubiunxit.

¶ De Ptolomæo Rege Cypriorum.

ODio merito Septimuleii auaritia: Ptol. aūt regis Cyprioꝝ riſu ꝓſequenda. nā cū anxiis ſordibus magnas opes corripuiſſet: propterq; eas periturū ſe uideret, & ideo omni pecunia impoſita nauibus, in altum proceſſiſſet, ut claſſe perforata ſuo arbitrio periret, & ut hoſtes præda carerēt: non ſuſtinuit mergere aurum & argentū: ſed futuræ ſuæ necis præmiū domū reuexit. proculdubio hic nō poſſedit diuitias, ſed à diuitiis poſſeſſus eſt. titulo rex inſulæ, aio aūt pecuniæ miſerabile mancipium.

¶ De ſuperbia, & impotentia. Cap. V.

De. M. Fuluio Flacco.

ATq;, ut ſuperbia quoq; & impotētia in cōſpicuo ponātur, M. Ful. Flac. Conſul Mar. Plāci Hipſei collega, cū perniciosiſſimas Reip. leges introduceret, de ciuitate dāda, & de prouocatione ad populū, eorū, qui ciuitatē mutare uoluiſſent: ægre cōpulſus eſt, ut in curiā ueniret. deinde partim monēti, partim oranti ſenatui, ut incœpto deſiſteret: reſponſum non dedit. Tyrā. Conſul ſpūs haberetur: ſi aduerſus unū ſenatorē hoc modo ſe geſſiſſet: quo Ful. in totius ampliſſimi ordinis contemnenda maieſtate uerſatus eſt.

ASCENSIVS.

CAeterū auaritia poſſedit præcordia. i. intimas affectiones Lucii Septimulei anī oēs. i. plus q̄ oium alioꝝ, qui cū fuiſſet familiaris C. Gracchi, ſuſtinuit. i. potis fuit & in aīum induxit abſcindere caput eius, & ferre per urbē, ſup. ipſum fixū pilo. i. telo Ro. quia Opimius cōſul edixerat. i. publico edicto promiſerat ſe repēſurum auro. i. redēpturū reponendo tanti pōderis aurū, quanti erat caput Gracchi. Sunt. ſ. ſcriptores rerū, qui tradunt eū. ſ. ſeptimuleū, expleſſe. i. farſiſſe, & repleuiſſe partē capitis cauati. i. facti cōcaui, plūbo liquato. i. fuſo, quo. i. ut ipſum caput eſſet pōderoſius. Fuerit ſecto ſane q̄ fuerit ille. ſ. C. Gracc. ſeditioſus, & perierit bono. i. utili exēplo. i. ut alii ciues caueant ſeditionē excitare. Tamen fames. i. cupiditas ſceleſta clientis. ſ. Septimulei, qui C. Gracchum dum uiuebat, coluerat ut patronū, nō debuit eſurire. i. extēdi uſq; in has. i. hmōi tā contumelioſas iniurias, iacētis. ſ. patroni. Pulchre ꝑſtat in Metaphora, addēs ad famē eſurire.

OLIVERIVS.

ODiū merito. Merito, inqt Septimulei auaritia eſt odio, at Ptolomæi regis eſt riſu proſequenda. diximus in cap. de moderatione, cū ſenatus audiſſet Ptolemæum regē Cypri grandē cōflare pecuniā, ueritus, ne tantis opibus rex incitatus bellū renouaret, Cyprum in prouinciæ formā redigere conſtituerunt. quod ubi regi nunciatū eſt opes ſuas petiid quod erat exiſtimauit, itaq; ut Ro. opinione, & pecunia fruſtraretur, eam totam nauibus impoſuit, eo aio, ut his perforatis obrueretur. cum iam altum petiſſet auaritia ductus facere non ſuſtinuit. nam conſiliū ſalubritate refertū auaritia ꝑuertit. nam aurū & argentū, quo nihil carius illi eſſe poterat, perdere non ſuſtinuit, itaq; reuerſus opes, quibus periturus erat, reponere maluit, q̄ illis perditis ſalutē ſeruare, nā ſenatus Catonē cū claſſe miſit, qui regiam pecuniā Romā deportaret, quod ubi ſenſit Ptolæmeus nimio dolore percitus, ueneno fata præuenit. ¶ Anxiis ſordibus. Sollicitus auaritiæ cupiditatibus, nam proprie auaritia ſordes appellantur, eo q; hominē fœdiſſimū faciat. ¶ Corripuiſſet. Congregaſſet, propterq; eas ſe periturū uideret, & ideo omni pecunia impoſita nauibus, quia ſenatus Cyprum prouinciā eſſe decreuerat. ¶ A diuitiis poſ. eſt. reuera diuitiarum ſeruum regem hunc fuiſſe dicit.

ASCENSIVS.

ODium &c. Auaritia ſeptimulei merita ſup. eſt Odium, aūt. i. ſed auaritia Ptolemæi regis cypriorū proſequenda ſupp. eſt riſu, alii legūt odio, ut ſit proſequenda odio, ſed ſic legendū eſſet merito. Nā cum corripuiſſet. i. undiq; rapiendo coaceruaſſet ſordibus anxiis. i. auaritia anxia, magnas opes. i. diuitias, & uideret ſe periturum propter eas, & ideo oī pecunia impoſita nauibus proceſſiſſet in altū. ſ. mare, ut claſſe perforata periret ſuo arbitrio, & nō arbitrio hoſtiū, & ut hoſtes carerent ꝑda, non ſuſtinuit. i. nō potis fuit, mergē. i. ſubmergē, & obruē aurū, & argētū, ſed reuexit domū ſup. ipm futurū præmiū necis ſu. Hic (inquit author) proculdubio nō poſſedit diuitias, ſed poſſeſſus eſt à diuitiis, rex inſulæ. ſ. Cypri, titulo. i. denominatione, autem. i. ſed mancipium miſerabile. i. ſeruus miſerabilis animo ſcilicet ſuo.

OLIVERIVS.

ATq; ut ſup. Tranſit ad ſuperbiā, & impo. primū aūt exemplū eſt M. Fuluii Flacci cōſulis, qui cū leges reip. pernicioſiſſimas ferre uellet unā ut cuicūq; peteret ciuitas daretur, alterā ut ſi ſenatꝰ id nō probaret, ꝓuocatio fieret ad Popu. rogatus uix adduci potuit, ut in curiā ueniret ubi de his legibus, quas ferre uolebat, accuratius cōſultabatur. deinde cū ꝑtim moneret, ꝑtim rogaret à ſenatu, ut ab ea ſnīa deſiſteret, nulla rōne adduci potuit, ut tātæ authoritatis ordini rn̄ſum ullū daret, magna ꝓfecto illius pectori īſita ſupbia, q dū ſenatus amplitudinē ſpernit, nō ſe cōſulē, ſed tyrānū exhibuit. ¶ Super. & impo. Ex ſupbia ſequit impotētia, deide ex impotētia arrogātia. ſupbia uitiū eſt, quo qs cæteris ēt imerito uult ſuperēſſe, hoceſt ꝑſtare cūctis. ¶ Impotētia, cū ꝑira & cupiditate qs cōtineri nō pōt, quo minꝰ ſæuiat, arrogātia deide naſcit, nā eū imoderato ai affectu rapit qs ad cōtumeliā, tūc oia ſibi arrogat, qbus ēt indignus eſt. ¶ In cōſpicuo, in apto, i manifeſto. ¶ De Ciuitate dāda, Declarat ipſas leges. ut qcūq; ciuis Ro. fieri uoluit, id ei ſp liceret, nā dare ciuitatē nihil aliud eſt, niſi ciuē creare, pari rōne accipere i ciuitatē, & donare ciuitatē. ¶ De prouocatiōe, Alia lex ſtatuebat ꝑterea, ut ſi illi q ciuitatē cupiebāt, p ſenatū ipedirentur, quo minꝰ ciues Ro. fierēt, ꝓuocationē habere poſſent ad populū, ut ſi populus cēſeret, dandā ei s eſſe ciuitatē, inuito ſenatu crearent. ¶ Ciuitatē mutare, Suā. ſ. urbē relinqre, & Romā capeſcere. ¶ Tyrā. ſpi. Si uni tm̄ ſenatori rn̄ſum denegaſſet, Tyrānus merito iudicari potuiſſet, ſed cū uniuerſū Sena. cōtempſerit, plus q̄ Tyrā. dici pōt. Fuluii leges

ASCEN.

ATq; ut ſupbia quoq;, & impotentia. ſ. ai efferati & nequeūtis ꝑ ſupbia, aut ferocitate ſeſe cōtinere itra modū ponantur in cōſpicuo. i. loco euidēti, adductis exēplis M. Flu. Fla. cōſul, collega. i. ſocius in conſulatu M. Planci Hipſei cū itroduceret leges ꝑnicioſiſſimas reip. utpote de ciuitate danda. ſ. cuicūq; uolenti, & de ꝓuocatiōe ad populū eoꝝ qui uoluiſſent mutare ciuitatē. i. cū in alia prius eſſent ciuitate, fieri ciues Ro. aut cū prius Ro. alterius fieri ciuitatis ægre. i. difficulter cōpulſus eſt ut ueniret in curiā, deinde nō dedit rn̄ſum ſenatui partim monenti & ꝑtim oranti, ut deſiſteret incœpto. cōſul. ſ. qcunq; hēetur ſpūs. i. affectus Tyrānici ſe geſſiſſet, ſi hoc modo. i. ta ſupbe aduerſus. i. erga unū ſenatorem, quo Flac. uerſatus eſt in cōtemnenda maieſtate totius ordinis ampliſſimi.

OLIVERIVS.

Druſi inſolentia

QVæ amētia. Notata ē hiſtoria in ca. de libere dictis, ubi uidimus, quō M. Druſus tri. ple. ſe ueluti ſenatus patronum fecerat, & plebē ad ſe Gracchānis legibus, eiſdēq́ ſocijs plebem ad ſpē ciuitatis erexit quibus pollicitus eſt, ſi ſenatus ꝑtes defenderent, paulopoſt ciues Ro. futuros. cū igitur dies promulgādi leges adeſſet, ſubito tanta uis hominū undiq́ apparuit, ut hoſtium aduentu obſeſſa ciuitas uideretur auſus tñ eſt abrogare legibus cōſul Phil. ſed apprehenſū faucib' uiator nō añ dimiſit, q̄ ſanguis in ora & oculos reddūdaret. hic igitur tanta ſupbia elatus eſt, ut ēt ſenatui petenti, ut in curiā ueniret, rñdere nō dubitauerit, ut ad ſe potius ille ueniret, erat aūt in hoſtilia curia, & ita unius inſolētiſſimi trib. ſenatus impio ꝑere coactus eſt, neſcio qd inſolētius dici poſſet. ⸿ Amētia. Supbia, Amentiæ ſimilis. ⸿ Interpellare. impedire. ⸿ Nō quidē ꝑ uiato. Deſſentit à Floro, qui hoc ꝑ uiatorē factū eſſe dicit. Pli. de uiris illuſtribus per ipſum Druſum dict. ſ. conſuli, legibus agrariis reſiſtenti ita collū in cōuiuio obtorſit, ut multus ſanguis efflueret de naribus. ⸿ Nō quidē per uia. rei publicæ. Si per uiatorē conſulē cōprehendi iuſſiſſet, res minus indignitatis habuiſſet, ſed tyrānice clientem miſit in conſulē.

¶ De M. Druſo Tribuno.

QVæ à M. quoq́ Druſo Tr. Pl. per ſummā contumeliā uexata eſt. parū enim habuit L. Philippū Cōſulem, quia ſe interpellare concionantē auſus fuerat: obtorta gula, & quidē nō per uiatorem, ſed per clientē ſuū adeo uiolenter in carcerē præcipitē egiſſe, ut multus e naribus eius cruor profunderetur. Verum etiam cum ſenatus ad eū miſiſſet, ut in curiā ueniret: quare nō potius, inquit, ipſe in Hoſtiliā propinquā Roſtris ad me uenit? piget adiicere quod ſequitur. Tribunus Senatus imperium deſpexit, Senatus Tribuni uerbis paruit.

¶ De Cn. Pompeio.

CN. aūt Pom. q̄ inſolēter egit? qui balneo egreſſus ante pedes ſuos ꝓſtratū Hipſeū ambitus reū, & nobilē uirū, & ſibi amicū iacentē reliquit: contumelioſa uoce proculcatū. nihil enim eū aliud agere, q̄ ut conuiuiū ſuū moraretᷣ, rñdit. & huius dicti cōſcius ſecuro aio cœnare potuit. Ille uero ēt in foro nō erubuit P. Scipionē ſocerū ſuum legibus noxium, quas ipſe tulerat, in maxima quoq́ reorum, & illuſtriū ruina, muneris loco à iudicibus depoſcere: maritalis lecti blanditiis ſtatum reip. temperando.

¶ De Marco Antonio.

TEtrū facto pariter, ac dicto M. Antonii conuiuiū. Nam cum ad eū triumuirū Ceſetii Ruffi ſenatoris caput allatū eſſet: auerſantibus id cæteris, propius admoueri iuſſit. ac diu, diligenterq́ conſyderauit. cunctis deinde expectantibus quid nā eſſet dicturus, hunc ego, inquit, notum non habui, Superba de ſenatore, impotens de occiſo confeſſio.

ASCENSIVS.

QVæ amentia. ſ. nimiæ ſupbiæ, & arrogantiæ eſt quoq́ uexata. i. agitata ꝑ ſummā Contumeliā à Marco Druſo tribuno plebis. Enim. i. quia ipſe habuit .i. reputauit parū, egiſſe Luciū Philippū cōſulē ꝓcipitē in carcerē gula obtorta. i. in tranſuerſum flexa, quia auſus fuerat interpellare. i. impedire īterloquēdo ipſum. ſ. Druſum cōcionātē. i. uerba facientē ad populū. Et quidē auſus ſup. eſt egiſſe in carcerē, nō per uiatorē .i. publicū miniſtrū, ſed ꝑ clientem. i. familiarē ſuū adeo uioleter, ut multus cruor perfunderetᷣ è naribus eius. Verū ēt. i. inſuper, cū ſenatus miſiſſet ad eū, ut ueniret in curiā, inq̄t, quare ipſe ſenatus nō uenit potius ad me in curiā hoſtiliā propinquā roſtris? Piget. i. miſeret (inquit author) ſup. me adiicere quod ſequitur. ſ. adiiciendū ex ſerie rei geſtæ. Tribunus. ſ. plebis uidelicet Druſus, deſpexit imperiū ſenatus, q̄ noluit ī curiā ſenatoriā uenire & ſup. ſenatus paruit uerbis tribuni, q̄a in curiā hoſtiliā uenit.

OLIVERIVS.

Hipſeus ambit' reus

CNeus aūt Pom. Hipſeū Pō. amiciſſimū Cicero cū aliis in locis, tum in Epiſtolis familiaribus plane teſtatᷣ, quē pro Pom. in reſtitutione Alexandrina plurimū elaboraſſe dicit, ut illa prouincia Pōpeio decerneretur. hic igitᷣ ambitus dānatus q̄ in petitione cōſulatus largitione populū corrupiſſet, uenit ad Pom. aduerſus dānationem auxiliū ab eo ſuppliciter petiturus. erat tū in balneis Pom. more maiorū paulo poſt cœnaturus. expectauit Hipſeus donec egrederetur è balneis, prouolutus deinde ante eius pedes rogat, ut ſibi adeſſe uelit, cui Pom. ſuperbe ſatis, moraturus, inquit, uenisti cōuiuiū meū. nō erubuit Pom. nobilē uirū ſibi amicitia cōiunctū uidere humi proſtratū, & pedes eius cōplexū, iā cōtumelioſo rñſo præterire. ⸿ Quam inſolenter. ſ. ſe geſſit. ⸿ Proculcatum Oppreſſum, peſſundatū ⸿ Moreretur. Differret. ⸿ Ille uero. Tulerat Pompe. legem de largitione & corruptela, qua multi illuſtres uiri damnati ſunt, ubi ſocerum ſuū Scipi. hac lege dānari præcepit, cū tricentis & ſexaginta iudicibus egit, ut opitularentur ſocero, accuſator cū iudices uideret è foro proſequi Scipionē, continuo iudiciū dimiſit. Plutar. in uita Pom. Cæterū. inquit cū in reos ambitus ac ex largitione corruptus præſideret, leges ſcribens per quas iudicia ferebantur, in cæteris ſe honeſtū integrūq́ ſeruauit ꝓſidiū ornatūq́ ſimul, & quietē in curia ſuo conſenſu ſuiſq́ armis ꝓbens. in Scip. tantū ſocero, qui cū dānari uidebatur crimen nō effugit, apud enim ſeſe triectis & ſexaginta iudicibus domi cōuocatis, auxiliū illi attulit. quare accuſator ab re in petitione deſtitit, cum Scipionem uidiſſet medio foro à iudicibus præcomitatū. item paulo infra, poſt paucos etiam dies Hipſeus uir conſularis iudicium uitans cognito Pompeium ad cœnam lotum proficiſci, eius genibus accubuit, eumq́ obſecrare cœpit, ſed Pompeius cum faſtu eum præterit, illum inquiens cœnā ſibi diſperdere, aliudq́ cōcluſit nihil. ⸿ Non erubuit. Quod ſignum eſt inſolentiæ. ⸿ Socerū ſuum. Nam Corneliam filiam Pom. dederat uxorem Scipio. ⸿ Legibus. De largitiōe, & corruptela. ⸿ Virorum ruina. Quia multi his legibus dānati ſunt. ⸿ Muneris. Loco bñficii. ⸿ Maritalis lecti blanditiis. Vxoris illecebris ductus, ſocerū rogauit abſolui contra leges, quas ipſe tulerat, ac ſi diceret ad uxoris libidinem reip. ſtatum tēperauit.

Cornelia Pō. filia.

ASCENSIVS.

CNeus autē Pōpeius, q̄ .i. quantū putas inſolenter egit? Qui egreſſus balneo reliquit Hipſeum reum ambitus, id eſt accuſatum, q̄ malis artibus magiſtratum affectaſſet, uirum & nobilem, & amicum ſibi proſtratum ante pedes ſuos, i. pompeii reliquit dico iacentem proculcatum (non pedibus) ſed uoce contumelioſa. enim. i. quia, nihil. i. non aliquid, reſpondit, eū nō agere aliquid aliud, q̄ ut moraretᷣ. i. expectaret conuiuium ſuū, & conſcius huius dicti. i. cū conſcientia remordēte ſciret ſe id ſuperbe dixiſſe, potuit cœnare animo ſecuro. i. ſemoto à cura, & anxietate. Ille uero, & cætera. recitat iterum eiuſdē exemplum dicens. Verum. i. ſed, Ille. ſ. pompe. magnus. non erubuit in foro. ſ. iudiciali, depoſcere à iudicibus loco muneris. i. ut ſibi condonatum haberet, publium Scipionem ſocerum ſuum, quia Corneliam eius filiam duxerat, noxium. i. obnoxium legibus. ſ. latis contra largitionem & corruptelam, quas leges, ipſe. ſ. pompe. tulerat quoq́. i. etiā in maxima ruina. i. præcipitio Reorum, & illuſtrium. i. uirorum temperando blanditiis lecti maritalis. i. uxori ſuæ Corneliæ filiæ pom. Scipionis ſtatum reip, id eſt faciendo, ut iudices ob amorem coniugis Scipionem abſoluerent.

OLIVERIVS.

TEtrum facto. De triumuirorum proſcriptione ſæpius dictum eſt. Antonii. ſ. Octauiani, & Lepidi, quā crudeliter nimis exercuerūt, in ea proſcriptione Antonius nō Antonius inſolens crudelis ſolū, ſed dicto factoq́ ſuperbiſſimus apparuit, cū in alios, tū in primis in Caſſetiū Roffum, quē multis cū aliis proſcripſerat, cuius caput cū à percuſſoribus inter epulas ei fuiſſet oblatū, à tāta ſpectaculi fœditate cæteri oēs conuiuæ oculos auerterunt, ipſe uero nō modo nō auertit, ſed ēt per ſummā inſolentiam inſultauit, ſuſcepto enim capite, manibuſq́ pertractato, ac ſæpius reuoluto expectantibus conuiuis, quid nam dicturus eſſet, demum ſe illum neſcire, uel non nouiſſe dixit

ſupe…

ſuperbe ſatis, nam in illius contemptu dixit. ┌ Facto, Quod inter epulas caput Ruffi tractaret. ┌ Dicto, Quod ſe illum ignorare diceret. ┌ Aduerſantibus, Quia non poſſet tantam ſpectare fœditatem. ┌ Superba de ſenato. in ſenatorem ſuperbus, quia illum, quem omnes nouerant, ſe ignorare diceret. ┌ Impotēs de occi. Quod eius caput diu pertractatū tanq̄ ignotū abiecerit.

ſis, ipſa ſuperbia cognoſcitur, quæ tāta in eo fuit, ut ēt ipſis diis minitari auſus fuerit, ut compedes Neptuno, de quo quidā dixit. Qui mare, qui terras, qui cœlum territat armis. ┌ Contraxi. in unum coegi ┌ Arroganter ēt ſi uict. Si uictor de græcis triumphaſſet, eius tamen dictum arrogans uiſum fuiſſet. ┌ Tā de ui. Qui nauali prælio à Themiſtocle ſuperatus, in patriam piſcatoria naui turpiter effugere coactus eſt.

ASCENSIVS.

TEtrum, &c. Conuiuiū Marci. anto. ſ. triumuiri ſup. fuit Tetrū, & Dirū, & execrabile pariter facto, ac dicto. Nam cum caput Ceſetii Ruffi ſenatoris eſſet allatū ad eum triumuirū, iuſſit id admoueri. i. applicari propius, cæteris auerſantibus. i. auerſo uultu reſpuentibus id. ſ. ut admoueretur, ac conſiderauit id diu, & diligenter, deinde cunctis expectantibus, quidnam eſſet dicturus. ſ. de Ceſetio inquit, ego nō habui hunc notum, quæ ſup. confeſſio fuit ſuperba de ſenatore, quem per contemptum ſe dixit non noſſe, & impotens. i. ſe temperare nequeūtis de occiſo.

OLIVERIVS.

Alexandri ſuperbia

SAtis multa. Nimia rerū fœlicitas ad eā inſolentiā regē Alexādrū prouexit, ut ēt Philippū regē ſibi pātrem eſſe faſtidiret, ſeq; Iouis Hammonis filiū p̄dicaret, contēptis deinde Macedonicis moribus, & cultu, perſicos habitus, & inſtituta ſuſciperet, deniq; ſpreto humano cultu, ut ſe deum faceret, faſtigio caput exornaret. ┌ Virtus, In rebus gerendis uirtus illius maxima ſemp enituit.

❡ Externa. De Alexandro rege.

SAtis multa de noſtris. aliena nunc adiiciuntur. Alexandri regis uirtus, & felicitas, tribus inſolentiæ gradibus exultauit euidentiſſimis. Faſtidio enim Philippi, Iouē Hammonem patrem aſciuit. tædio morū, & cultus Macedonici, ueſtē, & inſtituta p̄ſica aſſumpſit. ſpreto mortali habitu, diuinū caput æmulatus ē. nec fuit ei pudori, filium, Ciuem, hominem, diſſimulare.

❡ De Xerxe rege.

IAm Xerxes, cuius in noīe ſuperbia, & impotētia habitat: ſuo iure q̄ inſolenter uſus eſt: quòd græciæ indicturus bellum adhibitis Aſiæ principibus, ne uideret, inquit, meo tātummodo uſus conſilio, uos contraxi. Cæterum mementote parendum magis uobis, q̄ ſuadendū. arroganter etiam ſi uictori repetere ei regiā contigiſſet, tam deformiter uicti, neſcias utrum inſolētius dictum, an impudentius.

❡ De Hannibale.

HAnnibal autem cannenſis pugnæ succeſſu elatus, nec admiſit quenq̄ ciuiū ſuorū in caſtra, nec reſponſum ulli niſi per interprete dedit. Maharbalem ēt ante tabernaculū ſuū clara uoce affirmantem, proſpexiſſe ſe, quo nam modo paucis diebus Romæ in capitolio cœnaret, aſpernatus eſt. Adeo felicitatis, & moderationis diuiduum contubernium eſt.

ASCENSIVS.

IAm (cōtinuatiua particula) Xerſes. ſ. rex perſaꝝ in cuius noīe interpretatur, quæ dña tur ſuperbia, & impotentia habitat, uſus eſt ſuo iure, quod habuit in ſubditos tā inſolenter. i. immodeſte, Quod ipſe indicturus. i. cū uellet indicere græciæ bellū, inquit principibus Aſiæ adhibitis, ego cōtraxi uos. i. coegi in cōſiliū uenire, ne uideret uſus tantūmodo cōſilio meo. Cæterū. i. ſed memētote uobis pārēdū ſup. eſſe magis q̄ ſuadēdū. ſ. quid faciā. Arrogāter ſup. dictū, ēt ſi contigiſſet ei uictori repetere regiā ſup. ſuā in græcia, & tu neſcias utrum dictū uicti tam deformiter ſup. ſit inſolentius, an impudentius.

OLIVERIVS.

HAnnibal. de ſuperbia, q̄ uſus fuerit Hānibal poſt uictoriā, ut ſuorū neminem admiſerit, ut reſponſum p interpretem dederit, Liuius, qui cānenſem pugnam ambitioſe deſcribit, nullam prorſus mētionem facit, quinimmo poſt uictoriam ſuos illi gratulatos fuiſſe dicit his uerbis. Hanni. uictori, cum cæteri circunfuſi gratularentur, ſuaderentq; ut tanto perfunctus bello diei quod reliquum eſſet, noctiſq; inſequentis quietem, & ipſe ſibi ſumeret, & feſſis daret militibus, Maharbal præfectus equitum minime ceſſandum ratus. Immo, ut quid hac pugna ſit actum, ſcias, Hannibal die quarto, inquit uictor in capitolio epulaberis, ſequere cū equite ut prius te ueniſſe quàm uenturum ſciant. Hannibal inquit immici lætares eſt, ſed uia maior quàm ut eam ſtatim capere animo poſſim, itaq; uoluntatem ſe laudare Maharbalis ait, ad conſilium penſandum temporis opus eſſe. tum Maharbal, nō omnia eidem dii dedere, uincere ſcis Hannibal, uictoria uti neſcis, quod idem tradit & Plu. in uita Hannibalis, nec ſuperbiæ ullam prorſus mentionem facit. ┌ Succeſſu, fœlicitate, & rebus proſperis ┌ Admiſit, Ad ſe recepit uenientem ſalutādi, aut gratulandi gratia. ┌ Per in per internuncium, nam ſi quis forte ueniſſet legatus, non ipſe, ſed interpres reſponſa dabat. ┌ Ante ta. Quia tentorium ingredi non licebat. ┌ Paucis die. Liui. dicit tertio die. ┌ Adeo fœlicitatis & moderationis. uix fœlicitas, & conſilium coniungi poſſunt cum res ſecundæ ut plurimum inſoleſcere faciant homines. ┌ Moderationis, Temperantiæ, atq; conſilii. ┌ Diuiduum, Separatum. ┌ Contubernium, Conſortium, atq; ſocietas, nam fœlicitas rerumq; ſucceſſu ſic plerunq; hominum mentes nimia lætícia peruertit, ut nulla ratione ſibi moderari poſſit.

┌ Fœlicitas, Qua uno tenore proſpere ſibi cuncta ceſſerunt. ┌ Exultauit, Sublata eſt. ┌ Faſtidio Philippi, Quia faſtidiebat Philippū patrē, corrupto ſacerdote ſe Hāmonis filium p̄dicari iuſſit. ┌ Aſciuit, aſſeruit, uēdicauit. ┌ Inſtituta perſica, Nā more perſarū, ſe adorari paſſus eſt, qui apud eos ſalutandi modus eſt. ┌ Spreto mortali habitu, Nō cōtentus fuit diademate, quo utuntur reges. ┌ Diuinū caput æmulatus eſt, Imitatus eſt diuinā maieſtatē ſumpto faſtigio, diuinaq; corona, qua diuorum capita coronant. ┌ Nec fuit ei pudori, Non erubuit Alexāder nimio ſucceſſu elatus, diſſimulare hoīem, & deorū cultū aucupari, ſed dum hoīes deoſq; contemnit, id illi merito cōtigit, ut in deorū numero locū nō inuenerit. Q. Curtius, Alexāder, inquit, nō hoīes, ſed etiam deos decipit, qui poſtulat deus credi.

ASCENSIVS.

SAtis multa ſup. dicta ſunt de nrīs. i. domeſticis exemplis ſup. exempla aliena. i. externa adiiciantur. Virtus & fœlicitas Alexādri regis. ſ. Macedonū exultauit. i. præter modū ſe extulit, tribus euidentiſſimis gradibus inſolentiæ. i. inſolitis ſuperbiæ. Aſciuit enī. i. aduocauit ſibi Iouē Hāmunē. i. arenariū, ſic dictū eo, quia arenis libycis baccho apparuerat in ſpecie arietis, faſtidio. i. p̄pter ſuperbū cōtemptū Philippi. ſ. pr̄is eius ueri, aſſumpſit ueſtē, & inſtituta p̄ſica. i. mores p̄ſicos in ſe ueneran do, tædio morū, & cultus Macedonici. i. p̄riæ ſuæ. & ſup. æmulatus eſt. i. aſſimulauit caput diuinū, utpote Iouis Hāmonii, habitu. i. ornamēto capitis mortalis. i. mortalē decēte, nec fuit ei pudori diſſimulare. i. diſſimulādo negare filiū ſup. eſſe ſe Philippi. ſ. Macedonici regis ciuē. ſ. Macedonicum gerēdo ſe p̄ſico more, & hoīem, uendicādo ſibi cultū p̄ertim capitis diuinū.

OLIVERIVS.

Xerſis ſupbia

IAm Xerſes Hoc ēt Herodotus tradit, cū Xerſes ſtatuiſſet bellū græcis inferre, oēs Aſiæ principes cōuocari iuſſit, quibus p̄ſtibus ita fatus eſt. uos inquit in unū coegi, ut mei cōſilii participes facerem, cæterum ſcitote uobis eſſe parendū, quid arrogantius? nihil aliud dicere uoluit, niſi uelitis, nolitis bellū hoc geſturus ſum. ┌ In cu. no. Audito nomine Xerſis

ASCENSIVS.

Hānibalis faſtus

HAnnibal autem ela. ſuc. pu. cānen. de qua centies dictū eſt. nec admiſit quemq̄ ciuium ſuorum in caſtra, nec dedit ulli reſponſum, niſi per interpretem, ideſt interlocutorem, Aſpernatus eſt quoq; Maharbalem affirmantem clara uoce ante tabernaculum ſuum, ſe proſpexiſſe. i. prouidiſſe, aut animaduertiſſe quonāmodo cœnaret paucis diebus. i. intra paucos dies Ro. in capitolio. i. ſumma arce. Adeo i. uſq; adeo, & in tantum contubernium, ideſt domicilium fœlicitatis, & moderationis eſt diuiduum, ideſt inter ſe diuiſum, quia non bene conueniunt, nec in una ſede morantur.

De Carthaginienſibus, & campanis.

INſolentiæ uero inter Carthaginienſem, & Campanum Senatum quaſi æmulatio fuit. Ille enim ſeparato à plebe balneo lauabatur, hic diuerſo foro utebatur. quem morem Capuæ aliquandiu retentum, C. quoq; Gracchi oratione in Plautium ſcripta patet.

De Perfidia. Cap. VI.

OCcultum iam, & inſidioſum malũ perfidia, è latebris ſuis extrahatur: cuius efficaciſſimæ uires ſunt mentiri, ac fallere. fructus in aliquo admiſſo ſcelere conſiſtit tũ certus: cum crudelitatẽ nefariis uinculis circũdedit, tantum incõmodi humano generi afferens, quantũ ſalutis bona fides præſtat. Habeat igitur non minus reprehenſionis, quàm illa laudis conſequitur.

De Tatio Sabino.

ROmulo regnante, Spurius Tarpeius arci præerat, cuius filiã uirginem aquã ſacris petitum extra mœnia egreſſam, Tatius, ut armatos Sabinos in arcem ſecum reciperet: corrupit, mercedis nomine pactus, quæ in ſiniſtris manibus gerebant. erãt aũt his armillæ, & annuli magno ex pondere auri. loco potitum agmen Sabinorum puellam præmiũ flagitantem armis obrutam necauit perinde, quaſi promiſſum, ꝙ ea, quæ leuis geſtauerant, ſoluit. Abſit reprehenſio, quia impia proditio celeri pœna uindicata eſt.

De Seruio Galba.

SEruius quoq; Galba ſummæ perfidiæ. Triũ enim Luſitaniæ ciuitatũ conuocato populo, tanquam de commodis eius acturus nouem millia, in quibus flos iuuentutis conſiſtebat, electa, & armis exuta, partim trucidauit: partim uendidit. quo facinore maximam cladem barbarorum, magnitudine criminis anteceſſit.

OLIVERIVS.

INſolentiæ uero. Tanta fuit campanorum ſuperbia, ut cum Carthagi. contendiſſe uideantur, nam quẽadmodum illi balnea ſeparata habebant, in quibus plebei lauari non poterant, uel certe non licebat, ſic illi forum plebis à nobilitate diſtinctum in ciuitate fundarunt, cuius rei Gracchus meminit in oratione contra Plautium. Quaſi æmu. Quaſi inuidia, & concertatio, hoc eſt contentio, nam campani pœnos, pœni campanos in ſuperbia æmulabantur. Diuerſo foro. Quia non eodem plebeis, & principibus iura reddebantur, ſed alterius altero foro.

ASCENSIVS.

INſolẽtiæ &c. uero, id eſt ſed quaſi æmulatio, id eſt ſuperba concertatio inſolentiæ fuit inter ſenatum Cartha. & campanum. Enim, id eſt quia ille. ſ. Cartha. ſenatus, lauabatur balneo ſeparato à plebe. hic. ſ. ſenatus campanus utebatur foro. ſ. iudiciali, diuerſo ſup. à plebe. Quem morem patet quoq; oratione Caii Gracchi ſcripta in, id eſt contra Plautium, retentum aliquãdiu Capuæ. ſ. poſtq̃ ad imperium redierat.

OLIVERIVS.

Perfidia OCcultum iam. dicturus de perfidia, eã quodammodo diffinit, ut dicat perfidiam eſſe quandam occultam fraudem inſitam hominum pectoribus, quæ ſemper mentiri, & fallere concupiſcit. Occultum, & inſidioſum malum. Diffinitio eſt perfidiæ, quæ latenter inſidias aliis innectit. E latebris ſuis. In conſpicuo ponatur, ut cognoſci poſſit, & cognita uitari. Mentiri, & fallere. Verbis & re decipere, nam mentitur aliquis, cum ſciens quempiam fallere cupit, & fallit rebus ipſis. Fructus. Finis perfidiæ eſt quæſtum dolo malo quærere, & patrato ſcelere fructus ſubſequitur. Tũ certus. Et præcipue certus fructus eſt, cum ille, in quem perfidia intenditur, inuolutus fallaciis crudeliter tractatur, ſed cum perfidiæ additur crudelitas, deteſtabilius nihil eſſe poteſt. Tantum incommodi. Per comparationem uituperat eam, ꝙ tñ iacturæ humano generi perfidia, quantũ utilitatis bona fides affert. ergo quantũ hæc laudanda, tantum illa uituperanda.

ASCENSIVS.

OCcultum, &c. perfidia malum Occultũ, & inſidioſum extrahatur iam e latebris ſuis, id eſt proferatur in medium. cuius uires efficaciſſimæ ſunt mentiri, ac fallere, & ſupple cuius fructus. i. utilitas conſiſtit in aliquo ſcelere admiſſo, quia nemo perfidia utitur in opere bono (tametſi dolus etiam non malus ſit, ut medicorum ægrum pie fallentiũ) ens ſupple, tum id eſt tunc certus, cum circumdedit crudelitatem uinculis nefariis, id eſt laqueis perfidiæ, afferens generi humano tantum incommodi, quantum ſalutis bona fides præſtat. Igitur cum talis ſit perfidia, habeat ſupple ipſa non minus reprehenſionis q̃ illa. ſ. bona fides, conſequitur laudis.

OLIVERIVS.

ROmulo regnãte. Nota eſt hiſtoria poſt raptas ſine more Sabinas aliaſq; fœminas, nouiſſimũ à Sabinis bellũ eſt ortũ, multoq; id maximũ fuit, nihil enim per irã, & cupiditatẽ actũ eſt à Sabinis, ſicut à Cruſtuminis, Antenatibus, Ceniſibus, qui pari iniuria fuerãt affecti, nõ oſtiderunt Sabini bellũ prius q̃ intulerũt. cõſilio ẽt additus dolus eſt. Spurius Tarpeius Romanæ ꝑerat arci. huius filiã uirginẽ auro corrupit Tatius, ut armatos Sabinos in arcẽ accipiat, nã aquatũ ierat tũ forte puella ad ſacrificia facienda. Acceptis obrutã armis necauerunt, ſeu ut ui capta potius arx uideret, ſeu prodendi exempli cã, ne quid uſq̃ fidũ proditori eſſet. Additur fabula, ꝙ uulgo Sabini aureas armillas magni põderis, brachio leuo, gẽmatoſq; magna ſpecie annulos habuerũt. pepigiſſe eã quod in ſiniſtris manibus hẽrent, eo ſcuta illi ꝓ aureis cõgeſta. ſunt qui eã ex pacto reddẽdi q̃ ſiniſtris manibus eſſet, decreto arma petiſſe dicãt, & fraude uiſam agere, ſua ipſam perẽptã mercede. tenuere tñ arcẽ ſabini hac ꝑfidia uſi, ꝙ ꝓditricẽ fraude necarunt. Sacris. Ad ſacrificia faciẽda, q̃ inſtabãt. Armis obrutã. Sic & Oui. Arciſq; uia tarpeia recluſa, Dignam aiam pœna cõgeſtis exuit armis. Abſit rephẽſio. Nõ eſt inqt hæc ꝑfidia rephẽdẽda, qa ſcelerata puella ip ã fecit ꝓditionẽ pris, & priæ, et grauiori ẽt ſupplicio digna uidebatur.

ASCENSIVS.

ROmulo regnante, qui primus Ro. regnauit Spurius Tarpeius præerat arci. ſ. tarpeiæ, ſeu capitolinæ, cuius. ſ. Tarpei filiã uirginẽ egreſſam extra mœnia petitum aquã ſacris. i. ad ſacrificia ad q̃ opus erat aqua uiua. i. riui fluentis, ut reciperet ſabinos armatos in arcẽ ſecũ. i. cũ ipſo Tatio eorum duce pactus. ſ. cum puella noie mercedis ea, q̃ gerebãt ſ. Sabini in manibus ſiniſtris. aũt. i. ſed armillæ erãt his, & annuli ex magno põdere auri. Agmẽ Sabinorũ potitũ loco. i. receptũ per puellã capitoliũ necauit armis puellã flagitantẽ. i. exigẽtẽ præmiũ, perinde q̃ſi ꝓmiſſum, ꝙ ſoluit, ea, q̃ geſtauerant leuis uidelicet ſcuta. Abſit inqt author reprehẽſio. ſ. ꝑfidiæ, qa impia ꝓditio. ſ. arcis facta per Tarpeiam, eſt uindicata celeri pœna hoc eſt, quia filia meruerat perire, licet turpe fuerit ſabinis id facere.

OLIVERIVS.

SErgius quoq; Galba. hæc hiſtoria poſita eſt in cap. de iudiciis, uel infamibus lib. iii. Quo fa. ma. q̃uis luſitanorum clades maxima fuerit, maius tamen Galbæ crimen, deteſtabiliorq; perfidia fuit, ex quo maius & ipſe ſupplicium merebatur, q̃uis illud euaſerit, ut ſupra oſtendimus.

ASCENSIVS.

SErgius quoq; Gal. ſup. fuit ſummæ ꝑfidiæ. n. ꝓ quia populo triũ ciuitatũ luſitaniæ. i. illius regionis in Hiſpania, q̃ nũc Portuſgalliæ nomẽ habet, conuocato. ſ. ad ſe, tanq̃ acturus ſup. eſſet de cõmodis. i. utilitatibus eius. ſ. populi, trucidauit partim, & uendidit partim. i. pro parte octo, ſeu ut alii legunt, nouẽ millia in quibus flos iuuentutis conſiſtebat electa, & exuta armis. Quo facinore ipſe Galbam anceſſit. i. ſuperauit maximam cladẽ barbarorũ. ſ. luſitanorũ quos forte immerito barbaros uocat, magnitudine criminis, qa plus mali cõtraxit in ſe Galba q̃ intulit deceptis, grauior enĩ eſt culpa q̃ pœna.

¶ De Cn. Domitio.

CN. autem Domitium ſummi generis, & magni animi uirũ, nimiæ gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coegit. Iratus nãq; Bituito regi Aruenorũ, quod tum ſuam, tum etiam Allobrogum gentem, ſe etiam tum in prouincia morante ad Q. Fab. ſucceſſoris ſui dextram confugere hortatus eſſet: per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioq; exceptũ uinxit, ac Romã naue deportandũ curauit. Cuius factũ Senatus neq; probare potuit, neq; reſcindere uoluit: ne remiſſus in patriã Bituitus, bellũ renouaret. Igitur eũ Albã cuſtodiæ cauſa relegauit.

¶ De Qu. Seruilio Cepione.

VIriati etiã cædes duplicẽ perfidiæ accuſationem recepit in amicis, q; eorũ manibus interemptus eſt, in Qu. Seruilio Cepione conſule, q; is ſceleris huius author, impunitate promiſſa, fuit. uictoriamq; non meruit: ſed emit.

¶ Externa. De Carthaginienſibus.

Nam error coegit C. Caſſium exigere pœnas.ſ. interfecti Cæſaris, à ſemetipſo, q̃a ſeipſum occidit credens per errorem Brutum, qui uicerat ſuccubuiſſe. Enim.i. q̃a Titinius (uerius q̃ Cyneus, aut Tymeus) centurio miſſus ab eo tempore nocturno inter illum euentum quatuor exercituum.ſ. Octauii & Antonii ex una parte & Caſſii, & Bruti ex altera, apd Philippararum q̃a ex utraq; parte unus ducũ uicerat, & alter ſuccubuerat uicerãt.n. Bru. & Ant. ſuccubuerant Octa. & C. aſſius & ignotã ipſis ducibus.ſ. uicẽtis Caſſio, & octauio, miſſus iquã ut ſpecularetur in quo nam ſtatu res M. Bruti eſſent, dũ.ſ. centurio petit crebro exceſſus uiæ, q̃a obſcuritas tenebrarum nõ ſinebat dignoſcere, ne.i. an hoſtes, an commilitones occurrerẽt redit tardius.ſ. q̃ Caſſius ſpabat ad caſſiũ, Quem.ſ. cẽturionẽ Titiniũ, is.ſ. caſſius exiſtimãs exceptũ ab hoſtibus & oĩa recidiſſe in ꝑtãtẽ eorũ, uidelicet hoſtium ꝑperauit finire uitã, ſunt q dicãt hallucinatũ putaſſe ſuos eſſe hoſtes & ita ſibi necem ꝑperaſſe, cum & caſtra hoſtiũ.ſ. Octauianorum erant capta inuicem.i. ecõtrario, ſicut caſtra eius ab Antonio capta fuerant, & copiæ Bruti eſſent incolumes magna ex parte. Brutus tñ quoq; nihilominus ſibi lethum conſciuit.

OLIVERIVS.

Caeterum falſa opinatio. Error iſte principium habuit à re ioco ſa, ſed crudelẽ exitũ. cũ.n. lartes Tolumnius ueientum rex taxillis forte luderet, ſuperuenerunt legati romani pacis conditiones afferentes, tũc rex ꝓſperũ habens iactũ, ꝑ iocum in colluſorem magna uoce clamauit, occide. miniſtri aſtantes, errore decepti exiſtimarunt imperari ſibi, ut legatos occiderent, & ita illi tanq̃ regis imperium exequentes, legatos occiderunt. Liuius tñ dicit non errorem fuiſſe, ſed fraudẽ, & hoc à rege fictum, ut ſe purgaret, & ſub ludi ſimulatione clamaſſe, occide. ¶ Falſa op. q falſo opinati fuerint ſatellites imperari ſibi, ut legatos occiderẽt. ¶ Penatib. Nam uiolatũ iuſgentium, uiolata & hoſpitii iura fuiſſe uidentur cũ legatis regia uis fuerit illata. ¶ Legati ro. quos quatuor fuiſſe dicit Cice. Philip. ii. ix. addit inſuper, ꝙ illoꝝ ſtatuæ ad ſuum uſq; tpꝰ ſteterãt in roſtris, fuerãt aũt miſſi legati, ut agerent de pace cũ rege. Luſum ad imperium quod per luſus rex dixerat, illi, imperatum ſibi eſſe crediderunt.

ASCENSIVS.

Caeterũ.i. ſed neſcio, an opinatio (ſic melius q̃ opinio) falſa.i. erronea ſatellitum (ſi ſñ palliata non fuit) intulerit penatibus Lartis Tolũnii (nã is eſt lar Tartis, nõ laertes) regis Veientũ ꝓcipua iniuriã, nõ quã accepit, ſed quã intulit. nam cũ dixiſſet ꝑ iocum colluſori.i. ei cũ quo ludebat in ꝓſpero iactu teſſeraꝝ.i. illius inſtrumenti luſorii quadrangularis, occide.ſ. ſi potes, hoc eſt uince hunc iactum (q̃ uox frequenter ꝓfertur in ludo latrunculorum, ſeu ut uulgo dñt ſcacorũ, nã licet corrupta uoce, macto dñt, aut macdatus ſup. es, cũ amplius nil poſſis) & legati Roma. ueniſſent .ſ. de pace acturi, forte.i. caſu (caſuale enim erat, ꝙ eo tpe, quo id dixerat. Niſi ut Li. ſuſpicatur, cõpoſito fecerit) ſatellites eius .ſ. Tolumnii impulſi errore uocis, tranſtulerunt interficiendo legatos, luſum.i. quod rex ꝑ luſum dixerat ad imperium.i. tanq̃ ſibi iperatũ eſſet ſerio, ut legatos occiderent. Quã uero ſimilius fuiſſet, ſi aut plures colluſores fuiſſent, & ad eos dixiſſet occidite, aut unus tñ ſatelles, q ad ſe dictũ interpretetur, occide, nõ.n. quadrat, ut pluribus dicatur, occide.

OLIVERIVS

Tinei uero non obliterãda. Laudat Tinei ſiue Titinii, ut Plu. dicit fidẽ, & amicitiã, q cum in caſtra rediiſſet ad Caſſiũ uictoriæ corona redimitus, ubi cõperit exploratu, & amicoꝝ ſeſe affligentiũ, q̃ſtubus & ululatibus, Caſſium ignorãtiæ errore deceptũ mortem oppetiiſſe, dolore nimio percitus, educto enſe multa prius in ſuã tarditatẽ inuectus ſeipſum trãſfixit. ¶ Obliteranda ſilentio. Prætereunda uirtus. ¶ Imprudens. q̃a nõ præuidi tarditatẽ meam, tibi rerũ deſperationẽ allaturã, & tuæ mortis cãm eſſe futuram. ¶ Capulo tenus uſq; ad capulũ, Virg. Et capulo tenus abdidit enſem. eſt aũt capulus enſis manubrium à capiendo dictus. ¶ Duplex uictima. Caſſius & Titinius tanq̃ duæ uictimæ ante aras iugulatæ.

ASCENSIVS.

Titinius, &c. Per identiã addit exẽplũ uirtutis & pietatis in Titi. centurione, qui q̃a nõ occidit ſe ꝑ errorẽ, ſed ob pietatem, non eſſet huius loci exemplũ, niſi occaſio necis eius ex errore nata eẽt. Ordo eſt. uero.i. ſed, uirtus Tit. (Sic ut dixi, melius q̃ Cynei, aut Timei legitur) nõ ſup. ẽ obliterãda.i. delenda ſilentio, qui hæſit.i. fixà ſtetit, pauliſper.i. per paulum tẽporis, attonitus.i. ſtupefactus quaſi tonitru ꝑcuſſus inopinato ſpectaculo ducis iacentis.ſ. à ſe interempti, uidelicet Caſſii, deinde profuſus in lachrymas, in quit, ò imperator & ſi.i. q̃q̃ imprudens fui ubi cã necis, tñ ne idipſum.ſ. fuiſſe cãm necis, ẽt ꝑ imprudentiam ſit impunitum, accipe me comitem fati tui.i. mortis tuæ, & demiſit.i. deorſum mittendo infixit iugulo ſuo gladium capulotenus.i. uſq; ad capulũ, hoc eſt manubrium,

OLIVERIVS.

Vltionis aũt. Vltionẽ dicit & ſi iuſtã, nõ tñ ſpeſſe de inimico ſumendam, q̃a graues plerunq; aĩ ꝑturbationes atq; dolores cõcitent, glorioſum aũt eſt uiro forti nolle, cũ poſſit, de accepta iniuria ſumere ultionẽ, qd Cæſari obtigiſſe dicit Cic. in orõne ꝓ M. Mar. Aium, igt, uincere, Irã cohibere, uictũ tpare, Aduerſariũ nobilitate, ingenio, uirtute, ꝓſtãtẽ, non mõ extollere iacentẽ, ſed ẽt amplificare eius priſtinã dignitatẽ, hæc q faciat, nõ ego cũ ſũmis uiris cõparo, ſed deo ſimillimũ iudico. hoc iõ dicit q̃a difficile ſit hoĩ acceptã iniuriã remittere qd nõ ſp faciendũ eſt, ne ĩpunitate maior creſcat peccandi inĩa, nã ut ingt, Ci. ad ſeruãdã iuſtitiã nõ ſatis eſt eũ, q laceſſerit iniuriæ ſuæ pœnitere, ut & ipſe, ne qd tale poſthac committat, & cæteri ſint ad iniuriam tardiores. cui tñ rei aduerſatur xp̃iana religio, q̃ iniuriã ſemper remittendam eſſe iubet. ¶ Iuſti

aculei.iuſti ſtimuli,& irritamenta,hoc iuxta pſorum ſnſam, q dñt iure nos poſſe ac debere acceptā iniuriā ulciſci,qđ uera religio negat. ☞ Pēſare.ulciſcēdo.ſ.ulcē doloris rependere.

delicet thuſculanorum,quæ.ſ.tribus polliā ademerat illis.ſ.thuſculanis,uitā.ſ.in adultis,& armipotentibus,& libertatē.ſ.imbelli multitudini,quantum fuit in ipſa.uero.i.ſed,& ſenatus,& conſenſus omnium approbauit ſaltem per diſſimulationem illam ultionem tanquam iuſtam.

ASCENSIVS.

VLtionis. Acturus de ultione primo cōparat eā ad ſuperiores affectōesq̃ iniq̃ ſunt dicēs. Aūt.i.ſed aculei.i.ſtimuli ultionis quēadmodū ſu.ſunt acres.i.uehementes & acerbi,ita ſup.ſunt iuſti,q cōcitantur.i.cōmouētur,laceſſiti.i.puocati p iniuriā cupiētes penſare.i.cōpēſare,aut repēdere dolorē acceptū.ſ.ex iniuria illata, quos.ſ.ſtimulos,nō attinet ad iſtitutū pñtis operis cōplecti.i.pſeq latius.i.longiore ,plogo, aut multis exēplis,aut nō decet extēdere ſed retrahere.

OLIVERIVS.

TRi.pl.M.Ful.Thuſc.auctores fuerāt,ut uelterni & priuernates à Romanis deficerēt,eiſq; rebellarēt.quibus delīi domitis M Ful.tri.ple.tulit ad populū,qđ de Thuſcu.fieri uideretur,q defectiōis fuiſſent auctores.Thuſcu.audita rogatiōe,cū liberis,& coniugibus ſqualiore obſiti,& ſupplices romā uenerāt,à populo iniuriæ ueniā miſerabiliter petētes,ceteræ tribus mia cōmotæ ſniam ſalutarē ſecutæ ſunt,ſola tribus popilia dānauit,eoſq; uirgis cædēdos,ac ſecuri pcutiēdos,atq; omnē turbā ibellē ſub haſta uenēdā eſſe iudicauit.Thuſcu.poſtea ciuitate dōati cōſule Camillo,ut diximus lib.viii.ca.iii.memores iniuriæ à Popi.tribu receptæ,neminem unq ex ea tribu ſuis ſuffragiis magīatū ad ullū ,puchere uoluerūt. ☞ Retulit feretur in ſenatu,refertur ad populū eſt aūt referre,qđ nūc principes nři Veneti ptē ponerē dīt. ☞ Sq̃llore ob.ſordibus,& imūdicia, ac pallore circūdati,atra & lugubri ueſte iduti more ſupplicum. ☞ Imbellē mul.Senes pueros,& fœminas. ☞ Sub co.ue.Vt coro-

Poplilia tribus

nati publice uenderentur,ſic.n.apđ maiores mancipia uendebantur,& pſertim hoſtes,& eg.Cato i orōne q̃dā Satius,ē īgt, ut P.R.in capitoliū potius ſupplicatū eat,q̃ coronatus ueneat ☞ Vitā,q uiros ſecuri dānauit. ☞ Libertatē q ibellē turbā ſub corona uendēdā iudicauit. ☞ Illā uero ultionē.ſenatus,ingt,& P.R.ultionem de qua dicturi ſumus,tacendo cōprobauit,qa nullā de illa quæſtionem habere nec q̃relam facere uoluit.

ASCENSIVS.

TRi.pleb.M.Ful.retulit ad populū.i.ad cōſultatiōem,& iudiciū populi de Thuſcu.i.qd cenſeret de eis faciendū, q diceret Velliternos & priuernates,rebellaturos,conſilio eoꝝ.ſ.Thuſcula.q.ſ.Thuſculani,cū ueniſſent Romā cū cōiugibus,ac liberis obſiti ſq̃llore,ut q ad miſerationem mouere uolebāt accidit,ut reliq̃s tribubus ſecutis.i.cū reliq̃ tribus ſecutæ eſſent ſniam ſalutarem.ſ.de abſolutione thuſculanoꝝ, eo q nō ſatis cōſtaret fides criminatiōis,ſola Pollia ſup.tribus iudicaret oportere eos uerberatos pub.pcuti ſecuri. Et multitudine ibellem & ira exptem cōſilii uenire.i.uendi ſub corona.i.ſub haſta plurimū offerenti.Ob q̃ cām tribus pollia.(Sunt tñ,q falſo popilia legūt)in q̃.ſ.tribu Thuſculani recepti poſtea in ciuitatem.i.donati ciuitate potuerūt plurimū,qa plurimi erāt ad eā redacti,& ita multa habuerūt in ea ſuffragia,neminem ,p nō aliquem fecit unq̃ cādidatū polliæ tribus.i.petitorem magīatus ne ullus honor pueniret ad eā.ſ.tribū polliā,ſuffragiis ſuis,ui-

ℭ De Tribu Pollia.

TRib.Plebis M.Ful.ad populum de Thuſculanis retulit:q eorum conſilio Veliternos,priuernatesq rebellaturos diceret: qui cum coniugibus ac liberis ſquallore obſiti,cum ſupplices Romā veniſſent,accidit:Vt reliquis tribubus ſalutarem ſententiam ſecuti ſola Pollia iudicaret: oportere publice eos verberatos ſecuri percuti:imbellem multitudinem ſub corona venire. quam ob cauſam Pollia tribus, in qua plurimum poſtea Thuſculani in ciuitatem recepti potuerunt: neminem unquam candidatum Polliæ tribus fecit magiſtratum:ne ad eam ullus honor ſuis ſuffragiis perueniret,illis vitam, ac libertatem quantū in ipſa,fuit, ademerat.illam vero vltionem,& ſenatus,& conſenſus omnium approbauit.

ℭ De vltione Romanorum in Adrianum

CVm Adrianus ciues Romanos,qui vticę conſiſtebant, ſordido imperio vexaſſet: iccircoq ab his viuus eſſet exuſtus:nec q̃ſtio vlla in urbe hac de re habita,nec querela verſata eſt.

ℭ Externa. De regina Tomyri,& Beronice.

CLaræ vltionis utraq Regina & Tomyris,quæ caput Cyri abſciſſum in vtrem humano ſanguine repletum demitti iuſſit:exprobrans illi inſatiabilem cruoris ſitim:Simulq pœnas occiſi ab eo filii ſui exigens. Et Beronice,quæ Laodices inſidiis interceptum ſibi filium grauiter ferens,armata currum conſcēdit:perſecutaq ſatellitem regium crudelis operis miniſtrum nomine Ceneum, quoniam haſta nequicquam petierat,ſaxo ictum proſtrauit: ac ſuper eius corpus,actis equis inter infeſta contrariç partis agmina ad domum,in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur,perrexit.

OLIVERIVS

CVm.n.Adri.hic urbis pfectus cū ciues rōanos,q uticæ negociabantur,aut alia de cā locū illū hītabant tyrannice,& crudeliter nimis habere.Quippe quos ſeruilibus operibus adigeret,ab illis uiuus,cōcrematus eſt,qa tantam ſeruitutem ferre non poſſent. ☞ Romæ nulla de re tanta.qō.nulla q̃rela facta eſt,ex quo facile cōphendi potuit,ſenatū ultionem illā cōprobaſſe. ☞ Adrianus.q ut qdā dñt,erat uticæ ptor. ☞ Sordido īperio. Quia illos ſeruilibus operibus adhibebat.

ASCENSIVS.

CVm etiā Adri.ſ.pfectus urbis apđ uticā agēs,uexaſſet ciues Ro.q cōſiſtebant uticæ.i.in ea urbe ,puinciæ Africanæ,imperio ſordido.i.auaro,& hoſtibus liberis indigno & eſſet exuſtus ab eis.ſ.ciuibus Romāis,uiuus idcirco.i.pp ſordidū īperiū,nec ulla qō.i.inq̃ſitio habita eſt in urbe.ſ.Roma de hac re,nec q̃rela eſt uerſata.i.agitata populo,aut patribus tam q̃ indigna,de q̃ quæſtio fieret.

OLIVERIVS.

CLaræ ultionis utraq regina.Duarū reginaꝝ exēpla ,pponit,quaꝝ utraq grauiſſimā de inimicis ſumpſit ultionem primū exemplum eſt. Thamyris Scytharū reginæ, de q̃ ſic breuiter Iuſti.li.i. Cyrus,ſ qt,ſubacta Aſia,& uniuerſo oriente in ptātem redacto,ſcythis bellū intulit,erat aūt eo tpe ſcytharū regina Thamyris,q̃ non muliebriter aduentu hoſtiū territa,cū ,phibere eos poſſet,uadū araxis fluminis tranſire permiſit,& ſibi feliciorem pugnā inter regni ſui terminos rata,& hoſtibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. Itaq Cyrus traiectis copiis,cū aliq̃tiſper in Scythiam ,preſſiſſet caſtrametatus eſt.deiñ poſtera die cū ſimulato metu,& q̃ſi refugiens caſtra deſeruiſſet,uinū affati & ea,q̃ erant epulis neceſſaria reliq̃t.qđ cū nūciatū eſſet reginæ adoleſcentulū filiū ad inſeq̃ndū eū cum tertia parte copiaꝝ mittit.Cūq uentū ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens,ueluti ad epulas,nō ad pliū ueniſſet,omiſſis hoſtibus inſuetos barbaros uino onerare ſe patitur priuſq Scythæ ebrietate q̃ bello uincuntur.nam cognitis his Cyrus reuerſus per noctem ſaucios opprimit,omneſq ſcythas cum reginæ filio interficit. Amiſſo tanto exercitu,& qđ grauius dolendū unico filio Thamyris, orbitatis dolorem non in lachrymas effundit,ſed in ultionis ſolatio intendit , hoſteſq recenti uictoria exultantes,pari inſidiarum fraude circundedit: Quippe ſimulata diffidentia pp uulnus exceptū refugiens Cyꝝ ad uſq anguſtias pduxit,ibi cōpoſitis in montibus īſidiis ducenta millia Perſarum cū ipſo rege trucidauit.in qua uictoria ēt illud memorabile fuit , q ne nuncius tantæ cladis qdem ſuperfuit,caput Cyri amputatū in utrem humano ſanguine repletū cōiici regina iubet,cum hac exprobratione crudelitatis Satia te ſanguine,inquit,quē ſitiſti.cuiuſq inſatiabilis ſemper fuiſti. ☞ Sitim. Cupiditatem,qua ſatiari non poterat. ☞ Thamyris. Hæc regina fuit ſcytharum maſſagetharum,de qua multa tradit

Tamyris ultra mortem filii Cyri inſectatis

¶ De Morte Iaſonis.

IAſonem Theſſalum Perſarum regi bellū inferre parātē an, ſatis iuſta ultio abſumpſerit ambiguæ æſtimationis eſt. Taxillo enim Gymnaſiarcho à quibuſdam iuuenibus pulſatum ſe cōq̄ſto permiſit. ut aut tricenas ab his dragmas exigeret, aut denas plagas ſingulis iponeret. quo poſteriore uidicta vſo q vapulauerāt Iaſonem interfecerunt. animi non corporis dolore pœnæ modum æſtimantes, cæterum paruo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio ſubruta eſt: quoniam opinione Græciæ tantum in ſpe Iaſonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur:

¶ Dicta improba, aut facta ſcelerata. Cap. XI.

¶ De Tullia.

NVnc quatenus vitæ humanæ, tum bona, tum etiā mala ſubſtitutis exemplorum imaginibus proſequamur: dicta improba, & facta ſceleratæ referantur. unde autē potius q̄ à Tullia ordiar? quia tpe vetuſtiſſimum. conſcientia nefarium, voce monſtri ſimile exemplum eſt. Cum carpento veheretur: & is, qui iumenta agebat, ſuccuſſis frenis conſtitiſſet: repentinæ moræ cauſam requiſiuit: & vt comperit corpus patris Seruii Tullii occiſi ibi iacere: ſupra id duci uehiculum iuſſit. quò celerius in complexum interfectoris eius Tarquinii veniret. Qua tam impia tamq̄ probroſa feſtinatione, non ſolum ſe æterna infamia, ſed ipſum etiam vicum cognomie ſceleris commaculauit.

Beronices — dit Herodotus. ¶ Et Beronice. Beronice, cui & Laodice nomē fuit Mythridatis ſuperioris regis ponti, eius qui cum Romanis aduerſus Ariſtonicū pauloañ bellū geſſerat, repentinaq̄ morte ſubtractus fuerat filia, Mythridatis uero regis ſecundi, & hoſtis P. R. ſoror Ariarati Cappadociæ regi nupſit, quē p Gordiū īſidiis Mithridates ipſius Beronices frater interfici iuſſit. mortuo Ariarate, filii duo ſuperſtites fuerunt. cū igitur Nicomedes Bythiniæ rex Cappadociā cæde regis quaſi uacuā occupaſſet, Mithridates regni auidus ficta pietate, ut nepotes in p̄rnum regnū reſtitueret, arma aduerſus Nicomedē ſumpſit, ſed ubi cōperit Laodicē, ſiue beronicē ſororē Nicomedi nupſiſſe, ſimulata pietas in uerā conuertitur, quare pulſo ex Cappadocis Nicomede, Ariarati qui maior natu natu erat p̄rnū regnū reddidit quem deinde haud ita multo poſt facti pœnitens occidit. cū uero minor alter, q & ipſe Ariarates dictus eſt, ab amicis ex Aſia reuocatus regnare uideretur ipſe quoq̄ e iuſdē, ut uulgo creditur Mithrida. opa, p inſidias trucidatur, cuius cædis dolore pcita, mř iunctis iugalibus eqs oblita ſexus, arma corripuit, nec prius pcipitē Ceneū regis ſatellitē perſeq deſtitit, q̄ eum cū haſta neqſſet, ſaxo pſtrauit, ſuperq̄ iacentis cadauer indignabunda currū egit, & iter hoſtilia tela, nullo frīs, q tunc hoſtis erat, timore pculſa domum, i q̄ cæſi pueri corpus ſeruari putabat, irrupit, eiq̄ mſnas iachrymas, & funeris offm̄ p̄ſtitit. ¶ Infeſta agmina Hoſtilia frīs agmina.

ASCENSIVS.

CLaræ ultionis. ſ. actiuæ ſup. fuit. i. clarā ultionē fecit, utraq̄ regis. ſ. Tomyris (qd̄ potius dicā q̄ thamyris) regina Scythiæ, q̄ iuſſit caput Cyri regis Perſaꝝ, abſciſſum. ſ. poſtq̄ callide uictus erat, demitti in utrē. i. ſaccū ex corio repletū ſanguine humano, exprobrans illi. ſ. Cyro inſatiabilē ſitim cruoris, dicens ſatia te ſanguine quē ſitiſti, ſimulq̄ exigens ab eo pœnas filii occiſi. ſ. reginæ occiſi ab eo. ſ. Cyro. Et Beronice. ſ. regina ponti, uxor Mythridatis regis, & filia & ſoror, ut Oli. declarat, quetiā mř, uñ beatiſſima à Plinio p̄dicat̄ q̄. ſ. Beronice, &. i. ēt ſup. dicta eſt Laodice. (Sic Oli. ſentit. Ordo tñ pbat aliorꝝ lectionē q̄ eſt. Et Beronice q̄ & Laodices &c. ut ſit iſidiis Laodices &c.) grauiter ferens filiū. ſ. ſuū, Ariaratē minorē itercepṫū ſibi inſidiis. ſ. fratris ſui Mythridatis, conſcendit currum armata, & pſecuta ſatellitē regiū. i. à Mythrida. q ſe prege gerebat miſſum miniſtrū crudelis operis. i. interſectionis ueri hæredis regni, noīe Ceneum. i. q miniſter dicebatur Ceneus, pſtrauit ſup. eū ictū ſaxo, qm̄ petierat. i. iuſſerat ſu. eū neq̄q̄. i. fruſtra haſta, quia nō poterat eū pertingere, ac equis. ſ. currū trahentibus actis ſuper corpus eius. ſ. Cenei, prexit ad domū (unde licet appropriatis p̄poſitionem ſubdere) in qua arbitrabatur corpus pueri interfecti occultari, perrexit dico inter agmina, contrariæ partis. ſ. fratris à quo ſatelles ille ſubmiſſus fuerat infeſta. i. ita, inſtructa, ut illi inferrent occurſuris.

OLIVERIVS.

Iaſon — IAſonem Theſſalū Hic Iaſon Theſſaloꝝ rex apud oēs maximi nois, & æſtimatiōis fuit adeo, ut nemo dubitaret, qn Perſaꝝ regē fuiſſet ſubacturus, niſi antea fuiſſet interceptus, quam Perſis quod inſtituerat bellum inferret. nam forte ita accidit ut Thaſſilius gymnaſiarchus q à rege in delitiis quodāmodo habebatur, à laſciua quadam iuuentute pulſaretur. q ubi ad regē q̄relā detulit, rex duarum ultionū illi opinionem dedit ut uel a ſingulis iuuenibus, à qbus pulſatus fuerat. xxx. dragmas exigeret, uel decem ſingulis plagis infligeret. qd̄ poſtremū ultionis genus maluit, & ita ingenuos adoleſcentes ſeruilibus plagis affecit. qd̄ illi grauiter ferentes in regem, à quo puniſtionis iniuriam accepiſſe exiſtimabant, ultionis irā cōuerterunt, & nimio dolore concitati regem obtruncarūt. incertū eſt, inqt, an iuſta fuerit horū adoleſcentū uindicta, an crudelis. qui ex parua cā tm̄ regē ſuſtulerūt. ¶ Gymnaſiarcho. Principi Gymnaſii. ¶ Ai nō corporis dolore. Adoleſcentes, inqt, non dolore, quem ex plagis ſenſerāt, ſed pudore quodā cōmoti, ignominioſam iniuriā ferre non potuerūt. ¶ Cæterū paruo irritamento, Magna, inqt expectatiōe grecia tota fruſtrata eſt, q̄ hūc Iaſonem nō minus q̄ Alexandrum Perſas aliqñ ſuperaturū ſperabat ¶ Maximæ rei expectatio. ut Perſas, totumq̄ orietem ſubigeret.

ASCENSIVS.

IAſonem, &c. Ambiguæ æſtimatiōis eſt, an ultio ſatis iuſta abſumpſerit. i. demedio uiuentiū ſuſtulerit Iaſonem Theſſalū, nō q dem argonautarū principem, ſed alterū, q multo poſt natus eſt, parantem inferre regi Perſarū bellū. Eñ. i. q a ipſe pmiſit Taſſilo (ſunt q Taxillo ſcribant) Gymnaſiarcho. i. principi Gymnaſii, conq̄ſto ſe pulſatum à qbuſdā iuuenibus, ut aut exigeret ab iis dragmas tricenas. i. à ſingulis triginta, aut iponeret. i. infligeret ſingulis denas plagas. i. ictus. quo. ſ. taſſilo uſo poſteriore uindicta. i. plagas inferente, ſup. iuuenes, q uapulauerant. i. percuſſi fuerant, interfecerunt Iaſonem. ſ. regem ſuū, æſtimantes. i. appretiantes, & penſitantes modū. i. menſurā pœnæ, dolore animi. i. illata ais iniuria non dolore corporis. Cæterum. i. ſed expectatio maximæ rei, uidelicet uictoriæ de Perſis per Iaſonem obtinendæ, ſubruta. i. ſubuerſa eſt, paruo irritamento pudoris ingenui. i. inflictione decem plagarum. dicit maximæ rei. (Et eſt Antitheſis honeſta) quoniam tantum reponebatur in ſpe Iaſonis. ſ. habita de Iaſone, quantum in effectu Alex. ſ. magni, qui iam Perſidem, & omnes circumiacentes nationes uſq̄ ad indos ſuperauerat, opinione Græciæ. i. ſecūdum opinionem, quam Græcia de Iaſone conceperat.

OLIVERIVS

NVnc quatenus uitæ. profeſſus eſt ab operis initio Vale. ſe uirorum illuſtrium facta ſimul, ac dicta memoratu digna hoc opere complexurum, ut habeant homines quarum uirtutum gloriam proſequi, quorum item uitiorum opprobris fugere debeant. ut igitur quod pollicitus eſt exequatur, de improbe dictis & factis dicere aggreditur, ut his cognitis, homines ab eis deterreantur. ¶ Vnde potiuſq̄ à Tullia. Nota eſt hiſtoria, Liuius auctor lib. i. cæſo per inſidias Tarqnio priſco. & ī eius locū Seruio Tullo Tanaquilis arte ſubſtituto, duo ſupererant Tarquinii filii, quorum Tullus ueritus, ne idem ſibi quod & ſocero euenerat, forte cōtingeret, utrunq; ſibi generum aſciuit, erant adtilli filiæ duæ natura longe diſpares. Sed forte ita accidit, ne duo uiolenta ingenia matrimonio iungerē — Tulliæ crudelitas contra patrem.

ℭ De Fimbria.

NOn tam atrox C. Fimbriæ & dictum, & factũ, ſed ſi per ſe æſtimetur: vtrunq; audaciſſimum. id egerat, ut Scæuola in funere Caii Marii, iugularetur: quem poſtquam ex vulnere recreatum comperit, accuſare apud populum inſtituit. interrogatus deinde quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum, ſatis digna laudatio reddi non poſſet, reſpondit: obiecturum ſe illi quòd par tius corpore telum recepiſſet: licentiam furoris ægre reip. gemitu proſequendam.

ℭ De L. Catilina.

LVcius vero Catilina in ſenatu Marco Ciceroné incendium ab ipſo excitatum dicente: ſentio, inquit, & quidem illud ſi aqua non potero, ruina extinguam. quem quid aliud exiſtimemus, q̃ conſcientiæ ſtimulis actum, ſimulachrum à ſe inchoati paricidii peregiſſe.

tur. nam ex fratribus alter mitioris, ferocioris alter erat ingenii, fortuna credo fuit P. R. quo diutius, regnante Ser. Romanum firmaretur imperium. angebatur ferox Tullia nihil materiæ in uiro eſſe, neq; ad cupiditatem, neq; ad audaciam, eſſe tota in alterum Tarquiniũ uerſa, eũ mirari, eum uirum dicere regio ſanguine ortum. Spernere ſororẽ, q̃ uirum nacta muliebri ceſſaret audacia, contrahit celeriter ſimilitudo eos, ut malũ malo fiat apptiſſimum, ſed initium turbãdi oĩa à fœmina ortũ eſt. ea ſecretis uiri alteri aſſuefacta ſermonib' nullis uerborũ cõtumeliis parcere, de uiro ad fratrem, de ſorore ad uirum, & ſe rectius uiduam, & illũ cælibẽ fuiſſe futurũ, q̃ cũ impari iungi, aut elãgueſcere aliena ignauia dicebat, & ſi ſibi eum, quo digna eſſet uirũ dediſſet dii domi ſe propediem uiſuram fuiſſe regnũ, quod apud patrem uiderat, celeriter adoleſcentem ſuæ temeritatis implet Aruns Tarquinius & Tullia minor prope funeribus. Hæc maritum ille uxorẽ ſubſtulit, cũ domos uacuas, nouo matrimonio feciſſent, iunguntur nuptiis magnis, non tam prohibente Tullio q̃ approbãte. Tũ uero in dies infeſtior Tulli ſenectus, infeſtius cœpit eſſe regnum. Iam enim à ſcelere aliud ſpectare mulier ſcelus nec nocte, nec interdiu uirũ cõquieſcere patiebatur, monebat, ut potius haberet q̃ ſperare regnũ uellet. meminiſſet ſe Tar. filiũ eſſe, cui Romanũ debebatur ip. nec prius deſtitit q̃ illũ ſtimulis ueluti furiis ad arripiendũ pri regnũ incẽdit. qbus ille iſtinctus circuire, & pnſare minorũ gẽtiũ partes cœpit, admonebat eos pſni bñficii, ac pro eo gratiã repetebat, alliciebat donis iuuenes, ingentia pollicebatur. Ideq; ſocero ſtruit inſidias. & cum agẽdæ rei tempus uiſum eſt, ſtipatus agmine armatorũ, in forum irrumpit regiam ſedem occupat, multa in ſocerum grauiter inuectus, q̃ populo regem inuiſum reddere poſſent. cui concionanti cum ſuperueniſſet, Seruius, & ab eo quæſiſſet, quod ita auſus eſſet, illi ferociter reſpondit, ſe patris ſui tenere ſedem. orta deinde ab utriuſq; fautoribus contentione, factoq; populi concurſu in curiam, apparebat regnaturũ qui uiciſſet. tunc Tarquinius neceſſitate iam ipſa cogente, ultima audere multo & ætate, & uiribus ualidior, medium arripit Seruium, elatum è curia in inferiorem partem per gradus deiecit, deiñ ad cogẽdũ ſenatũ in curiã redit. fit fuga regis apparitorumq; comitum, ipſe prope exanguis cum ſemianimis regio comitatu domum ſe reciperet, perueniſſetq; ad ſummum Cypriũ uicum, ab his, qui miſſi à Tarquinio fugientem conſecuti erant, interficitur. creditur, quia non abhorret à cætero ſcelere admonitu Tulliæ, id eſſe factum, carpento (id certe quod ſatis conſtat) in forũ inuecta, nec reuerita cœtum uirorum præſentium, euocauit uirum è curia, regẽq; prima appellauit. à quo faceſſere iuſſa ex tanto tumultu, cum domum rediret perueniſſetq; ad Cyprium uicum, flectere carpentum in dextram iuſſit aurigam, ut in collem equiliarum ueheretur, reſtitit pauidus, & frænos inhibuit is, qui iumẽta agebat iacentemq; dominæ Seruium trucidatum oſtendit. fœdum inhumanumq; deinde traditur ſcelus, monumentoq; locus eſt, quem ſceleratum uicum appellant, quo amens agitãtibus ſororis uiriq; cæſorum furiis Tullia per patris corpus carpentũ egiſſe fertur, partemq; ſanguinis, ac cædis paternæ cruento uehiculo contaminata ipſa reſperſaq; tuliſſe ad penates ſuos atq; uiri. qbus iratis malum regni principium, ſimiles deinde exitus ſequerentur. ℾ Quia tempore uetuſtiſſimũ. Reddit rõnẽ cur icipere à Tullia uelit, qa exemplũ ſit uetuſtiſſimũ ℾ Cõſcientia nepharium. Quia id cogitare quaſi nephas ſit. ℾ Carpento. Vehiculi genus ẽ. ℾ Succuſſis frænis. Preſſis & ihibitis. ℾ Quo celerius in cõplexum. Liuius hoc in reditu fuiſſe dicit. ℾ Impia & probroſa. Scelerata & uituperoſa, q̃ per patris corpus carpentum agi iuſſerit ℾ Aeterna infamia. Quia tã impium facinus obliterari nunq̃ potuit, ipſum uicum ſceleris cognomine, quia ſceleratus uicus dictus eſt.

ASCENSIVS.

NVnc. i. deinceps dicta improba. i. improbanda, & facta ſcelerata referentur. ſ. à nobis quatenus. i. quantũ nos proſequimur imaginibus exemplorum ſubſtitutis. i. ſtatim illatis, tum. i. ſimul bona. ſ. in quo uis genere bonorum: tum etiam mala uitæ humanæ. Vnde aũt ordiar potius. ſ. improbe dicta, ac facta, q̃ à Tullia. ſ. Seruii regis Romanorũ filia? q. d. à nullo, ac nulla. Quia exẽplum ſup. eius, aut de ea, eſt uetuſtiſſimum quantum ad res domeſticas, tempore, nefarium cõſcientia, quia contra pietatem à deo, & natura iſtituta, & simile monſtri uoce. i. narratione, aut locutione. Cum. i. quãdo ſup. Tullia ueheretur carpento. i. uehiculo rotato. & is qui agebat iumenta conſtitiſſet frænis ſuccuſſis. i. cham ad ſe tractis, ne pcederent iumenta, ipſa requiſiuit cauſam moræ. i. immorationis repentinæ. i. ſubito ortæ. & ut. i. poſtq̃ comperit ex gubernatore, corpus Seruii Tulli patris. ſ. ſui, hoc eſt Tulliæ occiſi iacere ibi. ſ. ante carpentum iuſſit uehiculum duci ſupra id. ſ. corpus patris, quo i. ideo ut ipſa ueniret celerius in complexum interfectoris eius. ſ. Tarquinii ſupbi. Qua feſtinatione tam impia, & tam probroſa, ipſa Tullia ñ ſolum maculauit ſe æterna infamia, ſed ẽt maculauit ipſum uicum cognomine ſceleris, quia dicitur uicus ſceleratus.

OLIVERIVS.

NOn tam atrox. Hic eſt fimbria q̃ occiſo Valerio cuius legatus fuerat, exercitum ſibi uendicauit. hic poſt mortem C. Marii cum in Syllanos, atq; ſenatum ſupra modum ſæuiret, iuſſerat Scæuolam integerrimum, & ſanctiſſimũ in C. Marii tumulo tanq̃ uictimã iugulari. quo ad locum ducto, cũ miniſtri altius uulnus non intuliſſent, ille à uulnere recreari quodammodo uidebatur. Fimbria hoc audito, quod. ſ. letale uulnus non admiſiſſet, illi diem dixit, ad populum, res profecto non ſolum improba, ſed etiam ridiculoſa. quærentibus ergo ex eo, quid nam obiiceret uiro integerrimo, lentius illum enſũ recepiſſe telum. De hoc Fimbria Plinius in fine breuiter ſic tradit, Fimbria à Sylla pergami oppreſſus, corrupto exercitu deſertus ſemet occidit. ℾ Non tam atrox. ſunt qui uelint hoc nomen à græco deducere τρωω q; comedo ..., inde deduci atrox quaſi comeſtabile a uero priuatiuum eſt, non comeſtabile, hoc eſt crudum, & acerbum, ergo atrox crudele & acerbum. ſed non uſquequaq; græcis ita dandum eſt, ut nihil nobis relinquatur, ergo ab atro magis atrocem deriuari puto. ℾ Vt Scæuo. de hoc Scæuola Luc. lib. ii. Te quoq; neglectum uiolatæ Scæuola dextræ. Ante ipſum penetrale deæ, ſemperq; calentes Mactauere focos, parum ſed feſſa ſenectus, Sanguinis effudit iugulo, flammiſq; pepercit. ℾ Aegræ reip. i. triſtis, & afflictæ reip.

Fimbriæ ſcelerate dictum

ASCENSIVS.

NOn, &c. Et dictum & factum C Fimbriæ non ſup. fuit tam atrox, ut ipſius Tulliæ, & ideo ſi conferatur ad factum Tulliæ, mitius uideatur, ſed ſi utrunq; æſtimetur, per ſe. i. ſeorſum ab altero, ſupp. factum eius eſt audaciſſimum, nam ipſe egerat id, ut Scæuola uir integerrimus iugularetur in funere, quaſi mittendus in inferias C. Marii quem. i. Scæuolam poſtq̃ comperit recreatum ex uulnere, i. ſuſcepto in funere Marii, inſtituit accuſare apud populum. Interrogatus deinde qd dicturus eſſet. ſ. coram populo, de eo. ſ. Scæuola, ſecus. ſ. ac bonum, cui laudatio non poſſit reddi ſatis digna pro ſanctitate mor, Rñdit ſe obiecturum illi, q; recepiſſet corpore telũ ptius . i. non ſatis pfunde. Licentiam. i. ò licentiam furoris pſequẽdã ægre. ſ. difficulter gemitu reip, qa licet tota reſp. gemat, no tñ ſatis digne gemuerit, aut reip. ægræ. ſ. in animo ciuium.

OLIVERIVS

Lucius

Atrox Catilina apud ſenatum

Lucius uero Catilina. Saluſtius Catilina, inquit, lege plaucia interrogatus erat à L. Paulo, poſtremo diſſimulandi cā, aut ſui expugnandi, ſicut iurgio laceſſitus foret in ſenatum uenit. tum M. Tullius cōſul, ſiue timens pſītiā, ſiue commotus ira, oſonem habuit luculentam, atq; utilem reip. quam poſtea edidit ſcriptā. ſed ubi ille aſſedit Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda oīa, dimiſſo uultu uoce ſupplici poſtulare à pr̄ibus cœpit, ne quid de ſe temere crederent, ea ſe familia ortū, ita ſe ab adoleſcentia dicebat uitam inſtituiſſe, ut oīa bona in ſpe hr̄ent. nec exiſtimarēt ſibi patricio uiro cuius ipſius atq; maiorū plurima bñficia in plebem eſſent, perdita rep. opus eſſe, cū eam ſeruaret. M. T. inquilinus ciuis urbis Romæ. ad hæc male dicta alia cū adderet, obſtrepere oēs hoſtē. & paricidā uocare. tū ille furibundus, inquit, qñquidē ego circūuentus ab inimicis pceps agor, incendiū meū ruina ueſtra extinguam, deinde ſe ex curia domum ꝓripuit. ꝩ Incendiū excitatum. Perturbationē urbis cōiuratiōe ſuſcitatam. ꝩ Si aqua nō potuero. Perſtat in trāſlatione, q. a incēdium dixerat, q aqua extinguitur. ꝩ Conſcientia. Quia ſui ſceleris cōſcius erat, ſtimulis quibuſdā agitabatur, nam ut, inquit, ille, neq; enim conſiſtere mentē, criminoſa ſæua ſinūt. ꝩ Conatū pari. paricidium tam de parentibus ꝙ de patria dr̄, unde & paricidæ ſæpe dicuntur à Valerio, qui Cæſarem interfecerunt, quaſi parentem patriæ.

❡ De Magio Chilone.

Conſternatum etiā Magii Chilonis amentia pectus: qui M. Marcello datū à Cæſare ſpiritum, ſua manu eripuit. uetus amicus, & Pom. militiæ comes, indignatus aliquos ſibi amicorum ab eo præferri. Vrbem enim à Mitylenis quò ſe cōtulerat repetentē, in Atheniēſium portu pugione confodit: protinusq; ad irrita. menta veſaniæ ſuæ trucidanda tetēdit. amicitiæ hoſtis diuini beneficii interceptor. publicæ religionis; q ad ſalutem clariſſimi ciuis recuperādam attinuit, acerba labes.

❡ De C. Turanio.

Hanc crudelitatem, cui nihil adiici poſſe videtur: C. Turanius atrocitate paricidii ſuperauit. Nanq; triumuirum partes ſecutus, proſcripti patris ſui Prætorii, & ornati uiri latebras ætatem, notasq; corporis, quibus agnoſci poſſet centurionibus edidit, qui eum perſecuti ſunt. Senex de filii magis uita, & incrementis, quàm de reliquo ſpiritu ſuo ſollicitus, an incolumis eſſet: & an imperatoribus ſatiſfaceret: interrogare eos cœpit. è quibus vnus ab illo, inquit, quem tantopere diligis demonſtratus noſtro miniſterio, filii indicio occideris: protinusq; pectus eius gladio traiecit. collapſus itaq; eſt, infœlix authore cædis, quàm ipſa cæde miſerior.

ASCENSIVS.

Lucius ue. Ca. M. Ci. dicēte. i. cum M. Ci. diceret in Senatu, incēdium. ſ. urbis excitatum ab ipſo. ſ. Cati. inquit, ſentio. i. ita eſſe concedo, & quidem extinguam. ſ. illud incendium, quod excitatum à me dixit Ci. ruina. ſ. urbis, ſi non potuero i. extinguere aqua, quia ædificia incenſa, ſi aqua extingui nequeunt, diruuntur, ne uicinis noceant, ſed per alluſionem ad ædificia aliud intellexit Catilinū auctor. Quem. ſ. Catilinam quid aliud exiſtimemus peregiſſe. ſ. aio, ꝙ actū. i. impulſum ſtimulis conſcientiæ. i. ruinæ quā (ut ipſe ſibi conſcius erat) urbi parauerat, peregiſſe. ſ. aio, ut minacibus uerbis ſimulachrum. i. fantaſticam apparentiam alo eius obuerſante paricidii. i. pr̄iæ excidii inchoati à ſe: q. d. nihil.

OLIVERIVS.

Chilo marcelli interfector.

Conſternatum & P. Magii Chil. De morte M. Marcelli. Ser. Sulpi. ad Ci. epiſtola. Et ſi ſcio non iocundiſſimum nunciū. Ad decimū, inquit, Kalen. Iunii cum ab Epidauro. Pyreum naui aduectus eſſem ibi Marcellū collega nr̄m cōueni, eūq; ibi diē cōſumpſi, ut cū eo eēm. poſtero die cū ab eo digreſſus eēm eo cōſilio, ut ab Athenis in Beotiam irē reliquā q; iuriſdictionē abſoluerē, ille uti aiebat ſupra malas Italiā uerſus nauigaturus erat. poſtridie cū ab Athenis proficiſci in aio haberem, circiter horam decimā noctis, poſthumius familiaris meus ad me uenit, & mihi nūciauit M. Mar. collegā nr̄m poſt cœnæ tēps à Magio Chi. familiari eius pugiōe pcuſſum eē, & duo uulnera accepiſſe, unū in ſtomacho, alteꝝ in capite ſcḋm aurē, ſperare tñ eū uiuere poſſe. Magiū ſeipſum interfeciſſe, poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe, qui hæc nūciaret, & rogaret ut medicos cogerē, coegi & è ueſtigio eo ſum pfectus prima luce. cū nō lōge à Pyreo abeſſem, puer acidini obuiā mihi uenit cū codicillis, in qbus erat ſcriptū, paulo añ lucē Marcellū diem ſuū obiiſſe, ita uir clariſſimus ab hoīe deterrimo acerbiſſima morte eſt affectus, & cui inimici pp dignitatē pepercerant, inuentus ē amicus, q ei mortē afferent, & reliqua. ꝩ Datū à Caſ.

ſpi. Cōfecto bello ciuili, qḋ inter Cæſarē, atq; Pōpeium ſuſcitatū erat, Cæſar rerum potitus multos ſibi aduerſos, qui Pompeium ſecuti fuerant, in patriam reſtituit, in grām q; recepit, inter quos & M. Mar. ꝓ quo ſenatus uniuerſus interceſſerat, ſupplex q; à Cæ. petierat, ut ſibi uie tāt⁹ cōdonaretur, cuius p̄cibus ſatiatus Cæ. ſenatui cōceſſit, qḋ fratri Mar. denegauerat. nā Marcelli frater ſæpius ad Cæſaris, pedes ꝓuolutos ſuppliciter petierat à Cæſare, ut ignoſceret fratri, illumq; i grām reciperet, qḋ nunꝙ à Caſ. impetrare potuerat. reſtituto itaq; Marcello Caſ. multi grās egerūt, iter quos Ci. q oſonē habuit luculentiſſimā. Marcellus uero & ipſe in pr̄iam redire recuſabat, malebatq; exul ubiq;, ꝙ in pr̄ia ſine libertate uiuere tandē, conſiliis, & p̄cibus amicorū uictus, Cæſaris mun⁹ quod illi amplū, & honorificū offerebat, ut reſtitutis ſibi oībus bonis ſuis in pr̄iam cū ſumma dignitate rediret, accepit. ꝩ Datū ipſum. q. a gratū in Cæſare fuit, illū uita donauit, & reditum in patriam conceſſit. ꝩ Indignatus a. ſi. pſ. grauiter, & iniquo aio ferebat, Marcellū, & alios multos à Cæ. fuiſſe reſtitutos, ſe uero neglectū, & p̄termiſſum, nec tanti muneris cōpos fieret marcellus in Athe. portu illum pugione traſfixit, deiñ pnia, ſiue deſperatione ductus, ſiue furore concitatus, ſibi ipſi quoq; mortē intulit. ꝩ Amicitiæ ho. exaggerat hoc facinus dicens, eum amicitiæ, & religionis iura in acerba Marcelli morte uiolaſſe. ꝩ Diuini beneficii interceptor. hoc ad aſſentationem dictum eſt beneficiū à Cæſare datum diuinū appellando. ꝩ Acerba lues pub religionis. Ruina, & aſpera peſtis pub. religionis, nā hæc Chi. impietas, qua uſus eſt in Marcellū ad remp. pertinere uidebatur, quia uniuerſa ciuitas pro Marcelli ſalute magnopere laboraſſet.

ASCENSIVS.

Conſternatū. Ordo eſt. Pectus etiam Magii Chilo. ciuis Ro. & partes Cæſarianas ſecuti. conſternatum eſt. i. ſtupefactum amentia. i. ſtoliditate, & impotentia animi ob æmulationē, q. ſ. Magius eripuit ſua manu ipſm. ſ. uitalē, datum à Cæ. ſ. Iulio, ens ſup. uetus amicus ſup. Mar. & comes. i. ſectator militiæ Pōpeianæ, ut ēt Marcel. īdignatus aliquos amicorū pferri ſibi ab eo. ſ. Cæſare, q Marcellū pp honeſtiſſimos interceſſores in grām receperat, p̄terito magio. Ēñ. i. q. a ipſe Magius cōfodit pugione ipſm Mar. in portu Athe. repetētē urbē. i. redeūtē in pr̄iā à mytilenis quo Ma. cōtulerat ſe, & ita uterq; alteri obuiā factus eſt, & ipſe magius ductus pnia, tetendit. i. accelerauit ꝓtinus ad irritamenta ſuæ ueſaniæ trucidanda. i. ad ſeipſum ueſania uexatū trucidādū, ens ſup. hoſtis amicitiæ, q. a ægre tulit recōciliatū Cæſari Marcellū, interceptor. i. impeditor, ne ad cōſumationē pduceretur, bñficii diuini. i. à diuo Cæſare in Marcellū collati, & acerba lues. i. pnicies, aut labes, publicæ religionis. i. charitatis pr̄iæ in Marcellū ob ſanctitatē eius. quod. i. quæ res attinuit ad ſalutem clariſſimi uiri recuperandam. Quandocunq; enim quis aliquid facit ob mandatum diuinum, aut uirtutem hominum eo noīe, ne ob p̄termiſſum offm deus offendat, tunc reſpectus habet religioni. Vnde Senatus, populusq; Romanus noſcens marcellum zelo reip. contra Cæſarem ſteti ſſe, pro eo interceſſit.

OLIVERIVS.

Hanc crudelitatem. Chilōis impietatem olim maximā extitiſſe, niſi Tuditanus eam atrocitate facti ſuperaſſet, & re uera hac impietate maior nulla eſſe potuit. quid enim crudelius, aut magis impium ꝙ à filio parentes,

parentes, ut hoſtibus gratificaretur, occidi. cū. n. illū hoſtibus indicarit, occidiſſe uideat. hic igr̃ Tuditanus latentē patrem à triumuiris proſcriptū, cū à miſſis interfectoribus quęreretur, nō ſolū indicauit, ſed eius quoꝙ uultus, & oris lineamēta, & ętatis tp̃s. quibus cognoſci poſſet miniſtris aperuit, ex quo factū eſt, ut qui ab amicis occultabat, ab impio filio ꝑderet. ¶ Notas corporis. ſigna, & lineamēta corporis. ¶ Senex de filiis magis uita. Hoc ad exaggerandū filii impietatē dicit, ꝙ ēt in media cęde pr̃ de filii ſalute ſollicitus eſſet, & tā piū patrem filius ſceleratus prodere nō dubitauerit. ¶ Incrementis. Bonorū acceſſionibus, & augmentis, itaꝙ eſt infœlix. Maior, inqt, illi miſeria fuit, ꝙ indicatus eſſet à filio ꝗ quod interficeretur. ¶ Authore cędis, ſ. filio miſerior propter filiū, qui cędis paternę fuiſſet author indicio ſuo, neꝙ n. ſibi tam acerba mors uidebatur ꝗ filii proditio.

ASCENSIVS.

HAnc, &c. Caius Turanius (aut, ut Oliue. legit Tuditanus) ſuperauit atrocitate paricidii i. cędis pr̃is ab eo procuratę, hāc crudelitatem. ſ. Magii, cui nihil uꝛ poſſe adiici, cū ſit grauiſſimū, talē uirū ēt amicū ſola ęmulatiōe trucidaſſe. Nanꝙ ſup. Turanius ſecutus partes triūuirū. ſ. Antonii Lepidi, & Auguſti, edidit i. expreſſe indicauit centurionibus latebras patris ſui proſcripti, uiri prętorii. i. qui aliquando prętor fuerat, & ornati. ſ. ſcientia, & uirtute, & ętatem, & notas. i. inſignia corporis. quibus poſſet agnoſci. ſ. à centurionibus, qui ſunt perſecuti eū. ſ. partem Turani. Senex. ſ. pater depręhenſus magis ſollicitus de uita filii, & incrementis filii. ſ. ad honorē & ad gloriam, ꝗ de reliquo ſpiritu ſuo. i. parte uitę reliqua, cœpit interrogare eos ſ. centuriones an ſup. filius eſſet incolumis, & an ſatisfecerat, aut iam tum ſatisfaceret imperatoribus. ſ. triumuiris, è quibus. ſ. centurionibus unus, inquit, tu non occideris noſtro miniſterio, ſed indicio filii demōſtratus ab illo quē diligis tantopere. & ſup centurio traiecit ꝓtinus pectus eius. ſ. patris gladio. Itaꝙ infœlix. ſ. pater collapſus eſt ens miſerior, authore cędis uidelicet filio, ꝗ ipſa cęde quam innocens obiit.

OLIVERIVS.

Tullius annalis pernicis author

CVius facti. Hoc ſimile eſt ſuperiori, ſed in hoc differunt, ꝙ Tuditanus tantum latentis patris indicator, hic etiam paternę cędis ſpectator. non enim ſibi ſatis fuit, cędis miniſtros ad latentem patrem duxiſſe, niſi ante oculos patrem occidi uidiſſet, bis ergo paricida, conſilio & ſpectaculo. ¶ Ad quęſtoria comitia. Ut filius quęſtor crearetur ſuaꝙ pręſentia, quoad poſſet. filio ſuffragaretur. ¶ Sed ne fide eius tutus eſſe poſſet. Quam à filio non potuit à cliente fidem eſt conſecutus, ut occultaretur, quam tutam eſſe impietas filii non permiſit, qui eum prodidit. ¶ Bis paricida. Et cum patrem prodidit, & cum occidi ſpectauit.

ASCENSIVS.

CVius, ſcilicet iam dicti facti acerbitatem. Lucius Tullius Annalis ſortitus, quia ſimilem, aut maiorem paſſus eſt, cum deſcendens in campum, ſcilicet Martium ad comitia quęſtoria filii, idest in quibus filius quęſturam petierat, cognoſceret ſe proſcriptum, ſcilicet à triumuiris, confugit ad clientem ſuum, ut in eius domo tutus lateret. ſed effectum eſt ſcelere iuuenis, ſcilicet filii eius neſarii, ideſt deteſtandi, & indigni, qui nominetur, ne ſcilicet pater eſſet tutus fide eius ſcilicet clientis, qui quod in ſe fuit, patrono fidem pręſtitiſſet. Siquidem, ideſt quoniam militibus ductis, ſcilicet à filio, per ipſa ueſtigia patris, filius ſupple obiecit eum, ſcilicet patrem ſuum occidendum in conſpectu ſuo, ens ſupple paricida bis, prius, ideſt priori (ut dicunt) uice, conſilio, quia patrem indicauerat, iterum, ideſt ſecunda uice (ſi modo liceat ita dicere) ſpectaculo, quia ſuſtinuit cędem patris uidere.

¶ De filio Tulii Annalis.

CVius facti acerbitatē L. Tullius Annalis ſortitus, cū in campū ad quęſtoria comitia filii deſcēdēs, ꝓſcriptū ſe cognoſceret: ad clientē ſuum confugit. ſed ne fide eius tutus eſſe poſſet, ſcelere nefarii iuuenis effectum eſt. ſiquidem per ipſa ueſtigia patris militibus ductis, occidendum eum in conſpectu ſuo obiecit. bis paricida, conſilio prius, iterum ſpectaculo.

¶ De Vxore Vitii Sallaſſi.

NE Vitius quidem Sallaſſus, proſcriptus parum amari exitus. quē latentē uxor interficiendū, quid dicam, tradidit? an ipſa iugulauit? Quanto. n. leuius eſt ſcelus, cui tantūmodo manus abeſt? Illud aūt facinus, quia externū, trāquilliore affectu narrabit.

¶ De Duobus fratribus filiis regiis.

SCipione Africano patris, & patrui memoriam gladiatorio munere Carthagine noua celebrante: duo regii filii nuper patre mortuo, in arenam proceſſerunt: pollicitiꝙ ſunt ibi ſe de regno pręliaturos: quò ſpectaculū illud illuſtrius pugna ſua facerent. eos cū Scipio monuiſſet, ut uerbis cōtēdere, quàm ferro dimicare mallēt: uter regnare deberet, ac iam maior natu cōſilio eiꝰ obtēperaret: minor corpis uiribus fretus in amētia ꝑſtitit: initoꝙ certamine, ꝑtinacior impietas fortunę iudicio, morte mulctata eſt,

OLIVERIVS.

NEuectius quidē Sallaſſus. Crudelitatē uxoris expertus eſt Vectius iſte, qui à triumuiris proſcriptus, cū ad poſticas uxoris ędes profugiſſet, ab ea nō eſt admiſſus, quare uehementi indignatione cōmotus, ne in perſequentium manus perueniret, ſibi gladio pectus transfixit, poſteaꝙ crudeliſſimę coniugis ſanguine aſperſit. uxor igitur uirum nō prodidit ſed ſuis manibus quodāmodo iugulauit, nam idem eſt authorem, & actorem cędis eſſe. ¶ Nec parū amari. Liptote eſt, ac ſi diceret amariſſimi. Quanto. n. leuius eſt. Ac ſi diceret, idem ſcelus eſſe uidetur alicui mortis cauſam, atꝙ ipſam mortem inferre.

ASCENSIVS.

NEquidem .i. nō etiam, aut ſaltem Vitius Sallaſſus (ubi alii legunt Vetius Fallaſſus) proſcriptus. ſ. ab iiſdem ſup. fuit exitus parū amari immo multū amari, quem latentem uxor, quid dicā, an tradidit interficiendum, an ipſa iugulauit? q. d. cum eum prodiderit, aut excluſerit, occaſionaliter eum iugulauit. Enim i. quia, quanto leuius ſup. eſt ſcelus eius, cui manus abeſt tantūmō cū ſup. cętera, ut cōſenſus, & indiciū adſint? quaſi dicat minimo.

OLIVERIVS.

ILlud aūt facinus. Scipio à Coſtulone Carthaginē ad uota ſoluēda diis, munuſꝙ gladiatorū, quod mortis cauſa patris, patruiꝙ parauerat edendum redit, gladiatorū ſpectaculū fuit, non ex eo gn̄e hominum, ex quo, iam iſtis comparare mos eſt ſeruorum, qui uenalem ſanguinem hn̄t, uoluntaria oīs & gratuita opera pugnantium fuit, nam alii miſſi ab regulis ſunt ad ſpeciem inſitę genti uirtutis oſtendendam, alii ipſi profeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis, alios ęmulatio certamēꝙ traxit, ut quas diſceptando controuerſias finire nequiuerant, eo ut uoluerant pacto, ferroꝙ decernerent. neꝙ obſcuri generis hoīes erant, ſed clari, illuſtreſꝙ Corbis & Orſua patrueles fratres de principatu ciuitatis, ferro ſe certaturos ꝓfeſſi ſunt. Corbis maior erat ętate. Orſuę pater princeps proxime fecerat, à fratre maiore poſt eius mortem accepto principatu, cū uerbis diſceptare Scipio uellet ac ſedare iras, negatū id ambo dicere communibus cognatis, nec aliū deorum, hominumue ꝗ martem ſe iudicem habituros eſſe. robore maior, minor flore ętatis ferox, mortem in certamine ꝗ ut alter alterius imperio ſubigeretur pręoptantes, cum dirimi à tanta rabie nequirent, inſigne ſpectaculum exercitu prębuere, documētumꝙ, quantum cupiditas imperii malum inter mortales eſſet, maior uſu armorum, & aſtu, facile ſtolidas uires iunioris ſuperauit. ¶ Duo regis filii. diſſentit à Liuio Valeri. hoc loco, non enim fratres, ſed patrueles fratres fuiſſe dicit Liuius. ¶ Gladiatorio munere. In ludis funebribus adhibebantur gladiatorum paria inter ſe ad ſanguinem, uel ad mortem uſꝙ certantium, ut ſupra diximus. itaꝙ eiuſmodi ludi celebriores habebantur, quo plures, gladiatores occubuiſſent. ¶ Carthagine noua. ciuitas eſt Hiſpanię, quę noua dicta eſt, ad differentiam ueteris, quę fuit in Africa. ¶ Fortunę iudicio. quia fortuna uoluit ut maior, in quo iuſtitia, pietaſꝙ illuſtrior erat, uictor exiſteret.

ASCENSIVS.

